sæculo natus, aluernus orator non latio se fingere fratrem (vt ait ille) quod ipsum satis erat audaciæ, sed æmulum. Et (quod est grauius) irrisorem Ciceronis, atq; illi detrahere. Tum postea longa testiũ serie, authores multos, & varios, q Ciceronem eloquentissimũ omnium extra curriculum aleã positũ ingenii adducit. Sed ne solus, q tam acriter a Becichemo iudicat (nã Petrarchæ venia dari pōt, quod illis tpibus fuerit natus lucis exptibus) Sidonius ille delipere videat, videdum puto, & quãtum de Ciceronis epistolari stilo decipimur oẽs, quãtum atq; minoris culpæ Sidonius nota est taxandus. Cuius quoq; iudiciũ non ab vtroq; & Calui, & Bruti doctissimorũ, pariterq; eloquẽtissimorũ hoium multũ segregatũ est, Quod vtriq; de Cicerone habuerunt. In quo ẽt & Cornelius quoq; Tacitus versatus est, Qui & Calui, ac Bruti referens iniam, non longe ab vtrorũq; suam se posuit his verbis. Satis cõstat qdem Ciceroni detractores defuisse, qb' inflatus, & tumens, nec satis pressus, supra modũ exultans, & supfluens, vt parũ antiquus videret, legisti vtriq; & Calui, & Bruti ad Ciceronẽ missam eplam. Ex quibus facile est deprehẽdere Caluũ qdem Ciceroni visum exangue, ac tritum. Brutũ aũt ociosum atq; disiunctũ. Rursumq; Ciceronẽ a Caluo qdẽ male audiuisse, tanq̃ solutũ, & eneruem. A Bruto aũt (vt ipsius verbis vtar) tanq̃ fractum, atq; elumbẽ. Si me interroges, oẽs mihi videri verũ dixisse. Et paulo post. Nam Caluũ, & Asiniũ, & ipsum Ciceronẽ credo solitos & inuidere & liuere, & cæteris humanæ ibecillitatis vitiis affici. Solum iter hos arbitror Brutũ nõ malignitate, nec iuidia sed simplr, & igenue iudiciũ ai sui detexisse. An iuideret Ciceroni, q vt ne Cæsari qdem iuidisse? hæc Tacitus. Quid? Quod Cic. de se ad Petũ scribẽs ait. Verũtñ qd tibi ego videor i eplis? non ne plebeio sermone agere tecũ? nec.n. semp eodẽ mõ. Quid.n. sile hẽt epla aut iudicio, aut ꝯcioni? Quin ipsa iudicia non solemus oĩa tractare vno mõ priuatas cãs, & eas tenues agimus subtilius: capitis, aut famæ, scornatius. Eplas vero quotidianis verbis texere solemus. hæc Cicero. Cur igiṫ Sidoniꝰ q iudicio detrahit, & Calui & Bruti illud nõ vidit, qbus detrahere ẽt debebat, eo qd Ciceronẽ eplari vitio accusabãt. An qd illis minime, vti aliis fecerat, potuit? quod si istuc ipm fecisset, fides negareṫ. Cũ in idẽ Caluus, & Brutus cũ Tacito descẽdant. Atq; illud ad Pætũ scribens ipse cõfirmet Cicero, Illud equidem sat scio Ciceronem ab oĩbus doctissimis qbusq; viris, q in latinis maximo hñr ptio digne cõmendari atq; p meritis extolli, ipmq; oratoriæ virũ eloq̃ntiæ facile principẽ appellari, nullũ tñ, quẽ videre meminit, aut legisse, aut ab aliis accepisse scio, Ciceronẽ in eplis pter alios cõmẽdare, solitũ. Sed i hoc illi plurimos vel ẽt detrahere ad vitiũ vsq;. Nobis aũt qbus, qd Caluo, ac Bruto inerat, nec nõ Cornelio, maxie deest. s. in iudicãdo acrimonia, siue pspiciẽtia rerũ, & sermonũ, licet dicere, in cæteris pter Ciceronẽ, mõ si alios ei cõparabim', placere neminẽ. Quid.n. sile hẽt epla aut iudicio, aut ꝯcioni; qñ nec ipsa quidẽ iudicia vno, eodẽq; modo tractantur? ipsæq; eplæ modo inter familiares verserṫ, quotidianis verbis texendæ sunt, nõ laboratis, atq; selectis. Verborũq; ꝯtextus purus, aut simplex, non fucatus & timens esse debet, ita vt rebus ipsis, de qbus agendum est, non verbis epistola contexta videri debeat.

Ex Seruii Sulpitii ad Ciceronem epistola Lectio. V.

Ciceronis epistolarum lib. iiii. in quadam Seruitii Sulpitii ad Ciceronem epistola locum oñdit quendam beneuolẽtissimus, meorũq; potissimus Iacobus Tarellus Fanensis latinis, græcisq; litis perquãdoctissimus, quẽ vate potius, q̃ expositore indigere credo. Locus aũt talis est. Ad. x. cal. Iunii cũ ab Epidauro Pirẽũ naui aduectus essem. Postero die, cũ ab eo digressus essem, eo ꝯsilio, vt ab Athenis in Bœotiã irem, reliquãq; iurisdictionẽ absoluerem, ille vti aiebat, supra Maias Italiã versus nauigaturus erat. In quo ait Clericus Hubertinus. Supra Maias. Alii itelligũt supra Maias, vt subaudiamus dies. Sed dies in plurali ꝯstat masculini tñ esse generis, non aũt fœminini. Preterea non est mos doctorum ponere adiectiuum sine substatiuo. Ergo huic sniæ minime assentior. Alii dñt esse locum qd' & si adhuc apud neminem idoneum me legere memini, tñ magis pbo. hæc ille. Alius quidã supra Maias exponit. i. mense Maio peracto ppea, sicut p Calendas, Nonas, & Idus dies significamus, sic & p Maias, oẽs Maii mensis dies significare itelligit. Quod minime placet, qd authoritate caret. Et is ipse in Hubertinum obloquiṫ, sed tacuisse satius fuisset. Licet (inqt) vsitatius dies in masculino vtamur, tñ nõ futilis author dixit, venit post multas vna serena dies. Sed meliorem vellem, aut antiquiorem videre testem. Sed non est mirandũ, imo venia dari pōt, pueris hæc mandat, quãuis nec pueris quidem satis digna videnṫ. Matthæus vero Fortunatus Pãnonius genere mihi amicissimus, in literisq; ꝯsumatissimus, q egregie quidẽ Senecæ naturalia vitio purgauit, cum eum super hoc loco consulerem Patauii, ait se primum in hac re nihil pręstare posse, in qua quidem diu elaborauerit, & frustra, seq; interfuisse retulit Venetiis sermoni, quem de hac re habebant nõ indoctii hoies, quorum nõmini parco honesti gratia, nihilq; tandem accepisse. Cũq; paulisper cogitabũdus resideṫ, en habeo inquit, mendum dephendi, & verisimile satis, atq; probabile, nõ absq; authoris fide. Nõ.n. legẽdũ puto supra Maias, sed suprema æstate. Quãobrem nihil est, qd huic lectioni, sensui, aut veritati posse repugnare videaṫ. Assentior huic eqdẽ, eoq; magis, q fidem faciebat scripturæ vitiũ. Nãq; illud, supra, e in a corruptum fuit, cũq; supra scriptum fuisset. Maias vero prior syllaba ma, cum priori dictione iungenda erat, a qua fuerat disiuncta, vt sit suprema, qd' reliquũ est, videlicet ias, non caret vitio, litæ hic quidẽ mutatæ sunt, cum erat ais. quod æstatem significat. Nam ai, facit diphthongũ æ vt aulai, animai, paulæ, animæ, icirco. ais. reddit æs. quo æstatis tempus notatur. & temporũ inscitia, vel hoium literarũ ista mutatio facta est, hoc mihi facile persuasi, in quo fidem habere non est dementis, inuentũ laudaui, ipsumq; Matthæum ad cœlum extuli. Mox Philetichi legens cõmentaria, ad verbũ hæc vidi. Seruius suprema æstate Italiam versus nauigaturus erat: hoc est in fine æstatis, & circa principiũ Autũni. Quatuor.n. tpa anni, tripliciter diuiduṫ, in nouũ: adultum, & præceps, siue supremũ, & nouã æstatẽ dicimus principiũ æstatis, adultam æstatẽ, æstatis mediũ appellamus. Et supremã, siue pcipitẽ æstatem nũcupamus finẽ æstatis. Et sic de singulis, vt vernouũ, adultũ, & pceps. hæc Phil. Quibus iã apparet, Fortunati sniã prius fuisse Philetichi, & si nunquam viderit eũ, quã tñ approbo ea de cã: quod æstatis principiũ prima æstiua a Cicerone dr, vt in. ii. epi. fam. Proficisci in Ciliciam Nonis Maiis. & cum prima æstiua attigissem militarem q; rem collocassem, decedere ex senatusconsulto. prima inquit æstiua. s. principia æstatis, sic suprema æstate, pro illo, quod est vltimũ, vel summũ æstatis. Quãuis nõ ignorẽ Maleas siue Maleã emendari posse nõ Maias verũ, supra Maleas Italiã versus nauigaturus erã. Malea.n. est Laconiæ promontoriũ, cuius in mari parũ tuta nauigatio redditṫ cõtrariis ventorũ flatibus. hinc illud adagiũ venit, vbi ad Maleam deflexeris, domesticos obliuiscere. V. Virgilius. Ionioq; mari, Maleæq; sequacibus vndis. Propertius. Sæuiat hospitio sæua Malea tuo. Apud qd pmontoriũ mirtoũ mare nuncupaṫ inter ægeũ & Ioniũ a Mirtylo Mercurii filio a Pelope illic deiecto. Vnde Hora. Mirtoũ pauidũ Nauta secet mare Luctãtem Icariis Fluctibus africũ. Quã lectionẽ, vt pro loco accipiaṫ, & ipse nõ viderit, magis approbat doctissimus Hubertinus. Neq; mirandũ est, quod idem refert, se apud idoneũ minime videre meminisse, illud in cã fuit, qd' Maias pro loco acceptũ, nemo vnquã meminit, quod perperã sic legiṫ, at Maleas, siue Maleam oẽs norunt. Quæ lectio doctissimis quibusq; placere potest, modo liuor abeat. At in Maleæ declinatione atq; ethimologia nõ parũ dissidii qdã affert. Nõnulli primi flexus putant, & a Maleo Argiuorũ Rege dictum volunt, in quo Maleoticũ templũ sic appellatũ construxerit ille.

Quidam

Quidā vero putat Malea, seu Maleum pmontoriū Laconiæ a Maleo Tusculanorū Rege, qui primus tubā ęream inuenit. Quod dictū videanr, alii quanti faciendū erit. Nonnulli Maleū Tyrrhenorꝫ regem fuisse tubæ repertorē, a quo nomen promontorium acceperit, Qui cum pirata mare infestaret. Apollini templum dicauit noīe Maleotrem. Alii dicunt Achaiæ montem esse, in quo similiter veneretur Apollo, & ab eo Amphiraus vates auxilia missa receperit.

¶ Hubertini Clerici Crescentinatis in epistolis Ciceronis Commentum.

HVius voluminis epl'as: & si oēs cōi appellatione Cicero. dicunt, constat tñ ex earꝫ inscriptionibus a multis variisq; eius seculi doctissimus viris diuersis ēt tpibus scriptas tanta dicēdi elegātia & gratia, vt si non ex eadem officina: ab optimo tñ artifice exisse quæq; videant, tanta fuit illius seculi non mō in rei militares laudibus, verū ēt in oium bonarꝫ disciplinarꝫ pcipueq; rhetoricæ facultatis cognitione & exercitatione felicitas & gloria: q̄ tñ ne nrō qdem seculo cessit, si nosipsi nobis deesse nolimus, & nostræ negligentiæ culpam in ipsa tpa, in quibus tñ sine dubio plurimum momenti esse non negauerim. totam transferre designamus: & ingeniorꝫ nostrorꝫ bonitate vtamur. Quamobrem pueros adolescentesq; oēs non solum exhortor: verꝫ ēt obsecro, vt eloquētiæ studiis, q̄ maximam gloriam hominibus affert. totis viribus incumbant, atq; adeo ex his familiaribus epl'is initia sumant: has die noctuq; legant. has edifcant, has imitent in his se exerceant, his se oblectēt. deinde alios Cice. non minus eruditos quam elegantes libros euoluant: & tñ alios quoq; Romanæ linguæ pbatos authores, ita tñ & legant, vt hūc vnum sibi vel vexilli ferꝫ, vel potius ducem constituant, quem sequant, neq; enim sine causa a Quintiliano dictū est eum posse scire se plurimū profecisse, cui Cicero placebit. Ego ita hoc opus declarare studebo, vt mea ope & interptatione fretus nemo iam aggrediendū dubitet. Vt igit clarius harꝫ ad Lentulū epistolarꝫ argumentum appareat: ex Strabonis authoritate Ptolemæorꝫ series breuiter primum narranda videtur. Deinde Appiani & Plutarchi & reliquorꝫ: qui de his rebus scripserunt authoritate Ci. mentem ita declarare studebimus, vt industria nostra multis prosit. Sic igitur inquit Strabo lib. xvii. in descriptione Aegypti. Ptolemæus. Lagi filius Alexandro successit Ptolemæo aūt philadelpho Euergetes. Postea Philophater Agotochis: postea Epiphanes, postea Philomater filio impium a patre accipiente: huic vero frater successit secundus Euergetes noiatus. hūc Phisconem dicūt, cui Ptolemæus cognomēto Lathurus successit Lathuro aūt ętate nr̄a Auletes Cleopatræ, sed oēs post tertiū Ptolemæū male vixerunt deliriis corrupti. Pessime vero oium. iiii. vii. & vltimus Auletes, q pter cætera flagitia ēt choraulā exercuit: & adeo in ea gloriabat, vt non cūctaret certamie in regia celebrare, ad q̄ & ipse cū aliis cōcertaturus pdibat, atq; hic est, quē Alexādrini exegerūt, & cū ei tres filiæ eēnt, vnā natu grādiorē, q̄ legitima erat, reginā fecerūt & qua eius filiæ infantes adhuc atq; inutiles regno exciderūt Reginæ viri ex Syria accersiti psertim Gibio Sactes qdā, q se ex Syriacorꝫ stirpe simulabat, quē diebus paucis Regina eiecit eius ignobilitatē & illiberalitatem nō passa: p quo Archelaus q se Mithridatis filiū simulabat: venit: q Archelai qdē filius erat eius: q cōtra Syllā bellū gessit: & postea a Romanis in maxio honore habitus est. Interea Auletē Romā pfectū Pō. suscepit, & senatui commēdat: de reductiōe eius ait: & de nece legatorꝫ: q supra cētū cōtra regē venerant, in qbus fuit Dion academicus pnceps legatiōis. Ptolemæus itaq; ab. A. Gabinio reductus Archelaū & filiā iteremit. hæc Strabo, cū quo & Appianus & Plutar. cōsentiunt: & T. Liui. lib. cētesimo primo: & hic fuit pr̄ eius: p quē Pōpeius est iterēptus. Verꝫ ait Plutarchus in vita Catonis: Ptolemęus quē Autelē appellauit Strabo: priusq̄ Romā veniret accersitus a Catone Rhodū venit: quo cū postea q̄ locutus ē cōsulēre Catone: ne tanta felicitate relicta se laboribus & dispēdiis & obseruationibus eorꝫ, qui Romæ potēres eēnt, se subiiceret: quorꝫ cupiditatē si vniuersa Aegyptus in pecunia redigat: vix explere posset: & ornate vt domū rediret, & cū suis ciuibus pacaret, & seipso Catone vna nauigaturꝫ & intercessurꝫ pollicēre. Res tanq̄ ex insania q̄dā resipiscēs, veritatē q; agnoscēs, & virtutē Catōis ad mirās decreuit primū ita facere: vt Ca. suadebat: sed postea ab amicis in priorē spē reductus: cū Ro. eorꝫ hortatu venisset statim errorē suū cognouit. dānauit q; q nō diuino Catonis cōsilio paruisset. Alia ēt dicit Plutarchus: q̄ qa nihil ad rē faciunt omittunt. Illud certissimū hēat, & Strabo, loco supradicto T. Liuii, & Plutarchi in vita Catonis authoritate hunc Ptolemæū a suis ciuibus fuisse exactū & ob iniurias, quas patiebat, Romā venisse. Nā quē Vale. Maximus dicit a fr̄e minore expulsum, ex lib. iii. cōmētariū belli Alexādrini Iulii Cesaris colligit fuisse huius Pto. filius. Dicit. n. in testamēto pr̄is scriptos fuisse hæredes ex duabus filiis maiorē, & ex dnab' eā q̄ ætatē antecedebat. Cūq; his Prole. se restitui curaret, idq; maximæ Lētulusq in Ciliciā pcōsulatū gerebat, fiecere cuperet negociū suū cū ipse abesset, Ciceroni mādauerat: cui pauloante ab exilio reuocando plurimū operæ & studii pstiterat, & instātissime affuerat. Dabat igit operā Cice. vt p Len. reduceret, sicut Lentulus ante discessum suū ēt in senatu egerat. Verū rex vt erat ambitiosus p Pōpeiū quā per Lentulū reduci mallebat idq; corruptis nonnullis senatorib' alleg cotendebat. erāt tñ qui aduersarent: tanta erat varietas sniarꝫ in senatu. Quāobrē cū hæc in senatu agerent: Cicero admonet Lentulū de rebus oibus & pcipue de sua erga Lentulum voluntare & aio & officio: & quā sint variæ senatorum de hoc negocio Alexandrino sniæ: latenter tñ innuit Lentulo non posse fieri, vt obtineat, cū ostendit rem corruptam esse: & non esse in iis fidem: in qbus summa esse debebat: q̄ oia ostendunt difficultatem & quasi impossibilitatem rei. Huic aūt reductioni regiæ difficultatem afferebant Sibyllina carmina: qbus monebat populus Ro. exercitū non esse mittendum in Aegyptum: vt & Appia. scribit & Lu. li. iiii. Pharsaliæ aperte declarat his versibus. Noxia ciuili tellus ægyptia fato. Haud eqdem immerito cumanæ carmine vatis. Cautum ne Nili pelusia tangeret ora. Hesperius miles ripasq; æstate tumentes. Quid igit de horꝫ carminum religione sentiatur in senatu, Cice. declarat hac epistola.

Gibiosa
ctes
Archelaus
Dion
Achademicus

Iodoci Badii Ascensii in epistolarꝫ compositionum compendium isagogicum, breuitate, & facilitate præditum.

De epistola & literis. Titulus primus.

EPistola literæ sunt missiles aut mitti idoneæ, quibus aut absentes facimus certiores si quid est quod eos scire aut nostra aut ipsorum intersit, aut res graues de philosophia deq; repu. tradimus aut iubemus, aut familiares & iocosas significamus.

¶ Vnde tria sunt epistolarū genera de qbus titulo tertio. Dicta quidem est epl'a ab ἐπιστέλλω verbo græco quod est mitto. vnde missiles dixi literas eē, Sane more gręco fit diminutiuū epistoliū, quo Catullus. vtitur. Dicitur aūt literæ nō tā, vt inquit Scodrensis. a literarū multitudine, q̄ a lituris quæ in epistolis fiunt q non ea cura mittunt ad amicos & familiares q̄ cætera q̄ non ad familiares perferuntur. Quāuis & pro disciplinis & scriptis omnibus vsurpentur. At literam dici quasi legiterā eo q legenti iter præbeat vel q in legendo iteretur, vel a lituris q scripta deleri possit. quoniam plerunq; in ceratis tabulis antiqui scribere delereq; solebant, vel ab eo quod attramento liniatur, vel a linea, quæ γραμμή, græce dicitur: quod ex lenia constet: Seruius: Priscianus: Grammatici omnes docent.

De epistolæ & literarum consimiliumq; quantum ad elegantiam cum numeralibus discrimine. Ti.II.

Epistola & quæcunque alia singularem habentia citra distributionem posita distributiua refugiunt quæ literæ, & cætera in quouis significatu singulari carentia etiam admittunt, sub distributione autem omnia indifferẽter distributiua efflagitant, sed ad tantum pluralia non fiet singulariter relatio.

Huius dicti q̃tuor sunt mẽbra. Primũ q̃ singularẽ habẽtia distributiua refugiũt nisi administrationẽ admittãt. Secũdũ qd singulari carẽtia saltẽ i q̃ significatiõe a nobis accipiunt citra distributionẽ cũ distributiuis poni pñt. vñ ꝓ duab⁹ epistolis recte binas l'ras dixeris. Tertiũ est, qd oĩa distributiue posita siue singulari carẽt: siue nõ cũ distributiuis rite ponunt: vt dedi pueris meis binas ep'las. i. singulis duas. Quartũ est qd ad tñ pluralia nõ fiant relatiões singulares qd te grãmatica docuit puer: vñ si dixeris dedi ad te binas l'ras. addes quaꝝ vnis aut alteris respondisti, non vni aut alteri. Contra si duas dedi pueris meis ep'las: addã, q̃rũ alteri: si tñ binis: binas dederis & binis respõsum sit. dices: quarũ alteris. Similiter si pp adiunctũ singulari careat: vt in Buco. Aurea mala decem misi: cras altera mittam, videlicet decem.

Tria esse apud Ciceronem epistolarum genera. Ti. III.

Epistolarum genera secundum Ciceronem tria sunt. Vnum quo facimus certiores absentes, siquid eum quod eos scire aut nostra aut ipsorum intersit. Alterum seuerum & graue, vt de repu. & de philosophia, Tertium familiare & iocosum. Ad hæc autem cætera reduci possunt omnia.

De his vide Ciceronem lib. ii. epistola. iiii. ad Curionem.

In primo genere sunt plurimę apud Ciceronẽ & Pliniũ aliosq; ep'læ quas scripserũt. q̃a p̃sentes conuenire nõ poterant, ob id. n. inuentæ sunt ep'læ. In secũdo sunt diui Pauli senecę. diui Hieronymi: diui Augustini multorũq; grauiũ virorũ l'ræ: quas scripserũt aut q̃a ne tunc q̃dem aut quia nõ semper conuenire poterãt, quos docere volebant. In tertio sunt nõnullæ apud Ciceronem. plures apud Philelphum Pogium. & alios, qui res familiares aut iocosas scripserunt.

De epistolari officio ex Scodrensi. Ti. IIII.

Hieronymus ad Marcellã scribens Epistolare (inquit) officium, est de re familiari aut de quotidiana cõuersatione aliquid scribere. & quodãmodo absentes inter se præsentes fieri, mutuoq; aut quid velint aut quid gestum sit nunciare, licet interdum confabulationis tale conuiuiũ doctrinę quoque sale condiatur. Tullius ad Quintum Fratrẽ lib. I. Illud quod est epistolæ ꝓprium vt is, ad quem scribit de iis rebus, quas ignorat certior fiat prætermittendum esse non puto. Et ad Figulum Quærenti mihi &c. vide lib. iiii. epistolam. xiii.

De epistolarum partibus. Ti. V.

Epistolarum autem familiarium partes quinque poni solent. Salutatio. Exordiũ seu principium. Narratio. Petitio. Consilio. In grauibus quidem omnes orationes partes locũ habere possunt, non tamen omnes necessarię sunt. In familiaribus. autem insani sit capitis adhibere diligentiam vt omnes partes insint cum præter salutationem q̃ tamen omitti subinde potest. & præter rei, quam monendo, commendando, recitando, postulando, conquerendo, gratulando, ridendo, iocando. fabulando, aut aliud faciendo significare volumus narrationem & præter quamlibet conclusionem, neque insinuatione opus sit vllum. Vnde, vt inquit, Scodrensis Narratio tenet totum fere corpus epistolæ, requirit tamen interdum orationis partes, diuisionem, confirmationem, confutationem vel & exordiũ & conclusionem. sed has frequentius, illas rarius.

Cicero enim in familiaribus raro aut nunquam exordiis vtitur. Orationis autem partes a Sulpitio in opusculo de epistolis explicantur, & late, habentur in primo ad Herennium libro.

De salutatione & speciebus eius. Ti. VI.

Salutatio est qua animus scribendis in eum, ad quem scribit, significatur prima conuentio. Eius autem species sunt tres, subaudita, breuis & plena.

Subaudita est quoties ꝓpterãter scribẽtes aĩos n'ro solo epitheto hoc est, adiectiuo bñuolentię aut maleuolẽtię significamus hoc pacto. Suauissime fili. Nate dulcissime. Parẽs optatissime. P'r desyderatissime: aut in p'mis colẽde. Honorãde obseruãde. Frater optĩe aut charissime. M'r p̃stãtissima. Probe adolescẽs iuuẽis studiose. Amicoꝝ itegerrime aut itime Vicine bone. Cõpater dilecte. & similibus. Ad q̃s addamus, Velim scias aut opus est mihi hac vel illa re. Hac cœna nos cõuenito &c. Breuis ẽ q̃ superscriptio noĩatiuo noĩe eĩ ad quẽ scribimus saluare iubemus: hoc mõ. Salue dulcissimũ decus meũ. Aue viroꝝ clarissime. Saluus sis fili idulgẽtissime Saluere te gaudeo fili charissime. Saluũ te esse volupe est. Bene tibi sit. Bene tibi esse volumus. Optamus salutẽ. Pręmissa salute, aut salutẽ: sine alterius accessione. Plena salutatio est q̃ vltra salutãdi p'tes & sup'scriptiõis & subscriptiõis fungit' munere. vt Iodocus Badius Ascẽsius Christiano Stichilo filiolo suo charissimo salutẽ dicit. Aliis aũe salutẽ aliis felicitat, aliis sanctã vitã dicere licet. Poteris aũt verbũ subticere. Nã satis erit dũ dices. Ascẽsius Stichilo suo salutẽ Neq; vero dices. Salutes plurimas: aut quot maris sunt harenæ: aut salutes nã salus plurali caret. Præcipiũt aũt q̃dã magis audiendi nomẽ scribentis anteq̃ eius, ad quẽ scribit ponendũ eẽ ẽt si minimus q̃sque ad maximũ scribat, idque Ci. authoritate firmatũ. voluit q̃ nomẽ n suũ semp ꝓposuisse cõpatitur, verum tñ cũ cõsularis fuerit vir: difficile supiorẽ iueneris. Quocirca nõ damnẽ eoꝝ modestiã qui p̃ncipum viroꝝ noĩa ꝓponunt, vnde est illud Sulpitii Verulani vt in hac arte peritissimi. Clarissimo viro Falconi Simbaldo Patricio Romano: ꝓnotario apostolico: apostolici fisci custodi. Ioannes Sulpitius Verulanus salutẽ cõtra q̃ scribẽtis nomẽ ꝓponendũ censent nõ vtilibus tutant' noĩbus. Nam & Terẽtiã. M. Tullio Ciceroni salutẽ dicit præposito suo vxore scribẽtis noĩe. Et Anacharsis Scythę philosophi ad Ammonẽ regem ep'lam sic incipit Anacharsis Ammoni salutem Alexandri quoq; ad matrem extat ep'la, quã. A. Gellius lib. xii. cap. iiii. recitat sic inchoata. Alexãder Iouis Ammonis filius Olympiadi matri salutẽ Scodreñ. aũt superstitiose quosdã contendere dicit, & nimis illoꝝ nomen ad quos l'ras scribunt non quã noĩ scribentis præponendũ. Idem inquit. Alexandrũ magnũ salutẽ nemini in ep'lis dixisse nihil Phocioni & Antipatro scribit Plutarchus. Qui etiam author est Cæsarem primũ mutua amicoꝝ per epistolas colloquia excogitasse cũ ob negociorum multitudinem & vrbis magnitudinem viuos vrgentiũ causarum ad fatus haud tempus expectaret. Hæc ille. Equibus non putes ante Cęsarem neminem familiares epistolas militasse. Hanc autem plenam salutationem non opus est prætermittere nisi in l'ris apertis, & quales sunt q̃ scribunt' & imprimunt' continue aut in facile librorum.

quando vero talis salutatio plena ꝑmittitur non est necesse in fine nomen scribentis repetere nisi aut modestię aut sui cōmendandi gratia. Tunc enim dicere licet sic. Idem tibi deditissimus alumnus. Aut tui obseruātissimus seu amantissimus cliens. discipulus. famulus. ꝓut in Sulpitio videre licet. Sed has salutationes partes altius ꝓsequamur.

De superscriptione. Ti. VII.

Superscriptio est exterior sup epl'am scriptio, nomen, merita, locumq; eius ad quem scribimus continens.

Sunt aūt qui nomen ꝓprium ante officii aut dignitatis ꝑconia ponendum censeant. quod in subscriptionibus quidem modestiæ grā obseruamus. Vt Sixtus dei grā seruus seruoꝝ dei Ludouicus ꝓuidentia diuina Frācoꝝ rex & cætera. Sed in superscriptionibus si officia & merita ꝑpollent ꝑponenda censeam, vt inuictissimo atq; christianissimo Frācoꝝ regi Ludouico duodecimo & cætera. Tam vero ꝓprium nomen quā eius epitheta in dandi casu ponere solemus: qa subaudimus: aut deñt lr̄æ, aut salutem dicit. Liceat tñ dicere. Ad magnificū eqtem auratū & cætera. Locus aūt vel in accusatiuo ponet̄ sine ꝑpositione, si est ꝓpriū loci minoris simplicis figuræ aut cū ꝑpositione si aliud. Vel in genitiuo seu ablatiuo expssō aut facile intellecto verbo aut participio q̄etis & motus in loco. vñ sic scribere licet. Romā ad ędē diui Petri Lugdunū ad diuū Ioannē Baptistā. Aut sic. Studioso adolescēti Parhisiis bonis lr̄is in sudāti. Probo. negociatori Brugis agenti Gandaui residēti &c. Pręconia aūt ꝓ dignitate iustū esse conficere: neq; fas est vno gradu ꝓdicos, si differentibus sunt meritis eodē modo adfari. Nā licet ad quos scribimus oēs sint bonaꝝ artiū ꝓfessores: alios tñ doctos, alios cū ꝑmis vel in ꝑmis vel inter ꝑmos doctos & eruditos: alios longæ doctissimos: aut facile doctissimos aut sūma doctrina ꝓditos nūcupabimus. Vitandæ aūt sunt nimiū fucatæ aut calamistratæ cōpellationes, q̄ adulationem suboleant. de qbus videbis Sulpitiana exempla. Epitheta aūt, q̄ idem confuse ponit sic sua quisq; accōmodabis.

Summo pontifici adscribenda epitheta.

Sanctissimo diui Petri successori. Sūmo Romanoꝝ pontifici Reuerentia omniq; obseruatione dignissimo Papæ antistitiq; Romanoꝝ maximo. Sāctissimo Chri in terris vicario. Sūmo vigilantissimoq; Christiani gregis pastori &c.

Imperatoribus apta.

Diuo atque inuictissimo Romanoꝝ imperatori. Felicissimo totius orbis moderatori Faustissimo reꝝ potitori. Incōparabili orbis mōarchæ Diuo Cęsari: semperq; augusto rogatoꝝ principi Inclytissimo: totius orbis triūphatori &c.

Cardinalibus apponenda.

In primis reuerendo cardinaliq; presbytero, Sāctissimo archipręsuli ac firmissimo Romani pontificatus cardini. Sūma obseruatiōe dignissimo Romanoꝝ Pōtificatus cardinali. Multa reuerētia digno Rōani pōtificis adsistori cardineo.

Regi addicenda.

Inuictissimo Romanoꝝ regi Magnanimo triumphatore & christianissimo Francoꝝ regi. Clementissimo Hispanoꝝ rectori, sceptriferoq; principi ac regi. Excellentissimo summaq; virtute prædito Anglorum regi & cętera.

Archiepiscopo conuenientia.

In ꝑmis sancto patri & ꝑmatus Lugdunēs. archipræsuli, Reuerēdo admodū in Christo antistiti: & Neruioꝝ Tornatocēne ꝑsuli. Sāctissimo ꝑsuli & inclyto Leodioꝝ episcopo Vigilātissime gregi superintēdēti Cameracēsiū episcopo.

Archiduci duciq; congrua.

Clarissimo atq; inuictissimo archiduci. Inclytissimo bellatori & inuictissimo suorum ductori. Generosissimo atq; eidem splendidissimo duci. In primis strenuo atque pręter cęteros fortunato hoꝝ aut illorum duci &c.

Abbati & cæteris prælatis applicanda.

Reuerendo patri. Obseruando cum primis archipresbytero. Religiosissimo viro ecclesiæ. N. Archidiacono. Vigilantissimo gregis dominici pastori. Magno ecclesiæ. N. curato Eximio conuentus Carmelitaꝝ prælidi, Obseruantissimo diuinæ legis inter minores patri disertissimo fratrum pręducatorum concionatori &c.

Comitibus equitibusq; auratis debita.

Fidelissimo imperatoriæ maiestatis comiti. Inclytissimo Flandriæ comitatus principi. In primis strenuo bellatori equitiq; aurato Aureo cingulo insignito summaq; virtute prædito nec minus felici in bellis gerendis equiti. Alto loco nato clarisq; natalibus perspicuo equiti &c. Forti admodum equiti &c. in primis strenuo.

Religiosis & doctoribus quadrantia.

Venerabili patri. Viro religioso admodum & in primis colendo multa sanctitate perspicuo. Summa castimonia claro. Excellenti abstinentia ornato. Summa religione prędito. Viro disertissimo Doctorum antistiti. Eloquii Romanoꝝ principi. Iure consultissimo Medico peritissimo. Apollineæ artis expertissimo. Diuinaꝝ literarū interpreti perfectissimo Diuinę paginæ professori eximio. Doctissimo bonarum artium doctori &c.

Iudici & præfectis vrbium accommodanda.

Incorruptissimo iuris administratori. Sanctissimo legum executori. Integerrimo legum interpreti. Vigilantissimo vrbis præfecto. Diligenti admodum ciuitatis moderatori. Optimo morū censori: Iustissimo ædili Equissimo iudici, Inuiolabili iustitiæ præsidi, Forti totius splendori &c.

Ciuibus & negociatoribus cæterisq; bonis idonea.

Splendido ciui. Prudentissimo viro. Optimo ciui. Laudato admodum negociatori. Mercuriali viro probissimo. Negociatorum optimo. Diligenti operario. Solerti opifici. Probo mercatori. studioso scholastico. ingenuo adolescenti spectatæ indolis puero &c.

De subscriptione. Ti. VIII.

Subscriptio autem est modesta notificatio scribentis cum loci temporis ac meritorum eius specificatione post vale sub calce epistolæ posita.

Quatuor igitur ad eam pertinent. loci vnde epistola mittitur descriptio: tp̄is quo scripta est notificatio q̄ duo cōtinuo post vale scribi solēt. item scribentis & eius meritorū modesta declaratio: q̄ si humilis est scribēs, in postrema preponi solet, neque vero vt dixi si plena sit salutatio præmissa, necesse erit iterum scribentis nomen ac merita reponere. Qui etiā negociatores tp̄is & loci in frōte meminisse solent: Locus aūt iuxta regentis exigentiā nunc in gtō nunc in ablatiuo: nūc sine ꝑpositione, nūc cū ꝑpositione ponetur: vt ex officina nr̄a literaria Parrhisiis. Ex Parrhisiorum Luteria. Datum Romæ. Scriptū Lugduni. Sed honestius talia subaudiunt. vt Vale Lugdun. Calendis martii &c. Aut Lugduno &c. Cicero enim frequenter vtitur ablatiuis pro aduerbiis de loco positis. Tēpus aūt in ablatiuo sine præpositione ponemus: aut cū ꝑpositione in eo casu quē ipsa efflagitat: vt Lugduno anno millesimo quingentesimo septimo

Calendas Aprilis:aut ad Calēdas Aprilis. Cū vero dicimus pridie Calendas aut tertio Calēdas pficitur sic pridie.i.die præeunte aut præiturο Calēdas. Tertio die ante Calendas aut inter Calendas: vnde qa subauditur ante.ideo dies denominabitur a sequentibus:Calendis nonis aut idibus non pcedentibus. Et ideo quia primus cuiusq: mensis: dies Calēdæ sunt.ideo qui ab eo denominabunt dies erunt in mense pçcedentibus ab his literis immo.i.Iulio, Martio, Maio, & Octobri sex in reliquis quatuor deinde in omnibus idus octo.post quas sunt Calendæ sequentis mensis:aut verius dies ab eis denominandi:Nam Calendaꝝ nonarum & iduum vnū duntaxat diem esse volunt quem in ablatiuo ponemus dicentes Calendis nonis aut idibus augusti &c.q. dicamus Calendis ipsis. Cū vero:dicimus ad Calendas est quasi iuxta aut circiter Calendas & dies incertus, sed pridie Calendas est dies pcedens pp ea aūt quod ablatiuum dic includunt:licet dicere pridie vel postridie Calendaꝝ:nec est postridie idem quod etas, sed posteriori die, vnde de pterito dici pōt. Postridie quam pater defunctus erat epulum dedi: & de futuro:postridie quam vxor morietur viscerationem dabo &c. Item tertio Calendas est præcipue is, qui tertius est:computando Calen. p vno & pridie Calendarum p altero. Sed ad tertium Calendas volunt intelligi eum qui ad.i.iuxta est siue tertius siue quartus: & ita in reliquis.

De forma & stilo apistolarum. Ti.IX.

Texendæ familiares epistolæ verbis tritis & quotidianis latinis tamen & non fastidiosis stilo non multum elaborato, sed solerti quadam negligentia fulto.

Nam vt Cicero meminit in libro de perfecto oratore:quçdam negligentia diligens est:itaque danda est opera, vt si fieri pōt, in epl'arum contexu nulla pelluceat iunctura dūmodo vitetur plebei sermonis nimia vulgaritas.

Sermo itaq: erit purus, latinus & ad intelligendum facilis.

Vnde. A. Gellius li.xiii.c.viii. diui Augu. epl'as elegātia sermōis neq: morosa neque anxia, sed facili & simplici laudat. Pli. quoq: iunior ad Tusculanū ait. ¶ Et pressus sermo purusq: ex epl'is petitur. Seneca item ad Lucium epl'a.xl. inqt. Minus tibi accuratas a me epl'as mitti frustra qretis. ¶ Quis enim accurate loquitur: nisi q vult putide loqui. ¶ Qualis sermo meus esset si vna sederemus aut ambularemus illaboratus & facilis tales volo esse epl'as meas qui nihil habent exercitū nec fictum:sed si fieri posset ostendere q loqui mallem. ¶ Nō me Hercule ieiuna esse & aridua volo quæ de rebus tam magnis dicentur. ¶ Neq: enim philosophus ingenio renunciat. Multū tamen operæ impendi verbis nō oportet. ¶ Epistola etiam.xv.inquit. ¶ Sed, ne epistolæ modū excedam, qui non debet sinistram manum legentis implere, in alium diem hanc litem cum dialecticis differam hæc illæ: qui sinistram manum legentis impleri significat cum longior fuerit epistola:tunc enim & dextra & sinistra teneri necesse est.

Verba epistolarum non tam erunt vetusta vt obsoleta & desita sint, nec tam recentia vt ignota, nec tam exculta vt mosita tempore se ferant, nec tamen ita neglecta, vt fastidiant.

Apud pathum plene videbis aut vetuste loquendum sit. ¶ Et apud Sulpitium disce. ¶ Ex obscuris & exoletis quæ omnino vitanda sunt, famam eruditionis non adfectandam esse. ¶ Sūt enim qui se multa vidisse glorientur. & ex eo laudem captent:si nimis prisca verba in sermonem quotidianam reduxerit.

De prouidentia in componendo hebenda. Ti.X.

Quicquid dicturus aut compositurus es totum mentis oculis priusquam inceperis præuidebis & excogitabis. Excogitatum suo ordine dispones, & dispositum decenter exornabis.

Sunt enim tres obseruandæ pulchritudines. Ingeniosa excogitatio siue iuentio. Venusta dispositio atq: economina. Et decens verboꝝ, sniarūq: exornatio. In prima aūt pulchritudine consyderandæ sunt sex orationis partes:Principium siue exordiū:narratio:diuisio:confirmatio:cōfutatio & conclusio, de qbus in rhetoricis Cic. videndum, pterea.

Orationis membra quinq: inuentatio, & dispositio, elocutio, memoria, & pronunciatio.

Oportet.n.vt qs res dicere velimus diligēter excogitemus excogitas atq: inuētas ordine suo disponamus:dispositas eloquētię stilo mandemus:mādatas scripto:memorię cōmendemus: & demū facunde & cū decenti gestu pnunciemus.

De materia propria epistolis ex Scodren. Ti.XI.

Opus est eum qui diligenter scribere epistolas velit simplicem & perspicuam materiam pponere, & neq: resecare neq: pducere supra quam oporteat, & exornare optima elocutione. nō dictionibus turgidis & asperis, sed attico more loqui & modice. Perspicuitas ornet literas & gratia dictionum florida.

Omnino petitos sagittarios imitari debet:ne excedere signum nec deficere a signo.

Vtendum est & historicis, & aliquæ fabellæ adducendæ. Aliquid ex monumentis antiquorum excerpendum.

Semperq: illud Apolonii ad Scopelianū ante oculos ponendū Genera orationis quinq: esse philosophicum. historicum, oratorium, epistolicum, & commentariorum, vt hæc distinctis voluminibus adsignemus.

Habent aūt epl'æ non tam elocutionem pprιam, sed res quasdam peculiares. Vt Aristote. notauit. qui inquit. Hoc non ad te scribo qm̄ epistolicum non est. ¶ Nam si quis in epl'a sophismata, physiologiasq: quæ ab epl'a aliena sunt. ¶ Si quis reꝝ naturam mathematicumue aliquid scribat. ¶ Is quidem scribit non vtrique epl'am, q modesta ac prudens esse debet:venustate decorata legentibus obuia & grata festiuitatis plena. De negócio simplici:simplicibusq: nominibus cōstans. simplicem habet narrationem. Prouerbia sint in ea crebra qbus accepta cōgruaq: de qua agiꝫ materia, ita sapienter scribi opinant. Quid in epl'is vtcunque versu custodit Horatius, qđ epl'a sicut puerbium qddam commune ac vulgare sit. Qui snias scribit & adhortationes non similis videtur narranti per epl'am:sed per consilium.

Qui decore sniarum epl'am cupit implere, non iam, inquit Demetrius, loquentis similitudinem gerit sed struentis aliqd. Et Dionysius sententias non pertinere ad epistolas clamat. Quare Senecam olim insectati sunt nec hodie incessere desinunt eruditorum plurimi q disputationes pro epistolis scripserit.

Aristoteles & demonstrationibus q pprię sunt epl'arum vtitur: vt cum nititur ostendere quod æque magis ciuitatibus & paruis bn̄faciendū sit. Dii inqt. in vtrisq: ęquales sunt ergo bn̄facere oportet cū gratię deę in his æquales tibi sint.

Epistolæ quæ plerunq: ad ciuitates & reges scribuntur paululum elatæ sint, & aliquanto compotiores ad grauiores. Consyderanda enim persona cui scribitur, quæ profecto elata est.

De epistolarum magnitudine. Ex eodem. Ti.XII.

Scribentes epistolam meminerimus nos epistolam scribere ne sit volumen loco epistolæ.

Quemadmodum Aristotelis ad Alexandrū & ad Dionis familiares epl'æ Platonis Nam Ciceronis epistolæ breues imo

breuissime

breuissime sunt præter paucas, q̃, vt dicam quod sentio: sentio asit quod de eius orationibus sensit Cœlius, optimæ sunt: vtq; aliæ bonæ res & bonus liber quoque meliores quo maiores pro materiæ ratione. Idem author Cornelio Miniciano hunc in modum scribit. Quid enim mihi cum tam longa epistola? Nolite ego identidem quærere, quid Romæ geratur: & tamen mementote non esse epistolam longam q̃ tot dies, tot cognitiones: tot denique reos causasq; complexa est Quibus verbis innuit epistolas longas fieri posse de multis magisque rebus, quæ tamen longæ cum tot & tanta contineant non sint censendæ, hæc illæ qui post multa diui Hieronymi de breuitate epistolarum testimonia: adfert illud diui Augustini ad Hieronymum, quod sane scripseram nullum me librum aduersus te Romã misisse ideo scripseram: quia & libri non ab ipsa epistola discernebam.

Non tamen est nimia breuitas amanda licet in ea nimis delectatus sit Libanius & Lucianus in epistolis suis quarum phalaris author vulgo creditur Et pro materia ratione dilatanda est oratio.

De stilo epistolari ex Scodrensis. Titu. XIII.

Demetrii Phalarei sententia est, In tenui humiliq; dicendi genere epistolam versari. Cuius dicendi modus & stilus gracilis esse debet. Et infra.

Expressus sermo purusq; ex epistolis petitur. Stilus quoq; p personarum ratione efferendus aut deprimendus est, & cum oportuerit inter vtrũq; temperandus. Et quamuis aliqui negligentiam pro cultu in epistolis adseren. tamen cum munere mittant diligentia magis probanda, vt Plinio placuit. Vtq; Dionysius iubet, concinnitas adhibenda quæ ab arte amouetur. Demum cum epistola ambitione carere debeat, nec scribentis indolem ostentare, non semper agere adfectat quoniam non est dialogus, tametsi apud Ciceronem & alios interdum agat eo, puto, ratione quod dialogo sit adfinis.

Cicero ad Pætũ in ea epistola quæ incipit, Ain tandẽ. Qualis debeat esse epistola paucis explicat sic inquiens Verũtamẽ quid ego tibi in epistolis esse videor? Nonne plebeio sermone agitur tecum? Nec enim semper eodem modo. Quid enim simile habet epistola, aut iudicio aut concioni? Quin ipsa iudicia non solemus tractare vno modo. Priuataa causas & eas tenues agimus subtilius, capitis aut famæ scilicet ornatius. Epistolas vero quotidianis verbis texere solemus &c.

Idem ad Atticum lib. i. tris eius Epistolas se accepisse scribit. Quæ inquit fuerunt omnes rhetorum pure loquuntur cum humanitatis sparso sale: cum insignes amoris notis.

Sunt tamen sicut in oratione oratoria tria stili genera in epistola, sed longe oratoriis inferiora, infimus qdem oratoris stilus epistolari muneri sumus est. Nec omne genus epistolarum vnum & eundem stilum habet, vt quidam arbitrant. Igitur gracili stilo pximus est stilus vitiosus, qui aridus appellat. Fit in tribus rebus. In sententiis, vt qui de Xerxe inquit. Descendit Xerxes cum omnibus suis. Debuit enim dicere cum tota Asia, nã cum dixerit cum omnibus suis valde rem diminuit in dictione, cum res magnæ nominibus paruis enunciãtur, vt ille qui de Phalaridi Tyranno dixit. Quæ enim Phalaris perturbauit Agrigentinis, non iis dictionibus expressit tyranni crudelitatem, quæ magnis noibus explicanda erat. In compositione quando incisa dẽsa sunt vt in Aphorismis. Vita breuis. Ars longa, tempus acutum experientia dubia.

Demum stilus epistole gracilis est iunctus cum gratioso. Si Demetrio & Dionysio credimus. Qui opinati sunt duplici genere dicendi miscendam epistolam gratioso & tenui. Gratiosus etiam in pluribus locia inuenitur. In rebus, ex prouerbio, ex fabula, ex similitudine & hyperbole. In dictionibus cũ nominibus pulchris aliquid exprimitur vt πολυλήιος(?) terra multum coronata. Fit etiam ridiculum, quod profertur noibus vilibus & vulgaribus, quod destruit ornatu elocutionis. Nam qui ridicula graphice describit, similis est cuipiam simiã ornanti. Hæc ex Marino Becichemo Scodrensi. Qui Ciceronis epistolas iustis laudibus extollit, & a Sidonii eleuatione defendit, vt in epistola nostra tetigimus.

De ordine & constructu vocabulorum. Ti. XIIII.

De construendis collecandisq; vocabulis tametsi lex certa dari nequit, vt plurimum tñ orator & grammaticus vtunt contrariis viis præterquam in dictionibus vim exordiendi habentibus quas vtrũq; in fronte locabit.

Nam orator vocatiuum passim vbi concinnum videtur collocat, grammaticus in principio dũtaxat.

Orator determinans sæpe præponit determinabili, vt obliquum rectori verbum infinitiuũ finito, aduerbiũ verbo adiectiuum substantiuo. Idq; frequẽter aliquo interposito, sit multa viri virtus: degeneres animos timor arguit Amare te non desinã. Multas ad res summæ conducit virtus. Grãmaticus q̃ pxime põt determinans ponit determinabile locat.

Orator sæpe relatiuũ antecedenti pponit: & vtrũq; eidem rectori tribuit: vt quas credis esse has non sunt veræ nuptiæ. Grammaticus contra antecedens præponit: nec ab eodem nisi bis posito regi patitur.

Orator negationem includentia psertim signa vniuersalia in finem reducit: grammaticus in principium: sic tñ vt resolutione facta obliquum postponat vt qui te plus amet habes neminem. Non habes quẽquam qui te plus amet &c.

Orator quæsitiua etiam fini dat. vt partes orationis quot sunt? grammaticus principio.

Orator multa in subauditiõe relinqt: vt verba generalia sum facio gero & ad loqllã spectãtia. Aut verba ipsa sine suppositis collocat Grãmaticus nihil omittit qđ ad integritatẽ sermonis aut sniaꝝ ptineat: ideoq; oĩa subintellecta repoit.

De particulis non commutandis. Ti. XV.

SVnt autem nonnullæ Particulæ quæ nisi propriis locis ponantur fœdant orationem. Quare hæ semper sunt præponendæ. At in oratione, ast in carmine sequente vocali, sed ac item quæ etiam in medio locantur nec, neq; vel, aut cæterum, enimvero, verum, si, sin, quatinus, seu, sine, ni, nisi. Ex his autem nullam in maioribus principiis non aliunde dependentibus collocabis præterea in indignatione, aut, vel, seu, sine, & ni, Postponuntur, q;, ve, ne, quidem, quoq;, autem vero, enim. Et amat apponi post primam dictionem clausulæ dependentis. Præsertim autem enim & vero Quæ alibi nisi post secundã non

collocantur, vt cæteræ.q; & quoq; post illam dictionem quam coniunctio & p̄cederet locari volunt,
Et enim potest præponi, vult aũt in medio poni. Ve & ne post eam quam an & vel, p̄cederent sobilci amant.
Cæteræ aũt cõiũctiones fere oẽs p̄poni supponiq; possunt Sed ex his apte sunt primis initiis Quoniam, cũ q̄uis & si,q̄q̄ licet qa q̧,vt,si.in minorũ initiorũ ad aliud dependentiũ fronte. Quocirca quapp. quãobrem & quare constituemus Ergo & Igitur in breuioribus conclusionibus. Itaq; plurimum in maioribus.
Quin & non præponuntur. Vtique postponitur. Sin nunquam dicitur nisi præcesserit si,aut fuerit subintellectum. Ita pro valde Postponitur.
Quia non ponitur ante sed Nec dicas concinne. Non vero,sed non autem. Nec neq; autem,sed neq; vero. Nec age autem,sed age vero. Nec sane autem,sed sane vero.
Nec iam autem,enim autem,at autem. Sed iam vero,enim vero,tum vero,at vero. Post non & nec enim apponens,vt non enim nec enim,vel neq; enim,non tamen dices ne enim,aut ne vero.
Neq; nõ ponitur ante nam,nec equidem ante atq;,dicimus.n. nam neq; atq; equidem. Tum & & geminamus q̄ñ partes sunt æquales. Sed quãdo sunt inæquales p̄ponimus cũ cũ minore & postponimus tũ cum maiore.
Versus fere semper postponitur. Tenus frequenter. Inter, propter, circa, contra, & similes non raro. Reliquæ p̄poni gaudent, sed monosyllabæ post adiectiuũ & ante substantiuum.i. inter vtrunq; poni solent.

De venusta vocum maritatione. Ti.XVI.

Non solum quo ordine: sed etiam qui cum quælibet dictio locanda sit summe attendendum est.
Omnis enim vult poni cum positiuo aut comparatiuo nunq̄ cum superlatiuo.
Cõtra quisq; cum superlatiuo, aut vim eius habente. Cum superlatiuo aũt non ponimus vim superlatiuam habentia, sed cum positiuo, vt sunt in primis, apprime, per, per,q̄, sane saneq̄, oppido, oppidoq;. Ponemus tñ cũ eo longe facile, nimirum & quam pro valde, q̄rum q̄rum, modicum paruum, nihil & nihilom, satis tantũdem positiuis congruunt longe facile, tanto, quanto & similia in o comparatiuis & superlatiuis.
Dicimus ergo oẽs boni viri: optimi quiq; milites: tñ apud Ciceronem leges omnes summi viri: sed id perinde est: ac si dicas omnes optimates: & aliquem dixeris quam optimum: non addes genitiuum quale sit quam optimum omnium.

De venusta iunctura. Ti.XVII.

Iuncturæ quoq;, quæ est apta vocabulorum structura & collocatio sine offensione accurate studendum est. In qua literarum syllabarumq; lenitatem asperitatemq; attendimus.
Vitandus itaq; est eiusdem literę syllabę, aut dictionis frequens concursus literę s cum sibilus.
Cacocephaton.i. malum & turpem sonum aspernabimur.
Similiter cadentia vel desinentia vel declinata pueriliter non adfectabimus.
Cauendum præterea est, ne decrescat oratio & fortiori subiungatur infirmius, vt sacrilego fur. Nam augeri & insurgere sententiæ debent.
Et iuxta ordinem naturæ & vrbani sermonis conseruationem prius viros quam fœminas, deos quam homines alios quam nos, genera quam species, communia quam propria pones.
Cauebis ne ordo pariat ambiguitatem neue prolixitas fastidium, aut breuitas obscuritatem. Item ne longa sit verborũ continuatio quam vno spiritu enuntiare nequeas. Cauebis ad hoc ne ordine, permutato quid fiat, superuacaneum. Siquidem vt recte dixeris fratres geminos & mulierem ancillam, ita superuacue geminos fratres & ancillam mulierem. Si enim gemini & fratres sunt si ancilla etiam & mulier est.
Cæterum si quo ordine res gestæ erunt narrabuntur multum iuuabunt intellectum.
Quin adeo in methaphoris rerum gerendarum ordinem conspiciam.
Sicut in illo Quintiliani duxit me similis ætas: vicerunt officia: cœpit fides: amantẽ odisse nõ potui. Vbi cõsuetudinis seruatur ordo. Nam qui per consuetudinem amicitiam ineunt: primo loco ducunt, vt liberi & nullo officio adstricti aut vinculo capti, deinde vbi officia accedunt: vincuntur, vt ẽt si nolint, amici videri debeant: at vbi perspecta fides est: capiuntur: ac capti amantem odisse non possunt: quæ res in similibus est nobis animaduertenda. Nam præpostere dicas hanc aluit: peperit: genuitq; puerpera prolem. Prius enim genuit q̄ peperit: & peperit q̄ aluit.
In rerum tamen narratione alius a poetis alius ab oratore seruabitur ordo.
Vnde de poetico ordine dicit Horatius in arte. Ordinis hæc virtus est ac Venus, aut ego fallor.
Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici, Pleraq; differat, & præsens in tempus omittat.
Orator enim fere quo ordine res gestæ sunt eas narrat poetæ autem sæpe a fine aut medio historiæ narrare incipiunt.

De elegantia sermonis obseruanda. Ti.XVIII.

Elegantiæ sermonis vocisq; proprietates in epistolis ad vnguẽ obseruabuntur nõ minus q̄ in oratione, tametsi non tantus erit verborum splendor nec ornatus.
Verumtamen poetica, vt sunt caballus, genitor genitrix peregrina, vt sunt gaza, esseda, & summopere barbara, vt sunt guerra, bladum, & inepta, vt causare pro producere vel efficere, confiteri pro eo quod est confessione audire, diligentius vitabimus.

De phuco & ornatu frequenti vitando. Ti.XIX.

Phucus autem frequens & ornatus nimis vitabitur in familiari præsertim epistola.

De venustis locutionibus. Ti.XX.

Venustæ locutiones dummodo rebus congruant, non sunt in epistolis (vt iam dictum est) fugiendæ.
De quibus in Augustinum Dathum latius diximus,

EPISTOLARVM INDEX

AMBROSIVS REGIENSIS. IO. BAPTISTAE. BRACTEOLO. S.D.

SEbastianus Corradus. D. Petri Dialis multiiuga vir eruditione mecū super illa veterū intercalatione disceptabat, de qua, cum istic essem inter nos vltro citroq; non pauca discussimus. Homini ad literas nato, cū intercalādi rationem, locumq; demonstrassem, illico mihi venit in mentem rem nequaq̄ studiosis ingratam me facturū, si rem vniuersam paulo apertius explicarem. Erit igitur hoc nostrae demonstrationis initium. Annū videlicet a Romulo institutum x. menses habuisse. Martium. s. & reliquos ad Decembrem, vsq;, inter quos dies vnum &.xxx. nonas autem septimanas habuere. Mart. Maius. Quint. October. reliqui dies. xxx. Nonas vero qntanas. Dies igitur ccciiii. Nu. Pompil. secūdo loco anno Romuleo menses praeposuit Ian. & Febr. & ita factus est annus mensium. xii. dierū vero. ccclv. hoc modo. Mart. Maius. Quinti. Octob. dierū vnius &. xxx. fuere reliqui omnes vnde triginta. excepto Febr. qui dierum fuit duodetriginta. Verum vt haberet annum naturalem ciuili congruentem. Numa dies. xi. superioribus adiecit & quadrantem. Hoc demū subtili examine cognito q̄ anno naturali, longe maior erat ciuilis. circuit siquidem sol zodiacum vniuersum diebus. ccclxv. hor. vi. & centesima tricesima vnius diei parte. Caes. dictator a mortuo Nu. Pompil. anno. dcccxxxvi. cum prius in annū confusionis vltimū dies. cccxlv. coniecisset, id quod statim in sequēti digestione cognoscetur. annum, quo semper vsi fuimus, vtimurq; cursui solis adcomodatum ad. ccclxv. dies & diei vnius quadrantem redegit adiectis. s. anno Pompiliano diebus. x. horis vero. vi. e quibus quater multiplicatis nata est dies bissextilis, quam eo loci quarto quoq; locatus anno, vbi in sequenti mensiū digerie coniectū mensem intercalarē videbis. Dicerē veteres illos alterno quoq; biennio intercalasse, priori dies. xxii. posteriori. xxiii. Verū ab instituto nro visum est alienū. Illud nequaq̄ dissimulandū est, calendarū dies q reperiunt vel in epl'is vel in orōnibus Cic. sequēriū mensiū supputationi rńdere dēre. exēpli gr̄a in orat. p. ..Qu. cū (inqt orator) die N aeui diē ante. v. cal. itercalares intelligit. xx. Februarii. Cū vero paulo mox versu. iii. dicit, Deiicit de saltu. C. Aqle. Pr. cal. itercal. xxiii. Febr. diē signat. Ad Appiū cū scribit, vt hēt vetus oīs lect. Traleis veni ad. i cal. sextil. xxvii. Quint. diē signat. Quae vero post hanc ordinationē scriptae sunt, eas libētius ad aetatis nrae supputationē reuocauerim. Hoc ēt addiderim, qd nō paucos ad hāc aetatē cruciauit. Ego tn̄ idē cū ad Pr. cal. itercal. priores vlti anū non ēb. idē significare ad. Q. ligar. l. fam. vi. epl'. xiiii. Hoc vltimū in Lactauri hois ingratissimi gr̄am dictū sit, q'cum assensus plane sit, primas tn̄ sibi vendicare nō erubescit, simul, & vt hois Galli sup hoc loco detegamus ignorantiam, qui hoc loco, vt & i sexcentis millibus aliis, nescit qd cucurriat, ne dicam cacaturiat. Ceterū hac in supputatione secuti sumus authorem, qui post Caesarem vixit anno centesimo Lector boni consule & Vale.

Iañ. dies hēt. 29
1 a cal. Ianuarias
b 4.noñ.
c
4 d
5 e Non. Iañ.
6 f Octo. idus
7 g
8 A
9 b
c
ASCEN. ¶ SED debemus spectare. i. spectādo conari asseq semp idem. ¶ Quāobrē vt posui. i. dixi pauloante, si oīa eēnt mihi solu-ta. i. libera, tñ nō essem alius in rep. atq;. i. q̄ sum nūc. ¶ Vero. i. sed, cū ego, &. i. simul: alliciar. i. blāde inducar bñficiis hoīum, & impellar. s. violēter, iniuriis hoīum, in hūc sensum. s. in hāc sniam, ego facile patior me sentire, ac dicere de rep. ea maxie, q̄ putē cōducere. i. vtilia eē, multū. cū. s. ita sit. q mihi. tñ. i. multo magis, rōnibus. i. cōmodis, reip. ¶ Aūt. i. sed: ego ago. i. tra-cto & dico, hæc aptius, ac sæpius, q. i. qa, &. i. simul, Q. frater meus est legatus Cæsaris. i. missus cū Cæsare in Galliam, ad vices illius (si opus fuerit) gerēdas, &. i. simul, nullū dictū meū minimū. i. ēt minimū, nō mō. i. nō solū factū p Cæs. i. qd fece-rim pro Cæsare: intercessit. i. ad impetrādū aliqd a Cæs. qd ille. s. Cæsar, nō accepit sup. cū grā ita illustri. i. pspicua. & cla-ra, vt putarem. i. putare possem, eū deuinctū. i. obligatū mihi. ¶ Itaq;. i. & in ita ego fruor sic: &. i. simul oia grā eius: q̄ sum-ma est, & opibus quas intelligis esse maximas, vt meis. ¶ Nec videor mihi potuisse aliter frangere consilia pditor̄ hoīum de me, nisi coniunxissem cum iis p̄sidiis. i. tutaminibus vitæ meæ, videlicet doctrina, eloquio: fide: constantia, integritate, q̄ ego habui semp: nunc ēt beneuolentiā potentiū. s. virorum. ¶ Si ego habuissem te præsentem his consiliis. i. cum inirem hæc cōsilia, ego essem vsus eisdem, vt opinio mea fert. i. vt opinor, quia tu eadem suasisses. ¶ Ego enim noui temperantiā & moderationem naturæ tuæ, noui animū tuum, cum. s. ita sit q amicissimum mihi, tum scilicet multo verius est q nulla maleuolentia in cæteros suffusum id est infectum aspersumue. ¶ Et contra. id est econtrario, noui, cum, cum scilicet ita sit, q magnum, & excelsum: tum etiam apertum. i. non dissimulatum, & simplicem. i. non fraudulentum. ¶ Ego vidi quosdam tales in te, quales tu potuisti videre eosdem in me ea, quæ mouerunt me. s. ad ineundum in gratiam, eadem mouissent pro-fecto te. ¶ Sed quocunq; tempore. ptās. i. facultas tui præsentis fuerit mihi: vt eris moderator oium consiliorum meorum etiam dignitas mea eris tibi eidem curæ, cui salus mea fuit curæ. ¶ Certe tu habebis me socium tanquam parem, & comi-tem. i. vt. minorem, actionum, sententiarum, voluntatum. deniq; id est & vt semel dicam, omnium rerum tuarum.

neq; mihi in oĩ vita res tã erit ulla ꝓposita, q̃ ut quotidie vehemẽtius te de me optĩe meritũ eẽ lætere. Q ꝺ rogas, ut mea tibi scripta mittã, q̃ post discessum tuũ scripserim: sũt orones quædã, quas Menocrito dabo, neq; ita multæ, ut ꝑtimescas. Scripsi ẽt carmina quæ dam, nã ẽt ab orationibus disiungo me interdũ, refe roq; ad mansuetiores musas, quæ me maxime, sicut iã a ꝑima adolescẽtia, delectant. Scripsi ẽt Aristotelico more (quẽadmodũ quidẽ uolui) treis libros in dispu tatione, ac dialogo de oratore: quos arbitror Lentulo tuo fore nõ inutileis. Abhorrẽt. n. a cõibus ꝑceptis, & oẽm antiquorũ & Aristotelicã, & Isocraticã rationem oratoriam cõplectunt, Scripsi ẽt versibus treis libros de tẽporibus meis: quos iãpridẽ ad te misissem, si esse

NVBER. ¶N E q; in omni, i. hoc est in tota vita mea: nihil erit, quod tam faciendo proponam: q̃ vt ita me geram, quod quotidie magis gaudeas te contulisse in me beneficia. ¶ Proposita. instituta, deliberata. ¶ Lætere ve. magis gaudeas. ¶ Te esse op me. de me, te contulisse in me beneficia. Sicut forsasse videor in explanatione huius epi. fuisse prolixior, & loquacior: existimet ingens pelagus inermi cymba non esse tentandum. ¶ Quod rogas. Hæc pars superioris epistolæ oĩo esse videtur: licet a plerisq; pro epistola ponatur: quod ideo putatum est: quia a mentione Appii Cæsa. Pom. Crassi: & Vatinii discessit, sed hic tendet aliis partibus epistolæ Lentu. quia & de omnibus supra memoratis quæsiverat Lentu. & insuper rogauerat eũ: vt q̃ post ꝓfectionem suam in Ciliciam scripsisset: ad se mitteret. Itaq; ondit Cice. q̃ sint ea scripta inter q̃ maxime laudat libros, quos de oratorem scripsit ad Q. fratrem, & postea adducit eãm quare nondũ ediderit libros, quos de temporibus suis scripserat. Deinde pollicetur diligentiam suam in rebus domesticis Len. de quibus dicit se non posse ab eo rogari sine dolore commendat postea ei negocium quoddã Q. frĩs, quod vĩ fuisset de emptione cuiusdam fundi in Cilicia: quem Q. Ci. magnificaret. subdit deinde varias quasdã sententias de successione Len. in ipsa ꝓuincia: quia Appius cuperet ei succedere. Hortatur autem Len. vt ei prouinciam concedat. Postremo ei consulit: vt sibi reconciliet publicanos, quos a se aliquantulum alienauerat. ¶ Quod ro. quod oras, & est indẽdi modus. ¶ Orationes. oratio variis modis accipitur. sed hic pro oratione, quæ partibus rhetoricis cõstat. ¶ Neq; ita multæ. i. tot: tam multæ. ¶ Vt pertimescas. multitudinem earũ. ¶ Carmina. poemata. ¶ Fere. me videatur relinquere penitus. ¶ Ab orationibus. a soluto dicendi genere, quod. n. certo pedum numero non constat, oratio appellatur: sed certe. ¶ Ab orationibus. a causis forensibus: in quibus solebam multum versari. ¶ Mansuetiores. amœniores. Delectant. n. carmina, quasi Syrenum cantus longe magis, quam oratio soluta. ¶ Refero me. quia antea eis operam dederat: vt ipse dicit. ¶ A prima adolescentia. quia: vt Seruius est author, quælibet ætas treis partes hẽt. Primam, mediam: & præcipitem. ¶ Scripsi. composui. ¶ Dialogo. dialogus non est: vt imperiti interpretantur: sermo duorum: a dia quod est duo: quod nusquam legitur: sed est quælibet oratio: vbi disputantes introducuntur quotquot authori libuerit. Dicitur autem a verbo græco διαλέγομαι disputo, ideo dixit Cicero, disputatione. ¶ Et. stat expositiue idest. ¶ Quemadmodum volui. arbitrio, & iudicio meo. ¶ De oratore. qua opere Cicero vehementer gloriatur: vt inferius libro sexto epistolarum ad Lepeam scribens in quadam epistola, quæ incipit. Simulac accepi. ¶ Aristotelico non q; Aristoteles: aut Isocrates dialogo vtantur: sed hoc dicit: q; scripsit libros de oratore more Aristotelico, & Isocratico scilicet relicto forensi dicendi genere: sicut illi reliquerunt: vt ipse Cicero in primo offici. Eodemq; modo de Aristotele, & Isocrate iudico, quorum vterq; suo studio delectatus contempsit alterum, vel quia idem fecit: quod Aristoteles, & Isocrates qui post philosophiæ tractatus scripserunt etiam præcepta Rhetorices: sicut Cicero ostendit in libro de diuinatione his verbis. Cũ Aristoteles, & Theophrastus cum subtilitate: tum copia excellentes viri: cum philosophia dicendi & præcepta coniunxerunt: nostri quoque oratorum libri in eundem librorum numerum referendi videntur, Isocrates autem Gorgiæ Leontini Philosophi auditor fuit, cuius domus, vt Cicero in Bruto refert: quasi ludus quidam, atque officina dicendi patuit: de quo ita dicit. Quanquam forensi luce caruit: intra parietes aluit altam gloriam. quam nemo quidem meo iudicio postea est consecutus: cuius e schola velut in oratione meminit, velut ex Equo troiano innumerabiles oratores prodierũt. ¶ Versibus. metris: sed metrum nomen est declarationis: quo raro vtuntur authores: nisi declarationis causa vt si grammaticus dicat metrorum multa sunt genera: non autem legi metra ista: nec in oratione soluta nec in carmine sed versus carminas numeros: musas. Aut vtemur periphrasi, hoc est circumlocutione: vt ponendo nomen vnius musæ pro carminibus: aut cytharam Apollinearn: aut cantus phœbeos, & pierios, & similia. Metrum apud poetas idoneos nunquam memini legere. ¶ Temporibus meis non omnibus temporibus vitæ meæ: sed iis, quibus primum in repu. florui in consulatu meo: deinde ad inimicis vexatus in exilium missus, & deinde reuocatus: hæc enim sua tempora appellat, vt supra, sicut & meis temporibus scimus, & nonnullis aliis accidisse.

Oratio

Dialogus

Isocrates

Metrum

ASCEN. ¶N E q; res scilicet aliqua, erit mihi tam id est tantopere proposita. i. affectata: in omni. i. tota i vita scilicet mea quam vt lætere quotidie. i. in dies i vehementius te esse meritum optime de me: hoc est, quam vt me tibi gratissimum iudicesa. Ponitur ergo quotidie: etiam cum incremento: quo in dies, & in horas non carent. ¶ Quod rogas &c. hic quædam exemplaria principium, nouæ habent epistolæ: eo q; alterius videntur, quę continentur in hac parte argumenti sed potuit Lẽ. ru. in epistola sua primum scripsisse de studio Cicero. in se, deinde de reconciliatione cũ diuersis, ad quem hactenus respõdit: & demum de studio literario, ad quod nunc respondet: & ita vna fuerit epistola: vt pluribus placere video: vnde non erat interferenda particula Vale. ¶ Ordo igitur est, quod idest quia rogas, vt mittam tibi scripta mea, quę scripserim post discessum tuum sup. ea, sunt orationes quædam, quas dabo scilicet portandas ad te: Menocrito, scilicet tabellario, neque sup. sunt ita multæ: vt pertimescas sup. eas perlegere, & est iocose, aut modeste dictum, quasi vero cruciandus sit multarum lectione. Scripsi etiam carmina quædam, nam disiungo, id est separo me. ¶ Ab orationibus, scilicet habendis, vnde patet non ita habitas esse orationes, vt scriptæ sunt, nam & cultius, & accuratius postea scripsit nonnullas, & refero me, ad musas mansuetiores, vt pote, in quibus nulla est contentio, quales sunt versus de astrorum ratione, quibus Aratum transtulit, quæ scilicet musæ mansuetiores, sup. delectant me maxime, sicut delectarunt me iam a prima adolescentia, non tamen optimam habuit in eis venam. ¶ Scripsi etiam more Aristotelico, quidem id est certe quemadmodum volui, id est quantum conatus sum, treis libros de oratore in disputatione, ac pro id est dialogo, id est diuersorum disputantium sermone, non enim dicitur dialogus duorum sermo, sed disputatio quotcunque inter se loquuntur, a verbo διαλέγομαι dialegomæ, quod est comprobo, disputo &c. quos, scilicet libros, ego arbitror fore non inutiles Lentulo tuo: scilicet filio. Enim: idest quia, abhorrent: idest alieni sunt a præceptis communibus: & ita, qui singularis euadere vult non debet in triuialibus versari: & complectun: tur: idest continent, omnem rationem oratoriam antiquorum: & Aristotelicam: & Isocraticam. ¶ Scripsi etiam versibus treis libros de temporibus meis, quos emisissem iampridem. i. iam a plusculo tempore, & adhuc mitterem: si putassem edendos esse: id est edi, & emitti debere, quia autem tales non fuerunt, opinor deperiisse.

Quotidie

Dialogus

Sunt

HVBER, Edo

¶ SEDENDOS. exhibendos: proferendos. Nam edere ab e & do compositum significat proferre: & maxime vt est di gellus de edendo: significat copiam describendi facere: & in hac significatione potest optime hic accipi. ¶ Meritos. osten dit in prima epistola. ¶ Meaeq; pie. scilicet erga te: in prima epistola. Ego omni officio, ac potius pietate. Sed subaudi nõ putaui edendos. ¶ Quia ve. timebam. ¶ Laesos. offensos: q; scripsissem me ab eis iniuste oppugnatũ: aut eos mihi inuidisse vt dixi supra. ¶ Id feci. i. laesi. ¶ Parce. moderate, non etiam quantũ merebant. ¶ Molliter. non acerbe. indulgenti animo: q; non in eos acriter inuectus sum. ¶ Sed eos. subaudi verebar. ¶ Erat infinitum. res infinita, & quodammodo impossibilis. ¶ Nominare omnes. omnes nominatim declarare, quia fuerant pene innumerabiles. ¶ Committam. credam, tradã. ¶ Recte. tuto, & fideliter. ¶ Atq; istam. pollicetur se esse cõmunicaturum. cum Lentulo, quaecunq; scriber, aut leget. ¶ Vitae. quam consumo in scribendo. ¶ Consuetudinis. quia consueuerat Cice. assidue versari in literis. ¶ Quantum literis. declarat, quae sit illa pars. ¶ Literis. cognitione literarũ. ¶ Veteribus. quibus a teneris annis operam dedimus. ¶ Delectationis. liberarium disciplinarum. ¶ Consequi. efficere. ¶ Conferemus. attribuemus, ad arbitriũ tuũ: vt voles. ¶ Haec amasti. i. his delectatus es. ¶ Haec. i. talia. ¶ Domesticis. familiaribus priuatis. ¶ Nolim admoneri. quia propter meum in te amorem: per me ipse recordor. ¶ Rogari. orari. ¶ Sine dolore. quia puto diffidere beneuolentiae nostrae. ¶ Quod de Q. fratris. ad aliam epistolae Lentuli partem respondet: in qua se excusauerat, quod non potuisset Q. Ci. negociũ conficere: quia priore aestate morbo implicitus in Ciliciam ire non potuisset: se tñ nunc daturũ operam, vt conficeret. videtur aũt: vt dixi: negocium hoc fuisse fundus: quem Q. Ci. opera Lentuli emere cupiebat, quem ab eo tanti fieri dicit Ci. vt eo sibi adiũcto existimet patrimoniũ suum per ipsum Len. fuisse constitutũ. ¶ Implicitus. impeditus. ¶ Transiteris. ex Cypro. Nam vt visum est in epistola, quae incipit. Legi tuas literas: praeerat Lentulus Cypro: & Ciliciae. ¶ Conficere. perficere: exequi: absoluere. Nunc facturũ. subaudi, quod scribis te. ¶ Eiusmodi. tale, talis momenti. ¶ Adiuncto addito sibi vel rebus suis. ¶ Constitutum. confirmatum stabilitum. ¶ Studiis. literarum. ¶ Exercitationibus. quid potissimum scribat, & in quo se exerceat. ¶ Existimes. iudices. ¶ Neminem. i. neminem ab aliquo magis fuisse amatũ, q̃ te a me. ¶ Idq;. neminem fuisse chariorem cuiq̃: q̃ te mihi. ¶ Sentias. cognosces. ¶ Omnes. gen. tam externae, q̃ Italiae. ¶ Etiam posteritas etiam. qui post nos nascentur. ¶ Appius dicit, quid Appius diceret de succedendo ipsi Lentulo. ¶ In sermonibus. collocutionib⁹ amicorũ priuatis, & familiarib⁹. ¶ Dictitabat. saepe, & frequenter dicebat. ¶ Etiam in senatu. quasi in loco publico: vbi vellet verba sua pondus habere. ¶ Ferre. promulgare. ¶ Legem curiatam. lex curiata non a Curio latore: sed a curiatis comitiis, de q̃bus supra diximus, dicta est, quia a comitiis curiatis erat constituta. quae lex prohibebat prouinciam, cuiq̃ designari sine sorte: hoc est ne praetores, aut pro consules, aut Imperatores succedere in prouinciis possent: nisi eas prius inter se sortiti fuissent. Huic contraria fuit lex cornelia: qua permittebatur, vt prouinciae etiam sine sorte disignari possent sine senatu. creatus igitur consul Appius dicebat: q; si liceret ferre legem curiatam, sortiret cum collega prouinciam. Si autem lex curiata non esset, quae prouinciam sortiri iubebat: dicebat sese paratutum prouinciam cum collega, vt collegae consulatus in vrbe: sibi vero in prouincia obtingeret, succederetq; Lentu. neq; necesse esse sibi: qui esset consul: ferre illam legem curiatam: quia iam senatus per legem corneliam decreuisset: vt ille prouinciam haberet non obstante lege curiata: & quoniam introisset in vrbem ad petendum consulatum: dicebat se habiturum imperium: q; tempore comitiorum, qui consulatum peteret adesse necesse erat. ¶ Author Appia. lib. ii. vbi de Caesaris consulatu loquitur. ¶ Opus esse consuli. i. ferre legem curiatam sibi necesse non esse ferre legem curiatam: & subaudi dixit. videntur tamen esse contraria opus esse, & necesse non esse: sed non ita est. nam opus esse ad officium pertinet: necesse vero q; se aliter habere non potest, vt opus est praeceptori bene instruere discipulos, sed non est necesse, sic ergo dicebat Appius ad consulem pertinere ferre legem curiatam, sed nõ necesse esse: quia ad hoc non cogeretur, quia esset consul: quomodo ergo dixit si licitum esset. soluitur, quia aut tempora comitiorum prohibebant: quae fortasse tunc non fiebant: aut quia illa lege (teste, A. Gellio) minoribus magistratibus creandis magistratibus dabatur: sicut maiores magistratus centuriatis comitiis fiebant. ¶ Ergo si licitum esset quia magistratus erat maior: qui ea lege non dabatur. Maiores autem magistratus (eodem Gellio teste) sunt censores: consules: & praetores: reliqui minores appellantur. Praetores autem consulum collegae esse poterant: & eodem auspicio creabant. ¶ Separaturũ. diuisurum sine sorte: alii codices habent se pacturum: quod non displicet mihi: vt pacturum, id est conuenturum. ¶ Cum collega. vt ille in Italia remaneret: ipse vero in prouinciam proficisceretur.

edendos putassem: sunt enim testes, & erunt sempiterni meritorum tuorum erga me, meaeq; in te pietatis. sed quia verebar, non eos, qui se lesos arbitrarentur (etenim id feci parce, & molliter) sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omneis nominare, non misi. quos tamen ipsos libros, siquem cui recte committam, inuenero, curabo ad te perferendos. Atque istam quidem partem uitae, consuetudinisq; nostrae totam ad te defero. Quantum literis, quantũ studiis, ueteribus nostris delectationibus, consequi poterimus: id omne ad arbitrium tuum, qui haec semper amasti, libentissime cõferemus. Quae ad me de tuis rebus domesticis scribis, quaeq; mihi cõmendas: ea tantae mihi curae sũt, ut me nolim admoneri: rogari uero sine magno dolore uix possum. Quod de Q. fratris negocio scribis, te priore aestate, quod morbo impeditus in Ciliciam nõ transieris, conficere nõ potuisse, nunc autẽ omnia facturum, vt cõficias: id scito esse eiusmodi, vt frater meus uere existimet, adiuncto isto fundo patrimonium fore suum per te constitutũ. Tu me de tuis rebus omnibus, & de Lentuli tui, nostriq; studiis, & exercitationibus uelim quãfamiliariss.me certiorem, & quãsaepiss.me facias: existimesq;, neminem cuiquã neque cariorem, neque iucundiorem unquam fuisse, quam te mihi: idq; me, non modo vt tu sentias, sed vt omnes gentes, etiam vt posteritas omnis intelligit, esse facturũ. Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiã in senatu palã, sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam: si curiata lex non esset, se pacturum cum collega, tibiq; successurum: legemq; curiatam Cos. ferre opus esse, sibi necesse nõ esse se, quoniam ex. S. C. prouinciã haberet, lege Cornelia imperium habiturum,

Lex curiata

Opus est
Necesse est

Maiores magistratus

IC. B. E. V
Cic. locu corruptus

¶ APPIVS in sermonibus. verba adeo mendosa sunt vt ea in integrum restitui posse neq̃ sperem: quaecunq; autem ad hanc diem exemplaria videre mihi licuit: vidi aũt q̃plurima, eandẽ lectionẽ habent: vtcunq; tñ sit ea in mediũ afferemus. q̃ si verba ipsa non emendarimus: qd tñ Cicero hac in pte sibi velit, explicaturi simus. Altius igitur p̃fabimur de vniuersa comitiorũ ratione: vt locus hic facilior intellectu omnino sit. Comitia igitur aut Centuriata erãt: aut Curiata, aut

Nota de Comitiis scitu dignũ

tributa. Centuriæ primis, secundis, Curiæ tributis loci. & regiones vnde conuenirent, nomen dedere. ne vero in his immorer, quæ vel ab. A. Gellio, aut Festo: aut ab iis, qui nostro sæculo aliquid de his scripsere: Comitia Centuriata asserimus cũ habita cum sacerdotii: & maiores dignitates demandarentur a populo. Adeo vt si quando Dictatorem populus dixisset, Comitiis centuriatis dictum putem. Centuriatis autem comitiis non tantum magistratus demandari solitos, quod quidam opinati sunt: sed rogationes quoque: ad populum video, Cicero in oratione ad populum de reditu suo. Huius consilia. P. Lentuli sententiam, Senatus authoritatem vos secuti in eo me loco, in quo vestris beneficiis fueram iisdem Centuriis, quibus collocaratis, reposuistis. & ad senatum. quo die nos comitiis centuriatis, quæ maxime maiores iusta dici, haberi qꝫ voluerunt: accersiuit in patriam, vt eædem Centuriæ, quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent. Sed & hac epistola referente cons. Comitiis Centuriatis restitutum se testatur. Sed & leges omnes, dummodo ad rem militarem non attinerent: Centuriatis Comitiis latas aduerto. vnde & Cicero legem Cẽturiatam in oratione pro lege agraria dixit: quæ. s. Comitiis centuriatis lata esset. At vero curiata comitia longe ab his diuersa. Nam vt centuriata in demandandis patritiis magistratibus, tributa plebeis instituta sunt: sic Curiata auspiciorum & militaris tm̃ rei gerendæ causa remansere, vt consuli, prætoriue, siue cui alii cum imperio, si legem curiatam non haberet, attingere rem militarem non liceret. atqꝫ hæc, quæ dicta a me sunt de re omnium difficilima Ciceronis in oratione pro lege agraria, & Liuii testimoniis confirmabuntur. Ille igitur in oratione. Nam centuriata lex censoribus ferebatur: Tum curiata cæteris patritiis, magistratibus. quæ verba manifeste arguunt: priscis temporibus curiatis magistratus patricios designati solitos: quæ postea auspiciorum reiqꝫ militaris tm̃ causa ad speciem, atqꝫ vsurpationem vetustatis per triginta lictores constituta sint. Et paulo post idem Cicero. Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata, & tributa: curiata auspiciorum causa remanserunt. Hic autem Trib. ple. quin videbat potestatem neminem iniussu populi aut plebis habere posse: Curiatis ea Comitiis, quæ vos non finitis, confirmauit: Tributa, erant vestra sustulit. Nam, qꝫ nisi Curiata lex lata esset, res militaris administrari non posset, idem ostendit Cicero. x. ab hinc versu. Consulibus legem Curiatam ferentibus a Tribuno plebis sæpe intercessum est: Hic Trib. ple. lege Curiata, quam Popu. Ro. ferat, adimit intercedẽdi potestatem. Atque hoc cum in eo reprehendendum est: qꝫ per Tribu. Ple. tribunitia potestas minuitur, tum in eo deridendum, qꝫ consuli, si legem Curiatam non habet: attingere rem militarem non licet: huic cum vetat intercedendi potestatem: etiam si intercessum sit: tamen eandem constituit. in epistola quoqꝫ ad Quintum fratrem tertio. Appius sine lege Curiata confirmat se Lentulo nostro successurum. Liuius vero libro secundo ab vrbe condita, cum de Volerone loquitur, ne verbo quidem violatis consulibus rogationem tulit ad populum, vt plebeii magistratus tributis Comitiis crearentur. & paulo post Lex silentio perfertur, Tum primum tributis comitiis creati tribuni sunt. Illud velim admonitum diligentem lectorem frequẽs esse in exemplaribus vitium vbi tribunitia comitia pro tributis legantur. Sed redeo ad rem de curiatis comitiis, quorum causa hæc omnis instituta oratio sit. Liuius igitur nono ab vrbe condita de his in hæc verba. Papyrius. D. Iunium bubulcum magistrum equitum dixit, atque ei legem curiatam de imperio ferenti triste omnem diem diffidit (sic enim scribere, quam quod omnia habent exemplaria diffudit, malo.) qꝫ faucia curia fuit principium duabus insignibus cladibus captæ vrbis: & caudinæ pacis, qꝫ vtroqꝫ anno eiusdem curiæ fuerat principium. Macer Licinius tertia eam clade, quæ ad Cremeram accepta est abominandam eam curiam facit. Dictator postero die auspiciis repetitis pertulit legem. idem in quinto, vbi de Camilli restitutione: hæc de curiatis comitiis, & lege addit. accepto inde senatus decreto, vt & comitiis curiatis reuocatus videretur. & paulo post non prius profectum ab Ardea, quam comperit legem latam, qꝫ nec iniussu populi mutari finibus posset: nec nisi dictator dictus auspicia in exercitu habere lex Curiata lata est. sed & sexto ab vrbe condita Camilli verba hæc sunt. Comitia curiata, quæ rem militarem continent: Comitia centuriata, qbus Consules, Tribunosqꝫ militares creatis, vbi auspicato, nisi vbi assolent, fieri possunt? Quibus testimoniis facile adducor, vt sensum corruptissimorum alioqui verborum hunc esse putem, qꝫ Appius, qui ex senatusconsulto prouinciam Ciliciam nominatim haberet: ex quo poterat rem militarem administrare: etiam sine lege Curiata: quãdo scilicet Cons. imperium obtineret: prædicabat vbique, qꝫ si lex curiata ferretur inter se, & collegam: sortiri prouinciam vellet: sin curiata lex non ferret, velle se prouinciam, quam Senatusconsulto teneret: non iam sortiri: sed pacisci cũ collega: vt scilicet ille omnino Cilicia prouincia cederet: quam ipse per senatum haberet certam, ne in aleam illam vocaret. qꝫ igit̃ dicit si Cons. legem curiatã ferre liceret: id intelligit si Trib. ple. non intercessissent. quando ille sæpe, vt Ciceronis ostendimus testimonio: itercederẽt ne cupidius videlicet quã e re. p. esset ii, prouincias peterent: rem militarẽ administrarẽt. Cũ vero dicit Cõsuli ferre opus esse: se non esse necesse, id dicit: Aliis quidem consulibus quicũqꝫ rem militarem attingere vellent: non licet id priusquam lex curiata prolata esset: se necesse minime esse: quoniam senatus illi nominatim cum impero prouinciam censuisset, quod ille ita interpretabatur: acsi per senatusconsultum demandata sibi prouincia: rem militarem possit attingere, etiã siue curiata lege: qua res militaris demandari semper sit solita: vt si ita legas, & ordines: non inepte quantũ ego conicio, rem percipis. Appius in sermonibus antea dictitabat: postea dixit etiam in senatu palam, sese: si licitum esset Consuli legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam: si curiata lex non esset: se pacturum cum collega, tibique successurum, legemqꝫ curiatam Consuli ferre opus esse: non esse necesse se, quoniã ex. S. C. prouinciam haberet. Quæ tamen omnia nõ indicantis, sed æstimantis esse hominis volo. Illud non parum me perturbat: quod legitur lege Cornelia imperiũ habiturum qꝫ in vrbem introisset. Nam vt sciam, quid Cornelia sit lex: de qua copiosius aliis a me libris dissereretur: & quantũ valeat, introire in vrbem non nesciam: tamen non tantum elaborare potui, vt superioribus adglutinare satis commode potuerim. nisi quoad in vrbem pro quod legas, vt Appius extra vrbem videatur tunc fuisse, quando qui cum imperio esset: vrbem introire non posset. Qua ex re admonemur, cum multa nos: quæ alii hactenus non adnotarint: de tota hac comitiali ratione in medium protulerimus, quæ aliis militarem viam præmonstrent: nõ tortuosas semitas: homines tamẽ nos esse, quibus omnia scire nequaquam liceat. Conferat igit̃ diligentius candidus lector hæc nostra cũ aliis: inueniet (nisi fallor) multos multosqꝫ errores: negligentiam etiam deprehendet: sit sæpe dormire his satius fuerit: quam hæc tam somniculosa memoriæ mandare. Nos vero primi (vt opinor) Centuriatis comitiis leges quoqꝫ ferri, nos tributis plebeos magistratus demandari: nos quid tributa a curiatis distent, quæ alii magno errore eadem esse putarunt, nos curiatis comitiis, & legibus rem militarem tamen, & auspicia procurata reteximus. Verum de his satis.

Ceturiata Comitia Cur

Curiata Comitia

Liuius Comitia tributa, Comitia Curiata Liuius emendat.

ASCEN. ¶ SVNT enim & erunt testes sempiterni: cui sententiæ fata inuiderunt: meritorum tuorum erga me: & pietatis meæ scilicet in te: aut potius in rempublicam. ¶ Sed quia verebar nominare non eos, qui arbitrarentur se læsos. ¶ Etenim. s. quia certe: id feci: id est læsi aliquos: pace, id est sobrie, & molliter: id est leniter: sed supple verebar nominare eos: quos benemeritos de me erat infinitum nominare omnes. ¶ Quos ipsos: id est licet tales sint, libros: tamen si inuenero quem: id est aliquem: cui committam recte, ego curabo perferendos: id est vt perferantur ad te. ¶ Atque desero ad te: id est tibi

transmitto

transmitto istam quidem partem vitæ, & consuetudinis nostre totam: quia omnia scripta in ocio illi communicanda cen fent: vnde addit. ſ Quantum delectationis poterimus consequi literis, & quantum studiis nostris veteribus: id omne con feremus ad arbitrium tuum: qui amasti semper hæc scilicet studia literaria. ſ Et quæ tu scribis ad me de rebus tuis do mesticis, & quæ commendas mihi: sunt mihi tantæ curæ: vt nolim me admoneri. ſ Autem, id est sed: vix possim toga ri: scilicet a te: siue magno dolore, quia qui multum rogat, diffidere videtur. Quod scribis de negocio Quinti fratris sci licet mei: te non potuisse conficere sup. ipsum æstate priore: q, id est quia, in impeditus morbo non transieris: scilicet e Cypro in Ciliciam, autem: id est sed: tu scribis nunc te facturum omnia: vt conficias, id est absoluas, & expedias, scito id: scilicet negocium: esse eiusmodi: vt frater meus existimet vere isto fundo, quem petit, adiuncto, scilicet rebus suis patri monium sum cõstitutum, sup. esse per te. ſ Tu me &c. Ordo est: velim sup. vt tu facias me certiorem, id est doceas me quã familiarissime, & quam sæpissime, id est valde, aut summe familiariter, & frequenter: de omnibus rebus tuis: & de studiis, & exercitationibus Lentuli tui: scilicet filii naturalis, & nostri scilicet cura. ſ Visum est mihi: ideo potius dici, facio te cer tiorem, quam certum: q certior fiat, qui prius aliquantulum certus erat, certus etiam, qui nihil sciuerit: quia ergo aman tius petimus certiores nos fieri, & modestius dicimus nos certiores alios facere, ideo sic loqui institutum est: & existimes neminem fuisse cuiquam neque cariorem, neque iucundiorem vnquam: quam te mihi: hic tres negationes non plus effi ciunt, q̃ duæ, & me esse facturum: vt non modo te sentias id: sed vt omnes gentes sup. sentiant, & vt omnis posteritas in telligat, scilicet per scripta, aut narrationes hominum. ſ Appius dictitabat, id est frequenter dicebat in sermonibus, id est confabulationibus non iuridicis, postea dixit etiam palam in senatu, si esset licitum se ferre legem curiatam, id est ad po pulum curiatim, hoc est per curias conuocatum, latam. sup. se sortiturum esse prouinciam cum collega, id est eo, qui secũ consul erat in annum sequentem: lex autem curiata non permittebat prouinciam obtineri sine sortitione, & si lex curiata non esset: id est si non esset licitum eam ferre: dixit sup. se separaturum: id est diuisurum cum collega, & successurum tibi: scilicet in Ciliciam: quod etiam contingit, & dixit ferre legem curiatam esse opus: id est vtile & operæ pretium consuli: quia sic vterque sorte iudicio prouinciam, aut vrbem regendã obtinens suspitiones imperiositatis, ac auaritiæ absolue batur: & dixit ferre legem curiatam non esse necesse: quia dixit se quoniam haberet prouinciam ex senatusconsulto: ha biturum imperium lege cornelia: quæ ipsum sine sortione permittebat.

Facio certiorem

quoad in vrbem introisset. Ego quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio: varias esse opi niones intelligo. sunt qui putent non posse te decede re, quod sine lege curiata tibi succedat: sunt etiam, qui si decedas, a te relinqui posse, qui prouinciæ præsit. mihi non tam de iure certum est (quãquam ne id qui dem valde dubium est) q̃ illud ad tuam summam am plitudinem, dignitatem, liberalitatem, qua te scio li bentissime solere frui, pertinere, te sine vlla mora pro uinciam successori concedere: præsertim cum sine su spicione tuæ cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare. Ego vtrunq; puto meum esse, & quod sentiã ostendere, & quod feceris defendere. Scripta iam epis tola superiore, accepi tuas literas de publicanis: qui bus æquitatẽ tuam non potui non probare. facilitate autem, qđ vellem, consequi potuisses, ne eius ordinis, quem semper ornasti, rem, aut voluntatẽ offenderes.

HVBER.

ℭQVOAD in vrbem introisset: post comitia centuria ta: quæ in campo martio extra pomeria habebantur, & cõ suli, qui post senatusconsultum ex comitiis introisset in vr bem licebat, & permittebatur per legem corneliam ire cum imperio in prouinciam: quam haberet ex senatuscon sulto. itaq; hac lege Cornelia dicebat Appius se successu rum Lentu. sine lege curiata: quam non esset ei necesse fer re: propter causas supradictas. ſ Se imperium habiturum. subaudi dixit. ſ Quod in vrbem introisset: quia centuriata comitia inter pomeria fieri nefas esset, quia exercitum ex tra vrbem imperari oporteat: intra vrbem imperari ius non sit. author. A. Gelius. Quod ad te scribat. tibi esse agen dum de dimittenda prouincia successori. ſ Varias opini. diuersas esse sententias: an Appius tibi iure succedere pos sit per legem corneliam, an non. ſ Sunt qui publi. declarat vnam opinionem. ſ Sine lege curiata, sine qua successor da ri non potest. ſ Sunt etiam qui. subaudi putant. ſ Relin qui. substitui loco tui. ſ A te. sine authoritate senatus. ſ Mihi. ponit consilium suum, dicitque: q non tam cer tum habet: quid sit de iure: quanquam ne de hoc quidem valde dubitat: quam certum habet: quod ad eius summam amplitudinem & dignitatem pertinet prouinciam statim successori concedere: ne videatur fuisse nimium cupidus il lius prouinciæ retinẽdæ. ſ Qua. liberalitate. ſ Frui solere, id est delectari. ſ Sine vlla mora. statim sine iussu senatus. ſ Illius. Appii. ſ Cupiditatem. erat enim cupidissimus obtinendi illam prouinciam. ſ Ego vtrunque. excusat se: q ei vi deatur dedisse consilium suum, dicit igitur ad se pertinere: & dicere Lentulo, quod sentiat: defendere quicquid ille fecerit. ſ Vtrunq: scilicet quod sequitur. ſ Quod feceris. siue bene: siue male. ſ Scripta iam epistola. hæc enim additio quædam epistolæ. ſ De publicanis, contra quos Appius quædam decreta noua fecerat eis damnosa. ſ Quibus. literis. ſ Non pro bare laudare: & confirmare. ſ Aequitatem tuam, qui cognoui te æquitate adductum contra eos fecisse: quod feceris. ſ Facilitate autem. benignitate ignoscendo. ſ Consequi efficere. ſ Ne offenderes. ne læderes. ſ Eius or. publicanorum. ſ Ornasti. laudasti: & honorasti.

ASCEN.

ℭQVOAD, id est donec introisset in vrbem scilicet Romam. ſ Ego nescio quid quisque necessariorum tuorum scri bat ad te: intelligo varias opiniones esse: sunt qui putant te non posse decedere, scilicet prouincia: q succedat tibi sine le ge curiata: sunt etiam qui putant: si decedas: scilicet de prouincia. supple vicarium posse relinqui a te: q præsit prouinciæ. ſ Non tam certum est mihi de iure: id est quid potius facere oporteat: quanquam ne id quidem est valde dubium: quam, id est quantum, supple certum mihi est. illud scilicet te concedere successori prouinciam: sine mora: pertinere ad summam amplitudinem tuam: qua tot functus es honoribus: dignitatem, qua eis perfunctus es: liberalitatẽ: qua scio te solere frui libenter: & qua de tuo iure videaris velle concedere, præsertim: quod dicunt specialiter: cum: non possis refutare cupidi tatem illius: scilicet successoris tui, sine suspitione cupiditatis tuæ. ſ Ego puto vtrunq; esse meum, id est mei officii: raro, aut nunquam reperitur meæ: cum verbo est: &, id est simul: ostendere: quid sentiam sup. faciendũ. defendere, quod feceris. ſ Scripta iam epistola superiore, ergo hoc erat principium nouæ epistolæ: accepi literas tuas de publicanis, id est publi ci vectigalis redemptoribus: quibus scilicet literis: aut de quibus publicanis: ego non potui non probare: id est coactus sum approbare æquitatem tuam: scilicet qua eos condemnasti æquissime: vellem autem sup. vt potuisses, scilicet æquita te id permittente: consequi: id est obtinere: facilitate, id est per facilitatem, & exhortabilitatem tuam, ne offenderes, id est læderes rem, aut voluntatem eius ordinis, scilicet publicanorum: quem ornasti semper.

Meum est

HVBER. ¶ EQVIDEM. Sensus est: non cessabo defendere quicquid decreuisti in prouincia: sed exemplis aliorum edocerii debes dum sciat: quales soleant esse publicani in eos, qui aliquid contra voluntatem eorum decernunt. ¶ Hominum. publicanorum. ¶ Illi ipsi habent emphasim geminata pronomina, q.d. tam aequo: & iusto ¶ Qu. Scaeuolae, iuris peritissimo. ¶ Tibi tamen, quamquam eos offendisti. ¶ Sum auth. suasor, consulo. Quibus re. aliquibus rationibus. ¶ Reconcilies, reducas in gratiam. ¶ Aut mitiges. placatiorem reddas: ne tam grauiter sit tibi inimicus. ¶ Id. vel reconciliari: vel mitigari ordinem publicanorum. ¶ Difficile, quia valde sunt irritati: & tibi infesti, propter tua in eos decreta. ¶ Esse prudentiae tuae. tuae sapientiae: vt quacunque ratione eum ordinem tibi reconcilies.

Io.B.E.V. ¶ Qui Illi quam grauiter inimici illi ipsi fuerint Q. Scaeuolae. *Nota Scaeuolarum stemma.* Tres Scaeuolas: Qu. praenomine fuisse inuenio, primum est quem augurem Cice. libello de amicitia, & de claris oratoribus dicit socerum C. Fanii, & Laelii. Alterum pontificem maximum, quem longe praestantissimum ciuem, & ingenio & industria fuisse constat, quique adeo coniunctè cum L. Crasso viro Consulari, & censorio vixerit, vt praeter Tribunatum quem anno postquam Crassus gessit, & censuram, quam nemo vtique Scaeuolarum petiit: omnes cum Crasso gesserit magistratus. Tertium vero, & ipsum augurem dictum, qui peritissimus iuris, idemque comis est habitus aliquanto post Scaeuolam pontificem. verum hic de Qu. Mutio Scaeuola pontifice intelligendum arbitror, qui in libro primo Ciceronis de oratore disputat, quique iurisconsultorum disertissimus est habitus. Tametsi ipse in Scaeuolis nullam admodum fuisse eloquentiam fateatur. *Q.M. Scaeuola pont.* Hic vero post consulatum, Asiam proconsule texit ea integritate, & innocentia, vt prouincia decederet, quidam festa totius Asiae populi in eius honorem constituerint quae Mutia dicerentur. Asconius, vt inde Cicero in tertia in Verrem actione inuidiosissime dixerit: vt ad Mutii innocentiam referatur. *Mutia festa* Hic denique cum partes foueret Syllanas a C. Mario filio in vestibulo aedis Vestae occisus est. Florus. De hoc, opinor, intellexit Cicero in epistola didascalica ad Q. fratrem his verbis. Nam Graeci sic te vincentem intuebunt, vt quendam ex annalium memoria: vt etiam de coelo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum putent. Pomponius quoque de origine iuris primum hunc ius ciuile constituisse tradit: generatim in libros decem, & octo redigendo. Cuius postea fuere discipuli sane quam multi celebres, Aquilius, Gallus, Lucilius, Balbus. Seruii Sulpitii praeceptor. Illud velim diligentem admonuisse lectorem: in Pomp. si Ciceroni potius credas, ea in parte, vbi de iurisconsultis agit, magnum errorem deprehendi memoriolae. s. vbi. L. Crassum nominat, quem Cice. P. praenomine in lib. de claris oratoribus fuisse scribit. Qui frater fuerit P. Scaeuolae. Q. Scaeuolae auguris patris: Tu hunc consultorum disertissimum putet a Cice. dictum, cum non. P. Scaeuolam Cicero dicat iurisconsultorum disertissimum. sed Qu. hunc Mutium Scaeuolam, de quo hac in epistolae parte, quo longe melius ex monumentis Ciceronianis agnoscas. Fuere igitur, vt ad summam rem totam breui colligam: Scaeuolae duo, Publioque praenominibus praedictus pontifex maximus, & consularis. Qui P. Crassum, & Q. Mutium filios reliquit. Crassum Mutianum dictum. P. vero Scaeuolam. Qu. Scaeuolae patrem fuisse. Cum vero his in suo proconsulatu publicanorum offendisset ordinem: qui potentissimus erat: negocium illi postea reuerso exhibuere non minimum. quod & hoc loco tangens, ab exemplo admonet Lentulum, vt publicanorum ordini sese omnino reconciliet.

ASCEN. ¶ EQVIdem. i. ego quidem, quantum ad me attinet, non desinam defendere decreta tua. i. quae contra eos decreuisti: sed nosti consuetudinem hominum, scis quam. i. quantum grauiter illi ipsi fuerint inimici Q. Scaeuolae. ¶ Tamen. i. tametsi aeque contra eos iudicasti, ego sum author. i. consiliator, & admonitor, vt aut reconcilies: aut mitiges tibi eum ordinem. s. publicanorum quibus, aut siquibus. i. aliquibus rebus possis. ¶ Id, & si est difficile, quia turpe est decreta, praesertim iusta reuocare: tamen videtur mihi esse prudentiae tuae. s. vt possis id honeste efficere inuento bono medio.

Equidem non desinam tua decreta defendere: sed nosti consuetudinem hominum. scis quam grauiter inimici illi ipsi Q. Scaeuolae fuerint. tibi tamen sum author, vt quibus rebus possis, eum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. id & si difficile est: tamen mihi videtur esse prudentiae tuae. Vale.

¶ Ex vetustiori.

Facis tu quidem abundantia quadam amoris in me tui. Si hoc tempore omni, quo disiuncti fuimus, & vna, & Romae fuissemus, Cum exercitu obtinere, victoriae, vt debeo laetor. Nostram vicem victus est ipse sese. Non tam magna mercede, quam ego maximo dolore cognatam. Et rescribam tibi ad ea, quae quaeris. ¶ Certiorem te per literas scribis esse factum. Hic alterius est principium epistolae, Cum Caesare, & Appio esse in gratia &c. Aut occulta nonnullorum odia, aut obscuriora in me studia cernebam. Tota vero (fateor quidem) interrogatio mea nihil habuit. Quin etiam Marcellino, & Philippo consulibus. Vbi multa de mea sententia questus est Caesari. Et cum tamen Pompeius ad me cum mandatis Bibulum misisset. Caeterorum hominum, quos iam debes suspicari, Sed multo illud magis, quod ind mecum, meum autem, meum? immo vero legum. Summam feci cogitationem mearum omnium rerum. Et nonnullis aliis accidisse scimus. Tenebam memoria nobis consulibus ea fundamenta iacta ex Calendis Ianua. Et si accusandi sunt, qui pertimuerunt, reprehendendi etiam magis, siqui timere se simularunt. Declarat atque maluerim, quanta vi esse potuissem consensu bonorum, si hi pro me stante pugnam non reliquissent. Alii codices, pugna non restitissent. ¶ Recreatis cum bonis viris consulatu meo. Alii codices habent consulatu eo. Nonnulli, consulatu tuo. Qui cum Tribunus plebis Lentulus poenas a seditioso ciue per bonos viros iudicio persequi vellet. Et egregia eum animi alacritate affuerint. Aut quidem etiam suspicabantur. Quibus ornem Caesarem, quasi desciscerem prystina causa. Non offendes eundem bonorum sensum Lentule, quem reliquisti, qui confirmatus consulatu nostro, nunquam postea interruptus, afflictus recreatus abs te totus est. Nunc ab iis, a quibus tuendus fuerat, derelictus senatus. Cumque eum nec persuadendo, nec rogando, nec cogendo regi posse vidisset. Ne tempus implicatus tenerem. Tamen Memorandus videretur, tametsi possum, licet absenti. In quo possem eorum animos, non mediocriter lacessitus, leuiter repungere. Habes de Vatinio, cognosce nunc de Crasso. Sed cum disputantem & non lacessentem lacessisset. Quamobrem, vt pauloante proposui, si essent omnia mihi solutissima, tamen in republ. alius non essem, ac nunc sum. Quae maxime cum mihi, tum multum etiam reipu. rationibus putem conducere. Itaque eius causa, omni etiam gratia, quae summa est: & opibus, quas intelligis esse maximas, sic fruor, vt meis.

¶ Quod rogas, vt mea tibi scripta mittam &c. Alterius epistolae principium, quod non displicet, cum quod ea, quae praecedunt, finem ostendere videntur, tum vero, quod hec incipienti epistolae similia verba continent. Sed librorum vetustas in hoc fidem praestare potest, a quibus haud satis tuto dissentiendum arbitror. Sunt enim testes, & erunt sempiterni meritorum erga me tuorum meaeque pietatis in te. Ea vt ante mihi curae sunt, meque nolim admoneri, rogari vero sine magno dolore vix possum. Se acturum esse cum collega, tibique successurum. Lege cornelia imperium habiturum, quod in vrbem introisset. Sunt etiam qui si discedas. Facilitate autem, quod vellem quod consequi potuisses. nec eius ordinis, quem semper ornasti, rem, aut voluntatem offenderes: & quod equidem non desinam etiam tua decreta defendere. Id etiam si difficile est, tamen mihi videtur interesse prudentiae tuae.

Cur enim

HVBER.

CVr enim Hæc epistola non scribitur ad P. Lent. ad quem superiores: sed ad L. Valerium, qui se iurisconsultum profitebatur, & appellari gaudebat. Itaq; in hac epistola eum irridet Ci. & deinde hortatur: vt tandem Romam reuertatur, ne toties literas ab amicis expectet: & malit esse Romæ: vbi multi alii sunt iurisconsulti: quam in Cilicia, vbi solus sapere videatur. Deinde quamuis cum eo iocari videatur: tamen eum arrogantiæ carpit. ¶ Cur enim. quidam dicunt deesse principium huic epistolæ: quia enim particula non conueniat principio orationis: sed non aduertunt principium epistolæ iunctum esse cum fine tituli epistolæ. nam cum dicit. M. T. C. S. D. L. Valerio iurisconsulto subdit. ¶ Cur enim tibi hoc non gra. ne. hoc est nescio, cur in hoc tibi in morem geram: vt te iurisconsul. appellem. ¶ Gratificer. gratum faciam: quia scio te hoc nomine delectari. ¶ Audacia. quia hic Valerius vsurpat sibi nomen iurisconsulti, cum tamen haberet paruam cognitionem legum: vt ipse Cice. li. iii. ad Appium. L. Vale. iuriscon. valde tibi commendo, etiam si non est iuriscon. melius enim ei cauere volo: q̃ ipse aliis solet. erat autem hic. L. Vale. in Cilicia apud Lent. ibiq; mansit post discessum Len. cum Appio, qui ei successerat: vt ex prædictis verbis Cice. facile cognoscitur. ¶ Pro sapientia. sicut tu veteris. ¶ Egi gratias. dixi gratias. ¶ Tuo nomine. tuis verbis. tua (vt dicam) parte: quia benemeritus erat Lentu. de hoc Valerio. ¶ Desinas. cesses: omittas. ¶ Vti nostri literis. vt quas ad te scribo, vel ad alios pro te. ¶ Aliquando. tandem. ¶ Reuisas. reuideas. ad videndum venias. ¶ Malis. potius velis. ¶ Ibi. Romæ. ¶ Aliquo numero. similium tui, & eorum: qui sunt legum periti. ¶ Solus. quia es inter barbaros, & imperitos. ¶ Quanquam. nunc Cice. licet videatur iocari: tamen serio carpit eum. ¶ Istic. vbi tu es, nam hic significat locum præsentem ei, qui loquitur. Istic, ad eum, qui audit. Illic locum significat absentem ab vtroq;. eodem modo significant pronomina: hic: iste: ille: & reliqua omnia aduerbia ab eis deducta quæcunq; motum significent. ¶ Partim. ordo est, quanquam qui istinc veniunt: subaudi eorum. ¶ Partim dicunt. i. pars dicit: vt declarat. A. Gellius: & probat exemplis. ¶ Superbum. elatum: arrogantem. ¶ Quod nihil respondeas. superborum enim est salutantibus, aut petentibus non respondere. ¶ Contumeliosum. iniuriosum. ¶ Male: inhumane, cum contumelia. ¶ Sed iam. ne aduertat hæc serio dicta: statim intulit sed iam. ¶ Coram. verbis. ¶ Quare. conclusio. ¶ Fac. modus hortandi potius, q̃ imperãdi. ¶ Quamprimum. vna est dictio composita: & significat valde cito. Quamprimum vero duæ partes sunt: necesseq; est eis adiungere duo verba: vt est illud Virgilianum. Quamprimum pasti repente præsepia tauri. Si qua tui Corydonis habet te cura: venito. ¶ Appuliam tuam: vel vnde hic esset oriundus: vel in qua ille diutius cum aliqua gratia fuisset. Est autem Appulia prouincia Italiæ mari Adriatico contermina: quæ & Iapygia dicta est ab Iapyge Dædali filio: qui eam regionem tenuit vsq; ad Dauniam. ¶ Saluum incolumem: scilicet te venisse huc non in Appuliam. ¶ Illo. illuc. ¶ Tanq̃ Vlys. qui post longos maris errores cum domum redisset tam a suis non cognoscebatur: q̃ eos non cognoscebat: ita'q; a Thelogono filio: quem ex Circe susceperat, per imprudentiam est interemptus. Soli tamen canes: teste Homero: caudarum adolatione aduentum domini exceperunt. ¶ Neminem nullum. & eleganter dicto negatiua locatur in fine orationis: nullus autem generaliter ad omnia refertur: vt nullus homo: nullus ager, nullus lapis. Nemo vero tantum ad homines: licet Virgi. dixit. Turne quod optanti diuum promittere nemo Auderet. Nemo enim improprie pro nullus posuit: cum de deis loqueretur: quod poetæ conceditur, oratori nullo modo.

M. T. Cicero S. P. D. Valerio Iurisconsulto, [10]

CVr enim tibi hoc nõ gratificer, nescio: præsertim cum his temporibus audacia p̃ sapientia liceat uti. Lentulo nostro egi p̃ literas tuo nomine gratias diligẽter. sed tu uelim desinas iam nostris literis vti, & nos aliquando reuisas: & ibi malis esse, ubi aliquo numero sis, q̃ istic, ubi solus sapere uideare, quáquã qui istinc nunc ueniunt, partim te superbum esse dicunt, q; nihil respondeas, partim contumeliosum, q; male respõdeas. Sed iam cupio tecum coram iocari. Quare fac ut quamprimum uenias, neq; in Apuliã tuã accedas, vt possimus saluũ te uenisse gaudere. Nã illo si ueneris, tanq̃ Vlysses cognosces tuorum neminem. Vale.

Hic
Istic
Illic
Quãprimũ
Cũprimũ
Appulia
Iapygia
Nemo
Nullus

¶ Vltimæ epistolæ argumentum.

IO. B. E. V.

VAlerium iurisconsultum irridens, hortatur ad domum reuisendam: & suos, ne solus ibi esse velit, vbi sapiens, inter insipiẽtes videatur. Futuq; asit id plane testatur, vt cum domum reuiserit: propter tam longam absentiam agnoscat neminem. ¶ Nihil respõdeas. hoc peculiare iurisconsultorum est verbum, vt dicantur iis rndere: qui eos consuluerint. Vnde est illud apud Pomponium de origine iuris, q; ante tempora Augusti ius non dabatur a principibus publice respondendi: sed qui fiduciam studiorum suorum habebant: consulentibus rndebant, neq; responsa vtiq; signata dabãt. sed plerũq; iudicibus ipsis scribebant. primus hoc Augustus cauit: vt ex authoritate sua responderent, quo maior viri authoritas accederet. sed Adrianus imperator: cum viri prætorii peterent: vt sibi liceret respondere, rescripsit: hoc non peti, sed præstari solere, & ideo siquis fiduciam sui haberet: non se id prohibiturum, quo minus populo responderet. Concessum hoc est Massurio deniq; Sabino a Tiberio principe: qui grandis natu quinquagenarius videlicet in equestrem ordinem receptus est propter scientiæ opinionem.

ASCEN.


CVr enim &c. Ex hac epistola potissimum conuincitur salutationem esse de integritate epistolæ, ad eam enim respicit principium eius. Nam quia Valerium quendam arrogantem hominem per iocum dixerat iurisconsultum: salutãdo sic. Valerio iuriscõsulto addit quasi dicat dixi iurisconsulto: nescio enim, cur non gratificer: id est in gratiam tuã faciam, aut dicam hoc, id est te iurisconsultum salutem: præsertim cum liceat vti his temporibus. i. tam corruptis, audacia pro sapientia. ¶ Ego egi diligenter Len. nostro. s. amico gratias. ¶ Tuo nomine. i. pro te, per literas, sed velim vt, suple tu uelinas iam vti literis nostris, & reuisis: id est iterum visum venias nos aliquando, id est tandem, & malis esse ibi, scilicet Romæ, vbi sis aliquo numero: id est pretio, quia homines nihili non numerantur, q̃ istic. s. in prouincia, vbi nunc es, vbi videare solus sapere, quanquam. i. tametsi, sup. ii, qui veniunt istinc, id est ab eo loco, vbi es, dicũt partim te esse superbum, q; nihil respondeas, partim contumeliosum. i. inferre multas contumelias, q; respondeas male. ¶ Sed ego cupio iam iocari tecum coram: id est in præsentia, quare fac, vt venias quamprimum, id est valde cito, neq; accedas in Appuliam tuam. s. patriam, vt possimus gaudere te venisse saluũ. ¶ Nam si veneris illo. i. in Appuliam neminem tuorũ cognosces: tanquam. s. esses Vlysses: qui post decennale bellum, & plurimum annorum errorem ad suos reuersus, & a nemine agnitus, tandem a Thelogono filio est interfectus. Dixi plurimum annorum errorem. Nam si Thelogonum, a quo interfectus est, ex Circe sustulerat, necesse est plus quam decem annorum illi demus errorem, aut dicamus longe post reditum ab illo interfectum. Licet autem a nemine est cognitus, nemínemq; cognosceret, canes tamen, teste Home. caudarum adulatione aduentum domini exceperunt, quos longæuos fuisse necesse est si dominum agnouerunt.

Thelogonus

Finis Libri primi.

HVBER

QVanq̃ me nomine. Hic Curio ad quem nũc Cicero scribit, Auum, & patrem egregios oratores habuit: & ipse in dicendi facultate clarissimus: quod inter fortunæ exempla annumerari potest: hic posterior in initiis dissensionum Pompeii, & Cæsa. tribunus electus est populo acceptissimus: Cæsaris inimicissimus. ad dicendum paratissimus: quem postea plurimo ære alienó oppressum, vt pro se ageret Cæsa. facile adegit: author Appia. lib. ii. Ante vero hæc tẽpora: cum adhuc pene adolescens magistratum gereret in Asia: per literas accusauit Cice. negligentiæ conquerens, q̃ ab eo nihil literatum acciperet ad quem Cicero respondet huiuscemodi accusationem præ se ferre quendam amorem: cum ostendat se desyderare officium Ci. in scribendo. Excusat tamen se Cice. q̃ non fuerit negligens: sed, plures ad eum l'ras scripserit, q̃ ab eo acceperit. Promittitq; se posthac sæpius scripturum. Deinde ondit in q̃ta expectatione sit ipse Curio: hortaturq; eum, vt spem de se susceptam sustineat: & tueat: & ita se gerat, vt aliquando consolationi esse possit senectuti ipsius Ci. cuius præceptis optime fuerat institutus. ¶ Quanq̃. sensus est: licet doleam, quod habeas me suspectum negligentiæ: cum queteris, quod nihil literatum ad te scripserim: tamen non tam moleste tuli, q̃ accuses officium meum in scribendo prætermissum: q̃ fuit mihi iucundum, quod ipsum requisiueris, & desyderaueris.



PHI.

QVanq̃ me. Appia. in Romana historia diligentissimus: Curionem: de quo nunc agimus: singulari eloquẽtia: graui consilio: & magno aĩo fuisse ondit li. ii. de bello ciuili: & dissentientibus Cæ. & Pom. cum Senatu tribunum ple. fuisse commemorat: & grauissimas ante bellum ciuile cum Cæ. inimicitias hũisse. Exorto inde paucis post tp̃ibus inter Cæ. & Pom. bello ciuili, mutato consilio ptes Cæ. secutus est: & in Lybiam missus a Cæ. contra Varum, & Iubam imperator appellari voluit: & pugnans apud Bragadã fluuiũ haud longe ab Vtica interfectus est: & ipsi caput abscissum, & Iubç delatũ. Hic est, de quo meminit Hieronymus his verbis: Curio promptus, & popularis orator Romæ hr̃ insignis: qui deinceps in Africa pudore amissi exercitus mori maluit: q̃ euadere. Et itẽ Tranq. in vita Cæ. hũc aũt mira q̃dã necessitudine Cic. coniunctũ fuisse: vel ex eorum l'ris facile possumus intueri. Is adhuc admodũ adolescens q̃sturã gerebat in Asia: & p l'ras conq̃stus est: q̃d ex coniectura colligimus. Cice. nimis in scribẽdo neglig̃ẽte eẽ: nihilq; ad eũ l'ras dare: tũc has eũ l'ras scribẽdas putauit: q̃bus duo cõplectit in p'mis purgat obiecta: demõstrãs se nõ eẽ i scribẽdo neglig̃ẽtẽ: inde ad tutãdã opinionẽ sũmç virtutis de se cõcitatã. Curionẽ vehemẽter hortat. Et q̃m, vt diximꝰ, q̃stores: erãt in Asia: ꝓmo q̃d sit q̃stura docebimꝰ. A q̃rẽda pecũia publica, maleficiisq; idagãdis, q̃stores dicti sunt. Duo ꝓmũ i de plures, tã ex plebe, q̃ ex gẽte patricia cõstituti sunt. Hoꝝ aũt triplex est genus, & q̃ publico ærario, quos ætate nr̃a camerarios, siue camerlengos vulgus appellat, & q̃ maleficiis, dandisq; iudiciis ꝑsunt, quos maleficioꝝ iudices hodie nũcupamꝰ, & q̃ militiç, seneschalci exercitus vulgo nominant. Est ꝑfecto antiq̃ssima huiꝰ magistratus origo, adeo q̃ multi a Romuli, & Numç tp̃ibus institutũ existimẽt. Veꝝ ego ante Tullũ Hostiliũ q̃stores fuisses nõ inuenio, q̃ fuit tertius a Romulo. Gerendoꝝ ꝑterea honoꝝ, dicẽdæq; in senatu sniç principiũ q̃sturã fuisse cõpetio. ¶ Quanq̃ me noie negligentiç suspectũ tibi esse doleo. Tametsi dolori mihi est, q̃ in scribẽdo ad te ipsum, tu me suspicaris negligentem esse. Quanq̃. & aliis eiusdẽ significantiç dictionibus, vt tametsi: etsi eũ indicatiuo semp in principiis orationum. ita vti debemus, vt nõ modo Ciceronẽ, sed alios oẽs viros fuisse cõspicimus. In rhetoricis. n. sic hẽt. Et si negociis familiaribus impediti vix satis ocii studio suppeditare possumus. Et in officiis. Quanq̃ te Marce fili annũ iam audiẽtem Cratippũ, idq; Athenis, abũdare oportet. Et Terẽ. Quanq̃ hæc inter nos nup notitia admodũ est. Noli tñ existimes q̃n etiã in aliis verboꝝ modis interdũ possis hae dictiones apponere. Nã principiis oronũ exceptis, q̃ sibi loca peculariter asciscũt, cũ aliis modis vti possumus, vt plinius ad Corneliũ Priscũ. Dedit. n. mihi quãtũ maxime potuit: daturus amplius si potuisset. Tametsi, q̃d hoi dari posset maius, q̃ gloria, laus, & æternitas? Eiusdẽ et significationis sunt, licet, & q̃uis, sed nõ eiusdẽ naturç, q̃m in oibus locis tã cũ indicatiuo, q̃ cũ subiũctiuo indifferẽter cõiungi pñt. ¶ Noie. appellatione, q̃ me negligentẽ appellas. Nomẽ alii quasi notamẽ p cõcisionem dicũt, nos græcũ putamus ab eo dictũ, q̃d illi νόμον q̃d ẽ tribuo appellatũ volũt. Nulla est. n. res cui nõ sit nomẽ aliq̃d attributũ, illumq; vere sapientem esse crediderũt, q̃ potuit rebus oibus nomen ostendere. Omne aũt, q̃d loquimur nomen est, omnesq; partes orõnis nois appellari pñt, cũ prima nois significantia in rerum oium appellatione vertat. Sunt & aliæ complures nominis species, inter quas ꝑnomen, cognomen, & agnomen inuenimus, q̃ sic inter se discrepant, ꝑnomen q̃d anteferẽ nomini, & id aut vna, aut duabus, aut tribus literis explicat, vt. P. Publius, duabus, vt Cn. Cneus, tribus, vt Sex. Sextus. Id q̃dem a Sabinis. & Romanis exortũ esse percusso fœdere inter eos manifestũ est. Sabini enim Romanoꝝ nomina suis nominibus anteferre cœperunt, eodemmodo Romani Sabinorum suis, vt maiori beneuolentia iungerentur. Cognomen maiorum est a sanguine vel familia deriuatũ, vt Iulius a Iulio Ascanio, Cornelius a Corneliorum familia appellatus. Agnomẽ tribus modis accipitur, a Fortuna vt Africanus: a corpore, vt Crassus, ab animo, vt Pius Aeneas, & Tarquinius Superbus. ¶ Tamẽ. Sensus est, non tantũ moleste tuli, q̃ tu me negligẽtiæ accusabas, quantum profecto lætatus sum, q̃ dum me ita accusabas, meum scribendi ad te officium requirebas. Solẽt. plerięq; post huiusmodi dictiones, quanquam, tametsi, quãuis, licet, & si adiungere nihilominus pro tamẽ, barbare faciunt non latine, exigunt enim istæ dictiones, vt in oppositum ipsarum locetur tamen. Interdum etiam sine illis apponimus tamen &, tunc, aut prætelligimus quanquam, aut idem significat, quod verum, & sed cum relatiuo coniunctum, vt si sic dicas, Curio vir fuit eloquentissimus, cui tamen in eloquentia Cice. anteponas, quod est idem si dixeris, vir fuit eloquentissimus

Qųęstura

Quæstor

Quanquã

Etsi

Tametsi

Quamuis

Licet

Nomen

Prænomẽ

Cognomẽ

Agnomen

Tamen

M.T.C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM

LIBER SECVNDVS.

M.T.Cicero C. Curioni S.P.D.

QVanquam me nomine negligẽtiæ suspectum tibi esse doleo: tamen nõ tã mihi molestũ fuit, accusari abs te

tissimus Curio:sed cui Ciceronem anteferendum putas. Hæc duo:sed tamen:aut, at & tamen:elegantia aliquantulũ differunt:latinitate non differunt:& cum alterum eorum sufficeret:coniunguntur:vt Nil mihi rescribas: attamen ipse veni. Et Cic. Sed tamen dulcem:& optatum amorem tuum:& ab eo quod antiqui dicebant tñ idem dictum est & tandem:& tñ. ¶ Accusari. dicant, quod volunt alii nos accusare dicimus tam in redarguendis, reprehendendisq; vitiis, q̃ in defendendis criminibus iudicii:vel censori:aliisq; quibuscũq;. Incusare vero in redarguendis moribus, adhibita quadam querela sine relatione ad iudices:& vtroq; sic ad oẽ genus indifferenter vtimur. Ter. Quid me incusas, Clitipho? Et idem. Quã ob causam accuset:nescio. Virg. Talibus incusat. Incuso te iudici non dicimus:sed accuso te iudici. ¶ Abs te. Has tres ablatiuas præpositiones a, ab, abs:sic cum literis collocamus. Abs cum te. vt abs te:& abs Tullio accepimus. Aliquando cum qui, vt Terentius. Abs quiuis homine beneficium accipere gratum est. ab vero cum duabus liquidis:vt ab Romulo Romano nomen accepit, & ab legibus Numma appellatus, cum omnibus prætetea dictionibus incipientibus a vocali:vt ab Olympo Olympiadas dixerunt:cum iota consono:vt ab Ioue principium. A vero cũ cæteris iungitur:vt a Sublica pons Sublicius dictus est.

Sed tamẽ — Attamen — Accuso — Incuso — A ab abs — Numma — Vnde

QVanq̃ me nomine negligentiæ &c. Hæc epistola prima secundi huius libri. vt multæ aliæ scribitur ad Curionẽ adolescentem magnæ spei. nam ad eloquentiam videbatur natus:& patrẽ, atq; auum oratores præclaros æquaturus:quem tamen venali lingua Lucanus cecinit, φ cum in tribunatu, quem gessit in pricipio dissensionis Cæsaris, & Pompeii a senatu grauis esse:Cæsaris oppugnator:postea in principio belli ciuilis:quod contra Pompeiũ suscepit, grandi pecunia corruptus, eiusdem factus est defensor. sæua quidem mercede:nã in Africa ad Bragadam contra Varum, & Iubam tanquam imperator pugnans pro Cæsare:cecidit:eiusq; caput ad Iubam allatum est. Nũc aũt ad eũ scribat Cicero:cum adhuc quæsturam in Asia gereret longe ante bellum ciuile, respondens epistolæ, quæ tarditatis arguerat, significansq; illam accusationem sibi non molestam, eo φ ex amore sit profecta, tametsi immeritam. Deinde ad virtutem cohortatur. ¶ Ordo est:q̃q̃. i. tametsi o Curio ego doleo me esse suspectum tibi:nomine. i. ratione, aut prætextu negligentiæ:quia non scripserim ad te:tamen non tam. i. non tantopere molestum fuit mihi.

ASCEN.

officium meũ, q̃ iucundũ requiri:præsertim cũ in quo accusabar:culpa uacarẽ:in quo autẽ desyderare te significabas meas lr̃as, præ te fers perspectũ mihi quidẽ, sed tñ dulcẽ, & optatũ amorẽ tuũ. Equidẽ neminẽ prætermisi, quem quidẽ ad te perenturũ putarem,

¶ OFFICIVM. debitum meum. quod pro amicitia tibi præstare debeo sæpe scribendo. ¶ Accusari. reprehendi:φ intermittatur. ¶ Requiri. desyderari a te. ¶ Præsertim. probatio superioris præpositionis. ¶ Cum vacarem. cum carerem:& vacuus essem ¶ In quo accusabar. id est in eo, in quo accusabar:hoc est in negligentia:quia nulla in me fuit. ¶ Significans. demonstrans. ¶ Præ te fers. ostendis:aperte iudicas. ¶ Perspectum. cognitum. ¶ Sed tamẽ. q. d. licet cognoscam me a te amari:tamen mihi dulce est, & optabile:vt istum tuum amorem ita mihi testificeris exigendo a me lr̃as, & scribẽdo offiñ. ¶ Eq. icipit excusare dicẽs se neminẽ ꝑtermisisse, quẽ putaret ad Curionẽ venturũ:cui lr̃as ad eũ nõ d derit.

HVBER.

¶ IVCVNDVM. nullã ponas differentiam:siue iocundũ:siue iucundũ dicas:nã. o. &. u. affinitate iunguntur siue discrimine:& quodcunq; voluptatẽ nobis, atq; lætitiã affert, iocũdũ appellamus. Errãt qui pro lætis iocundos uocant. Potest & Thersites:tristis:infelix. & stultus meo Thomæ iocũdus esse:qñ ex eius infelicitate, & isania capit voluptatem. ¶ Tã, & q̃. non tantum superlatiuis iungi pñt:vt Ter. q̃ minima spe si tuus erit:tam maxime pñis parẽ in leges cõficiet suas:quantum ẽt comparatiuis, & positiuis:vt Virg. Tã magis illa tremẽs, & tristibus effera flãmis:Quã magis effusæ cruescunt sanguine pugnæ:positiuis vero hoc loco. ¶ Præsertim. ꝓcipue. Caue ne dicas specialiter ꝓ præsertim:aliud est enim specialiter:aliud ꝓsertim:& præcipue:& sic nunc ponitur:vt quod dictum est comprobet. ¶ Accusabar. Accusabatur. n. negligentie scribendi:at Cicero dicit se fuisse diligentissimũ:& complures ad eum literas misisse:unde merito se vacare culpa. Est autem culpa error:nec velim intelligas culpam pro defectu:in qua multi errant. nã defectus a deficiẽdo appellat, qñ deest, & deficit:vt deficiunt libri:ergo defectu librorũ literis operam dare non possum. Iuuenalis. Q d nil salit Arcadico iuueni culpa docentis:scilicet arguitur, φ nesciuit ipsum docere, at neglexit:non aũt defectus arguit φ defuerit. Nam præsto fuit, & non docuit. Tunc defectus argueret docentis quando defuisset. ¶ Vacarem. latinius, ac elegantius, quam si dixisset culpa carerem, non enim proprie dicimus, careo culpa:careo detrimẽto. tametsi Horati. dicat in epistolis, Stultitia caruisse. & Cicero. Missinum præter culpã, ac peccatum, qua semper caruisti, & carebis. Est. n. ꝓprie carere, q̃bus indigemus. Cicero in Tusculanis quæstionibus. Satiatis vero. & expletis iucũdius est carere. q̃ frui. quãquã nõ caret is, qui nõ desyderat. Alias uacare quãdo datiuo iungimus, significat operam dare, vt literis vacamus. Econtrario cum a præpositionem ablatiuo iungimus, vt a literis vacamus, cessare significat. Interdum uacet, impsonaliter dicimus pro placere, aut tempus uacuum esse. Virgilius. Et vacet annales nostrorum audire laborũ. ¶ Desyderare, de re absenti, & futura, a sydere deductum. ¶ Vnde apud Liuiũ legimus. Desyderata sunt decem millia hominum. i. defuerunt. ¶ Præ te fers, demonstras, præ me fero dicimus, præ te fers, præ se fert, & præ se ferunt. In prima vero ac secũda persona multitudinis nunquam audiuimus, neq; legimus. ¶ Perspectum. antea cognitum multis in rebus. ¶ Equidẽ. excusationis initium q̃ diligens fuerit in scribendo demonstrat, dicitq; neminem prætermisisse, quem ad Curionẽ iturum putaret, quin per eum literas perferendas curaret. Equidem apud Virgilium non nisi cum prima persona iũgitur. vt Equidem per littora certos Dimittam, & Haud equidem tali me dignor honore. Apud alios authores indifferẽter legimus cum omni persona positum, Persius. Per me equidem sint omnia protinus alba, & Cicero multis in locis idem facit. ¶ Neminem, in vtroq; genere vsi sunt veteres. Terentius. Vnum hoc scio neminem hic peperisse. Siquidem hanc distinctionem in fine clausulæ locare volemus, ornate dicemus. Cicero. Illo si veneris tanquam Vlysses cognosces tuorum neminem. ¶ Prætermisi:prætermittere est negligentia, siue ignorantia officium suum non facere. Cicero. Quod a Panætio prætermissum esse miror. Omittere est omnino relinquere. Terentius. Omitte mulierum, & Horat. aut spem deponas, aut patrem illius omittas. Remittere, quasi suspendere est, & per aliquot tempora non exercere. Intermittere vero ex aliqua uocatione ab opere cessare, vt Cicero in Tusculanis. Retuli me Brute te hortante maxime ad ea studia, quæ retenta animo, remissa temporibus, longo interuallo intermissa reuocari.

PHI. — Iocũdum — Iucũdum — Lætus — Tãquam — Specialr — Præsertim — Præcipue — Culpa — Defectus — Careo culpa — Vacet — Desydero — Præ me fero — Equidem — Nemo — Prætermitto — Omitto — Remitto — Intermitto

¶ OFFICIVM meum accusari. i. culpari nomine negligentiæ abs te q̃. i. quantũ, aut quanto periucundum fuit, supple offiñ meũ requiri. i. exigi abs te, præsertim φ vacarem. i. vacuus essem, culpa sup. eius, aut in eo, quo accusabar. ¶ Autẽ. i. sed in quo. i. in eo. φ significabas te desyderare literas meas, præ te fers. i. indiciis, manifestis ostendis, amorem tuũ sup. in me. quidem. i. certe, perspectũ. i. agnitum mihi, sed tamẽ. i. nihilominus, dulcem, & optatum. ¶ Quidem. i. certe, aut ego quidem, i, certe neminem prætermisi:quidem, i, ne mentiar, dico neminem, quem putarem peruenturum ad te,

ASCEN.

VBER. ¶CVI literas non dederim, ad te perferendas. Is enim, per quem literæ mittuntur, in datiuo frequentissime ponit̃ cũ hoc verbo do. Is ad quem mittuntur in accusatiuo cũ ꝓpositione ad, vt ducali tabellario literas ad te dedi: ne q; est op⁹ addere perferendas: aut aliud simile, quia elegantius itelligitur, q̃ exprimitur, et apud Ci. misi lr̃as ad te, & tibi per proprium tabellariũ. ¶ Tam impiger. i. tam promptus, & est liptote: minus enim dicit & plus intelligit. ¶ A te vero. incipit accusare ipsum Cic. q; rarius ab eo literas acceperit quã ad ipsum dederit. ¶ Ad sũmũ: q; dicimus ad plus. Et i terest vtrũ ad summum dicas. Ad sũmum enim respicit numeri comprehensionẽ, vt bis aut ter ad summũ te vidi, ad summã: o[...] oonis antedictæ aut rei ante memoratæ affert conclusionem. Sic Cic. Socratem: Aristotelem: Demosthenem ingenio doctrina: & dicendi elegantia superauit. Ad summam vno Cice. dicendi facultate nemo præstantior inuentus est. Tale est illud Iuue. Ad summam nõ Maurus erat, nec Sarmata, nec Thrax, Qui sumpsit pẽnas, mediis sed natus Athenis. ¶ Et eas. ornatus est apud Ci. post substantiuum ante adiectiuũ addere hoc relatiuum. Is ea id: nulla tñ necessitate nisi ornatus cã. Vel etiam id eadem idem, ¶ Quare. conclusio suæ excusationis: & accusationis Curionis. ¶ Iniquus. iniustus, q de me inique iudices, falsoq; suspiceris me negligẽtem esse. ¶ Eodem cri. negligentiæ. Dicimus autem condemno te crimine & criminis. Sal. in Catili. Præter rerum capitaliũ cõdemnatis, vbi etiam notandũ est præter iunctũ cum ablatiuo. ¶ Noles: non voles. ¶ Id. vt te negligentiæ accusem. ¶ Aequum. ne me immerito accuses. ¶ Sed de li. quas quereris a me intermissas. ¶ Hactenus. sit dictum. ¶ Non vereor. non dubito. ¶ Ne expleam te. ne tibi satisfaciam. ¶ Scribẽdo. ad re sæpe. ¶ Non aspernabere. nõ fastudies. non respues. ¶ Studiũ meum. diligẽtiam scribendi. ¶ In eo ge. literarum. ¶ Ego artificiose incipit hortari ipsum Curionem. ¶ Tandiu. tanto tempore, fuerat enim fere duos annos in Asia.

cui literas non dederim. etenim quis est tam in scribẽdo impiger, q̃ ego? a te vero bis, ter ue ad summum, & eas perbreues accepi. Quare si iniquus es in me iudex: condemnabo eodem ego te crimine. sin me id facere noles: te mihi æquum præbere debebis. Sed de literis hactenus. non enim vereor, ne non scribendo te expleam: præsertim si in eo genere studium meum non aspernabere. Ego te abfuisse tandiu a nobis,

Marginalia: Ad sũmũ. — Ad sũmã. — pro negli[...] (manu) — Cõdẽdo te cri e & criminis. — Præter iũctũ cũ ablatiuo.

PHI. ¶CVI literas non dederim. Qui fert literas in datiuo, ad quem perferuntur in accusatiuo cũ ad ꝓpositione ponimus, Crispus, Vulturno literas ad Catilinã dat. Et qui fert, reddit. Ad quem feruntur, accipit. Scito etiam qui pro cui veteres scriptitasse: & monosyllabum esse. Virg. Cui pr̃ intactam dederat. Sed per diæresim duar̃ syllabar̃ iterdum apud poetas fieri, vt est illud. Ex ordine fulgens. Cui dat nomẽ Sinopes, qđ carmẽ sodaticũ [...] ex duobus ionicis a maiore, & tribus trocheis. Eodẽ modo huic: vt Statius. Falsus huic pennas: & cornua sumere terra. ¶ A te vero, purgatis obiectis transfert culpam: siqua culpa est: in Curionem. Vero multis modis accipit̃. Interdum cõsentientis aduerbiũ: aĺs confirmãtis: aliqñ conuenit ironiæ, vt Vir. Egregiam vero laudẽ: & spolia ampla refertis. ¶ Ad sũmũ. spectat ad numerum. multi tñ sũmum hic legunt nomen pro aduerbio, vt infandũ, & toruũ, vt Nauibus infandũ amissis, & toruum tuẽtibus hirquis. Sed nõ placet. Dicimus enim ad sũmum quando ad numerum referimus, ut hoc loco, & alibi pro Milone. Vnus aut ad summum duo inimici sunt, qui Milonis causam non probarent, Et ad L. Messenium, excepto vno inquit: & ad summum altero. Quando vero ad summã dicimus: & in summa ad finem referimus alicuius prædictæ materiæ. Quintilianus in corpore profecto. In summa non recedo. Et Iuue. Ad summam nõ Maurus erat: nec Sarmata, nec Thrax, Qui sumpsit pennas, mediis sed natus Athenis. ¶ Etenim. i. nam, est enim causalis cõiunctio. ¶ Perbreues. ualde breues. Maiorẽ tñ vim hẽt in cõpositione præ q̃ per: nec cũ oĩbus vocalibus indifferenter cõiungi possunt. Nã præ quædam aspernantur, quædam amant, & econtrario per, vt ꝑpotens, præcelsus: prælatus: non enim perpotens, percelsus: perlatus dices. Item periucundus: pergrauis, perpulcher: perbreuis dicimus: præ autem ista non admittũt. ¶ Accepi. accipere literas dicimus: recipere literas non dicimus: si Tullium volumus imitari. At Pli. Nepos recipere literas dicit frequentissime. ¶ Quare. vtriusq; partis querelarum ꝯclusio. ¶ Iniquus iudex: vt me in scribendo negligẽtẽ existimes. ¶ Eodem crimine: eadem suspitione negligentiæ. Nam nunc crimen pro suspicione ponitur: vt Virg. Formidine crimẽ acerbat: & semperq; odiis & crimine Drances Infensus iuueni. ¶ In me. ut Quid meus Aeneas in te cõmittere tñ. est enim in, tam in appositione quã in compositione dictio mesa: vt amor in te meus, hoc est erga te. & si iniquus in me iudex: hoc est contra me. in compositione vero nunc intentionẽ hẽt, vt Terentius. Quia me imitatum videt: & incuruũ senẽ. Nunc diminutionem vt iniquum, nõ æquum. Insanum non sanum: q; pro valde sanum, & magnũ interdum accipimus vt Persius. Insani dicta Catonis. ¶ Sin me id facere noles. vt te negligentem dicam. ¶ Aequum: appellando me in scribẽdo negligentem. Sin nunquam ponimus: nisi præcesserit si, vt Teren. Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor huius minas. Nec aliter differunt si & sin q̃ præcedentia. Errant, q dicunt sin pro si non. ¶ Sed de literis hactenus. non modo poetis: sed oratoribus interdum dimittere verbũ cõcessum est, quod pluribus in locis Cice. factitauit, vt de his alias pluribus. & nunc, de literis hactenus. & ibi, hiccine est ille: qui vrbem: quem Senatus. Duobus vero modis accipitur sed. aut discretiue: vt non modo doctus, sed apprime eruditus: & inceptiue, vt Ter. Sed Pamphilũ video pro atq;. ¶ Hactenus ex hac & tenus: qđ sigñat finẽ: dictum est: quã dictionẽ diuidit plerunq; thmesis, vt Virg. Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta, quod prosa oĩo non admittit. ¶ Non enim vereor. tres plerunq; negationes idem sigñant qđ duæ: quod sæpissime Cic. facere consueuit. Huius verbi natura est tam cum negatione: q̃ sine negatione idem efficere: vt vereor ne illum pater imprudentem opprimat, & vereor illum pater imprudentem opprimat. Eiusdem naturæ sunt timeo & metuo: quæ verba differunt a vereri. hoc enim filiorum, illa vero seruorum esse dicimus. ¶ Expleã. reddam. satisfaciam, loquendi modus per translationem, & differt a satiari. Hoc ad imodestiam: illud ad modestiam pertinet. Ci. quæq; expleri, ac satiari nullo modo possunt. ¶ Eo genere officio scribendi. ¶ Non aspernabere contemnes, aut respues. ¶ Studium. in scribendo diligentiam. ¶ Ego te abfuisse. aggreditur secundam partem, quam diximus: & artificiosa exhortatione est vsus: & primo colligit ab eo beneuolentiam: quod tametsi exordium sit: possumus tamen per totũ corpus orationis seruare. ¶ Tandiu. Nam per duos propemodum annos fuit in Asia.

Marginalia: Qui p cui — Huic — Vero — Ad sũmũ — Infandũ. — Toruum. — Ad sũmã — In summa — Etenim — Præ per — In — Sin — Si — Sed — Hactenus — Vereor — Dubito — Timeo — Metuo — Expleo — Satio — Diuisio — Consuetudo — Conuersatio

ASCEN. ¶CVI non dederim lr̃as. Et enim. i. nã certe, quis est tã ipiger. i. diligẽs in scribẽdo. q̃. i. q̃tũ, ego sup. sum? q. d. nemo, aut ꝑ quã rarus. Vero. i. sed. ego accepi sup. lr̃as a te bis, ve pro vel ter ad sũmũ. i. vt plurimũ: & eas ꝑbreues. i. valde breues. Quare. i. quãobrẽ. si tu es iniquus iudex in me: ꝯdẽnãdo. s. me tarditatis: ego cõdemnabo te eodẽ crimine sin. i. sed si: tu noles me id facere. i. te cõdẽnare: tu debebis ꝓbere mihi te æquũ. s. iudicẽ. Sed hactenus sup. scrip̃i de lr̃is. q. d. cõsidẽter. Nõ enim vereor ne nõ. i. vt nõ expleã. i. satiem te scribendo. Notũ est cũ verbis timẽdi & verẽdi idẽ efficere affirmationẽ & negationẽ, vt vereor ne facias. & vt facias, caue facias, caue ne facias caue vt facias idẽ sũt & hic, uereor ne nõ & non, idem sibi volunt: ꝓsertim si non aspernabere studiũ. i. diligẽs obsequiũ meũ: in eo gñe: scilicet scribendi amico.

Marginalia: Vereor ne & ut

Et doleo

HVBER.

¶ET doleo: & lętor. diuisio est, tē enim a te semouens vtrāq; absoluit rōne subiecta: vt patet. ¶Doleo. ratio põnis partis. ¶Fructu. voluptate. ¶Consuetudinis. conseruationis. ¶Et lętor. absoluit secundā partē. ¶Quod absens, a nobis remotus. ¶Omnia. laudē, & de te spem optimā. ¶Breue. facit docilē: ne existimaret futurus loquacior in principio. ¶Breue. breuis res. breue quiddā. ¶Quod. breue. ¶Præcipere tibi. te docere vel admonere. ¶Incredibilis. maximus, quod vix possit credi. ¶Tanta. præceptum antecedente rōne. ¶Expectatio. spes bona. ¶Animi tui. bene a natura instituti partibus, honestis: hoc est prudentia, iustitia, fortitudine, & tēperantia: q oia animi sunt. ¶Vel. vt diximus supra: vel p & sæpe ponitur vt hic. nā vtrunq; in eo esse vult. ¶Vel ingenii. ad oia intelligenda. Est enim ingeniū vis quędā naturalis nobis insita ad intelligendū. ¶Obsecrare. per sacra rogare. ¶Obtestari. adiuuare: & plus est q̄ obsecratetur patet hic & apud Horatium libro primo epistolarum. Quod te per geniū: dextramq;: deosq; penates Obsecro: & obtestor vitæ me redde priori. ¶Non dubitem. immo audeam. ¶Redeas. ex Asia. ¶Confirmatus. dispositus: & bene istitutus. ¶Tui. de te. ¶Sustinere. seruare. ¶Tueri. plus est quam sustinere: & significat defendere. ¶Et quoniam rogat Cicero Curionem: vt meminerit quicquid fuerit assecutus senunquam fuisse assecutum: nisi paruisset ei. cum puer esset sub præceptis & institutione Ciceronis. ¶Quantæcunque. magnæ: vel etiam quot: nam quantus interdum pro quod legimus apud diuum Ambrosium. raro tamen apud historiographos: melior tamen est prior sensus. ¶Accessiones. incrementa. ¶Fortunæ. conditionis. ¶Et dignitatis. amplitudinis. ¶Puer. tu cum esses puer. ¶Fidelissimis. fidei plenis. ¶Et amantissimis. plenis amore, quæ duo: vt supra diximus, in omnibus consiliis esse debent. ¶Paruisses. assensus esses: & te ipsa fecisses instituerat enim eum Cicero, vt rempubli. ante omnia charam haberet, ae defenderet.

Vel

Ingenium

Obsecro

& doleo, q carui fructu iucundissimæ consuetudinis tuæ & lætor, q absens omnia cum maxima dignitate es cōsecutus: quodq; in omnib⁹ tuis rebus, meis optatis fortuna respondit. Breue est, quod me tibi præcipe meus incredibilis in te amor cogit. Tanta est expectatio vel animi, vel ingenii tui: vt ego te obsecrare, obtestariq; non dubitem, sic ad nos confirmatus reuertare: vt quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere, ac tueri possis. Et qm̄ meam tuorum erga me meritorū memoriā nulla vnquā delebit obliuio: te rogo, vt memineris, quantæcūq; tibi accessiōes fuerūt, & fortunæ, & dignitatis, eas te nō potuisse consequi, nisi meis puer olim fidelissimis, atq; amātissimis cōsiliis paruisses.

PHI.

Lætor

¶ET doleo: & lætor. Μερισμὸς quod Ci. diuisionē appellat: & sic diffinit Diuisio est q̄ rem semouēs a te vtranq; absoluit ratione subiecta, & est sensus. Tum doleo q frui consuetudine tua non potui, tum gaudeo: q absens multū nominis & glorię cōsecutus es & in re tua votis meis fortuna satisfecit. ¶Absfuisse. b. nō mutatur in. f. differentię causa: ne a verbo adsum deduci videat. ¶Consuetudinis. p conuersatione. Sed tu ne dicas conuersationē: hoc nomen apud Cice. non memini me legisse: licet alii vtant. ¶Et lętor. Secunda pars Διαλλακτικός. Lætamur vultu: gaudemus aio. ¶Oia. puta laudem: & gloriā, & spē, apud omnes de te maximā. ¶Respondet: assentitur: satisfacit: Virg. Dictis respondet cætera matris. Sed respondere proprie est priorem alloqui, dictum sane quasi spondere. i. verba fundere. ¶Breue est: hortatur vt quam de se apud Romanos opinionem concitarat, eam non modo sustinere: sed tueri: atque defendere conaretur & vno verbo docilem facit. Cum ait. breue est, breuis res. ¶Præcipere. tanquā ipsius admonere: & docere. ¶Amor. ad res omnis referri potest. Charitas dūtaxat ad homines: a χάρις quod est gr̃a. ¶Incredibilis. adeo magnus: vt vix credi possit. ¶Expectatio est, quasi, vt ita loquar, reputatio: & bona spes. ¶Et animaduertendū mistā esse rationē cū pcepto. ¶Animi ad intelligentiam. Nam animus est pprie quo sapimus, atque intelligimus, quo virtus, quo ferat error. ¶Ingenii. ad naturæ subtilitatē: & pro natura ingeniū dicimus, & pro vtroq; Græci φύσιν appellant. ¶Obsecrare. obtestari: plus est obtestari q̄ obsecrare. Sed obsecrare maiorē vim habet: q̄ rogare: aut orare: & oratio semper debet augeri. ¶Obtestamur vero quempiā: cū adiuramus eū, quē rogamus. ¶Reuertare. ex puincia redeas. ¶Confirmatus: virtute institutus. ¶Tui. de te ipso. Concitasti. cōmouisti. ¶Sustinere. a sursum & teneo: conseruare. ¶Et quoniā. hoc est, quoniā quo ad vixero tua beneficia recordabor. Quoniam & quia vt plurimum tenent primum locum in oratione, nisi postponant interiectionibus, siue aduerbiis, & coniunctionibus. ¶Quantæcunq;. ad magnitudinem potius, q̄ ad numerum refertur. ¶Memoriā, quæ est, vt ait Cice. firma animi rex & verbox: & dispositionis perceptio. ¶Te rogo, vt tu etiam meorum in te officiox memineris, ac si tecum cogites, istas te non potuisse habere, fortunam: dignitates, & gloriam, nisi tu meis, cum puer esses, consiliis paruisses, & meā fuisses doctrinā secutus. Ex quo intelligimus Curionē Ciceronis fuisse discipulū. ¶Accessiones. incrementa, & amplificationes. differt enim, accessio ab accessu, nā accessus est in aliquē locū pfectio. Accessio aūt est amplificatio: & incrementū quarumcunq; rerum. Hæc aūt duplici significantia verbi colliguntur: a quo descendunt: quod est accedo. Id. n. interdū significat adire, & appropinquare. vt Teren. Accede ad hunc ignē: iā calesces plus satis, vnde accessus. Interdū vero crescere, & adiungere, vt Aedilitati tuæ accessit dictatura, hoc est adiuncta est & increuit: vnde accessio. ¶Fortunæ felicitatis, & amplæ conditionis: vnde fortunas numero multitudinis diuitias nuncupamus. ¶Dignitatis. status. ¶Puer. a teneris annis, hoc ē nomine filium Græco more appellamus, vt Virgi. Tuq; puerq; tuus. Græci dicunt παῖς: vt Home. [Greek illegible] ¶Olim pteriti tēporis, vt Teren. Aliū nunc censes esse mee, atque olim cum dabā, alias futuri. vt Hūc tu olim coelo spoliis orientis onustū Accipies. Aliquando præsentis, vt Tumidis quod fluctibus olim Tunditur. ¶Consiliis, hæc sunt hominum omnia, consilium. factum successus. consilium animi est, factum corporis, successus fortunæ. Consilium vero plenū debet esse fide, & amore. Ideo adiunxit. Fidelissimis atque amantissimis. ¶Paruisses. obedīuisses, & executioni mandasses.

Amor

Charitas

Expectatio

Animus

Ingenium

Obsecro

Obtestor

Sustineo

Memoria

Accessio

Accessus

Fortunæ

Olim

ASCEN.

¶EGO, & id est simul, doleo te absfuisse tandiu a nobis: q. i. quia, carui fructu, id est voluptate, iucundissimæ consuetudinis, id est conuersationis tecū, & id est simul, lætor, q tu absens consecutus es omnia, scilicet expectanda cū maxima dignitate: quod q. i. & q fortuna respondet meis optatis, id est votis, in omnibus rebus tuis. ¶Breue est, quod incredibilis amor meus in te, cogit me præcipere tibi. Tanta expectatio est vel animi, id est voluntatis, vel ingenii tui, id est intellectus & industriæ tuæ, vt ego non dubitem obsecrare, id est per sacra, vtpote per amicitiam rogare, & obtestari, idest fidem deorum, & tuam obtestando postulare. supple, vt reuertare, id est reuertaris ad nos confirmatus sic, vt possis sustinere, id est exhibere, & tueri, id est protegere, hāc expectationem tui, quam excitasti, idest vt tantus redeas, quantum te rediturum indoles tua & cœpta studia pollicentur. ¶Et quoniam nulla obliuio delebit vnquam memoriā tuorum meritorum erga me, rogo te, vt memineris quantæcunq; accessiones, id est quantacūq; incrementa & fortunæ, & dignitatis fient tibi, te non potuisse consequi eas, scilicet accessiones, nisi tu puer, id est cum esses adhuc puer, paruisses, id est obedīuisses olim, consiliis meis fidelissimis atque amantissimis, id est ob amorem tui datis,

HVBER. Adolescẽtia Iuuenta

¶ QVARE.cõclusio exhortatiõis.¶ In nos erga nos.quoq; cõsiliis es multa cõsecutus.¶ Ingrauescẽs.senescẽs.¶ Cõquiescat.cõsolationem accipiat, & recreet.¶ In adolescentia tua.& ingenii: & animi dotibus ornata.Adolescentia aũt apud Ci.etiam ꝓ iuuenta ponit̃ vbiq;.Sed maxime id perspici põt in Catone maiore:vbi sic inquit.Quin adolescẽtia cita? senectuti obrepit:&alibi.Atq; senex meliore conditione est q̃ adolescens:& multis aliis in locis.At iuuenta poeticũ ẽ.

PHI. Quare Quapp Quãobrẽ Ergo Igitur Adolescẽtia

¶ QVARE:quapropter:q̃obrẽ.in maioribus sane cõclusionib⁹:ergo & igit̃ in minorib⁹vti solem⁹.¶ Hoc animo.hoc est ita dispositus erga nos:qui bona tibi consilia dedimus.¶ Ingrauescens,cõsenescens.¶ Adolescẽtia.ab adolesco:qđ est cresco appellata. In nulla.n.ætate ita crescũt corpora:vt in adolescentia .quæ etiam pro iuuenta ponit̃:cum ætas apđ antiquos tripartita fuerit:in pueritiam:adolescentiã, & senectutem. Hinc ait Ci.in Cato maiore. Quin adolescẽtia citius senectuti obrepit:q̃ adolescentia pueritiæ.

Quare hoc animo in nos esse debebis:vt ætas nostra iam ingrauescens,in amore,atq; in adolescentia conquiescat tua. Vale.

ASCEN.

¶ QVARE tu debebis esse in.i.erga nos:hoc.i.huiusmodi animo:vt ætas nostra iam ingrauescens conquiescat in amore,atq; in adolescentia tua.Nihil enim iucũdius est senibus ac videre adolescentes:quibus optime volunt virtuti incumbere.

2

M.T.Cicero C.Curioni S.P.D.

GRaui teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo viro : q cũ suis laudib⁹,tũ vero te filio supasset oĩum fortunã,si ei cõtigisset, vt te ante videret, q̃ e vita discederet. Sed spero nr̃am amicitiã nõ egere testib⁹. Tibi p̃rimoniũ Dii:fortunẽt.me certe hẽbis,

HVBE.

GRaui : teste.Curio ante reditum suum ex Asia in Italiam miserat patrem suum:Romę qui optime nosset: quantum Cic.amaret filium suum. Itaq; dolet Cic. in hac epistola eius testimonium amoris sui erga Curionẽ sibi ereptum:callide tamen confirmat sibi Curionis amicitiam:dicens se sperare eam non egere testibus:cum iam debeat esse confirmatissima . Postremo pollicetur se Curioni loco patris.¶ Graui.fide plebo:magna authoritate:& existimatione.¶ Teste amoris mei.qui optime sciret meum in te amorem.& de eo testis esse posset.¶ Clarissimo.multis ꝓ claris rebus gestis spectatissimo.¶ Cum.i.&:sed vt diximus:minus significat q̃tum.¶ Suis laudibus.pp laudes,quas sibi merito comparauit.¶ Tu vero.& maxime.¶ Te filio:pp te filium.i.talem tantæ expectationis.¶ Superasset omniũ fortunam.i.omnium fortunatissimus, & felicissimus fuisset.¶ Fortunam.bonam:hoc est felicitatem. nam interdum & mala intelligitur pro loco:vt apud Virg.primo Aenei.Nunc eadem fortuna viros tot,casibus actos Insequitur.Item in vi.Quæ fortuna viros fortunaue mersit.¶ Si ei.patri tuo.¶ Contigisset euenisset,quasi res felix & optata.Contingũt enim optata.i.si hoc munus:&,vt ita dicam:hãc gratiam a deo obtinuisset.¶ Vt ante:felicitatis enim existimatur aut mori inter nostros:aut saltem eos,qui sunt nobis charissimi,posse ante mortem nostram videre.Vnde queritur Ariadne apud Ouid.Ergo ego nec matris lachrymas moritura videbo:Nec mea qui digitis lumina condat erit .¶ Testibus. quia satis puto eam tibi perspectam:egent enim testibus:quæ sunt dubia:& obscura.¶ Tibi:optanti felicitatem. ¶ Patrimonium.rem a patre relictam.¶ Fortunent.secundent .

Cum Tum Fortuna Cõtingũt optata. P̃rimoniũ

PHI.

GRaui teste.Aliud scribendi genus est epl̃aꝝ:aliud orõnum publicaꝝ & forensiũ.In his.n.vt negocia veniũt : ita ẽt aut sine arte:aut cũ artificio exponunt̃.in orõnibus aũt semp vti artificio solemus:reddit hic eũ de morte patris certiorẽ:cuius obitu se dolere ondit:q̃ grauissimũ testẽ amiserat amoris i quo ipsum Curionẽ cõplectebat̃. Veꝝ se sperare cõmemoratiuã in eũ amicitiã tantã esse:vt nullus egere testib⁹ videat, & se illũ loco filii habituꝝ pollicetur,Patri vero ẽt nomẽ erat Curioni. Fuit & alius eodem noie appellatus:eadẽ q; disciplina isignis: eadẽ & familia & domo oriundus.¶ Graui.senero:& magno,cui maxima erat fides adhibenda.¶ Sum.inqt ego priuatus o Curio patre tuo viro clarissimo:q testis erat amoris summi erga te mei,obiuit.n.mortis diẽ. Testimonioꝝ vero duo sunt genera : manifestũ:& cæcum.Manifestũ est:cum certos testes & p̃sentes habemus. Cæcũ vero cum multitudinẽ:aut ciuitatem non ignorare dicimus:vt Cice.pro lege Manilia. Testis est tota Sicilia. In cæco etiã iusiurandũ,tabulæ & absentes ꝑsonæ adhibentur.¶ Clarissimo.rebus gestis & eloquentia illustrissimo. ¶ Cũ;& tũ.ita ponuntur:vt cũ p̃cedat:tũ sequatur:& cum aliquid generale:tũ aliqd speciale cõplectat̃:& plus significat tũ q̃ cũ. Adde q; exigunt vt sp indicatiuo iungãtur:nisi ambæ sub eodem verbo claudant̃:vt nunc videmus. Et Quintilianus.Quod cũ oibus confitendũ est:tũ nobis precipue:q tõne dicendi a bono viro non separamus.¶ Suis.propriis:vt sunt hic etiam sua premia laudi.Laudatio est orõ:q̃ alicuius laudẽ amplectit̃:ita laus continet̃:laudatio cõtinet.¶ Te filio.cũ suo põdere dixit te hoc est,tali tantaq; virtute ꝑdito.¶ Fortunam.felicitatem.¶ Cõtigisset.cõtigunt bona & optata.accidunt mala & insperata:sed ista apud authores cõfunduntur.¶ Ante videret.Mori enim inter suos fortunatum putant:& mortẽ minus grauem. Hinc Aeneas.O terq; quaterq; beati,Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis Cõtigit oppetere. Et Ariadne. Nec matris,inqt,lachrymas moritur videbo:nec mea qui digitis lumina cõdat erit añ & post habent,vim quandã cõparatiuam tam in sensu:q̃ in cõstructione.¶ A vita discederet.moreretur. In eadẽ significatione migrare, decedere excedere dicimus:sed necesse est addamus appositum ex vita:vt Ci.anteq̃ ex hac vita migro.sine apposito non satis intelligã migrare pro mori.Sic excedere cum apposito dicendũ:vt idem Cicero,Meditatione adeundi sui muneris excessit e vita.Decedere vero sine appositione vitæ,pro mori etiam sumemus,vt decessit,hoc est mortuus est.¶ Spero.idem est quod credo.Martialis.Spero me assecutũ esse tale temperamentũ. Et Quintilianus.innocentiã puellæ satis,vt spero, defendimus.¶ Testibus.illa dicuntur testibus egere:quæ sunt ambigua,sed amicitia nostra non est ambigua. ¶ Patrimonium. quod possidemus a patre relictũ,non tñ matrimoniũ pro eo quod est a matre relictum:sed pro maritali teda dicimus. ¶ Dii.quasi optantis est.¶ Fortunent.secundent.¶ Certe.affirmantis est:vt alibi Cicero:Certe contra Cæsarem ingressus est armatus.¶ Aeque ac.hoc est sic vt:vel tam & q̃.eodẽ modo æque & atq;:vt Brutus ad Cicero.Hoc ego ad meũ officium priuatarum rerum æque atq; vllam aliam rem pertinere arbitror & Teren. Aeque miser atq; ego.

Testimonioꝝ duo genera Cũ: Tum Laudatio Laus Cõtigũt bona Accidunt mala Ante post Discedo Migro Decedo Excedo P̃rimoniũ Matrimonium Certe Aeque atq;

ASCEN.

GRaui teste &c.significat sibi dolori esse mortẽ patris Curionis oratoris clarissimi & viri grauissimi. ¶ Ordo est. Ego inquit Cice.priuatus sum graui teste summi amoris mei.i.de summo amore meo erga te:videlicet patre tuo viro clarissimo i qui.s.pater tuus conscius amoris in te mei:& ita optimus testis:cũ sup.superauit fortunam oium laudibus suis:idest sibi propriis,tum vero superasset te filio.i.eo q; habuisset te filium,si cõtigisset,id est cum difficultate quadam datum fuisset.et a diis aut fatis, vt videret te:scilicet reuersum e prouincia,nam aliter sæpe & diu viderat, antequam discederet e vita.¶ Sed spero amicitiã nostram non egere testibus.¶ Dii fortunent.i.secundent , & prosperũ faciant tibi patrimonium.i.quod derelictum est a patre,tu certe habebis me.

¶ Cui

¶ CVI. mihi. ¶ Aeque. tā. ¶ Ac. q̄. ¶ Charus. & iucūdus. chari dr̄: quos in p̄tio habemus. vtpote q aliqua necessitudine nobis sunt cōiuncti: vt filii: parentes: frēs. ¶ Iucundi. q aut virtutibus: aut morum suauitate nobis sunt voluptati. & quoniā aliquis pōt esse charus: & non iucūdus: iō solent hæc duo iungi: vt apud Iuue. Iucundū: & charū sterilis facit vxor amicū: & multis in locis apud Ci. & p̄cipue ōndit lib. i. de finibus bonorū: & malorū his verbis. Nā diligi: & charū eē iucundum est. i. est voluptati: nam eo in loco de voluptate loquitur. ¶ Nempe. audito nuntio de obitu p̄ris Curio: vt eū meritis honoribus p̄sequeretur, instituit ludos gladiatorios edere P. R. vt hac liberalitate P. R. fauorem. & gratiam sibi cōciliaret: qm̄ in funeribus clarorū virorū spectacula edi solebant: & in primis ludi circenses & gladiatorii. Sed cum abesset ipse Curi. id negocium dederat Cic. & quibusdā aliis amicis vt populo denunciarent ea munera noīe Curi. quæ esset editurus: cum venisset, qd se diligenter fecisse rescribit Ci. sed tñ non placuisse sibi, vt ipse Curio ante aduētū suū amicis declarasset se facturū eos ludos: maluisset. n. eum reseruare hāc declarationē vsq; ad aduentū suū, vt cum venisset fuisset in eius p̄tate: an vellet facere nec ne, & huius sniæ suæ rōnē dicit se scripturū pluribus. Ad aduētum eius reseruatur vt ei corā eam exponat: & tñ ei dicit fuisse melius facturū: si alia rōne fauorem pp̄li sibi cōciliandum putasset. Postremo ōndit quantū onus sustineat satisfaciēdi expectationi hoium, q̄ de eo est maxima: cui satisfecerit, & dicit illud fore munus & maximū & gratissimū: & ipsi Ci. & ciuibus suis & vniuersæ reip. ¶ Nempe. legēdū est nēpe. s. nō nup & certe. ¶ Studium. non placet vt hic p voluntate ponatur, sed pro diligentia, qa non dicit se voluisse hoc fieri: sed tñ diligēter fecisse. ¶ Declarandorū. denūciandorū P. R. ¶ Tuo nomi. tuis verbis. ¶ Munerū. ludorū: q̄ esses editurus in funere paterno: cum primum ad vrbē venisses: ne itelligamus ea dona fuisse: q̄ ciuibus distribui suo noie iussisset Curio: qa nō dixisset declarandorū: neq;. n. declarantur dona priusq̄ dentur: Deinde ondit cōtrarium locus sequēs cum dixit: nec q̄sq̄ est, quin iam satietate defessus sit, neq;. n. fatigatio aut satietas donorū quenq̄ capit. ¶ Sed nec. q̄q̄ dicit se diligenter declarasse populo q Curio esset editurus hæc munera, tñ dicit, nec sibi nec cuiq̄ ex p̄pinquis aut amicis Curionis placuisse hoc, vt aliquid fieret in eius absentia, quod postea non esset in eius potestate cum venisset. ¶ Te absente. ab vrbe.

> Cui charus aeque sis, & periucūdus, ac fuisti pr̄i. Nēpe studiū meū nō defuit declarandorū munerū tuo noīe: sed nec mihi placuit, nec cuiq̄ tuorū, qcq̄ te absente

HVBER. Charus Iucundus Nempe Studium

¶ CHARVS. gratia & amore cōiunctus, vñ charitas: & aspiratur. At p penuria caritas, & carus sine aspiratione a carendo appellantur, quo verbo Terē. etiam est vsus, vt Tum annona cara est. Consuetudo tñ vsurpauit vt sine aspiratione carum pro gratum et scribemus, sicut cætera multa: vt fama fuga, & qm̄ vnū ex his sine altero esse potest, ideo recte iunguntur, vt Iuue. Iucundum & charū sterilis facit vxor amicum. ¶ Nempe. agitur de muneribus Curionis per Cice. & cæteros eius amicos declarandis P. R. quæ in honorem funebrē patris sui Curio celebrāda decreuerat, postq̄ de eius morte sibi renunciatum fuit: hoc. n. cum ipse non adesset, Ci. negociū dedit, & quibusdā aliis familiaribus suis. At Ci. suam de his sniam omnino non ostendit, sed oēm de ipsis disputationē in redditum Curi. differre commemorat. In calce vero lrarum adiungit, maximo teneri desyderio P. R. Curionis aduētus, vt eius opera & auspicio resp. defendatur. Hoc ad argumentum. Sed quænam munera fuerint illa est hoium diuersa sententia. Nos autem ita sentimus. Mortuo Curione, quē huius Curionis p̄rem fuisse diximus: quadā cōiectura colligimus, vt filius tanti nois adolescens decreuisset: vt meriti honores paternis manibus p̄starentur. Et qm̄, vt scimus, aberat in Asia tunc q̄stor, ad Cic. lr̄as dedit, vt hmōi futura munera P. R. declaranda curaret. quæ funebres ludos fuisse dicimus, & maxime gladiatores atq; circenses, sed funerum pompa: vt varia, ita etiam maxima apud antiquos fuit. Placet autē quosdā exequiarū modos recensere, nec erit ab instituto nostro alienum. Essedones defunctorū funera cantibus prosequebantur, ossaq; capitū argēto, gemmis, & auro cælata in poculorū vsum tenere dicebantur. Adde, q vt ait Herodotus, eorum cadaueribus vescebantur ammistis pecudū carnibus. Assyrii non prius cōdebant sepulchro corpora q̄ laniarentur a feris. Parthi vero parenter extinctos feris & qbus deuorandos abiiciebant. Inde ossa carnibus exuta sepeliebant. Aegyptii mortuos suos aromatibus conditos domi conseruabant. Persæ, vt corpora q̄plurimū durarent cera circūlita reponebant. Plebs hircana publicos alebat canes: optimates vero domesticos, sic quisq; pro sua facultate nobiles parabat canes, a qbus laceraretur. Quotiescūq; etiā aut reges aut principes moriebantur, vna cum ipsis ad eorum pompas dilecti equi aut serui: & apud Indos vna de vxoribus charior incedebatur. Adde q i fortiū virorū sepulchris captiuos necare cōsueuerūt, qd apud Homerū in Patrocli funeribus factū legimus, vbi Achilles post multos cæsos boues & pecudes, post infusum mel & oleū, post et occisos. iiii. equos, &. ii. canes. xii. captiuos Troianos occidit, & pyræ iniecit. Quid præterea Aeneas in Palladis funere factitauit: Virg. Hom. secutus carminibus suis inseruit, Et in funeribus institutū apud Romanos, ne crudum illū sequerentur morē mactandorum hoium. vt gladiatorū paria dimicarēt. a bustis gladiatores bustuarii appellati: & ea sacra Inferiæ dicebantur, q̄ n in foris p̄stabantur, & qm̄ per nouem dies fieri consueuerunt nouēdiales dicti pro copia rerū: proq; virorū cōpōne colebantur, quos Aeneas Anchisæ patri ludos in Sicilia faciundos curauit. Totus. v. æneidos plenus est, hic ergo munera funebres pōpas accipiendas dico, non dona, quæ darentur pp̄lo, vt quidam intelligunt. Idq; nobis p̄babilius videri facit gladitorū munus, & duo theatra, q̄ Curio maxima ex ligno in p̄ris funere versatili libramento post reditum faciūda curauit. ¶ Nēpe studium declarauimus inquit, funebres ludos in honorem patris tui faciundos, vt tu iusseras declarare atq; renunciare P. R. Sed nec mihi placuit, nec cuiq̄ amicorū tuorū, vt aliquid te absente fieret, quod cum venisses non esset in potestate tua positum. Nempe affirmantis est, & primum locū in ōrone potissimū sibi vendicat. Sic Persius. Nempe hoc assidue, est interdum quasi irridentis aduerbium, vt Cui tot annos inseruio, nēpe principi gratissimo. Et nē pro nempe antiqui dicebant. Studium & exercitatio sic differunt. Studium animi ad aliquid agendū diligentiā, exercitationē vero suscepti actus cōtinuationem appellamus. ¶ Defuit, de aliquādo minuit. vt demens. desum. Interdum auget, vt defessus, val de fessus. ¶ Tuo nomine, inepti dicunt tua parte. Tu dices, tuo noīe, meo noīe, Ex te, ex me. Verbis tuis, verbis meis, Tuo iussu, meo iussu vt meo noīe Aristophilo. S. P. dices. ¶ Nec. per apocopē nascitur a neq;. c. n. & q. lr̄æ sunt affines & eodem loco nec & neq; poni p̄nt, & hoc a non differunt, qa non negat solum, nec & neq; negant, & copulant, significantq; & non. Aliquando nec pro non accipimus, vt Fabius. Persolui gratia non potest nec malo pati.

PHI. Charus Charitas Iucundus De modis exequiarū apud antiquos Bustuaria Inferiæ Nouendiales Nempe Nēn Studium De Tuo noie Non: nec neq;

¶ CVI. sis æque charus, & periucundus, ac. i. sicut fuisti pr̄i. ¶ Nēpe studium Interrogauerat. Curio q̄re Ci. nō curasset pr̄i ludos funebres. vt gladiatorū paria pp̄lo in arena exhiberi, credebat. n. miserrima gētiliū supstitio fraude demoniorū seducta sanguinis effusionē defunctorū manibus gratā, ad hoc r̄ndet. Ci. ¶ Nēpe &c. vñ rectius nempe q̄ nup legitur. Et verius noua est ep̄la q̄ supioris ps. Ordo aūt est. Nēpe. i. certe: vt rōnem assignē ad q̄ ita tua, studiū. i. diligens cura, munerum. i. spectaculorum gladiatorii certaminis populo quasi pro munere in funere parentis. declarandorū. i. exhibēdorū nomine tuo. i. cum declaratione nois tui, non defuit sup. mihi: sed nec placuit mihi. nec cuiquam tuorum.

ASCEN.

HVBER. ¶FIERI.a nobis in declaratione horum munerum.¶Integrum.in tua potestate:vt posses tuo arbitrio cōmutare, nā quod semel declarauimus nos esse facturos,non est nobis integrū:hoc est non est in potestate nō facere,quia turpe omne est difficile viro claro id nō præstare:quod semel promisit.¶Cum venisses.Romā. ¶Equidem.dicit se postea scriptutū sententiam suam,quare non placuerit ei hæc munera declarari populo ante aduentum eius.¶Quid sentiam.quæ sit sen/tentia mea.¶Postea.alio tempore,non nunc.¶Pluribus.subaudi verbis. ¶Aut ne.i.reseruabo aduentū tuum:ne interea mediteris aliquam obiectionem ad ea,quæ dicam.¶Ad ea.contra ea:quæ in me dicenda sunt.¶Meditere.cogites:ppa/res.¶Offendam.inueniā.¶Imparatū.improuisum,nō para/tum:impræmeditatum. ¶Coram.non literis: sed verbis. ¶Istā.i.tuam.¶Adducā te in sen.i.psuadebo tibi:quod sen/tio,traham in te in opinionem meam.¶Testatum.apertum declaratum:& vt diximus habet significationem passiuā. ¶Vt liquando: quia occurrebat eum posse respondere, ad quid adduces me in sententiam tuā,post q̄ res acta est,neq; amplius mihi integra. Ideo dicit Cicero:vt saltem si tuum consilium cœperit tibi aliquando displicere:possis recorda ri meum consilium.¶Siqñ.aliquando. ¶Tuum consilium. de declarandis muneribus. ¶Meum. quod tibi olim dede/ ram:anteq̄ declarentur.¶Debemus.n.intelligere Cice.cōsu luisse ante Curioni:ne ederet hæc munera, neque etiam de claret ante aduētum suum:etiam si vellet edere:sed Curio/ne ita iubente Ciceronem diligenter declarasse:cum tamen ei hoc vt ipse dicit nō placuisset.¶Recordari in memoriam reducere:quo poteris cognoscere me tibi fideliter & amāter consuluisse.¶Quod nolim.quod vtinam ita non sit, vt tibi displicere incipiat consilium tuum,& est parenthesis.¶Bre/ui,absolute ponitur.i.paucis verbis.¶Sic habeto.sic existimato.¶Tuum reditum.ex Asia.¶Incidere.deuenire.¶Incur/rere in eum statum.i.in talem statum & conditionem temporum.¶His bonis.his muneribus.¶A natura.triplicia enim bo/na philosophi esse volunt animi:corporis:& fortunæ. A natura q̄ bona animi & corporis ferre solet. Animi bona sunt iustitia:prudentia:fortitudo,& temperantia:quæ quidem a natura originem habent:vt voluit Cice.lib.i.officiorū.bo/na corporis,vires:dignitas:siue pulchritudo:agilitas:facundia & similia:quæ oīa abunde erant in Curione.¶Studio. diligentia:vt est eloquentia,cognitio liberalium disciplinarum,quæ studio comparantur. ¶Fortuna.fortunæ bona:q̄ & externa dicuntur.sunt honores diuitiæ:clientelæ.amicitiæ:affinitates & similia,quibus abundabat Curio: quibus omnibus rebus dicit Cic.eum potuisse facilius consequi omnia:quæ erant amplissima in rep.q̄ illis muneribus:quæ erat exhibiturus,quorum facietas iam multos ceperat:quia a multis quotidie edebantur.

Testatum passiue — *Bonū triplex*

fieri,quod tibi,cū venisses,non esset integrū.Meā quidem sententiam aut scribā ad te postea pluribus: aut, ne ad eam meditere,imparatum te offendā: coramq; cōtra istam tuam rationem,meam dicam:vt aut te in meam sententiam adducam:aut certe testatum apud animum tuum relinquam,quid senserim:vt siquādo (quod nolim)displicere tibi tuum cōsilium cœperit, possis meum recordari. Breui tamen sic habeto: in eum statum temporum tuum reditum īcidere, vt iis bonis,quæ tibi natura,studio,fortuna data sunt, faci lius oia,quæ sunt in R.P.amplissima, cōsequi possis,

PVtares ne. Primū Ci. ita solicitū esse dicit quid decernatur de puīciis: vt nihil ei succurrat quod scribat. solicitus aūt erat quod verebat̄ ne ei prorogaret̄ puīcia, ex qua iam discedere cupiebat, deinde quoniam petiuerat ab eo Cœlius aliquot pātheras: quas posset exhibere populo in ludis, quos erat facturus, dicit Cice. miram esse paucitatem. se tamen daturū operam vt capiantur, & ad eū mittantur: propterea φ magnæ curæ sit sibi ædilitas eius. ❡ Putares ne. ne magis admiratio q̄ interrogatio est: qđ nemini debeat videri verisimile Ciceroni deesse verba ad scribendum. ❡ Accidere, euenire. ❡ Oratoria. s. deesse: qa nunquam putares, q̄ scis me habere miram quandam dicendi copiam. ❡ Leuia. vulgaria, non exquisita. ❡ Nostratia. patria: quæ vel sponte occurrūt & obuia sunt loqui volentibus. ❡ Desunt, dicit ea deesse sibi: & adducit cām. ❡ Quod. quia. ❡ Solicitus. anxius. ❡ Decernatur. statuat̄ a senatu. ❡ De prouinciis. appropinquabant. n. comitia, q̄ fiebant de puīciis consularibus, quibus comitiis aut noui magistratus decernebantur in puīcias: aut veteres in senatusconsulto confirmabant̄, timebat igit̄: ne prorogaret̄ sibi puīcia, in qua: vt in multis locis ostendit: erat inuitissimus & iam ppter multas causas, quas in hac eplā, & in aliis exponit, discedere cupiebat. ❡ Mig. causæ, quare cupiat discedere pp desyderiū vrbis Romæ: desyderium aūt de absentibus semper dr: & sæpe pro absentia ponit̄. ❡ Incredibile. subaudi desyderiū. ❡ Satietas. quasi fastidiū quoddam: qđ superius ostēdit: cū dixit ad hanc puīcialem molestiam. ❡ Vel. quia: aliæ causæ tres maiores. ❡ Vel. &c. ❡ Videmur. i. videor mihi pluralis p singulari. ❡ Consecuti. adepti. ❡ Accessio. incrementū: quia nihil videt̄ posse addi ad gloriam meam. ❡ Fortuna me. ne metuat̄ mihi: qm̄ rebus lætis libenter solet inuideri: & vt inquit Luca in se magna ruunt,

10

M.T.C. Imper. Cælio Aedil. Cur. S.P.D.

PVtares ne vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent, neq; solum ista vestra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia? desunt autem propter hanc causam: quod mirifice sum solicitus, quidnam de prouinciis decernatur. mirum me desyderium tenet vrbis, incredibile meorum, atque in primis tui, satietas autem prouinciæ, vel quia videmur eam famam consecuti, vt non tam accessio quærenda, q̄ fortuna metuenda sit: vel quia totum negocium non est dignum viribus nostris, qui maiora in R.P. onera sustinere & possimus, & soleamus: vel quia belli magni timor impendet: quod videmur effugere: si ad constitutam diem decedemus.

Desyderiū

& Teren. O fortuna vt nunq̄ es perpetuo bona. ❡ Vel qđ. alia cā, qa ipse Ci. idoneus sit maiori negocio q̄ administrationi illius puīciæ. ❡ Totū ne. huius prouinciæ. ❡ Qui. antecedens huius relatiui iclusum est in pronomine possessiuo nřis. ❡ Maiora one. qa dixit viribus, perseuerauit in translatione: nam qui plus valēt viribus, plus oneris sustinere pñt. ❡ Soleā. quia gessi, consulatum in vrbe cum magna laude, quod fuit maius & difficilius negocium q̄ præesse prouinciæ. ❡ Vel quia. tertia cā imminet magnum bellum a Parthis, quod videtur sibi posse vitare si ad tempus constitutum discessẽrit ex prouincia. ❡ Impendet. imminet, futurus est. ❡ Timor: quia in præcedenti epi. dixit. Hæc æstas habuit exitum satis felicem, ea, quæ sequitur, in magno est timore. ❡ Quod. bellum. ❡ Videmur nobis. i. quod ego videor. ❡ Effugere, euitare. ❡ Ad di. cō. ad tempus mihi statutum in prouincia, quia vsq; ad illud tempus non incipiebatur bellum.

PHI.

PVtares ne. Duo complectitur. desyderium in primis, quo a prouincia decedenti tenebatur, inde cum Cœlius a Cicerone per literas petiuisset, vt eius opera Pantheræ caperentur, quas in apparatu ædilicii muneris habere cupiebat, quid de illis captum sit eum facit his literis certiorem. ❡ Putares ne. cum admiratione mista cum interrogatione legendum est. ❡ Mihi ἐμφατικῶς dixit mihi, qui totum ferme terrarum orbem impleui scriptis meis. ❡ Ista vestra. iste audientis personam ostendit, hic vero dicentis. Ille autem ad tertiam refertur. Teren. in Ecyra. Aut istæc mihi ætas, & forma essent, aut tibi hæc sententia. Et Vergi. Ille meos primus q̄ me sibi iunxit amores, Abstulit, ille habeat secum, seruetq; sepulchro. ❡ Leuia. extenuata, non exquisita: & quasi triuialia. ❡ Nostratia. ad contemptum dixit quasi vernacula. ❡ Solicitus. anxietate & perturbatione affectus. Errant qui solicitum pro diligente appellant. ❡ De prouinciis, quas popu. Roma. diuiserat: & ad eas gubernandas cum magistratu ciues mittebat. Sed, vt inquit Strabo, aliter atq; aliter diuidebantur, quarum aliæ Cæsaris, aliæ populi dicebantur. In suas præfecturas Cæsar ipse administratores mittebat. In populi prouincias populus imperatores, vel consules mittebat, sicut postulauerat. Ab initio duas consulares fecerat. Libyam, & Asiam. Cisalpinam & montem Tauarum Prætores vero decem, Europam, Hiberiam, Sardiniam, Siciliam Illyriam, Macedoniam, Acheā, Cretam, Cyprum, Bythiniam. Cæteras Cæsar prouincias habebat, in quarum alias procuratores mittebat cōsulares viros, in alias prætorios, in alias homines ex equestri ordine. ❡ Decernatur. instabant enim comitia, quibus aut noui eligebantur magistratus, aut qui in magistratu erant, ex senatusconsulto progabatur imperium. ❡ Mig. ratio est. ❡ Sacietas. molestia enim afficiebatur esse amplius in prouincia: quod & hoc loco & alibi pluribus demonstrauit. ❡ Fortuna. poetæ deam faciunt, vt Nos te facimus fortuna deam, cœloq; locamus. Virgi. Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum: græci fatum εἱμαρμένην dicunt fortunam τύχην. Fatum vero Chrysippus diffiniuit hoc modo. Fatum est sempiterna quædam & indeclinabilis series reꝝ, & cathena voluens seipsam: & implicans p æternos consequentiæ ordines, ex qbus arcta nexa q; est. Homerus vero nullo in loco voluminis sui τύχην appellat: quod vocabulo a græcis fortuna nominatur, sed θεὸν dicit deum rectum, & solum, cui omnia gubernanda committit. ❡ Negocium. administratio huius prouinciæ. ❡ Maiora onera, μεταφορὰ ad vires, nec arrogan ter dictum, nam eius potissimum consilio respub. regebatur, cuius opera fuit salua, ex quo pater patriæ nominatus, & ipse de se dicit. O fortunatam natam me consule Romam, bene ergo soleam dixit. ❡ Magni. tres posuit causas, qbus ad discedendū mouebat̄, sed hæc tertia erat potissima, φ parthicum bellū instabat, & id effugere posse videbatur, si ad constitutam diem decederet, hoc est finito anno. ❡ Impendet. imminet.

Fert na
Fatum

ASCEN.

PVtares ne &c. dicit sibi præ solicitudine pene verba deesse: nimis se cupere in vrbem redire, & pantheras quas Cœlius populo exhibendas petierat esse captu difficillimas. ❡ Ordo est. o Cœli putares ne posse accidere vnquam, vt verba deessent mihi, non solum ista vestra oratoria, id est quibus vos, qui in senatu aut ad populum loquimini, vtimini. sed etiam hæc leuia, id est facilia, nostratia: id est quibus nostræ sectæ homines, hoc est rei bellicæ intenti vtuntur. ❡ Desunt autem, scilicet verba propter hanc causam, quod sum solicitus mirifice. ❡ Quid nam decernatur: id est senatusconsulto & populi rogatione constitui debeat, de prouinciis, scilicet abrogandis aut prorogandis. ❡ Mirum desyderium vrbis, & incredibile desyderium meorum, s. familiarium & amicorum, tenet, id est afficit me atq; in primis, id est præcipue, satietas prouinciæ actæ: id est peractæ, vel quia nos videmur consecuti eam famam, vt accessio, id est incrementum & additio ad eam, non sup. sit tam. id est tantum, quærenda. q̄ id est quantum fortuna. s. aduersa sit metuenda. ❡ Vel quia totum negocium. i. hoc bellum cum barbaris & indoctis hominibus, non est dignum viribus nostris qui possemus etiam doctos regere: quia ego & possim & soleam sustinere in repu. maiora onera, vel quia timor magni belli impendet. i. imminet, quod. s. bellum nos videmur effugere. i. euitare, si decedemus. s. de prouincia ad diem constitutam, i. ad tps constitutum,

HVBER. **Panthera** ¶ DE pantheris. quas a me petis tibi mitti, Panthera animal varii coloris hominí amicum: cui in candido breues maculárum oculi sunt: nam Panthera & Tigris maculaꝗ varietate prope solę bestiaꝗ spectantur. Sunt qui tradant in har mo huic similem lunæ esse maculam crescentem in orbes: & cauentem pari modo cornua. Abundat aūt præcipue in Africa & Syria. hoc animal a Romanis in spectaculis ludoꝗ sæpe exhibebatur: nam & Scaurus primus ædilitate sua varias centum quinquaginta vniuersas misit. Deinde Pom. magnus quadringentas decem. Diuus Augustus quadringentas viginti. Denique de hoc animali vide Pli. lib. viii. c. xvii. ¶ Agitur. fit. inquiritur. ¶ Mandato. ita enim mandaui vt diligenter quæ rantur. ¶ Mira. magna. ¶ Paucitas pan. i. admodum paucæ sunt. ¶ Et eas. iocatur Cice. cum Cœlio. ¶ ¶ Queri. conqueri: lamentari: non autem queri: inquiri. ¶ Insidiarum. quia huiuscemodi feræ plerunque insidiis capiuntur. ¶ Nisi si. ipsis pantheris. ¶ Cuiquam. latenter se commendat: cum ostendit ita a se teneri prouinciam: vt nulli fiant insidiæ. ¶ Constituisse decreuisse dicuntur pantheræ. ¶ In Ca. quæ est finitima prouincia. ¶ Nostra prouincia. Cilicia. ¶ Sedulo instanter: diligenter. ¶ A Patisco. huic enim mandauerat Cice. vt inquireret pantheras. ¶ Quicquid: pantherarum. ¶ Erit. inuenietur. ¶ Tibi erit, tuum erit. Quid esset. quid posset inueniri. ¶ Admonebat. scilicet ędilitatis tuę: id est reducebat mihi ad memoriam ædilitatem tuam. ¶ Scripsi. dicit quare admonitus sit ædilitatis Cœlii: quia scripsit hæc megalesibus festis magnæ matris: quibus ædiles solebant celebrare ludos. ¶ Certissima: verissima. ¶ Ex te. prudentissimo: qui perspicacissima intelligis: & amicissimo, qui non nisi vera scriberes. ¶ Cognouero. intellexero.

De pantheris per eos, qui venari solent, agitur mandato meo diligenter: sed mira paucitas est: & eas, quæ sunt, valde aiunt queri, quod nihil cuiquam insidiarum in mea prouincia, nisi sibi fiat. itaque constituisse dicuntur in Cariam ex nostra prouincia decedere. Sed tamen sedulo fit, & in primis a Patischo. quicquid erit, tibi erit: sed qd plane esset, nesciebamus. Mihi mehercule magnæ curæ est ædilitas tua. ipsa dies me admonebat. scripsi enim hæc ipsis Megalensibus. tu velim ad me de oī R. P. statu q̄ diligentissime perscribas. ea enim certissima putabo, quæ ex cognouero. Vale.

PHI. ¶ DE Pantheris. pro munere ædilitio habendis a Cœlio. De his Pli. sic habet. Pantheris in candido breues macularum oculi ferunt, colore earum mire sollicitari quadrupedes cunctas: sed capitis toruitate terreri. quamobrem occultato eo reliqua dulcedine inuitatas corripiunt. Sunt qui tradunt in harmo iis similem lunæ esse maculam crescentem in orbes: & cauantem pari modo cornua: & quid mirandum de Panthera, Demetrius physicus scriptum reliquit. Cum foeta esset: catulis procul in foueam delapsis: hominem ad illos fouea extrahendos blandiens, & murmurans duxit. Syria atque Libya his animalibus abundant: quæ in spectaculis Romani plurimum adhibebant. Et primus sua ædilitate Scaurus misit centum **Panthera** & quinquaginta. Pom. quadringentas decem. Augustus quadringentas viginti. Panthera a πᾶν appellatur, & θὴρ quod tota omnino feta sit. ¶ Valde aiunt queri. iocus Cice. quo iustitiam: & virtutes suas ostendit: cum dicat illa animalia solum de. Cice. querelas afferre: quod nihil insidiarum cuiquam nisi sibi fieret: & quod in ea prouincia omnes præter ipsa tuti erant: ex quo ait illa constituisse ex Cilicia in Cariam decedere. Est enim Caria regio post Rhodum, & ab Eleunte & Lorymis: vt ait Strabo: flexum quendam habet ad Aquilonem. Cares: vt idem inquit: sub Minoe fuerunt, & tunc Lelegea dicebantur: & insulas habitant, postea facti sunt continentis habitatores: multumque maritimæ oræ: & mediterraneæ occupaue- **Caria vñ** runt. Dicta quidem a Cara rege, qui primum augutia reperit, vt inquit Pli. Est Caria, quæ in minori Asia sita est in- **Cilicia** ter Ioniam: & Lyciam. In mea prouincia: Ciliciam dicit a Cilice Agenoris filio appellatam: minoris Asiæ regio- **Aedilitas** nem: & vt ait Pli. Syriæ proximam: & Tauro monti suppositam. Strabo vltra Taurum inquit esse: & diuidi in Cilio- **Duo** ciam: Thraciam: & Campestrem: Thracia oram habet maritimam. Campestris vero a solis: & Tharso issum vsque per- **ædilium** tendit. ¶ A Patischo, venatore primario: cui Cicero hanc venandi curam dederat. ¶ Tibi erit. ad me mittetur. ¶ Erit, **genera** capietur. ¶ Aedilitas. quam græci ἀγορανομίαν dicunt: & ædiles ἀγορανόμους Horum duo genera: Plebei, & Curules: quorū duo ex patribus Curules, Duo plebei ex plebe constituti sunt. Maioris tamen dignitatis Curules: qui a sella qua in publicum vehebantur appellati, quam Curulem sellam Tullus Hostilius Romæ primus habendam in magistratibus instituit, cum debellasset Hetruscos, quorum magistratibus hæc erant insignia. Primi autem ex patribus ædiles creati sunt, dictatore populum rogante. Cn. Quintius. Capitolinus: &. P. Cornelius Scipio addidit duos. C. Cæsar, qui annonæ præessent: & Cereales nuncupati sunt. Aediles vero plebei & curules ædibus publicis: priuatisque cloacis: aqua- **Aedilitiū** rum ductibus: & aliis quibuscunque publicis ædificiis: ludis, ac templis: rebus emundis: vendundisque, ac mensuria præ- **munus** erant, ab ædibus appellati. Aedilitium vero munus id erat cuiusque ædilis proprium: vt suis impensis ludos pro facultate ac dignitate faciundos curaret, quod in libro de officiis Cice. meminit. Nonne Pompeius ædilis factus theatrum suum tanta impensa fundatum incredibili ludorum pompa dicauit? Nonne etiam Attilius Serranus, &. L. Scribonius ædiles facti, & senatus, & plebis loca in celebrandis ludis secreuerunt. Minime igitur mirandum, si Cœlius pro ædilitio munere faciundo, vel ex Cilicia pantheras deferendas curabat. ¶ Admonebat. in memoriam reducebat ędilitatem tuam: quoniam **Ludi** hæc ipsis Megalesibus scripsi: quibus ipsi ædiles in honorem Cybelis ludos celebrare solebant. Megalesibus ludis. Cy- **Quam** beli consecratis. M. Iunius Brutus, vt inquit Liuius de bello Macedonico, ædem magnæ matris deum in magno palatio **Per** dedicauit: & ludos ob eam dedicationem factos. Megalesia appellatos. ¶ Hi etiam ludi diis magnis præstabantur. Erant enim ludorum species quatuor Megalenses, Funebres: Plebei, & Apollinares. Quamdiligentissime. quam pro valde duntaxat superlatiuo iungitur. Per autem pro valde tantummodo positiuo, non ergo dicimus perdiligentissime, peroptime, permaxime: sed quamdiligentissime, q̄optime. Item non dicimus q̄ diligenter q̄ belle, sed perdiligenter: perbelle. Et si q̄ pro quantum accipimus, nunquam superla tiuo: sed positiuo semper adiungitur, vt q̄ mites sunt liberis sui parentes. ¶ Certissima. verissima. ¶ Ex te. qui solitus es semper vera dicere.

ASCEN. ¶ AGITVR diligenter mandato meo de Pantheris, id est de eo, quod petisti: vt tibi mittam Pantheras. i. animalia illa maculosa: & aspectu iucunda, per eos qui solent venari sup. eas, sed mira paucitas sup. earum est, & aiunt: scilicet homines eas quæ sunt: queri: id est conqueri valde: quod aut nihil insidiarum fiat cuiquam in prouincia mea nisi sibi, itaque ipsę Pantheræ dicuntur constituisse: id est proposuisse decedere ex prouincia nostra in Cariam. Sed tamen sup. negociū aut venatio fit sedulo: id est diligenter, quasi sine dolo: & in primis: id est præcipue. ¶ A Patischo proprium est venatoris. ¶ Quicquid erit, scilicet captum, erit tibi, sed nos nesciebamus plane quid esset: scilicet captum: cum hæc scriberemus. ¶ Aedilitas tua est mihi: mehercule magnæ curæ, ipsa dies scilicet qua hæc scribebam admonebat me: scripsi enim hæc ipsis Megalesibus: id est eo tempore, quo spectacula exhiberi solēt Cybeli: seu magnæ matri deum. Ego velim sup. vt tu pscribas a me q̄diligentissime de omni statu reip. ¶ Ego enim putabo ea certissima: quæ cognouero ex te.

Solicitus

SOllicitus. Miratur Cicero se nihil literarum accepisse a Cœlio, de iis, quæ Romæ facta essent cum tumultuosas quasdam conciones quinquatriis concitatas audisset. Deinde vt ostendat se inuitum esse in prouincia, hortatur eum ad colendam vrbem, ad quam dicit se propediem venturum propter desyderium rerum sibi charissimarum. ¶ Solicitus. anxius: plenus perturbationis. ¶ De rebus. pp res quæ in vrbe fiebant: nam de interdum pp significat, vt alibi declarauimus. ¶ Tumultuosæ. plenæ tumultus & seditionis. ¶ Conciones. Concio vt docet Au. Gellius ex authoritate Valerii Flacci tria significat, locum: suggestumq́, vnde verba fiunt. Item significat cœtum populi assistentis: vt Ci. in Lælio de amicitia. Concio quæ ex imperitissimis constat, tamen iudicare solet &c. Item orationem ipsam, quæ ad populum dicitur, vt conciones: quas quidam in Pompeio: fuisse existimant. ¶ Quinquatriis. quinquatria dicebant festa: q fiebant quinto die post idus, a quinq. n. dicitur quinquatrus dies: q quinq ab idibus dierum numerus, nam atrus nihil significat, author Gel. his autem diebus fiebant maxime sacra Palladi. vt inuit Iuue. in satyra. Omnibus in terris. Eloquium aut famam Demosthenis aut Ciceronis Incipit optare & totis quinquatribus optat, Quisqs adhuc vno partam colit asse. Mineruam. Declinatur aūt substantiue in plurali tam tertię q̄ secundæ declinationis: sicut cætera nomia festoꝝ, vt vou lut Macrobius. audierat igitur Cice. quinquatriis factas eē quasdam conciones valde tumultosas sibi molestas, quia aut in Pom. vt diximus, aut in aliquem ex amicis suis fuissent. ¶ Afferebantur. nunciabantur. ¶ Molestę. graues. ¶ Citeriora hoc est q̄ citra quinquatria acta sunt, q. d. recentiora nondum audiebam. ¶ His mo. quas capio de huiuscemodi tumultibus, q a dixit se solicitū esse. ¶ Si qua ridenda. præter ea, q̄ me cruciant, si qua essent digna risu, vt pote aut dicta aut facta. ¶ Non audeo. quia fortasse erant in Pom. vel Pompeianos. ¶ Illud. q d. pter cætera. ¶ Nihil tuaꝝ literaꝝ. nullas tuas lras. ¶ Quare. rogat eum vt ad se scribat: & instruat de iis: quæ Romæ geruntur. ¶ Et si. quamuis. ¶ Confecero. finiero. ¶ Munus. officium, magistratum. ¶ Annuum. prouinciale: quod in annum dabatur.

HVBER.

De Concio

Quinquatria

M.T.C. Imp. M. Cœlio Aedil. Cur. S.P.D.

SOllicitus equidem eram de rebus vrbanis: ita tumultuosæ conciones, ita molestæ quinquatriis afferebantur. nam citeriora nondū audiebamus. Sed tamē nihil me magis sollicitabat, q̄ in his molestiis non me, si qua ridenda essent, ridere tecum. sunt enim multa: sed ea non audeo scribere. Illud moleste fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarum. Quare, & si cum tu hæc leges, ego iam annuum munus cōfecero. tamen

SOllicitus equidem. Tametsi Tullius longe distabat: tamen habebat Romæ scriptores: & nuncios: vt non ignoraret quæ in vrbe tractabantur. Quapropter cum quinquatrus celebrarentur: quasdam ibi seditiones exortas accepit: atq cum id potius aliorum q̄ Cœlii literis cognouisset: aliquantulum moleste tulit: de quo nunc facit eum per has literas certiorem: & vt inuitus in prouincia esse videatur: hortatur Cœlium vt vrbem colat, neque cesset ad eum scribere, quod tametsi propediem venturus sit: obuias tamen sibi literas ab eo mitti vehementer exoptat, de quibus planes eru diatur de me omni statu reipublicæ, cuius visendæ incredibili desyderio tenebatur. ¶ Solicitus. vexatus & perturbatus, dictus quidem quasi solo citatus, hoc est ex suo loco motus, hinc solicitudo: quæ mentibus inhærescit, & solicitatio: quæ ab alio fit. Ex quo illum locum apud Terentium ita legere debemus, Amor, misericordia, nuptiarum solicitatio. ¶ De, propter, vt supra. De me non conquestū. ¶ Conciones, nunc orationes in Pompeium factæ & Attilium. Sic enim Cicero senserat, nam concio tria significat, locum in primis, in quo conueniunt, & suggestum in quo habetur oratio: de quo meminit Gellius authoritate Ciceronis in oratione, quæ inscripta est contra concionem Quinti Metelli. Ascendi inquit: in concionem, concursus est populi factus. Secundo significat orationem, vt in titulo liberi Ciceronis, q inscriptus est contra concionem Quinti Metelli, hoc est contra orationem, quam egit Quintus Metellus. Et Cicero in epistolis ad Dolabellam, legi enim concionem tuam, nihil illa sapientius. Tertio multitudinem vno loco ad audiendum congregatum, vt Cicero in oratione: conciones exclamare sæpe audiui, cum apta verba cecidissent. ¶ Tumultuosæ, turbulentæ: tumultus plenæ. ¶ Quinquatriis. solennis dies quinquatrus est dictus, q quinq ab ibidus dierum sit numerus, in quo atrus nihil præter supplementum nominis affert. Varro hic ait, q erat post diem quintum idus quinquatrus dies: vt a Thusculanis post diem sextum vocatur sexatrus, & post diem septimum septimatrus. Sit præterea apud faliscos decimatrus. Et Festus inquit, q post diem quintum iduum celebratur quinquatrus dictus: vt triatrus: sexatrus, septimatrus, & decimatrus. Ludi vero, qui illis diebus, quinquatria dicebantur. Mineruæ. xiiii. Calen. Apriles, de quibus meminit Naso his verbis. Vna dies media est, post fiunt sacra Mineruæ Numina quæ adiectis quinq diebus habet. Sanguine prima vacat nec fas concurrere ferro, Causa q est illo nata Minerua die. Altera tresq super rata celebrantur arena. Ensibus expertis bellica læta dea est. Et Iuue, Incipit optare & totis quinquatribus optat. Quisquis adhuc vno partam colit asse Mineruam. Nec mirandum si quinquatriis & quinquatribus inuenitur, nam omnia festorum nomina, vt Saturnalia, bacchanalia, tam tertiæ sunt declinationis, q̄ secundæ, tantum numero multitudinis declinata. ¶ Si qua ridenda. Tangit Pom. & Attilium, de his enim ad Ciceronem rumor accesserat, & ideo miratur magis nihil ad eum a Cœlio scriptum. ¶ Non au. scribe, propter Pompeium, quem aperte non audebat offendere, & alios quosdam. ¶ Illud moleste fero. præ cæteris illud mihi molestum est, quare rogat ad eum scribat. ¶ Annuum munus. proconsulatum meum in Cilicia. Magistratus enim munera dicebantur, quoniam petentibus tanq̄ munera donabantur, vt ludi gladiatorii quos in munus P.R. recipiebat, & qui illos donabat muneratius dicebatur.

PHI.

Solicitum Solicitudo Solicitatio

Quinquatrus Sexatrus Septimatrus Decimatrus Quinquatria Saturnalia Bacchanalia Munera Muneratius

SOllicitus &c. Rursus miratur se nihil literarum a Cœlio accepisse, cum tamen quinquatriis nouæ incidetint conciones, dicitq vrbem, cuius desyderio teneretur, Cœlio colendam. Ordo est. Equidem, id est ego certe eram solicitus de rebus vrbanis, id est quæ in vrbe transactæ essent, ita: id est vsq adeo tumultuosæ, ita: id est in tantum molestæ conciones: id est orationes habitę ad populum conuocatum, afferebātur: id est annunciabantur, mihi. ¶ Quinquatriis. i. ludis & festis Mineruę: habitis ex more quinto die post idus, dico inquit quinquatriis, nam nondum audiebamus citeriora: id est quę facta essent citra quinquatria aut tempore viciniore nobis, quia minus prętereo, q̄ sine quinquatria. ¶ Sed tamen nihil solicitabat me magis. i. vehementius, q̄ me non ridere tecum in iis molestiis. s. quas patior in prouincia, si qua. i. aliqua essent ridenda. ¶ Sunt enim multa, sup. ridenda. Videtur contrariū quod dixit si qua essent, & postea dicit sunt enim multa, sed non est. Nam sensus est, priusquam certior essem factus per alios: nihil solicitabat me magis q̄ me non posse ridere tecum: si qua essent ridenda, vbi autem certior factus sum, scio multo fuisse ridenda. ¶ Sed ego non audeo scribere ea, ne forte incidant in manus eorum quos rideat. ¶ Ego fero moleste illud, scilicet me nihil habere adhuc literarum tuarum de his rebus scilicet, quæ tunc contigerunt. ¶ Quare & si. i. q̄q̄ cum tu leges hæc, ego confecero, id est finiero iam munus, id est officium annuum, tamen velim vt sup. literæ tuæ sint obuiam mihi, quę, scilicet lrę erudiant me de omni: id est toto rep. ne veniam plane: id est omnino hospes, id est vt hospes & peregrinus ignarus omnium rerum vrbanarum.

ASCEN

HVBER. Modestia Pessimon Pessimon/tia

¶ OBVIæ, cum veniam Romam. ¶ Erudiant. informent: vt ita dicam. ¶ Hospes. quasi ignarus oino resp. qm hospitum atq; peregrinoꝝ officium, vt voluit Ci. est quid in alienis ciuitatibus fiat: nescire. ¶ Modestus. ad maximam laudem priuatis hoibus tribuitur modestia. ¶ Pessimonte. Pessimon locus est Phrygiæ: vñ Cybele Romam aduecta est, ob quã i e m appellata est Pessimontia. ¶ Iter habebant. ¶ Omnia nec be. non dicit Ci. q̃ q̃ omnem meam benignitatem nondum cognouerant: sed hoc sentit: q̃ q̃ oia nec benigna nec copiosa esse cognouerant apud eũ, ad quem pficiscebant, ad illum tenebãt. ¶ Benigna. exprompta: liberalia: & ad aium refert benignitas. ¶ Vrbem. Romam, hortat eũ ad colendã vrbem, in qua virtus põt elucere. ¶ Ista lu. quasi alia loca sint tenebrę: vbi nõ possit emergere & elucere virtus hoia. ¶ Peregrinatio ἀποδημία peruagatio locorum: absentia a patria sua. Obscura. ignobilis: qa pax laudis comparat. Sordida. inhonesta, qa hec interdũ suspicionem quæstus & auaritiæ. ¶ Industria. ingeniũ, honesta exercitatio. ¶ Illustris. clara: nobilis. i. q talea sunt: vt eoꝝ industria Romæ cognosci possit. ¶ Probe. optime. ¶ In sui a. qua dixit se ab adolescentia id iudicasse. ¶ Ambulatiuncula. congressione, breui consuetudine. i. eum breui spatio tpis: quo tecũ delectationis gr̃a deambulare possim. ¶ Fructus. vtilitates & voluptates. ¶ Confero. comparo: qa oia minoris puto: q̃ vnam ambulatiunculã. ¶ Integritatis. innocentiæ: hoc est ipo me id esse affecutũ: vt oẽs laudent me nulla re corruptũ vnq̃ fuisse sed puinciã integerrime administrasse. ¶ Non erat. occurrit. obiectioni, q remaneat in puincia, & hoc dicit i eẽ in mea potestate sit remanere in puincia: non minus triũphũ spero ex contemnenda & omittenda ipsa puincia q̃ ex eo q conseruauerim eam ab impetu Parthorum. ¶ In qua. puĩcia. ¶ Triumpharem. animo lætarer quasi triũphans. ¶ Nisi. hoc est nisi desyderarem multa: quæ habeo Romæ mihi charissima, quæ non sinunt me esse animo tranquillo. ¶ Obuiam mitte. aduenienti.

obuiæ mihi velim sint literæ tuæ, quæ me erudiant de oĩ R.P. ne hospes plane veniã. hoc melius, q̃ tu, facere nemo põt. Diogenes tuus hõ modestus a me cum Philone, Pessinunte discessit. iter habebãt ad Deiotaꝝ Regẽ: q̃ q̃ oĩa nec benigna, nec copiosa cognorant. Vrbẽ mi Ruse cole, & in ista luce viue. oĩs enim pegrinatio (qđ ego ab adolescẽtia iudicaui) obscura, & sordida est iis, quorum industria Romæ potest illustris esse: quod cum probe scirem, vtinam in sententia permansissem: cum vna mehercule ambulatiuncula, atq; vno sermone nostro omneis fructus puinciæ non cõfero. spero me integritatis laudem consecutum. non erat minor ex cõtemnenda, q̃ ex cõseruata preuincia spes triumphi: in qua satis gloriose triũpharem, si non essem tamdiu quidem in desyderio rerum mihi charissimarũ: sed (vt spero) ppediem te videbo. tu mihi obuiam mitte epistolas te dignas. Vale.

PHI. Totum Cunctum Pessimon

¶ DE oi rep. ad maiorẽ significãtiã mutauit nois pprietatẽ, nã oẽ: totũ: & cunctum discrepãt. Oẽ de vniuersis: vt oẽs homines, q sese student pstare cæteris aiantibus: summa ope niti decet. Totũ ois de vnius corporis plenitudine dicimus, vt Cice. Meq; totum tibi cõmendo. Cunctũ vero quasi omne: & totũ in vno loco coniunctũ, vt cuncti Cice. concionantem audiebant. Confunduntur tamen ista plerunq;, vt hic, & Statius. Totos in pœnam ordire nepotes. & Maro. Omnisq; renitet per Troiam. ¶ Obuiæ mihi velim sint literæ tuæ. Variatus loquẽdi modus, dicimus. n. Obuius sum tibi. obuio tibi. Fio obuius tibi, Do me tibi, atq; offero me tibi obuium. Eodem modo aduerbialiter obuiam, dicimus, vt obuiam pfectus sum regi. Et paulopost, mihi obuiã mitte epistolas te dignas. ¶ Hospes. quasi omniũ rerum ad remp. pertinentiũ ignarus. Est. n. hospitum ignorare, quę in alienis ciuitatibus fiũt. ¶ Diogenes. Libertus Cœlii. ¶ Philone. ¶ Milesius fuit, & Ci. amicus. ¶ Pessimonte. Emporiũ est Phrygiæ, &, vt inquit Strabo, templum maximũ habet magnæ venerationis matris deũ, quam Angdistam vocant. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus structus est, & tẽplo, & porticibus ex albo lapide Romani celebrem reddiderunt, educta inde deæ statuta & Pessimontia appellata. ¶ Nec be. nec copiosa, non ad se refertur, sed ad regem. ¶ Hyacton, regem Asiæ maximi nominis. ¶ Vrbem mi Rufe cole. Multi diuidũt hanc epistolam a superiori, & aliam esse volunt. Nos vnam cum superiori facimus, & desyderio vrbis Cœliũ ad incolendam vrbem vehementer hortat.

Vrbs Ciuitas

Vrbis nomine per excellentiã Romam accipimus, vt per Poetã apud Græcos Homerum, apud nos Vir. ab vrbo vrbs dicta q̃ mœnia, muros: parietes domos significat, vt a ciendo ciuitas, q̃ viros vrbem habitantes ac iure in ea viuẽtes ondit. ¶ Ista luce. bene lucem dixit, vbi potest virtus elucescere, & ita alibi sicut Romæ. ¶ Peregrinatio. quasi pauigatio quædã per aliena loca. ¶ Obscura. sine luce alicuius laudis. ¶ Sordida. ex suspitione lucri & auaritiæ. ¶ In sũia pmansissem, vt nunq̃ Roma discessissem, sicut ab adolescentia iudicaui. ¶ Confero. in comparationem pono i pluris enim mentiũ voluptatem faciebat: quam cũ amicis Romæ capere poterat: q̃ quosq; amplissimos fructus: quos ex puincia colligere potuisset. ¶ Integritatis, vt omnes me laudent innocenter: & sine auaritia prouinciam gubernasse. Leguntur hæc libro. v. epistolæ ad Atticum. ¶ Ex contemnenda. cũ in meo sit arbitrio: & voluntate in prouincia remanendi: spero non minorem triũphum ex contemnenda: & dimittenda q̃ ex cõseruata prouincia me habiturum. ¶ Triũpharem. lætarer: vt Teren. Io vero ferre

Propediẽ Propemodum Te digñ

triumphat, & allusit vero triumpho, qui dabatur victori pro re bene gesta: & est sensus: Lætarer ego plurimũ in hac prouincia nisi tanto desyderio tenerer vrbis, & incredibili meorum. ¶ Rerum carissimaꝝ. has res carissimas intelligit esse vrbem, remp. amicos & domesticos suos. ¶ Propediem. accentum pone in antepenultima, aduerbium est, quasi prope sit dies appellatum, vt propemodum quasi prope mensuram dictum. ¶ Te dignas. tui dignas non dicimus.

ASCEN.

¶ NEMO potest facere melius hoc. i. ne plane hospes veniam, q̃ tu. ¶ Diogenes tuus. i. pcurator rerum tuarum i homo modestus, discessit a me cum Philone, Pessimunte, id est ab eo loco insigni in Phrygia, quod inde Cybele in Romã translata sit, q̃ Pessimuntia dici solet, declinatur autem Pessimus Pessimuntis, vt opus opuntis, amathus amathuntis, hiericus hiericuntis, &c. ¶ Ipsi. i. ambo: Diogenes & Philo habebant iter, id est ire debebant ad Latium regem. i. Asiæ. Alii legunt ad Deiotarum, alii ad Hyacton, q̃ q̃ ipsi cognorant omnia. i. q̃ essent agenda cum rege, nec benigna, nec copiosa. i. magni fructus. O mi Rufe colle. i. inhabitata, vrbem. i. Romam: q̃ cũ vrbs per se ponitur semper intelligitur, & viue in ista luce. i. clarorum virorum. ¶ Omnis enim peregrinatio est obscura & sordida: qđ ego iudicaui ab adolescentia, iis quorum industria põt esse illustris Romæ. ¶ Quod cũ ego scirem probe. i. decenter & probabiliter, vtinã permãsissem in sñia. ¶ Mehercule. i. ita tractet me, vt verum dico, ego non confero. i. non cõparo in valore & iucunditate omneis fructus puinciæ, cũ vna ambulatiuncula, sup. nostra, atq; vno sermone nostro, quam & quem simul habere solemus. ¶ Ego spero me cõsecutũ laudem integritatis. i. q integrã & minime auaram gesserim in prouincia vitam, spes triumphi non erat minor & puincia cõtemnenda. i. quam contemnerem amplius tenere, quam ex prouincia conseruata, sup. fuisset, si eam conseruasse. i. diuturnius cum imperio seruare voluissem: aut minor spes triũphi. i. magnæ gloriae erat. ex prouincia, si eam contemnere voluissem q̃ ex conseruata. i. per curam meam. ¶ In qua. i. prouincia conseruata, ego triumpharem gloriose qdem. i. certe si nõ essem tandiu in desydero rerum charissimaꝝ mihi. i. amicorum & familiarium. ¶ Sed vt spero ego videbo te propediem. i. tempore mox futuro: tu mitte obuiam mihi epistolas dignas te, id est quæ censeantur a te missæ & scriptæ.

Racas

HVBER

RAras tuas. ostendit Ci. quanti faciat lras Cœl. quas & si raras, suaues tñ sibi esse dicit: pſertim quasdã, qbus dicit se admonitũ fuisse a Cœlio vt concorditer ageret cũ Appio: qđ tñ se ita facere constituisse dicit: & adducit oẽs & cãs multas, qre debeat amare Appiũ: ostenditq̃ q̃ fuerit cã, quare qdam falso suspicati sint eos dissentire. Postremo optat Ci. esse Romæ, tũ vt possit ridere cũ Cœlio & aliis amicis, tũ vt possit ædilem videre. ¶ Fortasse. e. parenthesis: & accusat Cœliũ: qđ fortasse ille scribat: sed eius lræ non perferant. ¶ Suaues. dulces, iucũdas. ¶ Vel. &: aut præcipue. ¶ Proxime, nouissime. ¶ Quam prudentis. s. officii & consilii. ¶ Et quã multi, quã magni. ¶ Officii. humanitatis. ¶ Consilii qa consulebas, vt fugerem olim inimicitias, & pcipue Appii. ¶ Cõstitueram. decreueram. ¶ Vt tu admonebas. s. mihi esse agenda. ¶ Cõfirmanť. deliberatiora fiũt & certiora. ¶ Sentimus. cognoscimus. ¶ Prudentibus. qlis tu es. ¶ Fideliter. syncere, sine dolo. ¶ Idem videri. idẽ iudicas: eandem sniam hři. ¶ Ego iam fecio oñdit se nullã cãm hře q̃re oderit Appium, sed potius cãm diligendi. ¶ Cœptũ. inceptũ. ¶ Me diligi ab eo. i. incœptũ esse, vt ego ab illo diligerer. ¶ Vt. postq̃. ¶ Simultatẽ. odiũ quoddã occultũ, qđ añ erat inter nos. & dicta est simultas a simulatione. ¶ Depofuimus. qa fuerant recõciliati Ap. & Ci. cũ añ fuisset inter eos simultas, propterea quod in cã, quã Ci. egit apud põtifices de domo sua: Ap. vehementer cã oppugnauit, vñ Ci. li. iii. ad Appiũ. Reditus illustris in gratiam: in quo ne per imprudentiã quidem errari potest fine suspitione perfidiæ. ¶ Nam honorificus. arguit a causis pbabilibus, q̃re debuerit eũ diligere. ¶ Honorificus in me. i. cum esse consul prosecutus est me honore. ¶ Studiosus. fautor. ¶ Studiorũ. volũtatum: qa qđ. volui ille confirmauit. ¶ Mea vero. dicit se idẽ fecisse contra Ap. vt in nullis studiis, & officiis ei defuerit, teste Cœl. ¶ Tu scis. tu es testis. qm̃ κωμικος sñia ex aliq̃ vetere comœdia, in qua Phania aliqs testis alicuius rei introduceret: nã de Phania Teren. nõ satis placet, nec videtur cõuenire: sensus aũt est, tu scis mea officia ei nõ defuisse, qa Phania comicus testis accidit. i. qm̃ tu accidisti tanq̃ Phania comicus testis: loquit. n. de Cœl. tanq̃ de tertia persona, hoc est sicut Phania testis est in comœdia, ita tu testis es qd pro eo egerim μαρτυς testis, dr̃ aũt & μαρτυς attice: & μαρτυρ lingua cõi, κωμικος Comicus, qui in comœdia introducit, Phania aliqs, qui in comœdia de aliqua re certissime testificať. Et ideo dixit, vt opinor. ¶ Eum. Appium. ¶ Quod, quia. ¶ Te amari ab eo. causa tua, quia scio eum tibi esse charũ. ¶ Iam me. alia rõ q̃ causa Pom. & Bruti, quos habet amicissimos, diligat etiam Appi. iis necessitudine coniunctum, si enim diligit Pom. & Bru. debet etiam diligere, qui cum eis sunt affinitate & necessitudine coniuncti, erat aũt Appius socer Bruti, & filii Pom. vt ostendit Ci. ad Appium. lib. iii. epi. his verbis. Duos enim duarum ætatum plurifacio. Cn. Pompe. fi. tuæ socerum, & M. Brutum generum tuum, & in epistola, quæ incipit. Cum est ad nos allatum: circa finem. Quis vnquam tanti quenq̃ fecit, q̃ti ego Cn. Pom. socerum tuæ filiæ, & in epistola sequenti quæ incipit. Cum essem in castris, sic inquit. Lætor virtute, & officio, cum tuorum necessariorum, meorum amicissimorum &c. Ergo cum dixit. ¶ Iam me to. Pom. ei. sc. voluit quasi innuere necesse esse Ap. qui sit socer filii Pomp. a se amari, qui totus sit Pompe. Brutum, eius generum. ¶ Quid ca. quæ causa. ¶ in op. inter optata mea. inter ea, quæ maxime sunt mihi chara, & optata. ¶ Complecti. amare Hoiem. Appium. ¶ Florentem æta. adhuc viridi ætate, quia senes ideo facilius contemnuntur, qm̃ non pñt diutius aut prodesse, aut obesse, cum sint propinqui morti, dicit igitur hunc fuisse amandum, quia florebat ætate. ¶ Opibus, erat. n. App. opulentissimus, vel opibus, potentia, qua valet in vrbe nřa, vnde & li. iii. ad App. Quid commodis meis aptius, q̃ hominis nobilissimi, atq̃ honoratissimi coniunctio. cuius opes, ingeniũ, liberi, affines, propinqui mihi magno, vel ornamento, vel præsidio esse possent. ¶ Honoribus, quibus affluebat App. ¶ Liberis. habebat enim multos filios & filias, clarissimis familiis collocatas: est autem in his dictionibus articulus. ¶ Collegam. in auguratu, vt ostendit Ci. inferius ad ipsum Ap. Amplissimi sacerdotii collegium, in quo non modo amicitiam violari, apud maiores nřos fas non erat, sed ne optari quidem sacerdotem licebat, qui cuiq̃ ex collegio esset inimicus, fuerunt igitur collegæ Ci. & App. ¶ Ipsa laude. sua.

M. T. C. Imp. M. Cœlio Aedil. Cur. S. P. D.

RAras tuas qdẽ (fortasse. n. nõ pferunť) sed suaueis accipio lras, vel quas pxime acceperã, q̃ prudẽtis: q̃ multi & officii & cõsilii. & si oĩa sic cõstituerã mihi agẽda, vt tu admonebas: tñ cõfirmanť nřa cõsilia, cũ sentimus prudentibus, fideliterq̃ suadẽtibus idẽ videri. Ego Appiũ (vt sæpe tecum locutus sum) valde diligo: meq̃ ad eo diligi statim cœptũ eẽ, vt simultatẽ depofuimus, sensi: nam & honorificus in me Cos. fuit, & suauis amicus. & studiosus studiorũ ẽt meorũ. mea vero officia ei non defuisse tute es testis. qm̃ κωμικος μαρτυς (vt oppior) accedit Phania. & mehercule etiam pluris eũ feci q̃ te amari ab eo sensi. Iam me Põpeii totũ esse scis: & Brutũ a me amari intelligis. quid est causæ, cur mihi non sit in optatis, complecti hominẽ florentem ætate opibus, honoribus, igenio, liberis, ppinquis, affinibus, amicis: collegam meum præcertim, & in ipsa collegii laude.

ASCEN

RAras &c. Dicit literas Cœlii Raras quidem, sed iucundas ad se dari & gratas, & præsertim eas, qbus hortatus erat Cœlius, vt ipse Cicero cum Appio gratiam iniat: ad quam iucundam idem Cicero dicit multas sibi causas esse: tum fungi desyderio vrbis se teneri: vt cum amicis rideat scribit. Ordo est, Ego accipio tuas literas quidem: id est certe raras: licet multas forte scripseris, fortasse enim non perferuntur: sed suaues id est iucundas: vel id est etiam: eas quas acceperam proxime, q̃ id est quantum prudentis, & q̃ id est quantum multi & officii & consilii, q. d. plurimi. ¶ Et si. id est quanq̃: ego constitueram, scilicet prius quam admoneres omnia agenda mihi sic vt tu admonebas: tamen nostra consilia confirmantur id est stabiliuntur cum sentimus idem videri prudentibus & suadentibus videlicet: sup. quod nobis. ¶ Ego valde diligo Appium: vt locutus sum sæpe tecum: & sensi me cœptum diligi ab eo statim, vt id est postq̃ depofuimus simultatem, id est latens odium & æmulationem simultam. ¶ Nam ipse fuit & id est simul honorificus id est honorem faciens. consul, in: id est erga me, & amicus suauis, & studiosus: etiam studiorum meorum: vero pro sed: tu es testis mea officia: id est debita obsequia non defuisse ei. ¶ Quoniam μαρτυς martis, id est martyr: hoc est testis: κωμικος comicus: hoc est qualis inducitur in comœdia vtrique nota: ex commodo: scilicet Phania libertus, accidit: vt opinor mihi hoc est sicut in comœdia aliquis, qui rem optime notat, eo q̃ iam fere gesserat: aut viderat, ita Phania libertus eius de quo in prima epistola tertii libri, q̃ rem optime nouit mihi, certissimus est testis. martys dicitur attice, & communi græcorum lingua martyr testis. ¶ Et mehercule, ego feci, id est æstimaui suppl. Appium etiam pluris, q̃ id est quia, ego sensi te amari ab eo. ¶ Tu iam scis, me totum Pompeii, & intelligis Brutum amari a me, quid igitur causæ est, cur non sit mihi in optatis, id est inter cætera optata, complecti hominem florentem ætate, i. q̃ est in flore ætatis, videlicet Appium. & florentem opibus, honoribus, ingenio: liberis id est legitima prole, propinquis, scilicet consanguinitate, affinitate, id est propinqui vxoris amicis scilicet acquisitis, præsertim collegam meum scilicet in collegio augurum, & studiosum mei in ipsa laude, & scientia collegii.

& scientia studiosum mei: Hæc ego pluribus scripsi, quod mihi significabant tuæ literæ subdubitare, qua essem erga illum voluntate. credo te audisse aliquid: falsum est, mihi crede, si quid audisti genus institutorum, & rationum mearum dissimilitudinẽ nonnullã hẽt cũ illius administratione prouinciæ. ex eo quidã suspicati fortasse sunt, animorum contentione, non opinionum dissensione me ab eo discrepare. Nihil aũt feci vnquã, neq; dixi, quod contra illius existimationẽ esse vellem. post hoc negociũ aũt, & temeritatẽ nostri Dolabellæ deprecatorem me pro illius piculo præbeo. Erat in eadẽ epistola veteranus ciuitatis. gaudebã sane: & cõgelasse nostrũ amicum lætabar ocio. Extrema pagella: pupugit me tuo chirographo. quid ais? Cæsarem nũc defendit Curio: quis hoc putaret præter me? nam ita viuam, putaui. Dii immortales, q̃ ego risum nostrum desydero. Mihi erat in animo, quoniam iurisdictionem confeceram, ciuitates locupletaram: publicanis,

HVBER ⁋ CERT sci. hoc est: cum ex sacerdotio magnam laudem assequeretur: & esset peritissimus: mei tamen semp studiosus fuit. ⁋ Eo. propter id. ⁋ Significabant: tacite demonstrabant. ⁋ Subdubitare, paululum dubitare. ⁋ Voluntate aio. ⁋ Erga illum Ap. ⁋ Credo. quia subdubitas de volũtate mea erga illum. ⁋ Falsum est. qd audisti. ⁋ Genus. dicit propter qd hoies existimauerint Ci. non esse bono animo erga App. qa cum successisset ei Ci. in prouincia: & mutasset quædam: q̃ App. ante instituisset: aliter q̃ administraret p̃uinciam: q̃ ipse administrasset: existimauerũt qdam hoc fieri: qa essent inimici: quod non ita erat, sed qa plerũq; accidit, vt in eadem re varia sit opinio: sed tamen vtraq; bona, sicut erat Ap. & Ci. in administratione prouinciæ: & ideo nunc dicit. ⁋ Genus, modus. forma quædam. ⁋ Institutorũ, decretorũ, ordinationum mearum quas feci in p̃uincia post discessum Ap. ⁋ Illius. Ap. ⁋ Dissimilitudinem. differentiam: quædam enim mutauit Cice. vt plenius apparet li. iii. ex omnibus epistolis quas ad Ap. scribit. ⁋ Ex eo. q̃ mea instituta habent quandam dissimilitudinem cum illius administratione. ⁋ Quidam, maleuoli. & vt infra dicetur i nos quo animo inter nos sumus esse nollent. ⁋ Suspicati sunt. existimauerunt. ⁋ Cõtentione. cõtrouersia ⁋ Animorum. in quibus stat beneuolentia & maleuolentia.

Dissensio ⁋ Dissensione voluntatum. quæ etiam inter eos: qui non sint inimici, esse potest, vt in eadem re diuersam hẽant volũtatem, nã dissensio est sola[?] diuersitas. ⁋ Discrepare, disconuenire: discordare. ⁋ Feci. re. ⁋ Dixi. verbo. ⁋ Existimationem, authoritatem, reputationem. ⁋ Post hoc negociũ, hoc est præter hoc, q̃ aliter sensi de administranda prouincia q̃ ipse. ⁋ Et te. no. Do. hoc dicit, cum Dolabella gener Ci. qd d. m temere egisset contra Ap. accusando eũ ambitus. oppugnabatur ab Ap. Ci. quia erat gener suus, eũ defendit, & iõ dicit: post temeritatem defensam a me, temeritatem aũt attribuit Dola. qa erat audacissimus, qd & App. Alexandrinus li. iii. confirmat. ⁋ Nři, vel generi, vel nři vtriusq; amici, & mei, & tui. ⁋ Deprecatorem. rogatorem; supplicatorem, plusq̃ si diceret defensorem. ⁋ Illius, nõ Dolabellæ, sed App. ⁋ Periculo qa præter ambitũ ẽt maiestatis fuerat accusatus: vt li. iii. patebit defendebat aũt a Ci. absente per literas deprecante multos p eo. ⁋ Erat veteranus ciuitatis i sunt qui verba Cœlii, quibus vt quibusdam placet latenter pulsat Pom. nam Cœl. eũ veteranũ ciuitatis appellauerat. ⁋ Gaudebam. s. q̃ ad me scripsisti de veterano ciuitatis: qd qd, aut quale esse non satis intelligere possumus. ⁋ Congelasse. refrixisse, cessasse. ⁋ Nostrũ ami. nõ ausim affirmare. quem intelligit: nã & ipse intelligi noluisse demonstrat: cũ dicit nřm i ita enim loquimur, cũ ab eo i m intelligi volumus: cum quo loquimur. ⁋ Lætabor ocio. quia dixit congelasse, siue enim Pom. siue aliũ quempiam intelligi: fortasse ille aliquantulũ dimiserat animũ ab aliquo cœpto: in his autem epistolis satis sit: q̃ ex verbis capiamus fructũ: & ex sententiis: q mores respiciũt, nã in sensibus occultis, q nihil afferũt ad cõmoditatem dicendi: nihil refert si minus sagittã ipsam in meta figere possumus. ⁋ Extrema pagella. in fine epi. quæ erat, aut liberti aut alicuius scribæ sui manu exarata addiderat Cœl. manu pp̃ria hæc verba. Cæsa. non defendit Curio, quod Cice. quasi ridens ostendit se credere: qa sciebat Cur. corruptum esse a Cæs. q: vt supra diximus eũ grandi ære alieno liberauerat, de corruptione autem Cur. vt ius est suspicari Cic. in epi. quæ incipit: Sera gratulatio, in qua tam multis verbis eũ hortatus est ad defensionem reip. ⁋ Pagella extrema. i. extrema pars pagellæ tuæ, hoc est epřæ: siue chartæ, paginæ aũt sunt, vt voluit Festus: q̃ suam quæq; obtineant regionem, vt pagi, vel a pagendo: q̃ in illis versus pagunt. i. iniungunt. ⁋ Pupugit. percussit.

Pagina ⁋ Tuo chirographo, tuo scripto, qd manu tua exarasti: nam solebãt interdũ dictare aliis scribentibus. ⁋ Quid ais. admiratiue. ⁋ Cæsarem, cũ admiratione ẽt pnunciandũ, & subaudit ais. ⁋ Quis hoc putaret. ironice. q. d. non credo. ⁋ Præter me. q noui Cur. ⁋ In via putaram. modus est dicendi, ita putaram in itinere. ⁋ Risum vestrum. quem scio vos hẽre pp hmõi mutationes reip. ⁋ Mihi dicit Ci. qd constituerit facere. ⁋ Mihi erat in aio. constitueram. ppõsueram. ⁋ Locupletare diuitare ciuitates Ciliciæ. ⁋ In publicanis, qbus eram daturus modũ exigendi vectigalia, nam iis fere maxime spoliabant ciuitates: genus, vt voluit iurisconsultus: audax. Quoniã confeceram: finierã. ⁋ Iurisdictionem lustrationem iurisdictionis meæ.

ASCEN. ⁋ EGO scripsi hæc pluribus. i. compluribus sup. verbis. aut pluribus q̃ alioqui fecissem, q̃ literæ tuæ significabant mihi, te subdubitare. i. occulte, aut aliquantisper dubitare. qua voluntate ego essem erga illum videlicet Ap. ⁋ Credo te audisse aliqd. i. simultatis, aut odii mei in eum. ⁋ Crede mihi Rufe, si audisti qd. i. aliquid. i. tale supra id esse falsum. ⁋ Genus. i. rõ: & forma institutorum. i. morum, & rõnum mearum. s. viuendi, habet nõnullam. i. quandam dissimilitudinem, cum administratione prouinciæ illius. Nã Cic. a ppřo successerat in prouinciam, quidam suspicati sunt fortasse ex eo. i. ea ex dissimilitudine regendi: me discrepare ab eo, contentione. i. pertinaci pugna animorũ. i. voluntatũ, non dissensione opinionum. ⁋ Autem. i. sed, ego nihil feci, aut dixi vnq̃ q̃ vellem esse contra existimationem. i. iudicium illius. Alii legunt æstimationem. i. reputationem, & authoritatem illius. ⁋ Aũt. i. sed, post hoc negociũ. i. q̃ in forma gubernandæ p̃uinciæ ab eo dissenserim. ⁋ Et post temeritatem Dolabellæ nři. s. generi nã post mortem Crassipedis, Tulliã duxit Ci. filiam, p̃beo me deprecatorem. i. intercessorem & supplicatorem, vt ignoscat pro periculo illius. s. App. ⁋ In eadem epla. s. tua, erat Veteranus ciuitatis. i. scripsisti de veterano quodam ciuitatis: qui cũ molestiam inferret cõmuni amico repulsus est, vnde ait Cicero. ⁋ Gaudebam sane. i. multũ, & lætabar amicum nostrum congelasse. i. torpuisse ocio. i. sic illo Veterano cessante ab infestatione, refrixisse, vt congelati censeatur. ⁋ Extrema pagella. i. tabellæ in qua scripta erant superiora a manu secretis Cœlii: pupugit. i. simulauit me tuo chirographo. i. scripto tua manu: nam q dictant eplas priusq̃ claudantur: & obsignentur: pars solent interdũ q̃dam ascribere manu propria: quæ nolunt scribas suos scire, scripserat aũt Cœlius Curionem non defendisse causam Cæsaris, vnde Cicero. ⁋ Quid ais: Curio non defendit Cæsarem. ⁋ Quis putaret hæc præter me? quasi dicat nemo. Ego, tamen debebam putare, vt q Curionem ad hoc induxerim, vt nullis consiliis præter q̃ suis acquiesceret: postea tamen nimium Cæsari adhæsit. ⁋ Affert tamen Cicero aliam rationem de industria dicens, nam ego putaui ita. s. q̃ non defenderet Cæsarem, in via. ⁋ O dii immortales, q̃. i. quantũ, ego desydero risum nostrũ. Hactenus ad eplam Cœlii. ⁋ In animo erat mihi. s. cum hęc scriberem: quoniam confeceram. i. finieram: iurisdictionem. i. tempus quo ius prouincialibus dicerem, locupletare. i. ditare, ciuitates. s. Ciliciæ, ẽt in publicanis. i. in publicanorũ exactione reficiendis.

Etiam

HVBER

ETIAM superioribus. sensus est ẽt cũ ante lustraui prouinciam: reliqua q̃ ad publicanos non pertinebant: cõseruata sunt sine vlla querela. Sociorũ. i. ita: vt nullus ex sociis nr̃is: hoc est ex iis: qui nobis cũ foedere essent iuncti: queri possent. solebant aũt magistratus lustrare: hoc est circuire totam iurisdictionem suam, & puidere vbi opus esset: qđ dicit se fecisse Ci. & nõc. & ante: sine vlla q̃rela sociorũ, ergo. In superioribus lustris. i. cũ ante lustraui prouinciam. Conseruata. subaudi sunt. Iucundus. q̃dam codices habent iustus. In priuatis. sensus est: fui iucundus in omni ordine, & genere hoĩum, quod declarat dicens. In priuatis sine magistratu. Summis. principibus. Infimis. plebeis. Proficisci. subaudi erat in aĩo. In

etiã superioris lustri reliqua sine sociorũ vlla querela conseruaram: priuatis, summis, infimis fueram iucundus: proficisci in Ciliciã Non. Mai. &, cũ primũ aestiua attigissem, militaremq; rem collocassem: decedere ex S. C. Cupio te Aedil. videre: miroq; desyderio me vrbs afficit, & omnes mei, tuq; in primis. Vale,

Ciliciã, erat. n. in locis finitimis puinciae: q̃a lustrauerat eã. Aestiua. loca vbi milites aestate sunt. sicut hyberna vbi habitãt hyeme. Attigissem. aduenissem. Nonis maii. vii. die maii. Nec videat cuiquã inconueniens: q̃ dixerit aestiua, cũ tunc nõdum videaẽ esse tp̃s aestatis: qm̃: vt voluit Vlp. iurisconsultus. Aestas: vt peritiores voluerunt: incipit ab aequinoctio vernali: & desinit aequinoctio autũnali: ita q̃ estas sex mensium: & hyemes totidem generaliter dr̃. Collocassem. in aestiuis. Decedere. subaudi erat in aĩo. Ex senatusconsulto: quo erat decretum: vt finito annuo magistratu Cicero posset discedere, vt ostendit supra ad Curionem, vt senatusconsultum: & leges defendas, & caetera. Te aedilem: qui erat factus aedilis absente Cicerone.

ASCEN.

RELIQVA: praeter publicanorũ negocia conseruata sunt superioribus lustris. i. lustrationibus, & censuris. sine vlla querela sociorũ. Iucundus: aut iustus fueram in priuatis. i. non gerentibus magistratũ, in summis: & infimis, & repere. In animo erat proficisci in Ciliciam forte ex Cypro: nam vtrãq; partem tenebant proconsules in Ciliciam missi, aut ab ea parte: quae est iuxta Amanum montem: nonis maiis. i. tunc proxime futuris. Et in animo erat decedere ex senatusconsulto, id est sicut senatus decreuerat: cum attigissem prima aestiua, id est tp̃a apta militiae, & bello gerendo: & collocassem. i. deposuissem rem militarem. Ego cupio videre te: & vrbs. i. Roma afficit me miro desyderio. & omnes me sup. afficiunt: & tu in primis sup. afficis me miro desyderio. Sunt: qui superiora sic ordinent. Sine querela sociorum priuatis, summis, & infimis: iucundus: id est laetus fueram proficisci in Ciliciam &c. sed sequar priorem sensum.

17

M. T. C. Imp. M. Coelio Aedil. Cur. S. P. D

MArco Fabio viro optimo: & hoĩe doctissimo familiarissime vtor: mirificeq; eum diligo, cũ pp̃ sũmũ eius ingeniũ sũmãq; doctrinã: tũ pp̃ singularẽ modestiã. Eius negociũ sic velim suscipias, vt si eẽt res mea. Noui ego vos magnos patronos. hoĩem occidat oportet, q̃ vestra opa vti velit.

HVBER.

MArco Fabio. commendat Ci. Fabium Coelio: ea fere forma: qua solet vti in commendãdis amicis rogat q̃ vt eum in omnibus rebus commendatũ habeat. Fabio. laudat Fabium a bonitate: & doctrina. Mirifice. vehementer: mirabiliter. Cum pp̃. dicit propter quae eum maxime amet. Molestiam, probitatem. Negocium. causam, quam fortasse ille habebat Romae: in qua ei opus erat auxilio Coelii. Suscipias. defendendum capias. Vt, sicut. Si esset res mea. quam non dubito tibi esse commendatissimã. Noui. iocatur cum Coelio, & fortasse etiam serio loquitur. Vos, id est similes tui. Patronos. causidicos. Hominem: hoc dicit, adeo estis magni patroni, quod nõ suscipitis causas nisi magnas: & in quibus agatur de capite alicuius: ex quibus plus emolumenti consequimini. Hominem. ordo est: oportet vt is occidat hominem, qui velit vti vestra opera, id est vestro patrocinio, & defensione. Occidat hominem, habeat causam capitalem, & magnam, qualis est de caede hominis.

PHI.

MArco Fabio viro. Multę in hac snia reperiuntur ep̃lę Ciceronis, imitatione dignissimę. Vult Coelio amici cãm commendare: & initio quanta eam beneuolentia psequatur ondit. Inde causam eius commendat, & hoiem. Postremũ quanto cognoscendarũ rerũ Romanarũ desyderio teneatur: adiũgit. Viro op. & homine doc. Laus est a bonitate, & doctrina, sed contra rationem dicendi, quod minus est secundo loco posuit, crescere enim debet oratio. Vir aũt maiorem vim habet, q̃ homo, vt ad Marcellum. Neq; monere te audeo praestanti prudentia virum, neq; confirmare maximi animi hoiem viruq; fortissimũ. & ad Sextiũ. Hortarer, vt & hoiem, & virũ esse meminisses. Praeterea plus est bonum esse: q̃ doctum esse. Et Cicero primum dixit optimo: inde doctissimo: eodem ordine est vsus in epistola ad Thermum: aut. A. Manlio iam pridem vtor familiarissime optimo viro, atq; hoie gratissimo. Et ad eundem alibi dixit. Hoc ipso vincit viros optimos, hoiesq; innocentissimos legatos tuos. Sed animaduertendũ est: q̃ in omni compositione, vt ait Fabius, tria sunt necessaria: ordo, iunctura, numerus. In ordine cauendũ, ne decrescat oratio, & fortiori: subiungat aliq̃d infirmius: vt sacrilego fur. Augeri. n. debent sniae: vt ibi Cicero. Tu inq̃r istis faucibus: istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. Est & alius naturalis ordo, vt viros ac foeminas, diem ac noctem: ortũ & occasum dicas potius q̃ retrorsum, quo ordine, & hic est vsus Cicero, & alibi, vt diximus. Vtor. Commune apud antiquos verbũ erat, vt hortor, Eodem modo consolor, & vereor. lege. A. G. lib. xv. Suscipias supra te capias ad defendendũ. Antiq̃ susum p sursum dicebant: & succipio p suscipio, & sic Virg. posuit: vt suscepit ignem foliis, & suscipere & capere ita vtimur: vt ad curas, sumptus: inimicitias suscipere potius referamus. Capere vero ad labores, molestias, & dolores potius accommodemus. Vt, tanq̃: multis enim modis hęc particula in orõne colligit, interdũ p postquam: Vir. Vt belli signũ. Aliq̃n p sicut, hoc modo. Ita Pom. rem, oppressit: vt Caesar, Plerunq; significat quo modo. Virg. Vt vidi, vt perii: hoc est postquam vidi: quo modo peri. Alias pro qđ. Interdũ cãm amplectit superioris sensus, vt do operam literis, vt doctus euadam. Interdũ ad exornãdũ orõnem accipit: vt Fabius. Quis credat me fecisse: vt stipitem filio negarem, hoc est quis credat stipitem me negasse filio. Noui vos ma. pa. Confutatio est, & patronos cãrum defensores dicimus, vt Teren. Huic opus est patrono. quem defensorem paro. Et eos, q̃ seruos manumiserũt suos. vt Mar. Cautius. & dñi ius oẽ remittimus aegro, Munere dignus erat conualuisse meo. Sensit deficiens sua praemia, meq; patronũ, Dixit ad infernas liber iturus aquas. Vos. ac si dixisset te, & tui similes. Hoiem oc. opor. hoc est, vt habeat cãm capitalem: & arduam, qualis est de homicidio, qm̃ parua cã non est digna patrocinio vestro, & eloquentia: q̃ res graues defendere possitis, & soleatis, non leues: vt haec ipsa est Fabii: quam tibi commendo. Est aũt loquendi modus, ad ostendendam magnam viri authoritatem: qui rebus vilibus, & abiectis non se misceret: sed magnis & grauibus, qualis esset. siquis hominem occidisset, & tum iste defenderet: vt Cicero Milonem.

Vtor
Hortor
Consolo:
Vereor
Vr
Patronus

ASCEN

MArco Fabio &c. Cõmẽdat Coelio Fabiũ dicẽs. Ego vtor familiarissime Fabio viro optimo: & hoie doctissimo: & diligo eũ mirifice. i. ita sit: q̃ pp̃ sũmũ igeniũ eius: & sũmã doctrinã: tũ sup. multo magis pp̃ singularẽ modestiã eius. Ego velim sup. vt suscipias. i. ad iuuãdũ negociũ eius sic, vt si esset res mea. Ego noui vos, h̃ est te, & tui siles magnos pa. i. defensores magnorũ reorum: oportet sup. vt is, qui velit vti opa vestra: occidat hoiem ioco sed id dictum est.

HVBER. ¶ SED. quaſi dicat quamuis non niſi magnas cauſas ſuſcipere ſoleas. ¶ In hoc homine. Fabio. ¶ Accipio, admitto. ¶ Relinques, non ſolum poſtpones, ſed omittes. ¶ Res Romanas. quid Romæ agatur. ¶ Hyemis. tempeſtatis: quæ prohibeat quempiam ex Roma huc nauigare. Hyems autem interdum pro tempore ponitur, vt Virgilius Georgi. Hyems ignaua co**[Hyems]**lono, interdum pro tempeſtate, & vi venti: vt idem in primo Aeneid. Vicit hyems. Item Sæpe illos aſpera ponti Interclu ſit hyems. ¶ Nil noui. de rebus Romanis. ¶ Ad nos. huc in Ciliciam. Afferebatur, nunciabatur.

PHI. ¶ SED in hoc homine. Fabio, hoc eſt tametſi non niſi arduas cauſas ſuſcipiatis, tamen in Fabio meo: nullam excuſationem, vt vel paruum, vel magnum ſit negocium eius. ¶ Tua opera. patrocinio, & defenſione: opera eſt actio: opus eſt finis: & fructus. Sed interdum opus pro opera ſumitur. Virgi. Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. ¶ Hyemis. Varro latinum facit ab hiando appellatum. At **[Opera Opus.]** Ego magis græcum puto: ab ὕω, quod eſt pluo denominatum: & anni partem ſignificat: & tempeſtatem, nunc anni. **[Hyems]**

ſed in hoc hoīe nullā accipio excuſationem. Oīa relinques, ſi me amabis, cū tua opa Fabius vel volet. Ego res Roma vehemēter expecto & deſydero: in primiſq; quid agas, ſcire cupio: nam iandiu propter hyemis, magnitudinem nihil noui ad nos afferebatur. Vale.

ASCEN. ¶ SED ego nullam accipio. i. admitto: excuſationem in hoc homine tu relinques omnia ſi amabis me: cum. i. qn̄, Fabius volet vel opera. i. diligentia, & labore tuo. ¶ Ego expecto vehementer, & deſydero res Romanas. i. vt res Romanæ ſcribantur ad me, & cupio in primis ſcire quid agas. ¶ Nam pp magnitudinem hyemis nihil noui afferebatur. ſ. cum hæc ſcriberem, iādiu. i. a multis diebus, ad nos.

HVB. NOn potuit. Re bene geſta in Cilicia a Cicerone procurauerāt Cœlius, & Curio ei ſupplicationem decerni, quod cū obtinuiſſent: laudat Cicero eorum in hac re & diligentiam & prudentiam, dicitq; ſe ſperare triūphū: deinde ſcribit de Dolabella genero: & Tullia filia, q̄ Dolabellæ abſente Ci. locata fuerat, vt ipſe Cic. ſcribit lib. ii. Ad Appium: poſtea oſtendit ſe eſſe ſolicitū de republica: & excuſat ſe: q de prouincia decedēs Cœliū quendā adoleſcentē ei pfecerit, oſtēditq; idt optia rōnē eū exēplo, & imitatione excellētiū viroꝝ hoc feciſſe. ¶ Accuratius. diligentius: ſtudioſius. ¶ Supplicatione. mihi decernēda ob rem bene in Cilicia geſtā. Nā ſupra dixit. Hæc æſtas habuit exitū ſatis felicem. ¶ Cōfecta res. impetrata ſupplicatio: & decreta mihi. ¶ Ex ſentētia. vt volebam. ¶ Tū celeritate. ꝓpter celeritatem dicit, duplici de cauſa eſſe confectam rem ex ſententia ſua, primum quia celeriter, deinde quia Attilius competitor ipſius Cœlii aſſenſus eſt huic rei. ¶ Quod is. Attiliū innuit de quo diximus ſupra. ¶ Cōpetitor tu. & idē me. hic eni Attilius, q paulo ante fuerat cōpetitor Cœlii in ædilitate, videtur ēt fuiſſe cōpetitor Cice. in petitione ꝓuinciæ Ciliciæ, ideo dicit. ¶ Iratus: q non potuit obtinere qd volebat. ¶ Eſt aſſenſus. fauit: dedit ſuffragiū. ¶ Ei. innuit Curionem, cū quo Cœlius egerat de ſupplicatione. ¶ Ornauit. commendauit. ¶ Res meas. geſtas a me in prouincia. ¶ Diuinis. maximis, immortalibus habuerat enim Curio orōnem de laudibus reꝝ geſtaꝝ Cice. ¶ Sperare. expectare. ¶ Quę ſequunt. triūphū dicit ſe ſperare: cū iā obtinuerit ſupplicationem. ¶ Ad q. ad quem triumphū. ¶ Para. vt ita mihi adſis, ſicut affuiſti in ſupplicatione. ¶ Dolabellam. locata erat Tullia Ciceronis filia matrimonio Dolabellæ eo tempore, quo Cicero præerat Ciliciæ. Itaq; ſcripſerat Cœlius honorifice de Dolabella, & laudauerat eum apud Ciceronem: quare dicit, ſe gaudere optareq;, vt ſibi & filiæ ſuæ hæc affinitas ſit felix. ¶ Laudari a te. placere tibi cōmendari. ¶ Amari. charum eſſe. ¶ Nam ea ſcripſerat Cœlius, Dolabellam eſſe temeratium: ſicut eum appellauit ſupra Cice. ſed ſperare poſſe aliquando ad meliora reduci. ¶ Tulliæ. vxoris eius prudentia, quod Cice. affirmat ita fore dicens. ¶ Scio. confido: quia noui filiam meam. ¶ Poſſe temperari. mitigare: minui, quia vitia naturæ, aut ēt longi habitus minui quidem poſſunt: tolli autem minime. ¶ Ea q̄ ſperas, ſcilicet poſſe temperari, intelligit autem prodigalitatem & temeritatem, alii tamen arripiunt, ſperas times, vt ſit acyrologia, vt illud Virgilii, Hunc ego ſi tantum potui ſperare dolorem, placet tamen magis prior ſenſus. ¶ Cui. Tulliæ meæ. ¶ Reſpondeant. ad eam dirigantur, i. cui fac vt tuæ litteræ reſpondeant, hoc eſt ad eam, non ad me mittantur de Dolabella. ¶ Quid ſi. dicit ſe ēt ſcripſiſſe de Dolabella ad Appiū, oportere tum ferre, quem fortuna ſibi generum dederit: non ipſe elegerit, erat enim abſens Cice. ¶ Meam. epiſtolam. ¶ Ad Appium. puto eſſe illam epiſtolam tertii libri, quæ incipit. Gratulor tibi prius. ¶ Ex tuis literis. propter tuas literas. i. nactus materiam ex tuis literis, quibus ad me de Dolabella ſcripſeras multa. ¶ Sed quid agas. prouerbialis dicendi modus, cum irreuocabile eſt qd ſel actū. ¶ Sic viuit. q. d. non eū pfectus, ſed qui aliqua ex pte pōt rephendi. Sic Perſi. Sic viuit illa ſubter Cæ. cū vulnus habes. ¶ Dii approbent, dii fortunent, & felix faciant. ¶ Quod actum eſt. hoc matrimonium. ¶ Fore Dolabellam. ¶ Iucundum ex quo etiam poſſim aliquando voluptatem & iucunditatem capere.

14

M. T. C. Imp. M. Cœlio Aedil. Cur. S. P. D.

NOn potuit accuratius agi neq; prudentius q̄ actum eſt a te cū Curione de ſupplicatione, & mehercule cōfecta res eſt ex mea ſententia, cū celeritate, tū qd' is, q erat iratus, cōpetitor tuus, & idē meus, aſſenſus eſt ei, qui ornauit res noſtras diuinis laudibus. quare ſcito me ſperare ea, quæ ſequuntur: ad quæ tu te para. Dolabellam a te gaudeo primum laudari, deinde etiam amari. nam ea, quæ ſperas Tulliæ meæ prudentia temperari poſſe: ſcio cui epiſtolæ tuæ reſpondeant. Quid ſi meam legas, quam ego tum ex tuis litteris miſi ad Appium? ſed qd agā? ſic viuitur. Quod actū eſt, Dii approbent.

ASCEN. NOn potuit &c. Re bene geſta a Cicerone in Cilicia, procurauerunt Cœlius & Curio ſupplicationem ei decernendam, pro qua eis gratias agit, dicitq; ſe ſperare triumphum, demum non nihil de Dolabella genero ſuo meminit. ¶ Credo eſt. O Cœli, non potuit agi accuratius: id eſt cum maiori cura, q̄ actum eſt a te, cum Curione, de ſupplicatione: ſcilicet mihi pro re bene geſta decernenda. Eſt autem ſupplicatio. quam rogationem, ac proceſſionem generalem vulgo appellant, quæ pro ſumma victoria decerni ſolet, vnde magna oritur illi gloria, qui eam pepererit, & mehercule res eſt confecta, ex ſententia mea, cum ſcilicet ita ſit, q confecta eſt celeritate, tum qꝛ is competitor tuus. ſ. in ædilitate. i. qui tecum petiuerat ædilitatem, iratus. ſ. q repulſam acciperet. & idem meus. ſ. competitor in obtinenda prouincia, aſſenſus eſt ei. ſcilicet aut Pomp. aut Cæſa. aut alteri amico, qui ornauit, id eſt decorauit res noſtras diuinis laudibus. ¶ Quare ſcito me ſperare ea, quæ ſequuntur, id eſt quæ ſequi ſolent, ſupplicationem, videlicet triumphum, ad quæ ſcilicet obtinenda mihi tu para te. ¶ Ego gaudeo primum Dolabellam generum meum laudari abs te. deinde etiam amari. ¶ Nam ea, quę tu ſperas poſſe temperari, id eſt moderari prudentia Tulliæ meæ ſcilicet filiæ, vxoris Dolabellæ, ſcio, cui epiſtolæ tuæ reſpondeant: id eſt vnde id te ſperare ſignificas. ¶ Quid. ſupple ſcriberes, aut diceres, ſi legas meam epiſtolam, quam ego miſi tum id eſt tunc, ex literis tuis, ſcilicet excerptam: ad appium? Et cum per imaginationem Ciceronis: ad hæc Cœlius miraretur, quaſi dicat non debuiſſe ex literis ſuis epiſtolam mitti: reſpondet Cicero. ¶ Sed quid agas? viuitur ſcilicet nūc fere ab omnibus ſic, i. vt talia faciant. ¶ Dii immor. approbent, i. ſecundent, quod actum eſt.

¶ Nam, ſpero

HVBER.

¶NAM spero cum mutuaq; mores prudentia filiæ meæ: vxorum enim prudentia multũ solet mederi vitiis maritorum. ¶In eo: vt sit nobis iucundus gener. ¶Humanitas: doctrina, sapientia: vel, ingenii mansuetudo & facilitas. ¶Adiuuabit si eum tuis consiliis moderatus fueris. ¶Respub. dicit Cice. se esse solicitum valde de republica: & maxime quia quãuis amet Pomp. Cæsa. & Curionem, qui videntur eam perturbare, tñ magis amat ipsam rempub. ¶Cupio Cæsarem honestissime. subaudi esse: id est opto: vt Cæsar valde honoret. Terentius in and. Vel quod ipsi bene cupio Glycerio. ¶Emori, vitam effundere: quod plus est: q̃ vel fauere: vel honestissime cupere. ¶Iactas. exerces: immisces: laboras: tractum a nauigantibus: qui in mari tempestate iactantur. Nam supra diximus, perturbatio reipublicæ tempestati cõparatur. ¶Districtus. illigatus: in neutram partem declinans. hoc est: neque ad istorum. quos supra nominaui, neque ad reipubl. fauorem inclinatus. ¶Quod quia: reddit rationẽ, quare Cœlius in neutram pendet partem: quia neq; rempublicã neq; amicos vellet deserere. ¶Bonus ciuis. cuius, officium est rẽpublicam non oppugnare, si non possis tueri. ¶Bonus amicus. quia non vis etiam propter defensionem republi. amicitiam deserere: ergo dixit. ¶Videris districtus. quod vulgo dicimus: videris mihi tenere pedem in vtroq; calceo, & latenter eum carpit: q͂ propter amicitiam rempublicam deserat. ¶Ego: nunc dicit se discedentem ex prouincia reliq̄sse loco sui Coelium quendam adolescente, quod ne videatur temere fecisse: excusat multis rationibus factum suũ. ¶Quæstorem. meum. ¶Præposui. præfeci scilicet loco mei. ¶Puerum. obiectio, quam sibi posset facere hic Cœlius: ad quem scribit. ¶Inquis. tu o Cœli. ¶Puerum. subaudi præposuisti o Cicero: non q͂ esset puer, sed adolescens. Sed ita solet nobis obiici: vt pro adolescente puer quispiam dicatur. ¶Ad quæstorem. respõsio Cice. & hoc dicit: puerum quidẽ Cœlium præposui: sed tamen quæstorem meum: & nobilissimum adolescentem: & qui compositis moribus omnium fere possit esse exẽplum. ¶Neq; erat. subaudi quispiã. ¶Vsus. functus. ¶Superiore. q̃ hic Cœli. ¶Quem præficerem, id est quem possem prẹficere prouinciæ, & est sensus. non erat alius qui fuisset in maiore honore, aut dignitate, q̃ Cœli. quem præponerem: præponebantur. n. qui essent ui maioribus honoribus: vt ostendet in epistola penultima huius secundi libri ad Thermum eum dicit, Habes enim neminem honoris gradu superiorem. ¶Pontinius. antipophora est: quia occurrebat Coel. responsurum Pontinium potuisse præfici. dicit eum e prouincia discessisse, neq; Quintum fratrẽ voluisse remanere, neq; ẽt sine reprehensione sua eum relinqui potuisse. ¶Impetrari obtineri, vt pesset prouinciæ me discedente. ¶Alterum me, dicitur enim frater fere alter, ego non visus fuissem discedere. ¶Fortasse. alia causa, q͞a frater eius ante triennium Asiæ prefuisset. senatum aũt voluisse eum præesse p͂uinciæ: q antea non præfuisset. ¶Deniq;. ꝯcludit se longe melius præfecisse Cœli. adolescẽtem p͂uinciæ: q̃ fratrem. ¶Oĩa. infamia: rep̄hẽsionẽ & reliqua: quæ de fratre possunt timeri. Postremo excusat factũ suũ imitatione alioꝝ, & maxime Põp. & Cœli. ¶Cõplexi. s, amauerũt. charos habuerunt. ¶Cassios. ad Põ. refertur: q plurimũ amauit Cassium. ¶Antonios. pp Mar. Ant. quẽ Coel. charũ habuit. ¶Hominẽ adolescentẽ. Cœli. ¶Nõ tã a. hoc nõ tã feci: vt hũc Coel. allicerẽ hoc bñficio, q̃ alienarẽ negando ei qd merito possem p̄stare. ¶Hoc tu. familiariter cũ amico loquit̃: de re. n. acta deliberare stultum est. ¶Cõsiliũ m. q͞a malueri p̄ficere prouinciæ Coel. q̃ aliũ. ¶Necesse est: q͞a mutari nõ põt quod ipse declarat. ¶De Ocella. quidã volũt blandimenti cã appellatã vxorẽ Coel. ego vero puto eẽ nomẽ p͂priũ nõ vxoris, sed cuiusdã viri: q aliq̄d in vrbe egisset, qd esset dignũ referri i acta: q̃uis relatum nõ eẽt: & de eo a Cœlio non satis plane ad se scriptũ: & hic posterior sensus magis p͂babilis vr̃, nam si de vxore itellexisset: dixisset de Ocella tua. ¶In actis. in gestis publicis, q̃ acta dicebant̃. Iuue. Fient ista palã. cupient & iacta referri. ¶Nõ e. ex hoc patet: q͂ nõ itelligit de vxore, q͞a in actis nõ ponebant̃ nisi ea: q̃ ad reip. fõnes p̄tinebant.

Fratea

Acta

spero fore iucundum generum nobis. multum in eo tua nos humanitas adiuuabit R.P. me ualde solicitat fauco Curioni. Cæsari honestissime cupio. pro Põpeio emori possum: sed tamen ipsa R.P. nihil mihi est charius: in qua tu non valde te iactas. districtus enim mihi videris esse, quod & bonus ciuis, & bonus amicus es. Ego de prouincia decedens, Quæs. Cœliũ prẹposui prouinciæ. puerum inquis? at Ques. at nobilẽ adolescentem, at omnium fere exemplo: neq; erat superiore honore usus, quem præficerem. Pontinus multo ante discesserat. a Quin. fratre impetrari non poterat: quem tamen si reliquissem, dicerent iniqui, non me plane post annum, ut senatus voluisset, ex prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. fortasse & illud adderent, senatum eos voluisse prouinciis præesse, qui antea nõ præfuissent, fratrem meum triennium Asiæ præfuisse, Deniq; nunc solicitus non sum. si fratrem reliquissem: omnia timerem. Postremo non tam mea sponte, quam potentissimorum uirorũ exemplo: qui omneis Cassios, Antoniosq; complexi sunt, hominem adolescẽtẽ non tã allicere volui, q̃ alienare nolui. Hoc tu meũ consilium laudes necesse est: mutari enim non potest, De Ocella parum ad me plane scripseras: & in actis non erat.

ASCEN.

¶EGO spero Dolabellam sup. fore. i. futurum esse, generum iucundũ nobis. ¶Tua humanitas iuuabit nos multum in eo. ¶Respublica. i. status republ. solicitat me valde. ¶Ego faueo Curioni: qui Cæs. oppugnat. ¶Ego cupio honestissime. i. vt honestissima contingant Cæsari: possum. i. eo aio sum: vt possim emori pro Pompeio, sed tñ nihil est mihi charius repu. in qua tu non iactas. i. ostentas, te valde. ¶Tu. n. videris mihi esse districtus. i. arctatus ne libere agas: q͂. i. q͞a tu es, id est simul bonus ciuis: & ita nihil vis contra rempub. agere: & bonus amicus scilicet eorum: qui cum repub. contendunt: & ita nihil vis contra eos agere. ¶Ego decedens prouincia. s. Cilicia: præposui prouinciæ Cœl. s. alterum quæstorem. i. qui erat mihi quæstor: quem receprorem vulgo dicunt. ¶Tu inquis. i. dicis mihi supra, præposuisti prouinciæ puerum. sup. præposui, fateor: at. i. sed quæstorem: at. i. sed, nobilem adolescentem, at exemplo fere omnium. ¶Neq; erat supple alter in exercitu vsus superiore. i. altiore honore, quem præficerem. s. prouinciæ. ¶Nam Pontinius discesserat multo ante, & non poterat impetrari a Quinto fratre. s. meo, vt præficeretur: quem tamen si reliquissem, iniqui dicerent: me non decessisse ex prouincia plane post annum: vt senatus voluisset, quoniam reliquissem. s. in p͂uincia alterum: quia frater dicitur quasi fere alter. ¶Et supple iniqui adderent fortasse illud, senatum voluisse eos præesse prouinciis, qui non p̄fuissent antea, & supple fratrem meum præfuisse Asiæ triennium. i. per spatium trium annorum. ¶Denique ego nõ sum nunc solicitus, & si reliquissem pro me in prouincia fratrem: ego timerem omnia. ¶Postremo non tam sponte. i. propria voluntare: & inclinatione mea, q̃ exemplo duorum potentissimorum. i. Cæsa. & Pomp. qui complexi sunt. i. charos habuerunt: & fouerunt: omnes Cassios, vt Pompeius, & Antonius: vt Cæsar, ego nõ tam volui allicere. s. in amicitiã meã hominem adolescentem. s. Cœlium, q̃ nolui sup. eum alienare a me. ¶Necesse est sup. vt tu laudes hoc consilium meum. nõ enim potest mutari. i. aliter se habere: quia iam factum est. ¶Tu scripseras ad me parum. i. nõ satis plane. i. plene, de Ocella. i. de actis Ocellæ, & non erat. s. factum eius in actis. s. ad me missis.

HVBER. ℭRES tuæ gestæ:omnia,quæ agis.ℱNotæ:celebres:claræ.ℱDe matrimonio:quod inter Dolabellam:& Tuliam filiã tuis auspiciis est factum.ℱTrans Taurum montem. Taurus mons Ciliciæ:qui (ut inquit Solinus) ab indico primum mari surgit:deinde a scopulis Cælidonis inter Aegyptiũ & Pamphilium pelagus obiectus septẽtrioni dextero latere: læuo meridianæ plagæ:occidenti obuersus fronte pro fusa.Is quoq; versus mari alluitur:procedit in prominentias:& p gentiũ & linguaꝝ varietate plurifariã noiatur,eius noia videant apud ipsum Solinũ:vbi de Cilicia scribit:& de hoc monte longe multa.ℱEthesiæ:venti quos Strabo lib.iii.eosdem subsolanos:id est euros appellat,hos ventos: lib.xvii. Idem dicit incipiente æstate flare e borealibus plagis: & a pelago apud Alexandriam Aegypti vrbem:quare Alexandrini optimam æstatem agunt. Diodorus idem vt sentire dicens.Nilum crescere incipere solstitio æstiuali:nõdũ ethesis flantibus: cum decrescat æquinoctio auctũnali eisdem ethesis quiescentibus.Item affirmat Pomponius Mella lib. primo:vbi de incremento.Nili tractat.

Taurus. *Ethesiæ*

Tuæ res gestæ,ita notæ sunt:vt trans montẽ Taurũ etiã de matrimonio sit auditũ.Ego, nisi quid me Ethesiæ morabuntꝰ celeriter (vt spero) vos videbo. Vale.

M.T.C.Imp.M.Cœlio Aedil.Cur.Des.S.P.D. 15

MAgno dolore me affecissent tuæ literæ, nisi iam & ratio ipsa depulisset omneis molestias,& diuturna desperatione rerũ obduruisset animus ad dolorem nouum. Sed tamen quare acciderit, vt ex meis superioribus literis id suspicarere,quod scribis:nescio,quid enim fuit in illis præter querelam temporum,quæ non animũ meũ magis solicitũ haberẽt,q̃ tuum?nam nõ eam cognoui aciem ingenii tui:quod ipse videam:te id vt nõ putem videre.illud miror:adduci potuisse te, qui me penitus nosse debebes:vt me existimares aut tã improuidum,qui ab excitata fortuna ad inclinatam, & prope iacentẽ desciscerẽ:aut tam inconstantẽ, vt collectam gratiã florẽtissimi hominis effunderẽ, a meq; ipse deficerẽ,&,qđ initio,sempq; fugi,ciuili bello interessem.

ASCEN. ℭRES tuæ gestæ:ita sunt notæ:vt sit auditũ etiã de matrimonio scilicet tuo:trans Taurum montem:scilicet maximum in confinio Ciliciæ.ℱEgo videbo vos celeriter, vt spero nisi ethesiæ,id est venti illi subsolani:id est euri:æstate tñ a boreali pte flantes:morabuntꝰ.i.detinebunt in mora me.

MAgno dolore. Functus Cice.magistratu prouinciæ cum in Italiã venisset; ostendisset q̃ iã bella ciuilia exardere inter Cæsarem & Pompeium in Cumanũ se receperat:quia cum non esset locus in vrbe authoritati victorum:quia pudebat eũ esse in vrbe cum ꝯtemptu: qui in ꝓuincia triũphum metuisset:quẽ tñ noluit: quia existimauit indignum patria lugente triumphare:scripserat aũt ad M. Cœlium literas:quibus conquerebatꝰ de tẽporibus ita turbulentis:qbus lectis existimauit Cœlius Cic.contra Cæs. esse animatũ pro Põpeio:deinde qa erat in locis maritimis: suspicatus est eũ elegisse illa loca:vt cõmodius posset ad castra Põpeii nauigare:quare hortatus fuerat ipsum Cœlius ne immisceret se his bellis ciuilibus:maxime ꝯtra Cæsarem:idq; facerent sui ipsius:& filii sui M.Cic.& gñi Dolabellæ,& filiæ cã:ad quæ oia ita rñdet Cic.plene:vt ondat Cœlium falso oia de se suspicatum:seq; nihil vnq̃ magis cupiuisse: q̃ pacem:quã et si ꝯsequi non possit:vult tñ:vt omnes intelligant se fugisse bella ciuilia.Reliqua videbuntꝰ in textu eplæ. ℱTuæ lĩæ:qbus declarasti mihi magnas discordias ciuiles,& pericula teip.ℱRõ:prudens & ꝯsyderata cogitatio:rõne .n.docemur:non esse incõsolabiliter dolenda:quæ necesse est pati.ℱDepulisset:amouisset ex aio meo. ℱObduruisset iduratus esset:& assuefactus,& iã quodãmodo (vt ita dixerim) callũ fecisset.ℱAd dolorẽ:tolerãdũ.ℱDiuturna: lõgi tpis: quod.n.desperatꝰ necesse est æquo aio ferre.Nam (vt ait Seneca.) Stultũ est timere:quod vitare nõ possis. ℱDesperatione:qa videbã nullã esse de repub.spem:ideo induruerat aius meus ad dolorem.ℱSed tñ nunc ostendit eum falso suspicatum esse Ciceronẽ studere partibus Põpeianis:vel profectuꝝ ad bellum.ℱLiteris superioribus,non puto eas lĩas esse in hoc volumine:quicqd alii dicant.ℱIn illis:lĩis meis.ℱQuerelã temporꝝ:querebatꝛ.n.de temporibus:quibus ciues ita essent inter se discordes:vt nullã haberent rõnem reipublicæ.ℱQuæ:querela.ℱHaberet solicitum:premeret solicitudine. ℱQuam tuum:a quo scio ani...ri rẽp.vel legatꝰ, Haberent:& tũc intelligemus:quæ tempora non magis afferrent mihi solicitudinẽ q̃ tibi.ℱNam non probat aium eius nõ minus solicitũ:q̃ suum & est sensus.ego nõ noui ingeniũ tuum tale: vt non putem te videre,& cognoscere:id quod ego ipse videã.ℱEam aciem:id acumen.ℱEam.i.talem & tam hebetẽ. ℱVidere:cognoscere.ℱIllud:accusat eum:q̃ facile crediderit Ci.desertuꝝ Cæs.vt faueret Põ.ℱAdduci:persuaderi tibi.ℱPenitus:intus:& incute:vt dr.ℱNosse:prudentẽ & ꝯsyderatum.ℱImprouidũ:inconsyderatũ.ℱDesisterem, deficerem: discederem.ℱExcitata:erecta.s.Cæ.qui iam coegerat Pom.ex Italia discedere.ℱInclinatã:pendentẽ:& ruinæ proximam: & vt diximus supra:tractum ab ædibus minantibus ruinam.ℱIacentẽ:quasi prostratã:& sine spe: & intelligit fortunã Pompeii:quæ iam fuerat multis cladibus afflicta.ℱAut tam incõstantẽ.subaudi existimares. ℱInconstantẽ: instabilem: mutabilẽ.ℱVt effunderẽ:abiicerẽ:trãslatio a rebus liquidis,q̃ effundi solẽt.ℱGratiã:beneuolentiã: amicitiã. ℱCollectã cõparatã:acquisitã.ℱHois florentissimi:nõ Pom.intelligit:sed Cæs.cuius gfam sibi collegerat: vt visum est in.i.lib.in epla longa.ergo.h.d. Ci.Miror q̃ eũ penitus nosce debeas q̃lis sim:potueris tibi persuadere me esse, vel ꝓuidũ, vel incõstantẽ.Improuidũ:vt desererẽ victorẽ:& hærerem quasi victo.Incõstantẽ:vt amitterem gratiam Cæ.clarissimi:& florentissimi victoris:quã ipse mihi collegi:& cõparaui ei fauendo.ℱDeficerem me.relinquerem me, ille dr deficere se: qui abiicit vel spernit ea:q̃ ad tuendũ sunt necessaria:nec perstat in ꝓposito.ℱInitio:quo bellum est inceptũ. ℱSemper q̃:in toto processu bellorum.ℱInteresse.id.n.videtur inconstantiæ:vt nunc interessem bello:quod semp effugi & damnaui.

Deficio me.

MAgno dolore &c.qa rediẽs Ci.e ꝓuincia intellexerat bella ciuilia iter Cæs.& Põ.orta:noluit in vrbẽ redire:sed in Cumanũ agrũ se recepit:q̃stus p lĩas ad Cœliũ missas de calamitatibus temporꝝ suoꝝ:quibus prohibebatꝰ triumphare:imo locũ se dignũ in tep.recipe. Intellexerat aũt Cœlius eo ꝯsilio in Cumano mansisse:vt facilius posset ad Pomp.transire ꝯtra Cæs.quod ne faciat dehortatus erat idẽ Cœlius p salutẽ sibi & gñ. Vñ nũc se purgat Cic. Nihilominus adhæsurus Põpeio. ℱOrdo est. Lĩæ tuæ affecissent me magno dolore:nisi iã cũ allatæ sunt,&.i.simul rõ ipsa depulisset oẽs molestias:&.i.simul aius.s.meus obduruisset.i.obduratus fuisset,diuturna desperatione reꝝ,ad.i.cõtra, dolorẽ nouũ.ℱSed:tñ nescio quare acciderit:vt suspicareris ex suꝑioribus lĩis meis,id qđ scribis.s.me in Cumano mãsisse, vt ad Põ.cõtra Cæs.trãsirẽ.ℱQuid.n.fuit in illis.s.superiorib⁹ lĩis meis,ꝑterquam querelã tẽporꝝ.i.de tpib⁹ nrĩs, q̃.s.q̃rela,nõ hñet aium magis solicitũ q̃ tuũ.ℱNã ego nõ cognoui aciẽ.i.acumẽ ingenii tui,eã.i.talẽ aut tale,vt nõ putẽ videre:id qđ ipse.i.ego videã.ℱEgo miror illud:videlicet te potuisse adduci:q deberes nosse penitus me, vt existimares, aut me tã improuidũ,qui.i.vt desisterẽ.i.transirẽ,ab fortuna.s.Cæs.excitata.i.vigẽte & exurgẽte,ad fortunã supp. for.Põpeii,iclinatã.s.ad casum:& ꝓpe.i.q̃si iacẽtẽ,aut tã incõstantẽ,vt effunderẽ.i.penitus pderẽ:gfam hois florẽtissimi,vz Cæs.collectã.s.lõga manu:& deficerẽ a me,i,a salute,& bono meo,& itereffem bello ciuili:qđ fugi i initio & sp.

ℭQuod

HVBER.

¶QVOD est: facit interrogationẽ: q̃ sibi fieri posset, & ad eum rñdet. ¶Consilium: deliberatio. ¶Triste: q̃a his tpibus nihil potest deliberari: nisi triste. ¶Vt discederem: subiectio interrogationis. ¶Solitudines: in loca sola, & deserta. ¶Nosti enim: reddit rõnem huius subiectionis. ¶Stomachi mei: hoc est animi: & est translatio: quia vt stomachus facile mouetur: cum sentit aliquid a quo abhorret: ita & animus delicatus. ¶Cuius: stomachi. ¶Similem: qui ita facile idignaberis: cum videbas aliquid: quod tibi displiceret: sicut ego nunc. ¶Quondam: nam assuefecisti. ¶Fastidiũ: molestia, tedium: indignatio. ¶Insolentium: arrogantium. Fastidium oculoꝝ: indignatio uisus. ¶Indignitate: hoc est cũ video homines insolentes esse indignitate. i. cum nullam habeant dignitatẽ.

quod est igitur meum triste cõsilium? vt discederem fortasse in aliquas solitudines: nosti enim non modo stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum insolentiũ indignitate fastidiũ. Accedit etiã molesta hæc pompa lictorũ meorum nomenq; imperii, quo appellor, eo si onere carerem: q̃uis paruis Italiæ latebris contentus essem. sed incurrit hæc nostra laurus non solum in oculos, sed iam etiã in voculas maleuolorum. quod cum ita esset nihil tamen vnq̃ de profectione, nisi vobis approbãtibus, cogitaui. Sed mea prædiola tibi nota sũt, in his mihi necesse est esse, ne amicis molestus sim. Quod aũt in maritimis sum, facile moueo nonnullis suspicionem, velle me nauigare. quod tamen fortasse nõ nollẽ, si possem ad ocium. nam ad bellum quidem qui conuenit? præsertim cõtra eũ, cui spero me satisfecisse: ab eo, cui tñ satisfieri nullo modo potest. deinde sñiam meã tu facillime pspicere potuisti iã ab illo tpe, cũ in Cumanũ mihi obuiã uenisti. nõ. n. te celaui sermonẽ. Sed nõne tũ puidisti q̃ abhorrerẽ ab vrbe relinquenda? quod cũ audissem: nonne tibi affirmaui, quiduis me potius perpessurũ, q̃ ex Italia me ad bellũ ciuile exiturũ? qd ergo accidit, cur consiliũ mutarem?

Pompa
Lictor

¶Accedit: ad supradictas causas. ¶Hæc pom. lictorũ. quos habeo propter dignitatem imperatoriam. Põpa omne spectaculum dicitur in lætis: & aduersis a grẽco πέμπω. i. mitto, dicitur enim pompa nuptiarum, pompa sacrorum: pompa funerum, lictores vero dicuntur ministri consulis: proconsulis: præsidis, prætoris: siue imperatoris. consuli autẽ dantur duodeni: aliis tantum seni. dicti, vt voluit A. G. ex authoritate Valgi, a ligãdo: q cum magistratus populi romani, quẽpiam verberari iussisset, crura eius & manus ligari vincirique a viatore solita sint: isque qui e collegio viatorũ officium ligãdi hƀet, lictor sit appellatus. Sed idẽ dicit Tironem Tullium M. C. libertum scrip. isse lictores a lino vel a licio dictos: nã qui magistratibus (inqt) præministrabãt cincti erant. addit alia multa A. G. quæ licet apud eũ videre. Nonius ẽt a ligando lictorẽ dictũ voluit. Festus Pompeius, q fasces virgarũ ligatos ferunt, & parentes magistratibus delinquẽtibus plagas inferunt. ¶Molesta: grauis mihi. alii codices, & quidẽ vetusti habẽt, accedit huic molestiæ; ¶Quo appellor: quia ab omnibus dicor impator. ¶Eo honore, vt nõ nominarer imperator. ¶Quibusuis. q. d. ẽt incõmodis & minus claris. ¶Latebris: recessu aliquo, & loco vbi possem latere. ¶Laurus nostra, gloria triumphi, quem merui ob res præclare gestas in Cilicia. Lauro autẽ coronabãtur triũphantes & victores. ¶Incurrit: obiicitur, hoc est nõ solum clare viuetur a maliuolis meis, sed etiã de ea loquunt ipsi maliuoli vt volunt. ¶Voculas: detractiones, oblocutiones. ¶Quod: nostram lauꝝ incurrere in oculos, & voculas

Voculas

maleuolorum. ¶Cum. f. e. i. quãuis ita esse scirem. ¶De profectione: discessu meo ex Italia. ¶Nisi vobis appro. nisi vobis assentientibus, & laudantibus me ita facere. ¶Prædiola: meæ possessiunculæ. ¶In iis: prædiolis. ¶Molestus amicis: si sim vrbe. ¶Maritimis: vicinis mari. ¶Mouet. facit, inicit. ¶Enauigare: naui discedere. ¶Quod: enauigare. ¶Non no. vellem. ¶Ad ocium: ad pacem: & ad tranquillitatem vitæ. ¶Qui: quomodo. ¶Conuenit: consentaneũ est. q. d. nullo modo: præsertim cum sim cupidior ocii: q̃ belli. ¶Præsertim: probat quare non sit verisimile eum discedere. ¶Contra eum. Cæsa. ¶Satisfecisse: significasse me ei esse amicũ, cũ feci pro eo quod volebat. ¶Ab eo. Pom. i. enauigare a Pom. f. a partibus Põpeianis contra ipsum Cæ. ¶Nullo modo: propter incredibilia eius in me merita, vt diximus in. i. lib. super epistola longa. ¶Sententiam meam: quãm tibi exposui. ¶Iam ab illo tempore, post illud tempus. ¶In Cumanum: vbi habeo prędia mea. ¶Venisti: obuiam mihi redeunti a Cilicia. ¶Celaui te. f. quid animi haberem, id est aperte omnia tibi exposui dicimus autem celo te hanc rem. Ouid. in Heroi. Hoc te celauimus vnum, & de hac re. Cic. ad Metellũ lib. v. Scito te a fratre magnis de rebus fuisse celatum. ¶Prouidisti, prospexisti, & cognouisti. ¶Quã: quantum. ¶Abhorrerem ab. alienus essem a discedendo ab vrbe, ex quo nunc debuisti suspicari me esse nauigaturum aliquo. ¶Quod cum audiuissem: te prouidisse me esse alienum ab vrbe relinquenda. ¶Affirmaui: certo promisi. ¶Quiduis: quodcunque malum. ¶Quid ergo: infert ex supradictis nullam habendam fuisse suspicionem de discessu suo. ¶Quid ergo accidit: cum interrogatione legendum est ¶Consilium: deliberationem non discedendi ex Italia ad bellum ciuile.

ASCEN.

¶IGITVR quod est triste cõsilium meũ. f. quod mihi obiicis, fortasse, vt discederẽ in aliquas solitudines. f. desertas terras. ¶Tu. n. nosti, nõ solũ fastidiũ. i. aspernationẽ superbam, stomachi mei. ¶Cuius. i. stomachi mei similem, tu quõdã habebas, sed ẽt fastidiũ oculoꝝ in indignitate. i. indignis honoribus hoiũm insolentiũ. i. superboꝝ & petulanter agentium. ¶Etiã hæc pompa molesta. f. mihi, lictoꝝ meoꝝ, quos pconsul ac imperator nõdum remiseram: accedit. f. ad fastigiũ & nomẽ imperii quo appellor, si ego carerẽ eo onere. f. suscepti honoris, & nominis, cõtẽtus essem latebris Italiæ, quãuis. i. quãtũuis paruis. ¶Sed hæc nostra laurus. i. hic triũphus noster, incurrit. i. obiicit: non solũ in oculos: sed ẽt in voculas. f. obtrectatiunculas maleuoloꝝ. ¶Quod cũ esset ita: tñ nihil cogitaui vnq̃ de pfectione. i. de discessione ab Italia: aut vrbe: nisi vobis approbantibus. ¶Sed pdiola mea sunt nota tibi: oportet me esse in his. f. pdiolis: hoc est paruis prædiis meis. ne sim molestus amicis: sup. meis: quia si Romæ: eẽt alterutri fauere cogerer. vterq; ãt amicus erat: & dũ alteri fauerret alteꝝ sibi & suis inimicũ hƀet. ¶Quod aũt sum in maritimis sup. locis. i. vicinis mari: mouet facile nõnullis. f. qbusdam suspicionẽ: me velle enauigare. i. excedere Italia nauibus. qd non nollẽ: qd minus est: q̃ vellẽ. quia coactis q̃dã sunt: quæ neq; volunt: neq; nolunt, qa nolle nõ pñt: & velle nõ debent: si possem. f. enauigare ad ociũ. f. alibi obtinẽdũ nã quidẽ. i. certe: qui. i. q̃o: cõuenit. i. cõueniens, & vtile sit, sup. enauigare ad bellũ: pſertim cõtra eum. f. Cæ. cui spero me satisfecisse & ita nullã illi esse occasionẽ belli in me: & enauigare ad bellũ ab eo. i. discedẽdo ab eo. f. Põpeio: cui tñ nullo modo põt satisfieri: quia salutẽ suam Cic. illi debebat. ¶Deinde. i. secũdo loco: tu potuisti perspicere facillime sñiam meam: iam ab illo tempore, cum. i. quo venisti obuiam mihi, in Cumanum. f. agrũ. ¶Non. n. celaui te sermonẽ. f. de ea re. ¶Sed nonne. q. d. maxime: tu prouidisti. i. prouidentia tua cognouisti: tum. i. tunc: quã. i. quãtum ego abhorrerem. i. alienus essem & repugnarem ab vrbe relinquenda. ¶Quod. f. te prouidisse me abhorrere ab vrbe relinquenda: cum audissem. f. ex te ac e tuis: nõne affirmaui tibi me perpessuꝝ potius quiduis. i. quodlibet incõmodũ: q̃ exiturum sup. esse ex Italia: ad bellũ ciuile. ¶Quid ergo accidit cur mutarem consilium, f. meum. q. d. nihil, vnde addit.

HVBER. ¶ OMNIA: subaudi acciderũt. ¶ Miseriis malis. ¶ Aliqñ: tandẽ. ¶ Ea desperata. i. pacis spe amissa. ¶ Puto. s. spero futurũ. ¶ Nunq̃ pœ. vt semp lætetur me fuisse in hoc ꝓposito: & in eo ꝑseuerasse. ¶ Etenim: exẽplo extollit factũ suum, & cõsiliũ fugiendi bellũ ciuile. Nam si Hortẽsius gloriabaẗ non interfuisse bello, a quo pp ignauiã abstinuerat: quanto magis glo riari põt Ci. qui volũtate: ipsa bello nõ interfuerit. ¶ Hortẽsium: oratorẽ optimũ: eum cui Cato vxorẽ ad ꝓcreandã sobolẽ ꝯcessit familiarẽ Ci. vt ipse testaẗ. ¶ In hoc gñe: in hac cãin simili ꝯdõne. ¶ Illustrior: clarior: maior. ¶ Ignauiæ: timiditati: est. n. ignauia ꝯtraria fortitudini. ¶ Id: qd simus ignaui: qa multa oñdi documẽta fortitudinis: & ꝯsulatu meo: & in administratione ꝓuinciæ. ¶ Nec me ista: rñdet ad ea, quæ Cœlius dixerat esse respicienda pp suos: qbus Cic. dicit se non terreri. ¶ Proponuntur: cõmemoranẗ: & quasi ante oculos mihi ponunẗ. ¶ Fidelissime: quia scio te hoc & fideliter: & amanter facere: quia nolles incõmoda mea. ¶ Ad timorẽ. mihi faciẽdum: vt terreas me. ¶ Nulla est. n. hoc dicit siquid mali ex hoc bello accidet: oĩbus accidet: & hoc malũ si possem meis incõmodis: & dãnis a repu. remouere, libenter facerem. ¶ Acerbitas: calamitas. ¶ Perturbatione: tumultu ciuili. ¶ Impẽdere: iminere. ¶ Priuatis: ꝓpriis. ¶ Incõmodis: dãnis: iacturis. ¶ Vel istis: id est etiã illis: & significat amissionem fortunarũ, infelicitatẽ liberoꝝ, & generi Dolabellæ.

Redimo

¶ Redemissem: remouissem. quasi dando mea priuata, vt respu. careret illis incõmodis: illud. n. proprie est redimere: vt captiuitatẽ tuã meis fortunis redimi. i. dedi fortunas meas pro captiuitate tua. ¶ In memoria nois mei: qa nullum pulchrius: & præstantius relinqui patrimoniũ a parentibus p̃t suis filiis: q̃ rerum præclare gestarum gloria, & memoria: vnde & ipse Ci. lib. i. offi. Licet. n. mihi. M. fili apud te gloriari: ad quẽ: & hæreditatis huius gloriæ & factoꝝ imitatio ꝑtinet. ¶ Nulla erit. s. respub. hoc est si perdita & oppssa fuerit. ¶ Separi. ¶ Seorsum. i. nihil ei accidet, qd nõ accidat cęteris. ¶ Cum scias: hoc est cũ duplici de cã scias eum mihi eẽ charissimũ, & pp eũ, quẽ semp amaui: & pp filiam meã: q̃ cum sit mihi charissima, necesse est eius maritum mihi charũ esse, nam gñi maxime amantur propter filias. ¶ Respiciam: tuear: & ipsius respectum habeam. ¶ An dubitas ordo est, quod rogas, vt respiciam &c. an dubitas: quin ea cura me vehementissime solicitet. ¶ Eo magis. solicitet. ¶ Specula,

Specula
Recula

non pro loco edito, & eminenti in hoc accipitur: vnde aliquid videre & speculari possumus, vt apud Virgil. in Bucol. Specula de montis in altum Deferat, sed blandimenti gratia vsus est diminutiuo a spe, vt sit Hac specula, hac vna parua spe, vt enim a res recula: ita a spes specula. Speculã aũt intelligit, filiã Tulliam, in cuius sermone, & suauitate, vt ipse ad Seruium Sulpitium. lib. iiii. ait, omnes curas, & molestias deponere consueuerat, nam vt ita ordineẗ textus, hac tñ oblectabar specula Dolabellam meum ab his molestiis vacuum fore, non placet, neq̧ conuenit, cum de filia fecerit mentionem dicens an dubitas, cum scias quanti cum illum, tum vero Tulliam meã faciam, quin ea cura me solicitet, deinde subdidit, & eo magis ꝙ in cõibus molestiis, hac tñ oblectabar specula: quam sine dubio intellexit de filia sua, sequentẽ aũt textum ita ordinari. Dolabellam meum velim esse vacuum ab his molestiis &c. ostẽdit inferius, vbi dicit de Dolabella: ꝙ scripsi suadeo videas tanquam si tua res agatur, nam significat velle, vt opera Cœlii liberetur.

non ne omnia potius, vt in sententia permanerẽ: credas hoc mihi velim, qd puto te existimare: ex his miseriis nihil aliud me quærere, nisi vt homines aliquãdo intelligant, me nihil maluisse, quã pacẽ: ea desperata, nihil tam fugisse, quã arma ciuilia. Huius me cõstantiæ puto fore vt nunquã pœniteat. Etenim memini ĩ hoc genere gloriari solitũ esse familiarẽ nostrum Q. Hortẽsium, ꝙ nunquam bello ciuili interfuisset. hoc nostra laus erit illustrior: quod illi tribuebaẗ ignauiæ, de nobis id existimari posse non arbitror. Ne me ista terrent, quæ mihi a te ad timorẽ fidissime, atq̧ amantissime proponunẗ. nulla est enim acerbitas, quæ non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impẽdere videatur: quam quidẽ ego a R. P. meis priuatis, & domesticis incommodis libentissime vel istis ipsis: quæ tu me mones, vt caueam, redemissem. Filio meo quem tibi carum esse gaudeo: si erit vlla R. P. satis amplũ patrimoniũ relinquã memoriã nominis mei: sin autẽ nulla erit, nihil accidet ei separatim a reliquis ciuibus. Nã ꝙ rogas, vt respiciã generũ meũ, adolescentem optimũ, mihiq̧ charissimũ: an dubitas: cum scias quãti cũ illũ, tum vero Tulliam meam faciam, quin ea me cura vehementissime solicitet: & eo magis, ꝙ in communibus miseriis hac tantũ oblectabar specula.

ASCEN. ¶ NONNE omnia sup. acciderunt potius, vt permanerẽ in sententia. q. d. maxime. ¶ Ego velim sup. vt credas mihi hoc quod puto te existimare. i. iudicare de me, sup. me nihil quærere aliud ex his miseriis. s. quas patiebatur in agro, nisi vt homines intelligant aliquando me nihil maluisse. i. magis voluisse, q̃ pacem. ¶ Et ea desperata. i. cum esset desperata a me nihil fugisse tam: id est tantopere, q̃. i. quantopere, bella ciuilia. ¶ Ego puto, me fore. i. futurum esse huius constantiæ, vt nunquam pœniteat, sup. me huius sententiæ. ¶ Etenim ego memini Hortensium familiarem nostrum solitum esse gloriari in hoc genere. s. viuendi: ꝙ nunquam interfuisset bello ciuili. ¶ Hæc laus nostra: ꝙ abstinebimus a bello ciuili erit illustrior. i. clarior & nobilior: q̃ Hortensii: & non interfuisse bello ciuili tribuebatur illi. s. Hortensio ignauiæ. i. ad ignauiam: & imbecillitatem, & arbitror id. s. ꝙ propter ignauiam abstinuerimus nos: non posse existimari. i. iudicari de nobis, quia prouinciam impacatam petierat: vnde vix dum reuersus erat cum merito triumphi. ¶ Nec & non, & ista, quę ꝓponuntur mihi fidissime: atq̧ amantissime. i. vt ab amico fidissimo, vtpote a te, ad terrorem. i. vt deterreat a susceptione belli ciuilis, ne videlicet filio & filiæ ac genero grauem inimicum paret: non terream me. ¶ Nulla enim acerbitas est: q̃, non videatur impendere. i. iminere hac perturbatione terraꝝ: oĩbus. s. viuentibus siue bello intersint siue non: quã. s. perturbationẽ. ego quidem redimissem libẽtissime a rep. meis incõmodis priuatis, & domesticis, vel. i. ẽt istis ipsis, q̃ tu mones me, vt caueam. Hoc est libẽter passus essem, vt liberi mei paterentur: quæ illis impendere mones incõmoda, & resp. his malis sit libera. ¶ Qui enim aliquid redimit vnum pro alio dat, & ita Cicero vellet redimisse perturbationem reip. ꝑturbatione domus suæ. i. effecisse per incõmoda domus suæ: vt resp. nulla acciperet incõmoda, vñ addit. ego, relinquã filio meo. s. Marco Ciceroni satis amplum patrimoniũ: videlicet memoriã nois mei, si vlla resp. erit. s. futura finito bello, sin aũt id est sed si nulla erit nihil accidet ei separatim a cæteris ciuibus. i. quod non idem accidenit cęteris ciuibus, & ita dilemmate concludit frustra timeri pro filio. ¶ Nam quod rogas: vt respiciã, scilicet miseranter: generum meum: videlicet Dolabellam adolescentem optimum, & mihi charissimũ an dubitas quin ea cura solicitet me vehementer, cum scias quãti faciam: id est æstimem, cum scilicet ita sit ꝙ plurimi faciam illum, scilicet generum meum Dolabellam, tum vero multo apertius est, ꝙ plurimi faciam Tulliam meam. s. filiam, & eo magis supple solicitet me, ꝙ ego oblectabar in communibus malis tantum. i. dũtaxat hac specula. i. parua spe: de filia mihi reliqua. Notum est diminutiua in quinta fieri deponẽdo: & addendo cula, vt dies diecula, spes specula, res recula, verũtamen ego hoc loco non damnem eos, qui sic exponunt, hac specula, id est speculatione aut loco ad spectandum apto, sup. qua.

¶ Dolabellam

HVBER.

❡DOLAbellā: ordo est, velim Dolabellā fore vacuū &c. ⸿Velim: cupio & quasi te rogo. ⸿Fore vacuū: carituꝝ per te & opera tua. ⸿Cōibus: quae nō ad me solū: sed ad alios quoq; ptinent. ⸿Liberalitate sua. ad excusationē Dolabellae dixit liberalitatē: cum melius ꝓdigalitatē dixisset: pōt legi libertate, vt sit audacia quadā & quasi temeritate, nā liber dr̄ qui nullius habito respectu, qđ sentit dicit & facit. ⸿Cōtraxerat: sibi fecerat. ⸿In vrbe dū fuit. nā tūc cū Cic. scribebat: erat in castris cū Caesare. ⸿Sustinuerit: tolerauerit: nā sustinemus quae sunt oneri & molestiae. ⸿Acerbos. graues. ⸿Nō honestos mihi. qa multa oportuit me facere pro eo, quae nō erant satis cōuenientia dignitati meae. ⸿Hispaniēsem casum. hoc bellū. quod in Hispania nūc gerit a Caesare ꝯtra Petreiū & Afraniū: quos apud Illardā obsederat. ⸿Expecto. vt multi existimāt, qui credūt me expectare, vt pro euentu illius belli nouū capiā ꝯsilium, & deliberē quid mihi sit agendū. Hispanū dicimus hoiem ex Hispania: Hispaniēsem vero, q licet sit in Hispania, tū non est ex Hispania: vñ dicimus Romanū exercitū Hispaniēsem. i. qui i Hispania militat. ⸿Exploratū. certum manifestū. ⸿Vt tu scribis. ꝙ Caesar oīno sit futurus victor. sic. n. cōlicimus a Coelio scriptū fuisse. ⸿Astute. callide, vt meaꝝ reꝝ rōnem habeam, & nō dignitatis publicę. ⸿Locus. in ipsa ciuitate, sicut cęteris. ⸿Nō erit. ciuitas. ⸿Tu ipse: qa pdita ciuitate & rep. nō magis erit tibi locus q̄ mihi. ⸿Solitudines. recessus, loca remota. ⸿Consedisse. cōstitisse, cōmoratos esse. ⸿Sed ego: ꝙ fortasse oia erunt meliora q̄ dicit, quia vaticinať, & non ex certa rōne dicit. ⸿Vaticinor. diuino. ⸿Et haec oia: quae tñ timoris nobis afferunt. ⸿Exitus: fines. ⸿Meliores: q̄ vaticinamur & putamus. ⸿Recordor. argumētū ab aetate, se enim senem nūc desperare dicit, sicut olim adolescēs vidit alios senes desperasse, quae tñ meliora euenerunt, ex defectu. n. sanguinis senes sunt timidiores, & ideo vt plurimū desperant, cum adolescentes cōtra ex abūdantia sanguinis multū audeāt & sperent. ⸿Me adolescēte. cum ego essem adolescens. ⸿Imitor. eos, & facio sicut illi faciebant. ⸿Aetatis vitio. nā senes semper solent ꝓdicere multa futura, & vt diximus, pmptiores sunt ad desperationē & timorē: q̄ ad spē. ⸿Velim ita sit. vti nam ita sit, ꝙ vaticiner more senū, ꝙ haec oia meliores habeāt exitus. ⸿Sed tñ. hic locus est difficillimus pp deprauationē textus: nam alii legunt. togā praetextā texi apio, alii Appio, placet tñ melius apio: vt sit sensus ꝯiūctus cū superiori: haec omnia fortasse meliores habebunt exitus, sed tñ texi togā praetextā apio, hoc est imperatoriā vestem meā texi amaritudine. Toga. n. vestis cōis oium Romanoꝝ tā mulierū q̄ viroꝝ. Praetexta vero erat insigne magistratuū: ab Ethruscis a Tullio Hostilio rege Romanoꝝ tertio ad Ro. translatū: quem habitū eo tpe pueri nō vsurpabāt, sed postea a Tarquinio Prisco cū de Sabinis triūphasset: data est praetexta cum bulla aurea filio annoꝝ quatordecim, ꝙ hostem manu percussisset, & inde vsurpatū vt pueri quoque ea vterentur: qn̄ igitur erat insigne magistratuum, & Cic. procōsul & imperator in Cilicia fuerat: ideo dicit. ⸿Texit ornaui. ⸿Togam praetextā: imperatoriā dignitatē. ⸿Apio. Amaritudine. q. d. quā magis decebat tegi & ornari lauro, nam vt supra diximus, licet meruisset triūphum Cic. non tñ existimauit triumphandū lugente patria. Apium. n. p amaritudine & dolore posuit, est. n. herba amara. Virg. Floribus atq; apio crines ornatus amaro, licet Seruius in eo loco exponat amaro. i. viridi. ⸿Puto te audiuisse me texisse togam praetextā apio. ⸿Curtius noster. is erat vtriusq; amicus. ⸿Dibaphū: purpurā bis tinctā significat: nā ꝺὶς bis, βαπτω tingo significat. potest tētiā pro veste duplicis coloris: vt puto hic intelligi, vt dicat Cic. Curtius cogitat vestē duplicis coloris: sed eū tinctor expectat, qui faciet eā vnius: metaphorice. n. loquiť, Curtiū vtriusq; partibus & Caesarianis & Pōpeianis studere, sed necesse fore vt vnius tm̄ sit. ⸿Infector. βαπτης tinctor. ⸿Morať. expectat. Aspersi. leuiter tetigi, & iocat⁹ sum. ⸿In stomacho. in molestia, in idignatione. ⸿Quod scripsi: vt sit liber a molestiis suis. ⸿Extremum: epistolae. i. haec erit conclusio. ⸿Turbulenter. iracunde, impetuose, temere, inconsyderate. ⸿Liberos: filios. ⸿Literas ad te. Caninius Sallustius quaestor erat Bibuli, qui praeerat Antiochię, is ad Ci. duas epistolas scripserat, vnam plenam variis petitionibus & interrogationibus: quibus oibus rñdet Cic. vt ex prima parte epistolae colligiť, nam superfluum est numerare partes. In altera epistola petiuerat Canius a Cice. vt eum Bib. praetori diligenter per literas suas cōmendaret: quod quāuis se facere dicit Cic. adducit tamen quasdā rationes, quibus ostendit commendationem suam parum ponderis apud Bib. habituram.

Liber

Subsidio

Hispanus

Hispaniēsis

Solitudo

Toga

Praetexta

Apium

Dibaphū

Dolabellam meum, vel potius nostrū videbam fore ab iis molestiis, quas liberalitate sua contraxerat, liberum. Velim quaeras, quos ille dies sustulerit, in vrbe dū fuit, q̄ acerbos sibi, q̄ mihi ipsi socero nō honestos. Itaq; neq; ego hunc Hispaniēsem casum expecto, de quo mihi exploratū est, ita esse, vt tu scribis: nec quicquam astute cogito. Siquando erit ciuitas: erit ꝓfecto nobis locus. sin autem non erit: in easdem solitudines tu ipse (vt arbitror) venies, in quibus nos cōsedisse audies. Sed ego fortasse vaticinor: & haec omnia meliores habebunt exitus. Recordor enim desperationes eorum, qui senes erāt adolescente me. eos ego fortasse nunc imitor: & vtor aetatis vitio. velim ita sit: sed tamē togam praetextam texi Appio, puto te audisse. nam Curtius noster dibaphū cogitat: sed eū infector moratur. Haec aspersi, ut scires, me tamen in stomacho solere ridere. De Dolabella qđ scripsi, suadeo uideas, tanq̄ si res tua agatur. Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus. te tamen oramus, qbuscunque erimus in terris, vt nos, liberosq; nostros ita tueare, vt amicitia nr̄a, & tua fides postulabit. Vale

❡Ex. xv. Epi. Magno dolore.

Vt existimares, aut me tā improuidū, q ab excitata fortuna ad inclinatam: & ꝓpe iacētē disiungerē, aut tam incōstantē, vt collectā grām florētissimi hois effunderē, & qđ initio, sempq; fugi, ciuili bello interessem, a meq; ipse deficerē. Quod est igit meū triste ꝯsiliū? vt decēderē fortasse in aliquas solitudines? Nō. n. te cęlaui sermonē tam piū, vidisti, q̄ abhorrerē ab vrbe relinquēda, cū audiuissem, nō ne tibi affirmaui? Dolabellū meū, vel potius nostrū fore ab iis molestiis, quas libertatē sua ꝯtraxerat, libeꝝ cupio.

ASCEN.

❡VIDEbam Dolabellā meū. s. generum Vel potius nostrū. s. amicū cōem, fore vacuū. i. imunē, alii legūt liberꝝ ab iis molestiis, quas ꝯtraxerat liberalitate. i. largitate sua, alii tñ ꝓdigū dicūt: & sunt q hic libertate legēdū censeant: vt sit q̄s ꝯtraxerat liberius loquēdo in Pōp. eis aūt tūc vacuus fore videbať ꝙ in castris Caesaris militans ab eo tutādus eēt: si libera litate: legendū est, sensus est. eum suspectū fuisse Caesari pp liberalitatē forte in Pōpeium, aut aliquē amicoꝝ eius, q sensus difficilis est in re hmōi, quā satis erat & scribērē, & eum, ad quē scribebat intelligere: ꝓfertim cum ex industria saepe mentem suam alios si forte in eorum manus inciderint literae celet. ⸿Velim quęras. i. disquiras. quos id est quales dies: ille. s. Dolabella sustinuerit. i. passus sit dū fuit in vrbe, q̄. i. q̄tum acerbi, q̄. i. q̄tum non honestos mihi socero. s. illius. q. d. acerbissimos, & minime honestos, forte indigna cōtumelia pp Caesarem a Pompeianis affectum dicit, non tñ palam ꝓpter Ciceronem & liberalitatē suam laesum, vnde tacite laudat ꝙ ad Caesarē in castra profectus est, id tñ facit quia ita Coelio placere vides, cum tamē Dolabellam retrahere a Caesare, aliqn̄ conatus sit. ⸿Itaq; neq; ego expecto hūc casum

Hispanię.i.qui ꝯtinget in Hispania.quo contra Petreium & Afraniū Pompeianos duces Cæsar exercitū suum duxerat hoc est nō simulo me alterius amicū,donec de casu Hispaniensi certior fiam:casum aūt dicat aut dubium euētū belli:aut potius cladi reip.vteruter vicerit,de quo.s.casu,exploratū.i.perspectū & clarum est mihi ita esse sicut tu scribis: hoc est q̄ meliores pro Cæsare militent,nec cogito quicq̄ astute.i.callide & dissimulāter:si ciuitas.i.cōcatio & libertas ciuium erit qn.i.aliqn̄ sup.Romæ,pfecto locus erit nobis:sup.in ea:sin aūt.i.sed si:ciuitas nō erit,sed sup.dn̄ū alicui⁹ in vrbe: non.n.vē ciuitas,nisi vbi ciuilia mea.i.ex snia ciuiū dnantur:tu ipse,vt arbitror:venies.s.tandē:in easdē solitudines desolationes:& vacuitates ciuiū,in qbus audies nos.s.seniores cōsedisse.q.d.licet pro tpe forsan speres tibi aliquā remp. & ita aliquā ciuitatē forerēt nos videbis,solitudinē ciuiū in vrbe:ēt si plena sit hoīum,vt pphetic̄ illud.Q ūo sedet sola ciuitas plena populo,ad intelligentiā huius loci faciat.ſ Sed ego vaticinor.i.diuino fortassis.i.vt diuinātes vana cōiectura futura hæc dico,& hæc oīa habebūt meliores exitus.ſ Recordor.n.desperationes eoꝝ qui erant senes me adulescēte.i.cū essem adulescēs:tpe forte Syllano & Mariano,ego imitor fortasse nūc eos:& vtor vitio ætatis.s.senilis,q̄ q parum hēt sanguinis meticulosa est.ſ Velim ita sit:vt.s.vitio ætatis hęc licet nō euētura,metuūt.ſ Sed tn̄ &c.locus nec sane obscurus est,& p metaphorā itelligēdus:intelligitur aūt dupliciter:nā alii texi a tego deducūt,alii a texto, & priores apio legunt,posteriores Appio:prioꝝ sensus est.ſ Sed ego texi.i.operui togā prætextā,id est vestē triūphalē apio, id est herba illa,q̄ triūphantes olim vtebant̄:vñ ille.Est apium dictū q apex hoc ferre solebat Victoris,veteꝝ fiet et dō more triūphās.q.d.Cicero,ego paro iam mihi apparatū triūphalē:prius.n.dixerat se sperare triūphū.Vbertinus quidē legit apio,& texi a tego præteritū,sed in alio sensu,vt sit apio,id est amaritudine:est enim herba amara: sed id non placet:quia se ridere,cum hæc diceret,fatet̄,puto te audisse.s.q texerim ptextam apio.Posterioꝝ sensus est.ſ Sed puto te audisse togam prætextā:id est vestē triūphalem:texi.i.operi textorio fieri:Appio.s.Pulchro,hoc est sperandū ei:q ille triūphum obtinebit in ea calamitate tēpoꝝ:quod p irrisionē dicit:cum sciat illū id frustra spetare.ſ Nam Curtius ni ster cogitat.i.pretendit obtinere.i.dibaphū.i.vestē purpurę bis vinctę.nam δὶς dis & bis, & βάπτω tingo.Vbertinus tn̄ intelligit,q Curtius vtriusq; partis eē velit,& ita ab vtraq; purpurā expectet,ego mallem de vtriusq; vana spe in obtinendo triumpho intelligere,sed infector.i.tinctor gręce βάπτος, moratur,id est tenet in mora eum,scilicet Curtium, quo minus haberet dibaphum.ſ Ego aspersi hæc scilicet de Appio & Curtio:vt scires me tamen.i.tametsi:in stomacho .i.cum bili,& indignatione sūma:solere ridere.ſ Quod scripsi de Dolabella suadeo videas.i.prospicias:tanquā si tua res agatur.ſ Illud erit extremum.s.huius epistolæ,videlicet q nos nihil faciemus turbulenter,nihil temere: tn̄ nos, oramus te,in quibuscunq; terris erimus:vt tueare nos,& liberos nostros:ita vt amicitia nostra,& fides tua postulabit. Vale.

16

M.T.C. Imp.Caninio Sallustio Proquæs. S.P.D.

Literas a te mihi stator tuus reddidit Tharsi ad sextūdecimū Calen.sextileis. His ego ordine,vt videris velle,respōdebo. De successore meo nihil audiui: nec quēquā fore arbitror.Quin ad diem decedam,nulla causa est,prępsertim sublato metu Parthico.Commoraturū me nusquam sane arbitror.Rhodum Ciceronū causa puerorum:accessurū puto.neq; id tamen certū est.Ad vrbē velim q̄primū venire:sed tn̄ iter meū R.P. & rerum vrbanarū rō gubernabit.Successor tuus non pōt ita maturare vllo mō,vt tu me in Asia possis cōuenire.

NVBER. Stator

Literas:epistolam.ſ A te:nomine tuo, vel literas a te:id est literas tuas,vt si dicā:hæc snia est ab Aristotele,pro est snia Aristotelis.ſ Stator:is dicit̄,q apud magistratum assidue est a crebra statione,ponitur pro satellite & apparitore:qui reos in ius vel in carcerem ducit:quispiam igitur stator Caninii reddiderat eius literas Cic.ſ Tharsi:Ciliciæ metropolis:quam Perseus Danaes proles nobilissima locauit.hanc Cydnus fluuius interfluit : fuitq; Pauli apostoli patria.ſ His:literis tuis. ſ Ordine: particulatim:vt omnia soluam,quæ me petiuisti.ſ De successore:prima respōsio:cupiebat enim scire Caninius vtrum esset venturus successor Ciceroni. ſ Quin discedam:vt non discedam. ſ Ad diem:statutam.s.mihi ad hanc prouincialem administrationem ad finem anni.ſ Metu Parthorum:quē de Parthis habebamus.ſ Sublato:amoto:quia transierunt in prouinciā suam,postquam a nobis multas acceperunt clades.ſ Commoraturū,cessaturū,facturū moram.ſ Nusquā.nullo loco:signāuit aūt in loco & ad locum,vt nusquam fui & nusq̄ vado.

Nusquam Rhodos

Hera.in sermo.Quæ nusq̄ prorepit. ſ Rhodum ibi.n.erat filius Cic.& nepos,ideo dixit:causa Cice.pueroꝝ. Est autē Rhodos insula in mari Pamphylio vna ex Cycladibus:dicta,vt quidam volunt,q augurio capuli rosæ illic inuentę sit condita,nam ῥόδος græce rosa dicitur,Diodoro tn̄ placet dictam a Rhodo filia Neptuni a Ioue dilecta: vt Homerus cecinit,dr̄ aūt & vrbs & insula eodē nomine,sicut & Chios.ſ Certum est mihi:id est constitutum & deliberatum, vt accedam Rhodum.ſ Vrbem:Romam,per antonomasiā.ſ Ratio:reip.ſ Gubernabit iter:hoc est licet dixerim me nusquā commoraturū,& venturum quāprimū ad vrbem,tn̄ tegam iter meum,vt videbitur interesse reipu.ſ Maturare:accelerare aduentum suū.ſ Vt possis ꝯuenire me:quia ante discessero ex Asia,q̄ tuus successor venerit. cupiebat enim Caninius loqui cum Cic.sed non licebat ei discedere,nisi successor eius prius venisset,quem in dies expectabat.

ASCEN. Literas & c.Scribitur hæc epistola ad Caniniū Sallustiū e Cilicia,vnde in epistolaꝝ collectione non habitus est respectus tempoꝝ:sed personaꝝ,ad quos missę sint,cum loco vnde missæ.Quia ergo e Cilicia fere missæ sunt huius secundi libri epistolæ,prius collegit Tyro quæ ad Curionem datæ sunt , deinde quæ ad Cœlium, tum treis ad alios datas,quæ tamen prius scriptæ erant quam superior.Nam superiorem a Cumano misit.Erat autem Caninius iste quæstor Bibuli,qui præerat Antiochiæ,qui ad Ciceronem duas miserat epistolas,vnam plenam variarum petitionum ad quas Cicero respondet,alteram qua petiit a Cicerone Bibulo prætori suo cōmendari,quod Cicero se facturū dicit, sed vereri vt literæ suæ parum sint habituræ ponderis apud Bibulum.ſ Ordo est.Stator.i.minister,stare solitus , paratus ire quo eum miseris,reddidit mihi Tharsi,id est cum essem Tharsi ad.xvi.Calend.Sextilis, id est Augusti : literas, sup.datas aut scriptas a te.ſ Ego respondebo his ordine,id est ad singulas particulas,quo ordine scriptæ sunt, vt.i.quēadmodum,tu videris velle.ſ De successore meo.i.quod petiisti de successore meo an haberem , & quis esset , ego nihil audiui,neque arbitror quenquam fore.i.futurum esse, & tamen nulla causa est quin decedam ad diem.s.constitutam a senatu,præsertim metu parthico,id est de bello cum Parthis gerendo,sublato id est de medio lato, & amoto.ſ Ego arbitror sane,id est multum me commoraturum,id est tracturum moram,nusquam id est in nullo loco.ſ Puto,sup. me accessurum Rhodum ad vrbem aut insulam illam in mari Pamphylio,vnam ex Cycladibus,causa Ciceronum pueroꝝ.i. filii & nepotis,qui illic erant,neq; tamen certum,sup.est id, volo venire q̄primum.i. valde cito,ad vrbem.i.Romam . ſ Sed tum ratio:id est qualitas & status reip. & rerum vrbanarum gubernabit iter meum.ſ Successor tuus.i.qui tibi succedet: non potest vllo modo maturare.i.accelerare,sup.iter suum:ita vt tu possis conuenire me in Asia.

¶ De ratio nibus

De rationibus referendis nō erat incōmodū te nullā referre: quā tibi scribis a Bibulo fieri potestatē, sed id vix mihi videris per legem Iuliam facere posse, quam Bibulus certa quadā ratione non seruat: tibi magnopere seruandā censeo. Quod scribis Apamea p̄sidiū deduci non oportuisse: videbā idē cęteros existimare: molesteq; ferebā, de ea re minus cōmodos sermones maleuolorum fuisse. Parthi transierint, nec'ne: p̄ter me, video dubitare neminē. Itaq; oīa præsidia, q̄ magna, & firma parauetam, commotus hominū non dubio sermone dimisi. Rōnes mei Quæs. nec verū fuit me tibi mittere, nec tum erant confectę. eas nos Apameæ deponere cogitabamus. De præda mea præter Quæs. urba, id est P. R. terūciū nec attigit. nec tactutus ē quisq̄. Laodiceæ me prædes acceptuꝝ arbitror oīs pecuniæ publicæ, vt mihi, & populo cautum sit sine vecturæ piculo. Qd' scribis ad me de drachmis. ccclii. nihil est, qd' in isto genere cuiq̄ possim commodare. oīs, n. pecūia ita tractatur, vt præda a pręfectis: quæ autem mihi attributa est a Quæstore curetur.

HVBER.

¶DE rōnibus. ad aliam partē r̄ndet: quia ꝯsulerat Caninius Ciceronē vtrum ꝯsuleret reddendā rōnem pecuniæ: quia erat quæstor, cū Bibulus p̄tor faceret ei p̄tātem, vellet ne referre an nō. Itaq; ꝯsulit Cic. ne redderet rōnē vllā, si possit: licet dicat eū cogi ad referendū p legē Iuliā: quā & si Bibulus nō vult seruare: dicit tū seruandā eē Caninio. ¶Referēdis. reddēdis rōnibus pecuniæ, & administrationis puinciæ. ¶Incōmodū tibi, liptote. i. tibi erat valde vtile. ¶Quā p. arbitriū. s. nō reddendi. ¶A Bibulo p̄tore tuo. ¶Id. s. vt nullā referas rōnē. ¶Legē iuliā. quā tulerat Iulius Cæsa. q̄ q̄stores & cæteros magistratus rōnē administratæ puinciæ reddere iubet. ¶Quā: legē Iuliā. ¶Bibulus: quasi per cōtemptū eū sæpius noiat. ¶Certa rōne: pp veteres inimicitias, quæ sibi fuerant, olim cū Cæsare in ꝯsulatu: vt declarauimus libro. i. in epistola longa. ¶Tibi qui es quæstor: & q fortasse nō habebis eam executionē, quā habebit Bibul⁹. ¶Apamea: vrbs est Asiæ: in quā Antiochus Soter hoies transtulit ex Celinis, & vrbē appellauit de noie matris Apameæ: author est Strabo lib. xii. & Solinus, ex ea vrbe remouerat Cic. p̄sidia sublato iam, vt supra dixit, metu Parthico, qd Caninius nō probauit, & multi alii ea de re Cic. imprudētiæ arguebāt, qd' vrbē immunitā reliquisset, quos sermones sibi molestos esse dicit. ¶Præsidium: milites quos ad tutelam loci in ea vrbe posuerā. Nam subsidiū dicit qd' datur laborātibus, & post periculū. ¶Deduci. remoueri. ¶Non oportuisse. nō decuisse, neq; vtile fuisse. ¶Idē: qd' tu. s. nō oportuisse. ¶Min⁹ cōmodos. i. nō honestos, nec mites. ¶Ea de re. de deductione p̄sidii. ¶Trāsierint: in puinciā suā. ¶Præter: te quia cæteris oibus est certissimū. ¶Omnia p̄sidia: quæ nō solū Apameæ, sed vbiq; erant. ¶Cōmotus: adductus. ¶Non dubio: certissimo. ¶Firma: valida, & robusta. ¶Dimisi: deduxi ex locis vbi erant, & a me dimisi. Dimittere. n. ad multitudinē & maxime ad milites ptinet. Teren. in Eunucho. Iam iube exercitū dimitti. ¶Rōnes. scripserat Caninius q intellexerat Ciceronē ad se mittere, rōnes sui quæstoris, quod Cic. negat esse verum, quia nec misit, nec potuisset mittere, cum nondum essent confectæ. ¶Eas: rōnes. ¶Deponere: relinquere apud aliquem. ¶De præda. quā de Parthis victis sum adeptus, volebat aūt Caninius scire qd de ea actum esset. Itaq; dicit Cic. nihil a quoq̄ esse de ea tactū, nisi a quæstoribus populi Rom. ¶Vrbanos: quia erant & alii quæstores puinciales: sicut quæstor Cic. & Caninius quæstor Bibuli. Hi autem vrbani quæstores remissi a populo, acceperant partem prædæ, ideo declarat. ¶Præter quæstores. i. Populum Romanum, nam quod isti acceperant, nomine Populi Romani acceperant. ¶Triunciū: triuncius dicitur a tribus unciis, vt voluit Varro, eundē Festus appellat triūciū, eadem ratione, q sit trium vnciarum, est enim genus numi. ¶Laodiceæ: vrbs est Antiochiæ. ¶Prædes: fideiussores, dnr tū proprie fm Asconiū Pedianum, prædes satisdatores locupletes pro re, de qua apud iudices lis est: ne interea qui tenet diffidēs causæ possessionem deteriorem faciat, tecta dissipet, excidat arbores, & culta deserat. Festus aūt dicit q præs est is qui populo se obligat, & interrogatus a magistratu si præs sit, ille r̄ndet præs. Cautū sit mihi vt tutus sim per ipsos fideiussores de pecunia publica. ¶Sine periculo vecturæ: vt possit tuto aduehi in Italiā sine periculo meo & P. R. quia p̄des tenentur ad oia pericula. ¶Quod. s. cōncimus Caniniū petiuisse mutuo a Cic. quingentas drachmas, cui r̄ndet. se nō posse mutuare, qa illa p̄da nō sit in potestate sua, sed eorū, qui a P. R. essent p̄fecti illi pecuniæ. ¶Drachma: Δραχμή p pondere ponit̄, & ꝯstat ex decē & octo siliqs, vel tribus scrupulis. Idem ēt sentit Priscianus, & dicit octo drachmis vnciam confici, significat ēt genus monetæ, eadē rōne, quam diximus de pondere, qa oēs monetæ ponderabant̄, a plerisq; latinis scribitur p g' dragma. ¶In isto ge. pecuniaꝝ publicaꝝ. ¶Cōmodare: notandū verbū improprie positū, nam cōmodantur, q̄ reddunt̄ eadē numero & spē, vt vestis, equus, liber. Mutuant̄ ea quæ non reddunt̄ eadē numero, sed specie: vt vinum, frumētū, numi. Interdū tū cōmodare ponit̄ simpliciter pro eo qd est cōmodum, & vtile facere & gratificari: sicut cōtra incōmodare p molestū esse & nocere. Ter. i Andr. Magis adeo vt mihi incōmodet, quā vt obsequat̄ Gnato. Itaq; forsan nō absurde hoc in loco accipiet̄ commodare pro cōmodum facere gratificari & inseruire. ¶Vt præda. tanquā præda. quæ non mea est, sed publica. ¶A præfectis. ab iis, qui præsunt ipsi pecuniæ. ¶Attributa est mihi pro portione mea mihi assignata & data. ¶Curatur: administratur. ¶A quæstore: qui est mihi datus a Populo Romano.

Apamea

Dimittere

Triunciū

Præs

Drachma

Cōmodo

Mutuo

Incommodo

ASCEN.

¶DE rōnibus. i. cōputis, vt dnt, referēdis. i. reddēdis de q̄stura, corā deputatis & p̄tore, nō erat incōmodū. s. tibi, nullā. s. rōnē, referre, quā ptātē. s. nō referēdi rōnem, vt scribis fieri tibi a Bibulo. s. p̄tore tuo. ¶Sed tu vix videris posse id facere, p legē iuliā, q iubet vnūquēq; rōnem magistratus a se gesti & p̄cipue q̄sturæ referre debere. quam. s. legem Bibulus nō seruat quadā rōne certa. s. sibi, ego censeo seruandā tibi magnopere. ¶Quod scribis non oportuisse p̄sidiū. i. illud militū, qd' erat impositū, vrbē defendat ab hostibus, & in fide teneat, deduci Apamea. ab ea vrbe Asiæ. ¶Ego videbā cæteros existimare. i. censere, idē, & ferebā moleste sermones maleuoloꝝ fuisse minus cōmodos de ea re. i. de abductione p̄sidii. ¶Ne. i. an, Parthi trāsierint. s. in puinciā nr̄am, necne. i. an nō, video neminē dubitare p̄ter te, qa oēs sciunt q non. ¶Itaq; ego cōmotus nō dubio sermone hoīum dimisi oia p̄sidia. s. vrbiū, quæ parauerā magna & firma: nec fuit verum me mittere. i. q mitterē tibi rōnes. i. cōputos, quæstoris mei, nec erant ꝯfectæ tum. i. tūc, cum eas diceret mittere. ¶Nos cogitabamus, deponere. i. relinquere quasi deposito apud aliquē Apameæ. ¶Quisq̄ p̄ter q̄stores vrbanos. i. vrbis Romę: i. Pop. Rom. nec attigit, nec tracturus est de p̄da mea: triunciū. i. valorē triū vnciarū æris. ¶Ego arbitror me acceptuꝝ Laodiceæ, quæ vrbs Antiochiæ est, prædes. i. fideiussores oīs pecuniæ publicæ, hoc est q̄ ad ærarium Ro. pertinet, vt cautum. i. caute p̄spectū sit, & Populo. s. Romano: sine periculo vecturæ. i. qd' est in vehendo per regiones, vnde inuenti sunt quos bancarios vocāt. ¶Quod tu scribis ad me de. D. i. quingentis, alii tm̄. ccclii. habent drachmis. i. ponderib⁹ æris constātibus octodecim siliquis vel tribus scrupulis. s. tibi mutuo dandis, nihil est quod possim cōmodare. i. cōmodum facere aut præstare cuiquam in isto genere: scilicet officii. ¶Omnis enim pecunia tractatur ita præfectis. ¶Vt p̄da, autem. i. sed, ea pecunia, quæ est attributa mihi, curatur a quæstore. i. est in manu quæstoris.

HVBER. ¶QVOD quæris:ad aliam partem. ¶Decretæ.in Syriam:quæ in Syriam mitti debebant. ¶Antea:superioribus diebus priusq̄ Parthi transirent. ¶Nunc:sensus est,nunc certus sum φ oino non venient,si modo anteq̄ discedant ex Italia auditum fuerit Syriam esse pacatam, & sine periculo pp discessum Parthoꝝ. ¶Quin non.s.u.quin omnino non veniāt; ¶Si ante.s.q̄ discedant ex Italia. ¶Ocium:pacem. ¶Successoré:tuum. ¶Iret veniret. ¶Cum legionibus:quas si duxerit non ita properare poterit:sicut si solus veniret:solutus cura exercitus tegendi. ¶Petis:incipit respondere secūdæ epistolæ. ¶Bibulo:prætori. Syriæ siue Antiochiæ:nam vtroq; nomine eadem prouincia appellatur. ¶In quo: vt cōmendem te. ¶Voluntas:quia libēter facio. ¶Expostulandi: querendi de te, & te accusandi. ¶Locus:occasio,tempus. ¶Ex oibus. qui erant apud Bibulū, a quibus factus sum certior de eius erga me aio:a te solo nihil vnq̄ mihi scriptū est. ¶Abhorreret a me.alienata & disiuncta esset. ¶Sine cā. qa nulla re eū offenderā. ¶Permulti:probat aptissimo & certissimo multorum testimonio:φ Bibulus a se abhorreret:nā iminente magno periculo Antiochiæ:cū multi dicerent virtute & exercitu Ciceronis posse ei ꝓuinciæ facile subueniri: solebat dicere Bibulus se potius passuꝝ quoduis malū & periculū, q̄ videri eguisse auxilio Cic.quod est argumentū magnæ alienationis animi & pessimæ volūtatis,nā in magnis periculis nisi simus oīno aio peruersissimo,solemus ab oibus vel inimicissimis auxilia libenter accipere, & neminē ꝑsus aspernari. ¶Solitū.s.Bibulū:solitū aūt:quia nō semel,sed sæpius id dixisset. ¶Quiduis:quodcūq; malū incōmodū. ¶Quod .s.dictū Bibuli. ¶Nō moleste:nō grauiter:i dulgebā.n. tibi. ¶Adductū:motū. ¶Officio q̄storio: quod sub eo p̄tore gerebas,pp qd non ausus es id ad me scribere: ne fortasse tibi illud officium eriperet. ¶Tractarere:ab ipso Bibu.a quo te male tractari audiebam: licet tu nō auderes dicere q̄ ille de me dixisset. ¶Ad Thermum.:s erat in Asia proprætor erat:vt ex sequenti epistola cognoscet. Præerat aūt ei parti Asiæ:q dicit Bithynia. ¶Literam:non epistolā dicit, sed lrām pro elemento ponit:vt est a.b.c.d.q.d.Cū ad Thermū,qui erat remotior,scriberet de bello,qd Parthi inferrent Ciliciæ,ne vnam quidem lrām ad me misit:ad quem sciebat ptinere illud bellū,qa eram vicinior Parthis. ¶Tm̄:hoc dicit,solum scripsit ad me de auguratu filii sui:quia res sua erat.filius.n. Bibuli voluerat fieri augur,in quo quærebat fauoré Ciceronis,q auguratum cū summa gloria gesserat, & in eo magnā habebat authoritatem. ¶In quo:in qua re. ¶Misericordia: propter filiū eius:qui fortasse erat vir bonus, & oppugnabatur iniuste a quibusdā, ne augaratū assequeret. ¶Ei.non ad eum, vt pleriq; oēs male arbitrant:sed pro eo,dicimus enim scripsi tibi lrās pro prætura tua:hic enim tibi significat pro te. ¶Scriberem:cōmendaticias literas. ¶Offendor:lædor.i.non moleste fero. ¶In me.esse maleuolum, quia puto esse ferendum in me:quod facit in alios omnes. ¶A me.solum, & non ab aliis. ¶Proderunt:quas accipiet ab eo,a quo sit alienus. ¶Nam ad senatum.alias probationes eius,seu maleuolentiæ, seu alienationis animi adducit,quia cum scripsisset Bibulus ad senatum, quæ sibi cōia essent cum Cicerone, sibi soli attribuebat,quæ erant ad laudem:quæ vero erant sua solius cōmunicabat cum Cicerone,qa ex eis aliquid reprehensionis merebatur:quæ autem ea sint, Cice.declarat. ¶Se ait curasse.i.quod sibi soli attribuit,cū id esset sibi cōmune cum Cicerone. ¶Pecunia:quam ex præda contraxi. ¶Quæstu.lucro. ¶Permutaretur vel in aliam pecuniam:quæ redderetur postea Romæ, vel in aliquas merces:quibus aliquod lucrū haberetur, vt interdū fieri solet:quod cum fuisset consiliū tā Cic.q̄ Bibuli:Bibulus tamen sibi soli attribuebat.

Quod.quæris,qd existimē de legionibus, quæ decretæ sunt in Syriam:antea dubitabā,venturæ ne essent: nunc mihi non est dubium,quin, si antea auditū erit, ocium esse in Syria,venturæ non sint. Marium quidē successorem tarde video esse venturū,propterea φ senatus ita decreuit,vt cum legionibus iret. Vni epistolæ respōdi. venio ad alterā. Petis a me, vt Bibulo te q̄ diligentissime cōmendem. in quo mihi voluntas nō deest:sed locus videtur esse tecum expostulandi. solus enim tu ex omnibus,qui cū Bibulo sunt, certiorē me nūquā fecisti, q̄ valde Bibuli volūtas a me sine causa abhorreret. permulti enim ad me detulerunt: cū magnus Antiochiæ metus esset, & magna spes ī me,atq; ī exercitu meo,solitum dicere,quiduis se ꝑpetimalle, quā videri eguisse auxilio meo. quod ego officio quæstorio te adductū,reticere de Præt.tuo nō moleste ferebam:quāquā,quēadmodū tractarere, audiebā. ille autem,cum ad Thermū de Parthico bello scriberet: ad me,litteram nunquā misit:ad quē ītelligebāt eius belli periculum pertinere. tantū de auguratu filii sui scripsit ad me.in quo ego misericordia commotus,ac φ semper amicissimus Bibulo fui, dedi operam, vt ei quam humanissime scriberem. ille si omnibus est maleuolus,quod nunquā existimaui:minus offendor in me sin a me est alienior:nihil tibi literæ meæ ꝓderūt. nam ad senatum quas Bibulus literas misit,in iis,qd mihi cum illo erat commune,sibi soli attribuit. se ait curasse,vt cum quæstu populi pecunia ꝑmutaretur.

ASCEN. ¶QVOD q̄ris quid existimē de legionibus,q̄ decretæ sunt in Syriā:ego dubitabā antea,ne ꝑ an:venturæ sint: nunc nō est dubiū mihi qn si auditū erit antea:ocium.i.cessationē a bello:eo qd Parti abierunt,esse in Syria,legiones.sup.venturæ nō sint. ¶Ego video qdē Mariū,hoiem illius ætatis,successorē.i.qui debeat succedere aut p̄tori aūt tibi,eē venturū tarde,ppea qd senatus decreuit ita,vt iret.s.in ꝓuinciā cum legionibus.i.certoꝝ numeroꝝ copus. ¶Ego r̄ndi vni epistolæ.s.tuæ:venio ad alterā. ¶Petis a me vt cōmendē q̄ diligētissime,Bibulo.s.p̄tori tuo,te:in quo.s.negocio voluntas nō deest mihi,sed locus expostulandi.s.agendi de iniuriis aut quetelandi tecum, vt esse supp.mihi. ¶Tu enim solus es oibus,qui sunt cū Bibulo,nunq̄ fecisti me certiorē:q̄.i.q̄tum valde, volūtas Bibuli,abhorreret.i.aliena esset, & auersa a me sine cā. ¶Permulti.n.detulerūt.i.occulte nūciauerunt mihi,cū magnus metus esset Antiochiæ,de aduētu Parthorū, atq; magna spes in me & in exercitu meo.Bibulū sup.solitū dicere:se malle ppeti q̄duis.i.quodlibet incōmodū aut malū,q̄ videri eguisse auxilio meo. ¶Quod.s.dictū Bibuli:ferebā nō moleste te adductū.i.ad hoc iductū,offō q̄storio.i.eo qd eēs q̄stor bibuli, & ita illi deuinctꝰ,reticere de p̄tore tuo,q̄q̄ audiebā quēadmodū.i.ad quē modū & formā: tu tractarere.i.tractareris:a Bibulo.q.d.miseris modis. ¶Aūt.i.sed,ille.s.Bibulus:cum scriberet ad Thermū, ꝓprætorē Asiæ seu Bithyniæ:de bello parthico,nunq̄ misit lrās ad me:ad quē intelligebat periculū eius belli.s.Parthici:pertinere: eo φ Cilicia Antiochiæ ꝓpinqor est q̄ Asia sup.Bibulus scripsit,tm̄ ad me de auguratu filii sui.i. vt filius suus adoptaret in collegium auguꝝ:quod sine Ciceronis assensu facere nō poterat:cū Cicero augur esset,in quo.s.facto aut filio eius,ego cōmotus misericordia, & φ fui semp amicissimus Bibulo:dedi operam vt scriberē ei q̄ humanissime. ¶Si ille.s. Bibulus est maleuolus oibus,quod nunquā existimaui.i.iudicaui de eo:ego minus offendor in me.i.si est maleuolus in me. ¶Sin aūt.i.sed,sup.est alienior a me q̄ a cæteris lræ meæ.s.cōmendatitiæ,nihil ꝓderunt. ¶Nā in iis literis,quas Bibulus misit ad senatum:ipse sup.attribuit sibi soli,quod erat mihi cōe cum illo. ¶Nam ait se curasse vt pecunia populi.i. Romani,ꝑmutaretur.i.daretur negociatoribus in prouincia:reciperetur alia Romæ:cum quæstu.i.cum lucro.

¶Quod

quod autem meum erat proprium, vt alariis transpadanis vti negarem: id etiam populo se remisisse scribit. quod vero illius erat solius: id mecum communicat. equitibus auxillariis egere se inquit, cum amplius frumenti postularemus. Illud vero pusilli animi, & ipsa maleuolentia ieiuni, atq; inanis, quod Ariobarzanem, quem Senatus per me Regẽ appellauit, mihiq; commendauit: iste in literis non Regem, sed Regis Ariobarzanis filium appellat. hoc animo qui sunt: deteriores fiunt rogari. sed tibi morem gessi. lras ad eum scripsi, quas cum acceperis, facies quod voles. Vale.

¶ Ex. xvi. Epistola: Literas a te mihi Stator.

Nec quicquam fore arbitror, quin ad diem discedam, nulla causa est, praesertim summoto metu Parthico. De rationibus referendis non erat incommodum te nullam referre, quam tibi scis a Bibulo fieri potestatem, itaq; omnia praesidia, quae & magna & firma parauerat, commotus homi/num non dubio sermone dimisi. Rationes mei quaestoris nec verum fuit me tibi mittere, neq; tamen erant confectę. Laodiceae me praedas accepturum arbitror omnis pecuniae. Vt praeda a praefectis, quae haud mihi attributa est, a quaestore curetur. Marium quidem successorem tandem video esse venturum. Solus enim tu ex omnibus, qui cum Bibulo sunt, certiorem me nūquam fecisti. Quod nūquam existimaui, minus offendit me. Sin autem a me est alienior. Literas ad eum scripsi, quas cum acceperis, facies vt voles.

HVBER.

¶ QVOD autem. ecce peruersi animi indicium, qui sibi soli attribuebat, quod erat ei commune cum Cicerone, & quod esset proprium ipsius Ciceronis: sibi quoq; ascriberet. Id autem hoc erat, nam cum haberet Cicero in Cilicia milites italos ad tuendam prouinciam missos: ea pacata discessu Parthorum: Cicero milites dimittendos censuit: vt Populum Romanum eius stipendii impensa leuaret, cuius rei cum Bibulus ne conscius quidem fuisset: scripsit ad senatum se quoq; milites illos censuisse dimittendos, vt vsurparet Ciceronia de ea re commendationis partem. ¶ Proprium. non alius cuiusquã scilicet vt. ¶ Negarem vti. vt dicerem me nolle vti. ¶ Alariis, equitibus, qui alarii dicuntur: q; vice alarum pedites regant,

Alarii

Militaria autem vocabula: vt voluit Aulus Gellius: tradita sunt ab ipsi rebus: quae ita nominantur proprie, quarum rerum in acie instruenda sui cuiusq; vocabuli imagines ostenduntur. Sunt autem fere haec quibus instructa certo modo acies appellari solet. Frons, subsidia: cuneus: orbis: globus, forfices, serra, alae, turres: cornu. Et, item quaedam alia inuenire est in libris eorum: qui de militari disciplina scripserũt. ¶ Transpadanis. Longobardis vltra Padum habitantibus. ¶ Id etiam. sicut ego, cum nihil omnino sciret. ¶ Populo. vt eius gratiam hoc facto quaerat. ¶ Quod vero erat solius. quod ipse solus fecerat me insciente mecum communicat, & quod hoc sit declarat. s. equitibus auxillaris: hęc sunt verba. Bibuli: quae scripserat ad senatum & Populum Romanum, cum enim peteret plus frumenti a Populo Romano pro victu equitum: qui erant in Asia a sociis in auxilium missi, immiscuit Ciceronem, qui nihil petebat, quoniam satis prouiderat suis. Bibulus autem scribebat in plurali numero. ¶ Postularemus. quasi dicat ego & Cicero, est autem oratio imperfecta, cuius pars tantummodo posita est ad indicandum maleuolentiam Bibuli: qui Ciceronem admisceret ei rei: cuius omnino esset ignarus, debuerat enim dicere cum postularem. ¶ Illud vero, aliud euidentissimum argumentum maioris maleuolentię: q; Ariobarzanem literis suis dedignatus est appellare regem, quia senatus eum opera & suffragio Cice. regem appellasset: & ipsum Ciceronem commendasset. Ariobarzanem Rex Cappadocum: quem senatus Romanus regem appellauit: commendauitq; Cicero, vt eius regnum saluteq; defenderet: vt optime apparet libro decimoquinto huius voluminis in epistolis ad Marcum Catonem & Senatum, nunc Bibulus ob maleuolentiam in Cicerone in literis, quas ad senatum scripsit, vbi opus erat eum nominare, noluit regem appellare, ne videretur Cicero. honorare: cuius causa fuerat a Senatu Rex appellatus. ¶ Pusilli animi parui: & minuti & vilis animi, id enim faciebat, vt vlcisceretur odium & maleuolentiam suam in Cice. vindicta autem delectari pusilli animi est. Iuuenalis. Quippe minuti semper & infirmi est animi exiguiq; voluptas Vltio. ¶ Ieiuni & inanis. insatiabilis, inexplicabilis: tractũ a ieiuno & a vacuo & esurienti stomacho, qui non facile satiatur cibo, ita & animus iniquus non facile expletur maleuolentia. Iuuenalis Satyra penultima. Hinc ieiunum odium. ¶ Per me. opera mea. ¶ Commendauit, vt eius quasi patronus essem, & salutem regnũq; tuerer. ¶ Iste. Bibulus. ad contemptum autem dixit iste. quasi iniquus & maleuolus: qui dedignatus est quod Senatus est dignatus. s. appellare eum regem. ¶ Ariobarzanis, nam & pater eodem nomine appellabatur. ¶ Hoc animo. talis: tam malo & peruerso. ¶ Fiunt deteriores. fiunt peiores. ¶ Rogati. s. ab aliquo, cum quispiam rogauerit eos, ordo, qui sunt hoc animo quo est Bibulus rogati fiunt deteriores. ¶ Sed. q. d. licet sit tam malo animo, vt rogatus a me videatur futurus deterior. ¶ Sed tibi morem gessi. obsecutus sum tibi, quia te ei commendaui. ¶ Literas. commendaticias pro te. ¶ Quas literas, misit enim eas Ci. ad ipsum Caninium. ¶ Quod voles. vel reddes ei vel omittes, vt tibi faciendum videbitur.

ASCEN

¶ AVTEM, id est sed, ipse scribit se remisisse. i. relaxasse, tanquam onus, populo, scilicet Romano, id quod erat meum proprium id est meo solius consilio & adiutorio factum, vt scilicet negarem vti alariis, scilicet militibus in alis. i. cornibus aciei locandis, transpadanis, id est sumendis ex populo transpadum incolenti, vt sunt Pataeuini Heneti &c. ¶ Vero pro sed, ipse communicat mecum. i. mihi etiam attribuit, id quod erat illius solius, scilicet consilio aut opera factum, inquit enim in epistola ad senatum, cum postularemus equitibus, id est pro equitibus auxiliariis: amplius. i. plusquam, frumenti & caetera, id autem Cicero pro suis non postulauerat. ¶ Illud vero, quod sequitur, supple fuit animi pusilli & ieiuni, id est sterilis & infoecundi, quantum ad liberale facinus, ipsa maleuolentia, id est propter maleuolentiam ipsam: quod quia senatus appellauit Ariobarzanem per me, id est suasu meo: regem scilicet Cappadocum: commendauit mihi eum: scilicet tutandum, iste, scilicet vilis: quia maleuolus & turpiter agens, videlicet Bibulus, appellat in literis suis non regem, sed filium regis, quia pater eius etiam Ariobarzanes nomine Rex fuerat. ¶ Ii. supple qui sunt hoc, id est huiusmodi animo: scilicet tam maleuolo: fiunt deteriores, id est adhuc minus boni, rogati, id est si rogentur, sed ego gessi morem, id est obsecutus sum tibi, scripsi literas ad eum, quas cum acceperis, facias quod voles, id est aut dabis: aut retinebis eas.

HVBER. Officium Scribit Ci. ad Thermũ prętorem siue proconsulem Bithiniæ: q scripserat ad Cic. sibi grata fuisse officia, q̃ in Rhodonẽ cõtulisset, & ea ẽt q̃ in ipm Thermũ & cæteros pstitisset, quare dicit se vehemẽter gaudere. Deinde q̃a discessuro Thermo ex prouincia cõtẽdebat q̃stor eius cũ legatis: vt potius ipse pponeret q̃ ipsi legati, & Thermus magis videbat inclinari ad legatos pficiendos, hortat Ci. ne hoc faciat: ne irritet aium ipsius q̃storis nobilissimi probatq; interesse & vtilitatis & honoris Thermi pponere ipm q̃storem legatis, qs aũt fuerit hic q̃stor, neq; Cic. hic dicit, neq; adhuc mihi est cõpertũ. ſ Rhodonẽ. hũc intelligimus fuisse amicũ quẽpiã, aut forte ẽt necessariũ Thermi. ſ Officiũ. bñficiũ & ppriã humanitatem. ſ Studia. fauores. ſ Indies. dietim: sed hoc minus est in vsu, non incõgruũ tñ. ſ Dignitatẽ. authoritatẽ. ſ Integritate. cõtinentia, cõtra auaritiã. ſ Clemẽtia. mansuetudine, & est cõtraria iræ, remittit aũt clementia de eo qđ posset q̃piã de iure psequi & punire. ſ Sed mihi. dat ei cõsiliũ, vt pponat potius quæstorem prouinciæ q̃ legatos, & reddit rõnem sui consilii. ſ Rõnibus. negociis & vtilitatibus tuis. ſ Aristoni. is a Thermo ad Cice. missus fuerat de hac re, cui Cic. dedit hoc idem cõsiliũ: qđ nũc dat Thermo per lras, qđ graues esset suscepturus inimicitias: si legatis quæstorem præponeret. ſ Quod ostendit. quod declaraui. ſ Vt. postq̃. ſ Ignominia. iniuria, dedecore. Ignominia (authore Nonio) dicuntur nõis nota. ſ Potens. rebus & amicis. ſ Et hercle. affirmatio sententiæ suæ. ſ Hẽs. n. rõ quare erit ignominia. ſ Superiorem. maiorem. ſ Gradu honoris. quia apud prætorem maior dignitas erat quæstura: æquum autem erat eum præponi, q honore esset superior, vt visum est supra in epistola quæ incipit. Non potuit accuratius.

Margin: Clemẽtia. Ignominia.

M.T.C. Imp. Q. Thermo Propræt. S.P.D.

Officium meum erga Rhodonem, cæteraq; mea studia, quæ tibi, ac tuis præstiti, tibi homini gratissimo grata esse vehementer gaudeo: mihiq; scito in dies maiori curæ esse dignitatem tuam: quæ quidem a teipso, integritate, & clementia tua sic amplificata est, vt nihil addi posse videat. Sed mihi magis, magisq; quotidie de rationibus tuis cogitanti placet illud meum consilium, qđ initio Aristoni nr̃o, vt ad me venit, ostendi: graueis te suscepturũ inimicitias, si adolescens potens, & nobilis a te ignominia affectus esset. & hercle sine dubio erit ignominia. habes enim neminem honoris gradu superiorem.

PHI. Officium meum. Valde iucundũ est, cum qs officium in quempiam confert: vt illud accipiendi gratum esse cognoscat. Hinc est illud Terentiani Sosiæ dictum gaudeo siquid feci aut faciam, quod placeat Simo, & id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam. Eodem modo nunc Cic. qui in Thermũ, & Rhodonem eius beneficia contulit, illa Thermo grata fuisse vehementer gaudet, erat aũt Thermus ppręter in Hellesponto, & de prouincia discessurus, & quẽnam in prouincia suo loco dimitteret, agitabat. Contentio erat inter quæstorem eius & legatos maxima: cum quisq; ipsorum Thermi loco relinqui conaret. Thermus aũt magis assentiri legatis: q̃ q̃stori videbat, vñ has Ci. ad eum lras perferendas cui aliq̃bus eũ vehementer hortat, & multis rõnibus probat, vt velit q̃storẽ suũ legatis anteferre. Sed priusq̃ hanc eplam explicemus: pauca de hoc magr̃atu dicamus. Prætorũ tria esse gñia diximus, cũ de honoribus publicis: tractaremus, vrbanum, pegrinũ & prouincialẽ. Prouinciales aũt ad gubernãdas: tutandasq; prouincias cũ exercitu legebant, q & ppræ tores dicebant, q̃storesq; secũ ducebant, & legatos, & tot proprætores creabant, quot vrbes in deditionem P.R. deuenerant. Vrbani vero prętores ibi p̃sidebant, apud quos ius omne & publicũ, & priuatũ erat. Et eorũ qdẽ tanta erat authoritas, vt ob honorũ ius, qđ ab ipsis ferebat, honorariũ dicerent ac nouũ ius cõdere, & vetera abrogare poterãt, & cõsularem ppemodũ dignitate obtinebãt. Lictores tñ sex dũtaxat habebãt. Sed cũ Paulus Aemilius in Hispaniã prętor pficisceret. xii. lictores secũ duxisse a Pop. Rom. cõcessos inuenio. Trabea item ipsius erat & curulis sella, & cũ ipsi abessent pfectus vrbis constituebatur eorũ loco, & post tribunorũ militũ dignitatẽ fuerũt bellica tẽpestate instituti pp grauissimũ onus, qđ cõsules sustinebant. Peregrini postremũ additi vrbanis prętoribus fuerant, cũ admodũ impediti essent, rebusq; gerundis satisfacere nequissent, q pegrinos audirent. Prætores vero iõ appellati, q ppło p̃irent. Id Lucilius, quẽ Varro testat, ait. Ergo prętorẽ est ante & p̃ire & eodem auspicio creabant, quo cõsules, hinc & consulũ collegas fuisse dicebant. ſ Officiũ. nũc beneficiũ. ſ Rhodonem. sororiu Thermi. ſ Prę̃stiti. accommodaui ad id faciendũ, qđ petit. Sed huius verbis significatio peculiaris est melius esse. Item excellere: vñ dr̃ p̃stantia excellẽtia. Hi vero loci pleni sunt oẽs beneuolẽtia, vt auditorẽ alliciant. ſ Indies. hoc est quotidie. Verũ indies, & indiẽ, & quotidie differũt. Indies. n. vtplurimũ cum comparatiuo iũgimus, & αυξησιν hẽt: vt hoc loco: indies maiori curæ. Etiam sine cõparatiuo, sed sua cũ αυξησι. Indiẽ vero multi duntaxat in p̃nti die rõnẽ accipiũt, & cũ hoc verbo viuo, vtplurimũ coniungi volũt. Sic Fabius, non vt feræ: volucres p̃ntis mõ tpis memores indiẽ viuũt. Verũ ego in longi tpis rõnem Terentianã Pythiã accepisse intelligo, cũ ait. Credo, sed indiẽ istud Parmeno fortasse qđ mutitatis: tu iam pendebis. Eodem mõ in horas, & in horã dicimus. Quotidie vero tam cũ αυξησι q̃ sine αυξησι dici potest, vnde ex elegantia sermonis quotidie lego dicimus, indies lego non dicimus, & cũ cõparatiuo, vt paulopost. Mihi magis magisq; quotidie de rõnibus tuis cogitanti. ſ Dignitatẽ p̃turã in hellesponto. Quod aũt ibi magr̃atũ gessisset, aliæ nobis ad eũ lræ significauerũt. Oia (inqt) tibi commendo negocia eius, q̃ sunt in Hellesponto & alibi. Siqd hẽbit cũ aliquo Hellesponto controuersiæ, vt in illã administrationem reiicias. ſ Integritate & elementia. de his ẽt alia in eplã. Sed tñ cũ me non fugiat q̃ta sit in prętore authoritas, p̃sertim ista integritate: grauitate & clementia: qua te esse in ois constat. ſ Sed mihi cõsiliũ summa petit: vt q̃storem relinq̃t in prouincia suo loco non legatos. ſ Rõnibus. de rebus ad tempus ptinentibus, & honorem, & salutem tuã. ſ Aristoni. is. n. ad Ciceronem pro hoc negocio a Thermo missus fuit, & idem dedit illi consilium, qđ nunc dat Thermo. ſ Grauissimas. s. inimicitias suscepturũ: si legatos q̃stori pponeret. ſ Inimicitias. Caue dicas inimicitiã numero singulari. Nusq̃. n. inimicitiã leges, nisi apud Enniũ, qui sic hẽt. Ego eo ingenio natus sum, amicitiã, atq; inimicitiã in fronte pmptã gero. ſ Adolescens. q̃storem dicit. ſ Ignominia affectus. si tu de prouincia discessurus alterũ reliqueris, q̃ quæstorem tuũ. ſ Ignominia. iniuria, est. n. hæc nois nota: atq; macula. ſ Hẽs. argumentum ab authoritate. Et est rõ quare sit ignominia. ſ Honoris gradu superiorem. qm̃ q̃stura pluris apud prætorem erat q̃ legatio. Thermus enim quæstorem habebat & legatos. Nam vice imperatoria quæstores in exercitu ex decreto. P.R. fugebantur.

Margin: Prætores. Ius honorarium. Præsto. Prę̃stantia. Indies. Indiem. Quotidie. In horas. In horam. Inimicitię. Ignominia.

ASCEN. Officiũ &c. Thermus ppętor seu pconsul Bithyniæ scripserat ad Ci. sibi eius offm̃ id Rhodonẽ gratũ fuisse, de quo se gaudere nunc dicit Cice. monetq; ne legatos quæstori, p̃sertim tam nobili & potenti p̃ferat. Ordo est. Ego gaudeo vehementer offm̃ meum erga Rhodonem. & cætera studia mea, quæ p̃stiti tibi ac tuis. s. amicis esse grata tibi homini gratissimo, & scito dignitatem tuam esse mihi curę indies maiori, q̃ quidem dignitas tua amplificata est a te ipso: integritate & clementia tua sic: vt nihil videat posse ad. s. ad eam. ſ Sed illud meũ consilium, qđ ostendit Aristoni nr̃o. s. cõi amico, initio, vt. i. postq̃: venit ad me, placet mihi quotidie magis magisq;: videlicet te suscepturũ esse graueis. i. molestas tibi inimicitias: si adolescens. s. quæstor tuus, quem non noiat. potens & nobilis: affectu esset a te ignominia. s. in præferendis illi legatis & hercle erit ignominia sine dubio. ſ Enim pro quia: tu neminem habes superiorem gradu honoris.

¶ Ille autem

Ille autem,ut omittam nobilitatem,hoc ipso vincit vi ros optimos,hominesq; innocẽtissimos legatos tuos: quod & Quæs.est,& Quæs.tuus. Nocere tibi iratũ neminem posse perspicio:sed tamen treis fratres sum mo loco natos,promptos,non indisertos,te nolo ha bere inimicos,pſertim iure,quos video deiceps Trib. pl.per trienniũ fore. Tempora autem R.P.qualia fu tura sint,qs scit:mihi quidẽ turbulenta vidẽtur fore. cur ego te velim incidere in terrores tribunitios:præ sertim cum sine cuiusquã reprehensione,legatis quæ storẽ possis anteferre.qui si dignum se maioribus suis pbuerit (ut spero,& opto) tua laus ex aliq̃ pte fuerit.

HVBER. ¶ILLE autem ostendit quare præponẽdus sit legatis, qa præter nobilitatem familiæ suæ maximã:est etiam quæstor, neq; quæstor alterius:sed ipsius Thermi:ex quo magis adduci debet Thermo,vt ei faueat,& pponat prouinciæ.¶ Viros optimos.laudat legatos:vt magis laudet ipsum q̃storem:quem in oibus eis anteponit.¶ Hoc ipso.hac ipsa re, præcipue.¶ Quod:quia.¶ Et quæstor tuus.nam si quæstor cuiusuis esset,deberes tñ eum præponere, nunc multo magis:ꝙ quæstor tuus est.¶ Nocere. Antipophora vtitur:dicit.n.quæ a Thermo possent obiici: ꝙ paruifacit inimicitias ipsius quæstoris:quia nihil a quoquam ei nocere potest,ad quod sapienter respondet Cicero & caute innuit.ꝙ si nũc nõ posset nocere,posset tamen in futurum.¶ Sed tamen.scilicet licet videam neminem tibi posse nocere.¶ Tris fratres. habebat enim ille quæstor duos alios fratres viros præstantissimos:quos nunc Cicero metuendos esse dicit.¶ Summo loco. Illustri prosapia.extollit.n.animum, & audaciorẽ facit originis nobilitas.¶ Promptos.intrepidos,fortes.¶ Nõ indisertos. Liprote,eloquentissimos. Prodest autem multum eloquentia ad cõciliandum fauorem populi,& hæc omnia posuit,vt deterreat Thermum ab eorũ inimicitiis.¶ Inimicos.quia b vnum ex ipsis læseris.¶ Iure. quia plerunq; aliq fiunt nobis inimici nullo iure:nulla nostra culpa:ꝙ non est magnopere curandum:sed nunc timendum est cum iure facimus nobis inimicos.¶ Quos:fratres.¶ Deinceps:per ordinem.¶ Per triennium: per tres annos: quia alius succederet alti. Nam simul & eodem tempore tres fratres tribuni esse non poterant.¶ Fore:futuros.¶ Tribuni,vt habetur digestis de origine iuris a plebe creati sunt,qui essent plebei magistratus:iisdem temporibus cum plebs successisset:anno vero decimoseptimo post reges exactos dicti tribuni:quia tunc in tris partes populus diuisus erat: & ex singulis singuli creabantur:partes autem in quis populus esset diuisus erant Ramnenses Luceres & Tatienses. Tribuni autem plebei ex tribunis militum:vt voluit Varro; primum facti sunt,qui plebem defenderent in secessione crustumerina,acceperũt a sic nomen tribu.mili.ꝙ terni tribus tribubus Rhamnium:Lucertum, Tatiensium olim ad exercitum mittebantur:horum officium quando tribunorũ mentio incepta admonet,non videt esse absurdũ referre,vt & aliis locis possit hęc cognitio succurrere. Tribunorum igitur militariũ officium,vt est digestis de re militari,vel eorum,qui exercitui præsunt,erat milites in castris cõtinere:ad exercitationem producere,claues portarum suscipere:vigilias interdum circuire,frumentationibus cõmilitonum interesse,frumentum præbere,mensuræ fraudem coercere:delicta sm suam authoritatem his modis castigare:principiis frequenter interesse:querelas cõmilitionum audire:valetudinarios inspicere,officium regentis exercitum non tantum in danda,sed etiam obseruanda disciplina consistere.¶ Quis sit.q.d.nemo,qa quotidie aliqua innouantur.¶ Mihi.dicit iudiciũ suum.¶ Videntur:putantur.¶ Turbulenta:tristia:plena pturbationis.¶ Incidere deuenire incurrere.¶ Terrores trib.vt timeas illos treis fratres futuros tribunos,quoniã magna erat authoritas & potestas trib. ple.qui plerunq; populũ quo vellent flecterent.¶ Cur velim.quare debeo velle:quasi dicat nulla est cã,cum & te diligã, & tu facile prouidere possis.¶ Præsertim.ostendit quõ possit prouidere.¶ Præsertim.q.d.hac præcipue existẽte causa.¶ Cum pos.ante.cum possis præponere quæstorẽ legatis sine reprehensione cuiusq̃,qa quisq; scit id esse iustum & honestum.¶ Qui.quæstor.¶ Dignũ ma.si imitatus fuerit maiores suos:& se pro fama illorũ gesserit.¶ Ex aliqua parte.quia ex vna parte erit laus eius:qui se bene gesserit,ex altera tua,qui eum ad aliam prouinciam erexeris.

Tribuni

PHI. ¶NObilitatem.raro sine adiuncto ponimus. Meson est. In laudẽ vergit:& in vituperationẽ,dicta quidẽ q̃ si noscibilitas,& nobilis quasi noscibilis:vnde nobile scortũ,nobilẽ latronẽ dicimus. Eiusdẽ sunt naturæ eximius & insignis: vñ meretricẽ insignẽ & eximiã appellamus.¶ Hoc ipso hac re qđ est quæstor. ¶Nocere Antipophora est.Rñdit.n.tacite obiectioni:quã Thermus facere potuisset,& dat ei ꝯsiliũ:vt euitet inimicitias.¶ Perspicio:antiq spicio sine cõpositione dicebant hoc tpe sine cõpositione nõ vtimur:& ꝓ qualitate ꝯuncti signationẽ amplectitur.¶ Tres fratres. habebat.n. quæstor,eius fratres duos. Dictus frater,quasi fere alter, vñ Cic.de Q.fratre dixit.ꝙ alterũ me reliqssem. Siue a lingua græcorũ antiqssima,αφρητος q αδελφος hodie nuncupat.¶ Sũmo loco natos,dat his authoritatem & locũ pro nobilitate generis capimus:alias argumẽtũ significat extra notã eius nois significationẽ.¶ Promptos:diligẽtes: & strenuos. ¶Non indisertos.eloquẽtes,maximã.n.vim habet ad ꝯcitandum populũ eloquentia. Dicitur.n.hæc oia ad perterrẽdũ Thermum.ne q̃stori suo legatos anteferat.¶ Per trienniũ fore.qm tres erant fratres,& quisq; per se tri.ple.futurus erat. Triplex est.n.in his quæ tps significant dicendi modus. Aut in accusatiuo sine ꝑpositione. Teren. Tandẽ non ego illa caream si sit opus,vel totũ triduũ. Aut in ablatiuo sine ꝑpositione. Cic. Paucis.n.diebus erã missurus domesticos tabellarios:aut in accusatiuo cũ præpositione. Quintil. Post impetratã studiis meis quietẽ,q̃ p.xx.annos erudiẽdis iuuenibus impẽderã.¶ Turbulenta. Metaphora,videbat.n. Cæsarẽ & Põpe.velle rẽp.occupare.¶ Tribunitios.t. ex quo treis fratres dixit per triẽniũ tri.ple.futuros:& bene terrores dixit:maxima.n.erat tribunorũ authoritas,oia.n. decreta Senatus irrita habebant:nisi,p eos approbata fuissent.¶ Adde ꝙ.q.t.p.licet vocationẽ non haberent:vt inqt Varro:non modo priuatũ,sed ẽt ꝯsulẽ in rostra uocari iusserũt. Sed quare ius vocãdi non hẽent:cũ sũmã coercendi prãtem habuissent A.G.explicauit. Et alibi nos de tribunis locuti sum⁹.¶ Presertĩ.hac potissimũ rõne.¶ Sine re.qm iustũ & honestũ.

Nobilitas
Nobilis
Eximius
Insignis
Perspicio
Frater

ASCEN. ¶AVTEM.i.sed:ille.s.quæstor tuus,vt omittã.i.taceã nobilitatẽ eius,vicit hoc ipso:legatos tuos optimos,& hoies innocentissimos,ꝙ est,&.i.simul q̃stor,&.i.simul q̃stor tuus. Quæstor aũt a cõquirẽdo,& colligendo dictus est,q publica vectigalia recipiat,& stipendiũ militibus ponit.¶ Ego pspicio:ne forte id dicat aut cogitet hoc addit.neminẽ iratũ .i.licet sit iratus posse nocere tibi:sed tñ nolo te habere inimicos treis fratres natos summo loco.i.clarissimis natalibus prõptos.i.expeditos ad dicẽdũ & faciendũ,non indisertos.i.nõ imperitos artis dicendi,quos video.i.aiaduerto,fore deinceps.i.per ordinẽ tri.ple.p trienniũ.¶ Autem.i.sed:licet nemo tibi his rebus stantibus nocere possit:qs scit qualia tempora sint resp.futura? quasi dicat nemo.¶ Quidẽ.i.certe,ea vident mihi fore turbulẽta,sicut maxime fuerunt, vt ex vltima epistola ad Cœlium ædilẽ,patuit,igit cur.i.qua de causa.q.d.nulla iusta.¶ Ego velim te incidere in terrores tribunitios:quasi dicat licet nocere forte non poterunt:terrere tñ potuerunt.¶ Præsertim cum possis anteferre legatis quæstorem sine reprehensione cuiusq̃:qui.s.quæstor:si præbuerit se dignũ maioribus suis:vt spero & opto:sup.eum se præbiturum esse,fuerit,sup.id laus tua ex aliqua parte:quia tu primus eum ad dignitatem promoueris,sin,i,sed si.

HVBER. ¶ SIN offen. peccauerit. ¶ Quid: aliqd. ¶ Sibi: contra se: in dedecus suum. ¶ Nihil tibi: in dedecus tuũ, & ita arguit: qđ vtcũq; sit ille administraturus puinciã: ipsi Thermo nulla oĩno futura est reprehensio. ¶ Quæ. n. ostendit Cic. se adductũ iure amicitiæ hæc scripsisse: ¶ Quæ. u. in m. quæ cogitatione ipsa cõprehendebã. Nam venire in mẽtẽ interdũ est recordari: interdũ cogitare. ¶ Pertinere ad te. spectare ad tuum cõmodũ. ¶ Oportere: decere: pp amicitiã nostrã. ¶ Quod: qa. ¶ Proficiscebar in Ciliciã. fuerat. n. in Cappadocia cũ Ariobarzane rege. ¶ Tu quod: sensus est, dii bñ vertant quod egeris, & id tibi bñ succedat. ¶ Audies m. mihi credes: mihi auscultabis: & obtẽperabis. ¶ Consules: pspicies: puidebis. ¶ Ocio posteritatis. quieti ẽt tuo℞: qui post te futuri sunt.

Venio in mentem

PHI. ¶ OFfenderit. in aliquo errauerit. ¶ Nihil ti. of. in nullũ detrimẽtũ tuũ siue dedecus cadet. Sed si qd mali & dedecoris erit, sibi erit. ¶ Proficiscebar i Ci. nã cũ Ariobarzãe rege ibi fuerat. ¶ Oporteret: ouenire iure amicitię nr̃æ: qua motus hæc oĩa ad te scribẽda putaui. ¶ Dii ap. q; tibi bñ succedat. Dii bñ uortãt: apud antiquos dici solebat: qñ aliqd prętet spẽ veniebat: cũ aliter euenire timuissent, qbus rebus ita se in vtrãq; partẽ vertẽtib⁹, Vertũnũ deũ pesse putabat antiqui. ¶ Si me au. mihi auscultabis: & si meis verbis audiẽs fueris. Nec ausim dicere, Si meis verbis audies: licet i captiui duo Plautus dixerit. Haud audiebat facto, dicim⁹. n. audiẽs sum tibi: p obedio tibi: & audiẽs sum te, p audio te. ¶ Posteritatis o. c. vt tu & posteri tui oẽs trãqlle & qete viuatis: hoc cõsequi poteris, si q̃storẽ illũ bñficiis tuis affıcies. Est. n. tibi cõsulere tibi puidere. Lucan⁹. Cõsulite extremis augusto in tpe rebus, sed ad corporis & rerũ extremarũ magis q̃ ad animi bona pertinere videtur.

Bñ vortat

sin quid offenderit: sibi totum, nihil tibi offenderit. Quæ mihi veniebant in mentem, quæ ad te ptinere arbitrabar: quod in Ciliciam proficiscebar, existimaui me ad te oportere scribere. Tu quod egeris, id velim Dii approbẽt. Sed, si me audies, vitabis inimicitias, & posteritatis ocio consules. Vale.

¶ Ex. xvii. Epistola. Officium meum.
Cur ergo te velim incidere in rumores tribunitios: p̃sertĩ cũ sine cuiusq̃ rep̃hẽsione q̃storis: legatis q̃storẽ possis anteferre? Si quẽ offenderit, sibi totũ, tibi nihil offẽderit. Qđ i puinciã pficiscebar, existimaui me ad te oportet scribere.

ASCEN. ¶ IPSE offenderit. i. peccauerit: totũ sibi. i. detrimẽtũ & dedecus suũ: nihil tibi: qa tu eũ, quẽ debes, prętuleris. ¶ Ego existimaui me oportere scribere ad te ea, q̃ veniebãt mihi in mẽte: q arbitrabar ptinere ad te, qđ. s. hęc scribẽs pficiscebar in Ciliciã: ego velim dii approbẽt id qđ tu egeris. ¶ Si audies me. i. obedies mihi: tu vitabis inimicitias, & consules. i. prospicies ocio. i. paci, posteritatis. i. post te futuro℞, quia ex simultate iacta longa surgere solet discordia. 18

HVBER. CVm &c. C. Cœli⁹ adolescẽs nobilissim⁹ & optim⁹ designat⁹ fuerat, q̃stor Ci. i Cilicia: q re p̃mũ Ci. se valde gaudere oñdit. Deide qa iã diu neq; a Cœlio: neq; a quoq̃ alio lr̃as accepat de ei⁹ aduẽtu i Ciliciã: & appropiq̃bat finis mgrat⁹ Ci. dicit se vereri, ne Cęli⁹ tñ differat aduẽtũ suũ: vt ipse Ci. añ discesserit ex puicia. Ex qbusdã ãt lr̃is ei⁹ dić se nihil pcipe potuisse, qa i his neq; dies nȝ loc⁹ erat script⁹ vñ eẽnt datę. deniq; oñdit Ci. q; lȝ Cœl. a qbusdã sibi amicissimis fuerit cõmẽdatus: nulla tñ cõmẽdatio maior apud se eẽ põt de eius dignitate: q̃ lr̃æ ipsius. Quãobrẽ rogat ipsum, vt veniat q̃primũ. pollicet̃. n. se oĩa in eũ collaturũ, qđ facili⁹ efficere poterit, si fuerit i Cilicia apud eũ. ¶ Optatissimũ, gratissimũ, iucũdissimũ. ¶ Te obt. te venisse, electũ eẽ eã sortẽ, eã fortunã: q; obtigisses mihi q̃stor, nã sorte eligebant̃. ¶ Eo. tãto. ¶ Quo. q̃to. ¶ Diutius. lõgiori tpe: qa

M. T. C. Impera. C. Cœlio L. F. Quæs. Des. S. P. D.

CVm optatissimũ nũciũ accepissem, te mihi Quæs. obtigisse eo iucundiorẽ mihi eam sortẽ sperabã fore, quo diutius i prouincia mecũ fuisses. magni. n. videbat̃ interesse, ad eã necessitudinẽ, quã nobis sors tribuisset, cõsuetudinem quoq; accedere. Postea, cum mihi nihil neq; a te ipso, neq; ab ullo alio de aduẽtu tuo scriberetur, verebar, ne id ita caderet, quod etiam nunc vereor, ne ante, quàm tu in prouinciam uenisses, ego de prouincia discederem. accepi aũt a te missas literas in prouincia, cum essem in castris, ad. xii. Calen. Quin. scriptas.

multum tpis fuerat hic Cœlius cũ Cice. in prouincia: anteq̃ factus esset q̃stor. ¶ Mag. it. plurimi referre, magni eẽ põderis & momẽti. ¶ Cõs. ouersationẽ, quã hũissem⁹ añ lr̃ i puicia. ¶ Neces. oiũctionẽ. s. q̃sturę. ¶ Sors. fortũa. ¶ Acc. addi: adiũgi. i. videbat̃ mihi eẽ maximũ qddã: q; ad ouersationẽ q̃ aña itet nos fuisset i puicia: adiũgeret̃ ẽt ista necessitudo q̃sturæ: quã fortuna: q te q̃storẽ meũ eẽ voluit nobis dedisset. ¶ Scriberet̃: p scribebat̃, elegãter apud Ci. sæpe ita legit̃. ¶ De aduentu tuo. qñ esset futurus. ¶ Verebar. timebã vel dubitabã. ¶ Caderet. accideret: simplex pro cõposito. ¶ Decederẽ. abirẽ de puincia ante tuũ aduẽtũ. ¶ Accepi. dicit ex eius lr̃is cognouisse eius ingeniũ optimũ: se nõ quo tpe eẽt ventur⁹.

P HI. CVm optatissimũ. Voluptatẽ oñdit: quã ceperat q; Cœlius sibi q̃stor obtigisset: & molestiam q; nimis tardare videbatur. timebat. n. ne anteq̃ Cœlius in prouinciã veniret, ipse de puincia decessisset. Demũ oĩa pro eo se facturũ pollicet̃, et maxime hortat̃: maturet accessum, & id reip. ac vtriusq; ipso℞ plurimũ interesse cõmemorat. Is est ille Cœlius: quem Ci. de prouincia decedens puinciæ p̃posuit: vt in superiori dixit epi. ex quo appet has ep̃las nõ esse ordine collocatas. Inquit. n. ego de prouincia decedẽs, q̃storẽ Cœliũ p̃posui puinciæ. ¶ Nũciũ: tã pro eo q nunciat, q̃ pro te ipsa q̃ nunciat̃: masculino gñe dicimus. ¶ Eã: sortẽ, fortunã: q;. s. mihi q̃stor obtigisset. ¶ Eo & quo. tãto & q̃to. ¶ Magni. n. facta ppositione rõnẽ adiũgit p q̃ maxime has dictiones iocare solem⁹. nã. n. nãq;. ¶ Magni. i. plurimę vtilitatis, & magni momẽti. ¶ Necessitudinẽ: oiunctionẽ & amicitiã. Est. n. necessitudo: vt inqt Gel. ius quoddã & vinculum religiosæ oiunctionis: & eiusdẽ signationis dicit eẽ necessitas: a q̃ necessarii aliquo iure affinitatis: atq; familiaritatis cõiũcti appellant̃. Altera vtriusq; vocabuli signãtia nota ẽ oib⁹. Qđ ãt necessitas p iure amicitię ac affinitatis viculo posita sit, Cęs. in Plãcia togatõe oñdit his verbis. Eqdẽ mihi videor p nr̃a necessitate, nõ labore: nõ, opa: nõ idustria diuisse. Est ãt sensus: mihi qđ p̃stãtissimũ eẽ videat̃: qđ ad nr̃am osuetudinẽ: q̃ diu iter nos fuit, ẽt ista necessitudo & oiunctio q̃sturæ accederet, quã sors ipsa: & fortuna nobis dedit: vt q̃stor me⁹ esses. ¶ Cõsuetudinẽ: Ci. nunq̃ dixit ouersationem. ¶ Accedere: adiũgi in Cilicia huius puinciæ initiũ dicũt esse Coracesium oppi. sed Artemidorus Celederim ciuitatẽ.

Necessitudo
Necessitas
Necessari⁹
Coracesiũ
Celederis

ASCEN. CVm optatissimũ &c. Gratulat̃ Cœlio Lucii filio: nõ quidẽ superiori sed alteri: qđ sibi q̃stor sit designatus. ¶ Ordo est. Cũ ego accepissem nunciũ optatissimũ, vtpote te obtigisse. i. sorte quadã euasisse q̃storẽ mihi. i. in puincia mea mecũ: sperabã eam sortẽ. i. sortionẽ: fore mihi iucũdiorẽ eo. i. tanto: quo. i. quãto: fuisses diutius mecũ in puincia: non enim solebant q̃stores assidue aut statim esse in puincia: sed cũ pecunia publica recipienda & militibus persoluenda esset: enim. i. quia, videbatur. s. mihi interesse. i. referre magni ad eam necessitudinẽ. i. vinculum amoris: quam sors tribuisset nobis, quoq;. i. etiã. ¶ Cõsuetudinẽ. i. familiarẽ ouersationem accedere. i. addi. sed sup. ¶ Posteaq̃ nihil scriberetur mihi neq; a teipso: neq; ab vllo alio: de aduentu tuo verebar: qđ ẽt nũc vereor: ne id caderet. i. eueniret ita: ne p vte priusquam venisses in prouinciam ego decederem de prouincia. ¶ Accepi aũt: cum essem in castris ad. i. circiter.

¶ Ad decimum

¶ HVmanissime: eruditissime. ¶ Officiũ erga me. ¶ Ingeniũ: eruditissimũ. ¶ Perspici cognosci. ¶ Sed neq; significabant: non indicabant. ¶ Vnde: ex quo loco: an Romæ: an aliũde. ¶ Quo tpe: an sero an cito. ¶ Nec is: nec ille. ¶ Attulerat: ad me lr̃as tuas. ¶ Accepat a. t. sed ab alio: cui fortasse tu ante dedisses ferẽdas. ¶ Ex eo. quia qui accipit lr̃as ab eo: q scripsit aut misit: scit quo loco: & quo tẽpore sint datæ, qd scire nõ pñt: q iterdũ p iter ab aliis accipiũt. ¶ Quę de aduẽtũ tuo. ¶ Statores: vt diximus supra, satellites. ¶ Lictores. ministros meos: vt dictũ ẽ supra: existimaui faciẽdum: vt mitterẽ: elegãter vtit Ci. p existimaui mittẽdos: existimaui faciendũ: vt te admonerẽ: p existimaui te admonẽdũ: & sic de reliquis. ¶ Opportuno: idoneo, vt possis accelerare: antequam ego finito magfatu discedã. ¶ Quãprimũ raptissime: celerrime. ¶ Nã q. dicit nullіꝰ lr̃as cõmẽdatitias de Cœl. plꝰ apud se valere: q̃ lr̃as ipsiꝰ Cœl. licet istoꝝ: quos noiat lr̃as p̃imũ valere dicat. ¶ Neces. amicus. ¶ Propinquus. sanguine, nõ hitatione. ¶ Valet. põt, & habet magnũ pondus. ¶ Sicuti d. c. quia cõmendatio amicissimorũ nostroꝝ multũ apud nos valere debet. ¶ De tu. q. d. si multũ valerent p dignitate alterius: q̃to magis p to tua. ¶ De nostra coniunctione: de nostra beneuolentia, & necessitudine huius tuæ quæsturæ. ¶ Maximi põderis maximæ. authoritatis: maximi effectus. ¶ Quæcunq; ornamẽta: oẽs honores: ponit̃ enim hic q̃cunq; simpl̃r pro oĩa: neq; hẽt aliq̃ vim relatiui in hoc loco. ¶ Proficiscent̃ a. t. venient ad te: in te ꝯferrent̃. ¶ Habitã rõnẽ. habitũ respectũ: habitã ꝯsyderationẽ. ¶ Tuoꝝ m. q hoies clarissimi fuerũt. ¶ Cõsequar: efficiã. ¶ Interesse: vtile eẽ: hũc aũt Cœlium eũm sine dubio eẽ puto: quẽ Cic. de puincia discedẽs: puinciæ p̃posuit, vt visum est in ep̃la q̃ incipit. Non potuit accuratius, vñ appet nõ esse obseruatũ: vt epi. in hoc volumine eo ordine ponerent̃. quo essent scriptæ: nã hãc scriptã ante memoratã ad Cœl. ædilẽ oĩbus sane intelligẽtibus facillime ꝯstat. Itẽq; est de multis aliis in aliis libris dispositis & maxĩe: q̃ sunt in seq̃nti libro ad App. scriptæ: qui fuit p cõsul & imperator in Cilicia ante Cic. cũ in p̃cedentibus appareat eũ iam fuisse in prouincia & successisse App. debuerat igitur hic tertius liber: qui sequit̃, præponi secundo.

HVBER.

humanissime: quibus facile & officium, & ingeniũ tuũ perspici possit: sed neq; unde, neq; quo die datæ eẽnt, aut quo tempore te expectarem, significabant: nec is, qui attulerat, a te acceperat, vt ex eo scirẽ, quo ex loco, aut quo tpe essent datæ. Quæ cũ essent incerta: existimaui tamen esse faciundum, vt ad te statores meos, & lictores cũ lr̃is mitterẽ: quas si satis oppotuno tpe accepisti, gratissimũ mihi feceris, si ad me in Ciliciã quã primũ veneris. Nã quod ad me Curius consobrinus tuus, mihi (vt scis) maxime necessarius, quod item C. Virginius p̃pinquus tuus, familiarissimus noster de te accuratissime scripsit: valet id quidẽ apud me multum, sicuti debet hoium amicissimoꝝ diligens cõmẽdatio: sed tuæ literæ, de tua p̃sertim dignitate, & de nostra coniunctione, maximi sunt apud me ponderis. Mihi Quæs. optatior obtingere nemo potuit. quam obrem quęcũq; a me ornamenta in te p̃ficiscẽtur: elaborabo, ut oẽs intelligant, a me habitam esse rationẽ tuæ: maiorũq; tuoꝝ dignitatis sed id iam facilius consequar, si ad me in Ciliciã veneris. quod ego & mea, & R. P. & maxime tua interesse arbitror. Vale.

¶ Ex. xviii. Epistola. Cum optatissimũ nuntium.

Magis. n. interesse vr̃ ad meã necessitudinẽ: quam nobis sors attribuisset, ꝯsuetudinẽ quoq; accedere. Ne anteq̃ tu in prouinciã venisses, ego de puincia decederẽ. Accepi ãt a te & missas lr̃as in Ciliciã, cũ essem in castris ad. x. calen. q̃ntileis: & humanissime scriptas. Quod itẽ ꝯsul Virgiꝰ propinquus tuus, familiaris nr̃: de te hũanissime, accuratissimeq; scripsit, valet id quidẽ apud me multũ, sicuti debet hoium amãtissimoꝝ diligens cõmendatio. Sed tuæ literæ præsertim de tua dignitate. FINIS.

¶ AD decimũ calendas q̃ntiles: circiter. xx. diẽ Iunii: Sed aĩaduerte cũ dicimus decimo calendas: & ad decimũ calen. nam p decimo cal. dies certus oñdit̃: qui est decimus a calẽ. futuri mensis. Sed cũ dicimus: ad decimũ calen. non ipsum decimũ diem accepimus: q est ante calẽ. futuri mẽsis: sed aliquẽ diem illis p̃ximũ. Itaq; ad pro circiter accipiendũ est. Quintilis vero mẽsis a numero appellatus est, q erat q̃ntus a Martio: a quo annus cepit initiũ. Inde q̃ñ Cæ. eo mense natus est: in eius honorẽ Iulius noiatus est: & q sequit̃ sextilis dicebat̃: nunc Augustus ab Octauio Augusto dictus ẽ. Septẽber Germanici nomẽ accepit. Inde Octobrẽ Domitianus iussit suo nomine appellari. Sed vbi infaustum: vt ait Macro. vocabulum visum est: ex omni ære vel saxo placuit eradi. Menses quoq; vsurpatione tyrannicæ appellationis exuti sunt. Cautio, postea principiũ diri oĩs infausta viuentium mensibus a septem vsq; ad decem prisca nomina reseruauit. ¶ Faciendum. caue dicas fiendũ. ¶ Statores: hos, vernaculo sermone p̃uisionatos dicimꝰ: a sistẽdo vel stãdo appellatos: vñ Iup. stator, qd stare fecerit fugiẽtes Romanos: & q apparitores magfatuũ nũcii tabellariiue: suerũt statores appellati sunt. ¶ Lictores: a ligãdo appellatos vult Gel. ex opinione Valgi. Ruf. Tito tñ Ci. libertꝰ a lino: vel a litio: quo cicti erãt & mg̃fatibꝰ mistrabãt: lictores dictos refert. ¶ Propinquꝰ: ad genꝰ, & sanguinẽ: vicinꝰ ad loca. ¶ Cõsobrinꝰ: q̃si sororiꝰ dictꝰ ẽ. Sobrini. n. sunt ex duabꝰ sororibꝰ ex fr̃e. Cõsobrini vero ex fr̃e: ac sorore: cũ alter ex fr̃e: alter ex sorore natꝰ sit. Ac ex duobus fr̃ibus patrueles noiant̃. ¶ Neces. amicus. ¶ Maxĩe: Põ. qd̃ plurimũ facio p cuiuscũq; cõmẽdatiõe: sed p̃sertim p dignitate & honore tuo. ¶ Proficiscent̃: ꝯferent̃. ¶ Ornamẽta: honores & cõmoda. ¶ Habitã e. r. hr̃e rõnẽ, cũ gtõ positũ signat respectũ hr̃e, sed qñ ablm̃ ponimus: cum hac p̃positione cũ: signamus hr̃e cõmerciũ: atq; negociũ. Ci. in Cat. maiore. Rõnẽ hẽt cũ terra: q nunq̃ recusat iperium.

Stator
Lictor
Propiquꝰ
Vicinus
Consobrinus
Sororius
Patruelis
Habeo rationem

¶ DVOdecimũ. s. diẽ: cal. i. añ: aut iter calẽdas: q̃ntiles. i. iulias: lr̃as missas a te: scriptas hũanissime, qbꝰ & offiñ: & ingẽniũ tuũ posset p̃spici facile. ¶ Sed lr̃ę ille neq; sigñabãt. i. neq; exprimebãt, vñ. i. de quo loco: neq; quo die eẽnt datę, aut quo tpe expectarẽ te. ¶ Nec is q at. sup. eas: accepat eas a te: vt scirẽ ex eo: ex quo loco: & quo tpe essent datæ. ¶ Quæ. s. quo loco: & quo tpe &c. cũ eẽnt icerta, tñ. i. nihilominꝰ ego existimaui eẽ faciẽdũ: vt mitterẽ ad te statores meos. i. satellites: & nũcios ad hoc patos: q̃les sũt: quos postos dñr galli: & lictores. i. mistros publicos: cũ isignibus suis: cũ lr̃is meis, quos si accepisti tpe satis oportũo: vt. s. ea q̃ mãdarẽ exeq posses: tu feceris mihi gratissimũ si veneris: q̃primũ. i. valde cito ad me in Ciliciã. ¶ Nã q Curtius cõsobrinꝰ tuꝰ. i. sororis p̃ris tui filius: necessarius mihi maxĩe. i. maxia necessitudie deuinctꝰ mihi, ut scis: itẽ qd̃ Verg. p̃pinquus. i. ꝯsanguineꝰ tuus familiaris nr̃ scripsit accuratissime de te: id q̃dem valet multũ apud me. Tñ. n. valuit: qd̃ cũ postea vicariũ reliq̃rit, sicut diligẽs cõmẽdatio hoium amicissimorũ debet. i. multũ valere: sed lr̃ę tuę p̃sertim de tua dignitate, & de nr̃a ꝯiunctione. s. p vinculũ amicitiæ, sunt apud me maximi põderis. ¶ Nemo potuit obt. i. sorte euenire mihi: q̃stor optatior. s. q̃ tu: q̃obrẽ q̃cũq; ornamẽta p̃ficiscent̃ a me in re: hoc est: q̃buscũq; te ornabo: ego laborabo: vt oẽs intelligãt rõnẽ. i. respectũ & curã: dignitatis tuæ, & maiorũ tuoꝝ esse habitã a me. s. in te ornãdo. ¶ Sed ego ꝯsequar iã facilius id. s. vt te ornẽ p dignitate tua: si veneris ad me in p̃uinciã, qd̃. s. te venire in p̃uinciã priusq̃ discessero, ego arbitror interesse. i. in re, & vtilitate esse, mea, & reip. & maxime. i. p̃cipuæ tua. Quia decreuerat eũ derelinquere vicariũ donec successor aduenir et, quod ẽ t ex superioribus fecisse constat. Vale.

ASCEN.

HVBER. ¶RES tuae gestae: omnia, quae agis. ¶ Notae: celebres: clarae. ¶ De matrimonio: quod inter Dolabellam: & Tuliam filiã tuis auspiciis est factum. ¶ Trans Taurum montem. Taurus mons Ciliciae: qui (ut inquit Solinus) ab indico primum mari surgit: deinde a scopulis Caelidonis inter Aegyptiũ & Pamphilium pelagus obiectus septẽtrioni dextero latere: laeuo meridianae plagae: occidenti obuersus fronte pro fusa. Is quoq; versus mari alluitur: procedit in prominentias: & p gentiũ & linguarũ varietate plurifariã noiatur, eius noia videant̃ apud ipsum Solinũ: vbi de Cilicia scribit: & de hoc monte longe multa. ¶ Ethesiae: venti quos Strabo lib. iii. eosdem subsolanos: id est euros appellat. hos ventos: lib. xvii. Idem dicit incipiente aestate flare e borealibus plagis: & a pelago apud Alexandriam Aegypti vrbem: quare Alexandrini optimam aestatem agunt. Diodorus idem vt sentire dicens. Nilum crescere incipere solstitio aestiuali: nõdũ ethesiis flantibus: cum decrescat aequinoctio auctũnali eisdem ethesiis quiescentibus. Item affirmat Pomponius Mella lib. primo: vbi de incremento. Nili tractat.

Taurus.

Ethesiae

Tuae res gestae, ita notae sunt: vt trans montẽ Taurũ etiã de matrimonio sit auditũ. Ego, nisi quid me Ethesiae morabunt̃: celeriter (vt spero) vos videbo. Vale.

M.T.C. Imp. M. Coelio Aedil. Cur. Des. S.P.D. 15

MAgno dolore me affecissent tuae literae, nisi iam & ratio ipsa depulisset omneis molestias, & diuturna desperatione rerũ obduruisset animus ad dolorem nouum. Sed tamen quare acciderit, vt ex meis superioribus literis id suspicarere, quod scribis: nescio. quid enim fuit in illis praeter querelam temporum, quae non animũ meũ magis solicitũ haberẽt, q̃ tuum? nam nõ eam cognoui aciem ingenii tui: quod ipse videam: te id vt nõ putem videre. illud miror: adduci potuisse te, qui me penitus nosse deberes: vt me existimares aut tã improuidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam, & prope iacentẽ desciscerẽ: aut tam inconstantẽ, vt collectam gratiã florẽtissimi hominis effunderẽ, a meq; ipse deficerẽ, &, qd̃ initio, sempq; fugi, ciuili bello interessem.

ASCEN. ¶RES tuae gestae: ita sunt notae: vt sit auditũ etiã de matrimonio scilicet tuo: trans Taurum montem: scilicet maximum in confinio Ciliciae. ¶ Ego videbo vos celeriter, vt spero nisi ethesiae, id est venti illi subsolani: id est euri: aestate tñ a boreali pte flantes: morabunt̃. i. detinebunt in mora me.

MAgno dolore. Functus Cice. magistratu prouinciae cum in Italiã venisset: ostendisset q; iã bella ciuilia exardere inter Caesarem & Pompeium in Cumanũ se receperat: quia cum non esset locus in vrbe authoritati virorum: quia pudebat eũ esse in vrbe cum ɔtemptu: qui in prouincia triũphum meruisset: quẽ tñ noluit: quia existimauit indignum patria lugente triumphare: scripserat aũt ad M. Coelium literas: quibus conquerebat̃ de tẽporibus ita turbulentis: qbus lectis existimauit Coelius Cic. contra Caes. esse animatũ pro Põpeio: deinde qa erat in locis maritimis: suspicatus est eũ elegisse illa loca: vt cõmodius posset ad castra Põpeii nauigare: quare hortatus fuerat ipsum Coelius ne imisceret se his bellis ciuilibus: maxime ɔtra Caesarem: idq; facerent sui ipsius: & filii sui M. Cic. & gñi Dolabellae, & filiae cã: ad quae oia ita rñdet Cic. plene: vt oñdat Coelium falso oia de se suspicatum: seq; nihil vnq̃ magis cupiuisse: q̃ pacem: quã et si ɔsequi non possit: vult tñ: vt omnes intelligant se fugisse bella ciuilia. Reliqua videbunt̃ in textu eplae. ¶ Tuae lrae: qbus declarasti mihi magnas discordias ciuiles, & pericula reip. ¶ Rõ: prudens & ɔsyderata cogitatio: rõne .n. docemur: non esse incõsolabiliter dolenda: quę necesse est pati. ¶ Depulisset: amouisset ex aio meo. ¶ Obduruisset: iduratus esset: & assuefactus, & iã quodãmodo (vt ita dixerim) calũ fecisset. ¶ Ad dolorẽ: tolerãdũ. ¶ Diuturna: lõgi tpis: quod .n. desperat̃ necesse est aequo aio ferre. Nam (vt ait Seneca.) Stultũ est timere: quod vitare nõ possis. ¶ Desperatione: qa videbã nullã esse de repub. spem: ideo induruerat aius meus ad dolorem. ¶ Sed tñ nunc ostendit eum falso suspicatum esse Ciceronẽ studere partibus Põpeianis: vel profecturũ ad bellum. ¶ Literis superioribus, non puto eas lras esse in hoc volumine: quicqd alii dicant. ¶ In illis: lris meis. ¶ Querelã tempoꝝ: querebat̃ .n. de temporibus: quibus ciues ita essent inter se discordes: vt nullã haberent rõnem reipublicae. ¶ Quae: querela. ¶ Haberet solicitum: pmeret solicitudine. ¶ Quam tuum: a quo scio amari rẽp. vel legat̃. Haberent: & tũc intelligemus: quae tempora non magis afferrent mihi solicitudinẽ q̃ tibi. ¶ Nam non probat aium eius nõ minus solicitũ: q̃ suum & est sensus. ego nõ noui ingeniũ tuum talem: vt non putem te videre, & cognoscere: id quod ego ipse videã. ¶ Eam aciem: id acumen. ¶ Eam. i. talem & tam hebetẽ. ¶ Videre: cognoscere. ¶ Illud: accusat eum: q facile crediderit Ci. deserturũ Caes. vt faueret Põ. ¶ Adduci: persuaderi tibi. ¶ Penitus: intus: & incute: vt dr. ¶ Nosse: prudentẽ & ɔsyderatum. ¶ Improuidũ: inconsyderatũ. ¶ Desisterem, deficerem: discederem. ¶ Excitata: erecta. s. Cae. qui iam cogerat Pom. ex Italia discedere. ¶ Inclinatã: pendentẽ: & ruinae proximam & vt diximus supra: tractum ab aedibus minantibus ruinam. ¶ Iacentẽ: quasi prostratã: & sine spe: & intelligit fortunã Pompeii: quae iam fuerat multis cladibus afflicta. ¶ Aut tam incõstantẽ. subaudi existimares. ¶ Inconstantẽ: instabilem: mutabilẽ. ¶ Vt effunderẽ: abiicerẽ: trãslatio a rebus liquidis, q̃ effundi solẽt. ¶ Gratiã: beneuolentiã: amicitiã. ¶ Collectã: cõparatã: acquisitã. ¶ Hois florentissimi: nõ Pom. intelligit: sed Caes. cuius grãm sibi collegerat: vt visum est in .i. lib. in epla longa. ergo. h. d. Ci. Miror q eũ penitus nosce debeas q̃lis sim: potueris tibi persuadere me esse, vel pruidũ, vel incõstantẽ. Improuidũ: vt desererẽ victorẽ: & haererem quasi victo. Incõstantẽ: vt amitterem gratiam Cae. clarissimi: & florentissimi victoris: quã ipse mihi collegi: & cõparaui ei fauendo. ¶ Deficerem me. relinquerem me, ille dr̃ deficere se: qui abiicit vel spernit ea: q̃ ad tuendũ sunt necessaria: nec perstat in pposito. ¶ Initio: quo bellum est inceptũ. ¶ Semper q: in toto processu bellorum. ¶ Interesse. id. n. videtur inconstantiae: vt nunc interessem bello: quod semp effugi & dãnaui.

Deficio me.

MAgno dolore &c. qa tediẽs Ci. e puicia intellexerat bella ciuilia iter Caes. & Põ. orta: noluit in vrbẽ redire: sed in Cumanũ agrũ se recepit: q̃stus p lras ad Coeliũ missas de calamitatibus tempoꝝ suoꝝ: quibus prohibebat̃ triumphare: imo locũ se dignũ in tep. recipe. Intellexerat aũt Coelius eo ɔsilio in Cumano mansisse: vt facilius posset ad Pomp. transire ɔtra Caes. quod ne faciat dehortatus erat idẽ Coelius p salutẽ filii & gñi. Vñ nũc se purgat Cic. Nihilominus adhaesurus Põpeio. ¶ Ordo est. Lrae tuae affecissent me magno dolore: nisi iã cũ allatae sunt, &. i. simul rõ ipsa depulisset oẽs molestias: &. i. simul aius. s. meus obduruisset. i. obduratus fuisset, diuturna desperatione reꝝ, ad. i. cõtra, dolorẽ nouũ. ¶ Sed: tñ nescio quare acciderit: vt suspicareris ex supioribus lris meis, id qd scribis. s. me in Cumano mãsisse, vt ad Põ. cõtra Caes. trãsirẽ. ¶ Quid. n. fuit in illis. s. superiorib⁹ lris meis, p̃terquam querelã tẽpoꝝ. i. de tpib⁹ nris, q̃. s. q̃rela, nõ hr̃et aium magis solicitũ q̃ tuũ. ¶ Nã ego nõ cognoui aciẽ. i. acumẽ ingenii tui, eã. i. talẽ aut tale, vt nõ putẽ videre: id qd ipse. i. ego videã. ¶ Ego miror illud: videlicet te potuisse adduci: q deberes nosse penitus me, vt existimares, aut me tã improuidũ, qui. i. vt desisterẽ. i. transirẽ, ab fortuna. s. Caes. excitata. i. vigẽte & exurgẽte, ad fortunã supp. for. Põpeii, idinatã. s. ad casum: & ppe. i. q̃si iacẽtẽ, aut tã incõstantẽ, vt effunderẽ. i. penitus pdere: grãm hois florẽtissimi, vz Caes. collectã. s. lõga manu: & deficerẽ a me. i. a salute, & bono meo, & interessem bello ciuili: qd fugi i initio & sp.

¶Quod

HVBER.

¶QVOD est:facit interrogationẽ:q̃ sibi fieri posset, & ad eum rñdet.¶Consilium:deliberatio. ¶Triste:qa his tpibus nihil potest deliberari:nisi triste.¶Vt discederem:subiectio interrogationis.¶Solitudines:in loca sola, & deserta.¶Nosti enim:reddit rõnem huius subiectionis.¶Stomachi mei:hoc est animi:& est translatio:quia vt stomachus facile mouetur:cum sentit aliquid a quo abhorret:ita & animus delicatus.¶Cuius:stomachi.¶Similem:qui ita facile idignaberis:cum videbas aliquid:quod tibi displiceret:sicut ego nunc.¶Quondam:nam assuefecisti.¶Fastidiũ:molestia, tedium:indignatio.¶Insolentium:arrogantium.Fastidium oculoꝝ:indignatio uisus.¶Indignitate:hoc est cũ video homines insolentes esse indignitate.i.cum nullam habeant dignitatẽ.

quod est igitur meum triste cõsilium? vt discederem fortasse in aliquas solitudines:nosti enim non modo stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum insolentiũ indignitate fastidiũ.Accedit etiã molesta hæc pompa lictorũ meorum nomenq; imperii, quo appellor,eo si onere carerem:q̃uis paruis Italiæ latebris contentus essem. sed incurrit hæc nostra laurus non solum in oculos, sed iam etiã in voculas maleuolorum. quod cum ita esset:nihil tamen vnq̃ de profectione, nisi vobis approbãtibus,cogitaui.Sed mea prædiola tibi nota sũt, in his mihi necesse est esse, ne amicis molestus sim. Quod aũt in maritimis sum,facile moueo nonnullis suspicionem,velle me nauigare.quod tamen fortasse nõ nollẽ,si possem ad ocium.nam ad bellum quidem qui conuenit?præsertim cõtra eũ,cui spero me satisfecisse.ab eo,cui tñ satisfieri nullo modo potest. deinde sñiam meã tu facillime pspicere potuisti iã ab illo tpe, cũ in Cumanũ mihi obuiã uenisti nõ.n.te cælaui sermonẽ.Sed nõne tũ puidisti q̃ abhorrerẽ ab vrbe relinquenda?quod cũ audissem:nonne tibi affirmaui, quiduis me potius perpessurũ,q̃ ex Italia me ad bellũ ciuile exiturũ?qd ergo accidit,cur consiliũ mutarem?

Pompa
Lictor

¶Accedit:ad supradictas causas.¶Hæc pom.lictorũ.quos habeo propter dignitatem imperatoriam.Põpa omne spectaculum dicitur in lætis:& aduersis a græco [Greek].i.mitto,dicitur enim pompa nuptiarum,pompa sacrorum:pompa funerum,lictores vero dicuntur ministri consulis:proconsulis:præsidis,prætoris:siue imperatoris. consuli autẽ dantur duodeni:aliis tantum seni.dicti, vt voluit A.G.ex authoritate Valgi,a ligãdo:q cum magistratus populi romani,quẽpiam verberari iussisset, crura eius & manus ligari vinciriq; a viatore solita sint:isq; qui e collegio viatorũ officium ligãdi hẽt, lictor sit appellatus.Sed idẽ dicit Tironem Tullium M.C.libertum scripsisse lictores a lino vel a licio dictos:nã qui magistratibus (inqt) præministrabãt cincti erant.addit alia multa A.G.quæ licet apud eũ videre.Nonius ẽt a ligando lictorẽ dictũ voluit.Festus Pompeius,q fasces virgarũ ligatos ferunt, & parentes magistratibus delinquẽtibus plagas inferunt.¶Molesta:grauis mihi. alii codices, & quidẽ vetusti habẽt,accedit huic molestiæ. ¶Quo appellor:quia ab omnibus dicor imparator.¶Eo honore, vt nõ nominarer imperator.¶Quibusuis.q.d.ẽt incõmodis & minus claris.¶Latebris:recessu aliquo, & loco vbi possem latere.¶Laurus nostra, gloria triumphi, quem merui ob res præclare gestas in Cilicia.Lauro autẽ coronabãtur triũphantes & victores.¶Incurrit:obiicitur,hoc est nõ solum clare viuetur a maliuolis meis,sed etiã de ea loquunt ipsi maliuoli vt volũt.¶Voculas:detractiones,oblocutiones.¶Quod:nostram lauꝝ incurrere in loculos, & voculas maleuolorum.¶Cum.s.e.i.quãuis ita esse scirem.¶De profectione:discessu meo ex Italia. ¶Nisi vobis appro.nisi vobis assentientibus,& laudantibus me ita facere.¶Prædiola:meæ possessiunculæ.¶In iis:prædiolis.¶Molestus amicis:in vrbe.¶Maritimis:vicinis mari.¶Mouet.facit,inicit.¶Enauigare:naui discedere.¶Quod:enauigare.¶Non no.vellem. ¶Ad ocium:ad pacem:& ad tranquillitatem vitæ.¶Qui:quomodo.¶Conuenit:consentaneũ est.q.d.nullo modo:præsertim cum sim cupidior ocii:q̃ belli.¶Præsertim:probat quare non sit verisimile eum discedere. ¶Contra eum. Cæsa. ¶Satisfecisse:significasse me ei esse amicũ,cũ feci pro eo quod volebat.¶Ab eo.Pom.i.enauigare a Pom.i.a partibus Põpeianis contra ipsum Cæs.¶Nullo modo:propter incredibilia eius in me merita, vt diximus in.i.lib.super epistola longa.¶Sententiam meam:quãm tibi exposui.¶Iam ab illo tempore, post illud tempus.¶In Cumanum:vbi habeo prædia mea.¶Venisti:obuiam mihi redeunti a Cilicia.¶Celaui te.i.quid animi haberem,id est aperte omnia tibi exposui dicimus autem celo te hanc rem.Ouid.in Heroi. Hoc te celauimus vnum, & de hac re.Cic.ad Metellũ lib.v. Scito te a fratre magnis de rebus fuisse celatum.¶Prouidisti, prospexisti, & cognouisti.¶Quã:quantum.¶Abhorrerem ab.alienus essem a discedendo ab vrbe, ex quo nunc debuisti suspicari me esse nauigaturum aliquo.¶Quod cum audiuissem: te prouidisse me esse alienum ab vrbe relinquenda.¶Affirmaui:certo promisi.¶Quiduis:quodcunq; malum.¶Quid ergo:i.fert ex supradictis nullam habendam fuisse suspicionem de discessu suo.¶Quid ergo accidit:cum interrogatione legendum est ¶Consilium:deliberationem non discedendi ex Italia ad bellum ciuile.

Voculas

ASCEN.

¶IGITVR quod est triste cõsilium meũ.s.quod mihi obiicis,fortasse, vt discederẽ in aliquas solitudines.i. desertas terras.¶Tu.n.nosti,nõ solũ fastidiũ.i.aspernationẽ superbam,stomachi mei.¶Cuius.i.stomachi mei similem, tu quõdã habebas,sed ẽt fastidiũ oculoꝝ in indignitate.i.indignis honoribus hoium insolentiũ.i.superboꝝ & petulanter agentium.¶Etiã hæc pompa molesta.s.mihi,lictoꝝ meoꝝ,quos pconsul ac imperator nõdum remiserat:accedit.s.ad fastigiũ & nomẽ imperii quo appellor,si ego carerẽ eo onere.s.suscepti honoris, & nominis,cõtẽtus essem latebris Italiæ,quãuis .i.quãtũuis paruis.¶Sed hæc nostra laurus.i.hic triũphus noster, incurrit.i.obiicit:non solũ in oculos:sed ẽt in voculas .i.obtrectatiunculas maleuoloꝝ.¶Quod cũ esset ita:tñ nihil cogitaui vnq̃ de pfectione.i.de discessione ab Italia: aut vrbe:nisi vobis approbantibus.¶Sed pdiola mea sunt not: tibi:oportet me esse in his.s.pdiolis:hoc est paruis prædiis meis. ne sim molestus amicis:sup.meis:quia si Romæ:eẽt alterutri fauere cogeret.vterq; ãt amicus erat: & dũ alteri faueret alteꝝ sibi & suis inimicũ hẽt.¶Quod aũt sum in maritimis sup.locis.i.vicinis mari:mouet facile nõnullis.i.qbusdam suspicionẽ:me velle enauigare.i.excedere Italia nauibus.qd non nollẽ:qd minus est:q̃ vellẽ.quia coactis qdã sunt:quæ neq; volunt:neq; nolunt,qa nolle nõ pñt: & velle nõ debent:si possem.s.enauigare ad ociũ.s.alibi obtinẽdũ nã quidẽ .i.certe:qui.i.quo:cõuenit.i.cõueniens, & vtile sit,sup.enauigare ad bellũ:psertim cõtra eum.s.Cæ.cui spero me satisfecisse & ita nullã illi esse occasionẽ belli in me: & enauigare ad bellũ ab eo.i.discedẽdo ab eo.s.Põpeio:cui tñ nullo modo põt satisfieri:quia salutẽ suam Cic.illi debebat.¶Deinde.i.secũdo loco:tu potuisti perspicere facillime sñiam meam: iam ab illo tempore,cum.i.quo venisti obuiam mihi, in Cumanum.s.agrũ.¶Non.n.celaui te sermonẽ.s.de ea re.¶Sed nonne. q.d.maxime:tu prouidisti.i.prouidentia tua cognouisti:tum.i.tunc:quã.i.quãtum ego abhorrerem.i.alienus essem & repugnarem ab vrbe relinquenda. ¶Quod.s.te prouidisse me abhorrere ab vrbe relinquenda:cum audissem.s. ex te a te tuis:nõne affirmaui tibi me perpessuꝝ potius quiduis.i.quodlibet incõmodũ:q̃ exiturum sup.esse ex Italia: ad bellũ ciuile.¶Quid ergo accidit cur mutarem consilium,s.meum.q.d,nihil,vnde addit.

HVBER. ¶OMNIA: subaudi acciderũt. ¶Miseriis malis. ¶Aliqñ: tandē. ¶Ea desperata. i. pacis spe amissa. ¶Puto. i. spero futurũ. ¶Nunq̄ pœ. vt semp lætet me fuisse in hoc pposito: & in eo pseuerasse. ¶Etenim: exēplo extollit factũ suum, & cōsiliũ fugiendi bellũ ciuile. Nam si Hortēsius gloriabaẗ non interfuisse bello, a quo pp ignauiā abstinuerat: quanto magis glo riari pōt Ci. qui volũtate ipsa bello nō interfuerit. ¶Hortēsium: oratorē optimũ: eum cui Cato vxorē ad pcreandā sobolē ɔcessit familiarē Ci. vt ipse testaẗ. ¶In hoc gñe: in hac cām simili ɔdōne. ¶Illustrior: clarior: maior. ¶Ignauiæ: timiditati: est. n. ignauia ɔtraria fortitudini. ¶Id: qd simus ignaui: qa multa oñdi documēta fortitudinis: & ɔsulatu meo: & in administratione puinciæ. ¶Nec me ista: rñdet ad ea, quæ Cœlius dixerat esse respicienda pp suos: qbus Cic. dicit se non terreri. ¶Proponuntur: cōmemoranẗ: & quasi ante oculos mihi ponunẗ. ¶Fidelissime: quia scio te hoc & fideliter: & amanter facere: quia nolles incōmoda mea. ¶Ad timorē. mihi faciēdum: vt terreas me. ¶Nulla est. n. hoc dicit siquid mali ex hoc bello accidet: oibus accidet: & hoc malũ si possem meis incōmodis: & dānis a repu. remouere, libenter facerem. ¶Acerbitas: calamitas. ¶Perturbatione: tumultu ciuili. ¶Impēdere: iminere. ¶Priuatis: ppriis. ¶Incōmodis: dānis: iacturis. ¶Vel istis: id est etiā illis: & significat amissionem fortunatũ, infelicitatē liberoꝝ, & generi Dolabellæ.

Redimo

¶Redemissem: remouissem. quasi dando mea priuata, vt respu. careret illis incōmodis: illud. n. proprie est redimere: vt captiuitatē tuā meis fortunis redimi. i. dedi fortunas meas pro captiuitate tua. ¶In memoria nois mei: qa nullum pulchrius: & præstantius relinqui patrimoniũ a parentibus pt suis filiis: q̄ rerum præclare gestarum gloria, & memoria: vnde & ipse Ci. lib. i. offi. Licet. n. mihi. M. fili apud te gloriari: ad quē: & hæreditatis huius gloriæ & factoꝝ imitatio ptinet. ¶Nulla erit. s. respub. hoc est si perdita & oppssa fuerit. ¶Sepati. ¶Seorsum. i. nihil ei accidet, qd nō accidat cæteris. ¶Cum scias: hoc est cũ duplici de cā scias eum mihi eē charissimũ, & pp eũ, quē semp amaui: & pp filiam meā: q̄ cum sit mihi charissima, necesse est eius maritum mihi charũ esse, nam gñi maxime amantur propter filias. ¶Respiciam: tuear: & ipsius respectum habeam. ¶An dubitas ordo est, quod rogas, vt respiciam &c. an dubitas: quin ea cura me vehementissime solicitet. ¶Eo magis. solicitet. ¶Specula, non pro loco edito, & eminenti in hoc accipitur: vnde aliquid videre & speculari possumus, vt apud Virgil. in Bucol. Specula de montis in altum Deferat, sed blandimenti gratia vsus est diminutiuo a spe, vt sit Hac specula, hac vna parua spe, vt enim a res recula: ita a spes specula. Speculā aũt intelligit, filiā Tulliam, in cuius sermone, & suauitate, vt ipse ad Seruium Sulpitium. lib. iiii. art. omnes curas, & molestias deponere consueuerat, nam vt ita ordineẗ textus, hac tñ oblectabar specula Dolabellam meum ab his molestiis vacuum fore, non placet, neq; conuenit, cum de filia fecerit mētionem dicens an dubitas, cum scias quanti cum illum, tum vero Tulliam meā faciam, quin ea cura me solicitet, deinde subdidit, & eo magis ꝙ in cōibus molestiis, hac tñ oblectabar specula: quam sine dubio intellexit de filia sua, sequentē aũt textum ita ordinari. Dolabellam meum velim esse vacuum ab his molestiis &c. ostēdit inferius, vbi dicit de Dolabella: ꝙ scripsi suadeo videas tanquam si tua res agatur, nam significat velle, vt opera Cœlii liberetur.

Specula
Recula

non 'ne omnia potius, vt in sententia permanerē: credas hoc mihi velim, qđ puto te existimare: ex his miseriis nihil aliud me quærere, nisi vt homines aliquádo intelligant, me nihil maluisse, quā pacē: ea desperata, nihil tam fugisse, quā arma ciuilia. Huius me cōstantiæ puto fore vt nunquā pœniteat. Etenim memini ī hoc genere gloriari solitũ esse familiarē nostrum Q. Hortēsium, ꝙ nunquam bello ciuili interfuisset. hoc nostra laus erit illustrior: quod illi tribuebaẗ ignauiæ, de nobis id existimari posse non arbitror. Ne me ista terrent, quæ mihi a te ad timorē fidissime, atq; amantissime proponunẗ. nulla est enim acerbitas, quæ non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impēdere videatur: quam quidē ego a R. P. meis priuatis, & domesticis incommodis libentissime vel istis ipsis: quæ tu me mones, vt caueam, redemissem. Filio meo quem tibi carum esse gaudeo: si erit vlla R. P. satis amplũ patrimoniũ relinquā memoriā nominis mei: sin autē nulla erit, nihil accidet ei separatim a reliquis ciuibus. Nā ꝙ rogas, vt respiciā generũ meũ, adolescentem optimũ, mihiq; charissimũ: an dubitas: cum scias quāti cũ illũ, tum vero Tulliam meam faciam, quin ea me cura vehementissime solicitet: & eo magis, ꝙ in communibus miseriis hac tantũ oblectabar specula.

ASCEN. ¶NONNE omnia sup. acciderunt potius, vt permanerē in sententia. q. d. maxime. ¶Ego velim sup. vt credas mihi hoc quod puto te existimare. i. iudicare de me, sup. me nihil quærere aliud ex his miseriis. s. quas patiebatur in agro, nisi vt homines intelligant aliquando me nihil maluisse. i. magis voluisse, q̄ pacem. ¶Et ea desperata. i. cum esset desperata a me nihil fugisse tam: id est tantopere, q̄. i. quantopere, bella ciuilia. ¶Ego puto, me fore. i. futurum esse huius constantiæ, vt nunquam pœniteat, sup. me huius sententiæ. ¶Etenim ego memini Hortensium familiarem nostrum solitum esse gloriari in hoc genere. s. viuendi: ꝙ nunquam interfuisset bello ciuili. ¶Hæc laus nostra: ꝙ abstinebimus a bello ciuili erit illustrior. i. clarior & nobilior: q̄ Hortensii: & non interfuisse bello ciuili tribuebatur illi. s. Hortensio ignauiæ. i. ad ignauiam: & imbecillitatem, & arbitror id. s. ꝙ propter ignauiam abstinuerimus nos: non posse existimari. i. iudicari de nobis, quia prouinciam impacatam petierat: vnde vix dum reuersus erat cum merito triumphi. ¶Nec & non, & ista, quę pponuntur mihi fidissime: atq; amantissime. i. vt ab amico fidissimo, vtpote a te, ad terrorem. i. vt deterrear a susceptione belli ciuilis, ne videlicet filio & filiæ ac genero grauem inimicum paret: non terream me. ¶Nulla enim acerbitas est: q̄ non videatur impendere. i. iminere hac perturbatione terraꝝ: oibus. s. viuentibus siue bello intersint siue non: quā. s. perturbationē. ego quidem redimissem libētissime a rep. meis incōmodis priuatis, & domesticis, vel. i. ēt istis ipsis, q̄ tu mones me, vt caueam. Hoc est libēter passus essem, vt liberi mei paterentur: quæ illis impendere mones incōmoda, & resp. his malis sit libera. ¶Qui enim aliquid redimit vnum pro alio dat, & ita Cicero vellet redimisse perturbationem reip. p turbatione domus suæ. i. effecisse per incōmoda domus suæ: vt resp. nulla acciperet incōmoda, vñ addit. ego relinquā filio meo. s. Marco Ciceroni satis amplum patrimoniũ: videlicet memoriā nois mei, si vlla resp. erit. i. futura finito bello, sin aũt id est sed si nulla erit nihil accidet ei separatim a cæteris ciuibus. i. quod non idem acciderit cęteris ciuibus, & ita dilemmate concludit frustra timeri pro filio. ¶Nam quod rogas: vt respiciā, scilicet miseranter: generum meum: videlicet Dolabellam adolescentem optimum, & mihi charissimũ an dubitas quin ea cura soliciter me vehementer, cum scias quāti faciam: id est æstimem, cum scilicet ita sit ꝙ plurimi faciam illum, scilicet generum meum Dolabellam, tum vero multo apertius est, ꝙ plurimi faciam Tulliam meam. s. filiam, & eo magis supple soliciter me, ꝙ ego oblectabar in communibus malis tantum. i. dũtaxat hac specula. i. parua spe: de filia mihi reliqua. Notum est diminutiua in quinta fieri deponēdo: & addendo cula, vt dies diecula, spes specula, res recula, verũtamen ego hoc loco non damnem eos, qui sic exponunt, hac specula, id est speculatione aut loco ad spectandum apto, sup. qua.

¶Dolabellam

HVBER.

❡DOLAbellā: ordo est, velim Dolabellā fore vacuū &c. ❡Velim: cupio & quasi te rogo. ❡Fore vacuū: caritu͛ per te & opera tua. ❡Cōibus: quae nō ad me solū: sed ad alios quoq; ptinent. ❡Liberalitate sua. ad excusationē Dolabellae dixit liberalitatē: cum melius ꝓdigalitatē dixisset: pōt legi libertate, vt sit audacia quadā & quasi temeritate, nā liber dr̄ qui nullius habito respectu, qđ sentit dicit & facit. ❡Cōtraxerat: sibi fecerat. ❡In vrbe dū fuit. nā tūc cū Cic. scribebat: erat in castris cū Caesare. ❡Sustinuerit: tolerauerit: nā sustinemus quae sunt oneri & molestiae. ❡Acerbos. graues. ❡Nō hone/stos mihi. qa multa oportuit me facere pro eo, quae nō erant satis cōuenientia dignitati meae. ❡Hispaniēsem casum. hoc bellū. quod in Hispania nūc geri͛ a Caesare ꝯtra Petreiū & Afraniū: quos apud Illardā obsederat. ❡Expecto. vt multi existimāt, qui credūt me expectare, vt pro euentu illius belli nouū capiā ꝯsilium, & deliberē quid mihi sit agendū. Hispanū dicimus hoiem ex Hispania: Hispaniēsem vero, q licet sit in Hispania, tū non est ex Hispania: vñ dicimus Romanū exercitū Hispaniēsem. i. qui i Hispania militat. ❡Exploratū. certum manifestū. ❡Vt tu scribis. ꝙ Cęsar oino sit futurus victor. sic. n. cōiicimus a Coelio scriptū fuisse. ❡Astute. callide, vt mea͛ re͛ rōnem habeam, & nō dignitatis publicę. ❡Locus. in ipsa ciuitate, sicut cęteris. ❡Nō erit. ciuitas. ❡Tu ipse: qa ꝑdita ciuitate & rep. nō magis erit tibi locus q̄ mihi. ❡Solitudines. recessus, loca remota. ❡Consedisse. cōstitisse, cōmoratos esse. ❡Sed ego: ꝙ fortasse oia erunt meliora q̄ dicit, quia vaticinat͛, & non ex certa rōne dicit. ❡Vaticinor. diuino. ❡Et haec oia: quae tū timoris nobis afferunt. ❡Exitus: fines. ❡Meliores: q̄ vaticinamur & putamus. ❡Recordor. argumētū ab aetate, se enim senem nūc desperare dicit, sicut olim adolescēs vidit alios senes desperasse, quae tū meliora euenerunt, ex defectu. n. sanguinis senes sunt timidiores, & ideo vtplurimū desperant, cum adolescentes cōtra ex abūdantia sanguinis multū audeāt & sperent. ❡Me adolescēte. cum ego essem adolescens. ❡Imitor. eos, & facio sicut illi faciebant. ❡Aetatis vitio. nā senes semper solent ꝑdicere multa futura, & vt diximus, ꝓmptiores sunt ad desperationē & timorē: q̄ ad spē. ❡Velim ita sit. vti nam ita sit, ꝙ vaticiner more senū, ꝙ haec oia meliores habeāt exitus. ❡Sed tū. hic locus est difficillimus pp deprauationē textus: nam alii legunt. togā praetextā texi apio, alii Appio, placet tū melius apio: vt sit sensus ꝯiūctus cū superiori: haec omnia fortasse meliores habebunt exitus, sed tū texi togā praetextā apio, hoc est imperatoriā vestem meā texi amaritudine. Toga. n. vestis cōis oium Romano͛ tā mulierū q̄ viro͛. Praetexta vero erat insigne magistratuū: ab Ethruscis a Tullio Hostilio rege Romano͛ tertio ad Ro. translatū: quem habitū eo tpe pueri nō vsurpabāt, sed postea a Tarquinio Prisco cū de Sabinis triūphasset: data est praetexta cum bulla aurea filio anno͛ quatordecim, ꝙ hostem manu percussisset, & inde vsurpatū vt pueri quoque ea vterentur: qm̄ igitur erat insigne magistratuum, & Cic. procōsul & imperator in Cilicia fuerat: ideo dixit. ❡Texi. ornaui. ❡Togam praetextā: imperatoriā dignitatē. ❡Apio. Amaritudine. q. d. quā magis decebat tegi & ornari lauro, nam vt supra diximus, licet meruisset triūphum Cic. non tū existimauit triumphandū lugente patria. Apium. n. p amaritudine & dolore posuit, est. n. herba amara. Virg. Floribus atq; apio crines ornatus amaro, licet Seruius in eo loco exponat amaro. i. viridi. ❡Puto te audiuisse me texisse togam praetextā apio. ❡Curtius noster. is erat vtriusq; amicus. ❡Dibaphū: purpurā bis tinctā significat: nā δὶς bis, βάπτω tingo significat. ponit͛ etiā pro veste duplicis coloris: vt puto hic intelligi, vt dicat Cic. Curtius cogitat vestē duplicis coloris: sed eū tinctor expectat, qui faciet eā vnius: metaphorice. n. loquit͛, Curtiū vtriusq; partibus & Caesarianis & Pōpeianis studere, sed necesse fore vt vnius tm̄ sit. ❡Infector. βάπτης tinctor. ❡Morat͛. expectat. Aspersi. leuiter tetigi, & iocat⁹ sum. ❡In stomacho. in molestia, in idignatione. ❡Quod scripsi: vt sit libera molestiis suis. ❡Extremum epistolae. i. haec erit conclusio. ❡Turbulenter. iracunde, impetuose, temere, inconsyderate. ❡Liberos: filios. ❡Literas ad te. Caninius Sallustius quaestor erat Bibuli, qui praeerat Antiochię, is ad Ci. duas epistolas scripserat, vnam plenam variis petitionibus & interrogationibus: quibus oibus rńdet Cic. vt ex prima parte epistolae colligit͛, nam superfluum est numerare partes. In altera epistola petiuerat Cani a Cice. vt eum Bib. praetori diligenter per literas suas cōmendaret: quod quāuis se facere dicat Cic. adducit tamen quasdā rationes, quibus ostendit commendationem suam parum ponderis apud Bib. habituram.

Liber

Subsicio

Hispanus

Hispaniēsis

Solitudo

Toga

Praetexta

Apium

Dibaphū

Dolabellam meum, vel potius nostrū videbam fore ab iis molestiis, quas liberalitate sua contraxerat, liberum. Velim quaeras, quos ille dies sustuluerit, in vrbe dū fuit, q̄ acerbos sibi, q̄ mihi ipsi socero nō honestos. Itaq; neq; ego hunc Hispaniēsem casum expecto, de quo mihi exploratū est, ita esse, vt tu scribis: nec quicquam astute cogito. Siquando erit ciuitas: erit ꝑfecto nobis locus. sin autem non erit: in easdem solitudines tu ipse (vt arbitror) venies, in quibus nos cōsedisse audies. Sed ego fortasse vaticinor: & haec omnia meliores habebunt exitus, Recordor enim desperationes eorum, qui senes erāt adolescente me. eos ego fortasse nunc imitor: & vtor aetatis vitio. velim ita sit: sed tamē togam praetextam texi Appio, puto te audisse. nam Curtius noster dibaphū cogitat: sed eū infector moratur, Haec aspersi, ut scires, me tamen in stomacho solere ridere, De Dolabella qđ scripsi, suadeo uideas, tanq̄ si res tua agatur. Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus. te tamen oramus, q̄buscunque erimus in terris, vt nos, liberosq; nostros ita tueare, vt amicitia nr̄a, & tua fides postulabit. Vale

❡Ex. xv. Epi. Magno dolore.

Vt existimares, aut me tā improuidū, q ab excitata fortuna ad inclinatam: & ꝓpe iacētē disiungerē, aut tam incōstantē, vt collectā grām florētissimi hois effunderē, & qđ initio, sempq; fugi, ciuili bello interessem, a meq; ipse deficerē. Quod est igit͛ meū triste ꝯsiliū? vt desoēderē fortasse in aliquas solitudines? Nō. n. te cęlaui sermonē tam prauū, vidisti, q̄ abhorrerē ab vrbe relinquēda, cū audiuissem, nōne tibi affirmaui? Dolabellū meū, vel potius nostrū fore ab iis molestiis, quas libertatē sua ꝯtraxerat, libe͛ cupio.

ASCEN.

❡VIDEbam Dolabellā meū. s. generum vel potius nostrū. s. amicū coem, fore vacuū. i. imunē, alii legūt libe͛ ab iis molestiis, quas ꝯtraxerat liberalitate. i. largitate sua, alii tū ꝓdigā dicūt: & sunt q hic libertate legēdū censeant: vt sit q̄s ꝯtraxerat liberius loquēdo in Pōp. eis aūt tūc vacuus fore videbat͛ ꝙ in castris Caesaris militans ab eo tutādus eēt: si liberalitate: legendū est, sensus est. eum suspectū fuisse Caesari pp liberalitatē forte in Pōpeium, aut aliquē amico͛ eius, q sensus difficilis est in re hmōi, quā satis erat & scribētē, & eum, ad quē scribebat intelligere: ꝑsertim cum ex industria sępe mentem suam alios si forte in eorum manus inciderent literae celet. ❡Velim quęras. i. disquiras. quos id est quales dies: ille. i. Dolabella sustinuerit. i. passus sit dū fuit in vrbe, q̄. i. q̄tum acerbi, q̄. i. q̄tum non honestos mihi socero. i. illius. q. d. acerbissimos, & minime honestos, forte indigna cōtumelia pp Caesarem a Pompeianis affectum dicit, non tū polam ꝓpter Ciceronem & liberalitatē suam laesum, vnde tacite laudat ꝙ ad Caesarē in castra profectus est, id tū facit quia ita Coelio placere videt, cum tamē Dolabellam retrahere a Caesare, aliqñ conatus sit. ❡Itaq; neq; ego expecto hūc casum

Hispaniẽ.i.qui ꝯtinget in Hispania.quo contra Petreium & Afraniũ Pompeianos duces Cæsar exercitũ suum duxerat hoc est nõ simulo me alterius amicũ,donec de casu Hispaniensi certior fiam:casum aũt dicat aut dubium euẽtũ belli:aut potius cladi reip.vteruter vicerit,de quo.s.casu,exploratũ.i.perspectũ & clarum est mihi ita esse sicut tu scribis: hoc est ꝙ meliores pro Cæsare militent,nec cogito quicq̃ astute.i.callide & dissimulãter:si ciuitas.i.cõcatio & libertas ciuiũ erit qñ.i.aliqñ sup.Romæ,ꝑfecto locus erit nobis:sup.in ea:sin aũt.i.sed si ciuitas nõ erit,sed sup.dñũ alicu⁹ in vrbe: non.n.vt ciuitas,nisi vbi ciuilia mea.i.ex snia ciuiũ dnantur:tu ipse,vt arbitror:venies.s.tandẽ:in easdẽ solitudines desolationes: & vacuitates ciuiũ,in qbus audies nos.s.seniores cõsedisse.q.d.licet pro tpe sortan speres tibi aliquã remp. & ita aliquã ciuitatẽ fore:tñ nos videbis,solitudinẽ ciuiũ in vrbe:ẽt si plena sit hoium,vt ꝓpheticũ illud.Q̃uo sedet sola ciuitas plena populo,ad intelligentiã huius loci faciat.⸿Sed ego vaticinor.i.diuino fortassis.i.vt diuinãtes vana cõiectura futura hæc dico, & hæc oia habebũt meliores exitus.⸿Recordor.n.desperationes eoꝝ qui erant senes me adulescẽte.i.cũ essem adulescẽs:tpe forte Syllano & Mariano,ego imitor fortasse nũc eos: & vtor vitio ætatis.s.senilis,q̃ ꝙ parum hẽt sanguinis meticulosa est.⸿Velim ita sit:vt.s.vitio ætatis hęc licet nõ euẽtura,metuũt.⸿Sed tñ &c.locus hic sane obscurus est, & ꝑ metaphorã itelligẽdus:intelligitur aũt dupliciter:nã alii texi a tego deducũt,alii a texto, & prio res apio legunt,posteriores Appio:prioꝝ sensus est.⸿Sed ego texi.i.operui togã prætextã,id est vestẽ triũphalẽ apio, id est herba illa,q̃ triũphantes olim vtebanť:vñ ille.Est apium dictũ ꝙ apex hoc ferre solebat Victoris,vetereꝝ fieret dũ more triũphãs.q.d.Cicero,ego paro iam mihi apparatũ triũphalẽ:prius.n.dixerat se sperare triũphũ.Vbertinus quidẽ legit apio, & texi a tego præteritũ,sed in alio sensu,vt sit apio,id est amaritudine:est enim herba amara: sed id non placet:quia se ridere,cum hæc diceret,fateť,puto te audisse.s.ꝙ texerim ꝓtextam apio.Posterioꝝ sensus est.⸿Sed puto:te audisse togam prætextã:id est vestẽ triũphalem:texi.i.operi textorio fieri:Appio.s.Pulchro,hoc est sperandũ esse:ꝙ ille triũphum obtinebit in ea calamitate tẽpoꝝ:quod ꝑ irrisionẽ dicit:cum sciat illũ id frustra sperare.⸿Nam Curtius nc̃ stet cogitat.i.pretendit obtinere.i.dibaphũ.i.vestẽ purpurę bis vinctę.nam δὶς dis dť bis, & βαπτω tingo.Vbertinus mi intelligit,ꝙ Curtius vtriusq; partis eẽ velit, & ita ab vtraq; purpurã expectet,ego mallem de vtriusq; vana spe in obtinendo triumpho intelligere,sed infector.i.tinctor grçce βαπτος, moratur, id est tenet in mora eum,scilicet Curtium, quo minus haberet dibaphum.⸿Ego aspersi hæc scilicet de Appio & Curtio:vt scires me tamen,i.tametsi:in stomacho .i.cum bili, & indignatione sũma:solere ridere.⸿Quod scripsi de Dolabella suadeo videas.i.prospicias:tanquã si tua res agatur.⸿Illud erit extremum.s.huius epistolæ, videlicet ꝙ nos nihil faciemus turbulenter,nihil temere: tñ nos oramus te,in quibuscunq; terris erimus:vt tueare nos, & liberos nostros:ita vt amicitia nostra, & fides tua postulabit. Vale.

HVBER.

Stator

Literas:epistolam.⸿A te:nomine tuo, vel literas a te:id est literas tuas,vt si dicã:hæc snia est ab Aristotele,pro est snia Aristotelis.⸿Stator:is dicit,q apud magistratum assidue est a crebra statione,ponitur pro satellite & apparitore:qui reos in ius vel in carcerem ducit:quispiam igitur stator Caninii reddiderat eius literas Cic.⸿Tharsi:Ciliciæ metropolis:quam Perseus Danaes proles nobilissima locauit.hanc Cydnus fluuius interfluit : fuitq; Pauli apostoli patria.⸿His:literis tuis.⸿Ordine: particulatim:vt omnia soluam,quæ me petiuisti.⸿De successore:prima respõsio:cupiebat enim scire Caninius vtrum esset venturus successor Ciceroni. ⸿Quin discedam:vt non discedam. ⸿Ad diem:statutam.s.mihi ad hanc prouincialem administrationem ad finem anni.⸿Metu Parthorum:quẽ de Parthis habebamus.⸿Sublato:amoto:quia transierunt in prouinciã suam,postquam a nobis multas acceperunt clades.⸿Com-

15

M.T.C. Imp.Caninio Sallustio Proquæs. S.P.D.

Literas a te mihi stator tuus reddidit Tharsi ad sextũdecimũ Calen.sextileis. His ego ordine, vt videtis velle,respõdebo. De successore meo nihil audiui: nec quẽquã fore arbitror. Quin ad diem decedam,nulla causa est,prę sertim sublato metu Parthico. Commoraturũ me nusquam sane arbitror. Rhodum Ciceronũ causa puerorum:accessurũ puto.neq; id tamen certũ est. Ad vrbẽ velim q̃primũ venire:sed tñ iter meũ R. P. & rerum vrbanarũ rõ gubernabit. Successor tuus non põt ita maturare vllo mõ,vt tu me in Asia possis cõuenire.

Nusquam

Rhodos

moraturꝭ,cessaturꝭ,facturꝭ moram.⸿Nusquã.nullo loco:signãuit aũe in loco & ad locum,vt nusquam fui & nusq̃ vado. Hera.in sermo.Quæ nusq̃ prorepit. ⸿Rhodum ibi.n.erat filius Cic. & nepos,ideo dixit:causa Cice.pueroꝝ. Est autẽ Rhodos insula in mari Pamphylio vna ex Cycladibus:dicta,vt quidam volunt,ꝙ augurio capuli rosæ illic inuentę sit condita,nam ῥόδος græce rosa dicitur, Diodoro tñ placet dictam a Rhodo filia Neptuni a Ioue dilecta: vt Homerus cecinit,dť aũt & vrbs & insula eodẽ nomine,sicut & Chios.⸿Certum est mihi:id est constitutum & deliberatum, vt accedam Rhodum.⸿Vrbem:Romam,per antonomasiã.⸿Ratio:reip.⸿Gubernabit iter:hoc est licet dixerim me nusquã commoraturũ, & venturum quãprimũ ad vrbem,tñ regam iter meum,vt videbitur interesse reipu.⸿Maturare:accelerare aduentum suũ.⸿Vt possis ꝯuenire me:quia ante discessero ex Asia.q̃ tuus successor venerit. cupiebat enim Caninius loqui cum Cic.sed non licebat ei discedere,nisi successor eius prius venisset,quem in dies expectabat.

ASCEN.

Literas &c.Scribitur hæc epistola ad Caniniũ Sallustiũ e Cilicia,vnde in epistolaꝝ collectione non habitus est respectus tempoꝝ:sed personaꝝ,ad quos missę sint,cum loco vnde missæ.Quia ergo e Cilicia fere missæ sunt huius secundi libri epistolæ,prius collegit Tyro quæ ad Curionem datæ sunt , deinde quæ ad Cœlium, tum treis ad alios datas,quæ tamen prius scriptæ erant quam superior. Nam superiorem a Cumano misit. Erat autem Caninius iste quæstor Bibuli,qui præerat Antiochiæ,qui ad Ciceronem duas miserat epistolas,vnam plenam variarum petitionum ad quas Cicero respondet,alteram qua petiit a Cicerone Bibulo prætori suo cõmendari,quod Cicero se facturũ dicit, sed vereri vt literæ suæ parum sint habituræ ponderis apud Bibulum.⸿Ordo est.Stator.i.minister,stare solitus, paratus ire quo eum miseris,reddidit mihi Tharsi,id est cum essem Tharsi ad.xvi.Calend.Sextilis, id est Augusti : literas, sup.datas aut scriptas a te.⸿Ego respondebo his ordine,id est ad singulas particulas,quo ordine scriptæ sunt, vt.i.quemadmodum,tu videris velle.⸿De successore meo.i.quod petiuisti de successore meo an haberem , & quis esset , ego nihil audiui,neque arbitror quenquam fore.i.futurum esse, & tamen nulla causa est quin decedam ad diem.s.constitutam a senatu,præsertim metu parthico,id est de bello cum Parthis gerendo,sublato id est de medio lato, & amoto.⸿Ego arbitror sane,id est multum me commoraturum,id est tracturum moram, nusquam id est in nullo loco.⸿Puto,sup. me accessurum Rhodum ad vrbem aut insulam illam in mari Pamphylio, vnam ex Cycladibus,causa Ciceronum pueroꝝ.i. filii & nepotis,qui illic erant, neq; tamen certum,sup.est id, volo venire q̃primum.i. valde cito,ad vrbem.i.Romam . ⸿Sed tum ratio:id est qualitas & status reip. & rerum vrbanarum gubernabit iter meum.⸿Successor tuus.i.qui tibi succedet: non potest vllo modo maturare.i.accelerare,sup.iter suum:ita vt tu possis conuenire me in Asia.

⸿De rationibus

HVBER.

¶ DE rōnibus.ad aliam partē rñdet:quia ꝯsulerat Caninius Ciceronē vtrum ꝯsuleret reddendā rōnem pecuniæ: quia erat quæstor,cū Bibulus p̄tor faceret ei ptātem,vellet ne referre an nō.Itaq; ꝯsulit Cic.ne redderet rōnē vllā,si possit:licet dicat eū cogi ad referendū p legē Iuliā:quā & si Bibulus nō vult seruare:dicit tñ seruandā eē Caninio.¶ Referēdis.reddēdis rōnibus pecuniæ,& administrationis ꝓuinciē.¶ Incōmodū tibi,i.ptore.i.tibi erat valde vtile.¶ Quā p.arbitriū.s.nō reddendi.¶ A Bibulo p̄tore tuo.¶ Id.s.vt nullā referas rōnē.¶ Legē iuliā.quā tulerat Iulius Cæsa.q̄ q̄stores & cæteros magistratus rōnē administratæ ꝓuinciæ reddere,iubet.¶ Quā:legē Iuliā.¶ Bibulus:quasi per cōtemptū eū sæpius noiat.

De rationibus referendis nō erat incōmodū te nullā referre:quā tibi scribis a Bibulo fieri potestatē,sed id vix mihi videris per legem Iuliam facere posse,quam Bibulus certa quadā ratione non seruat:tibi magnopere seruandā censeo.Quod scribis Apamea p̄sidiū deduci non oportuisse:videbā idē cęteros existimare:molesteq; ferebā,de ea re minus cōmodos sermones maleuolorum fuisse. Parthi transierint,nec'ne ꝑpter me,video dubitare neminē.Itaq; oīa præsidia,q̄ magna,& firma parauetam,commotus hominū non dubio sermone dimisi,Rōnes mei Quæs.nec verū fuit me tibi mittere,nec tum erant confectę.eas nos Apameæ deponere cogitabamus.De præda mea præter Quæs.urba,id est P.R.teruciū nec attigit.nec tacturus ē quisq̄.Laodiceæ me prædes accepturū arbitror oīs pecuniæ publicæ, vt mihi, & populo cautum sit sine vecturæ piculo.Qd' scribis ad me de drachmis.ccclii.nihil est,qd' in isto genere cuiq̄ possim commodare.oīs,n.pecūia ita tractatur,vt præda a pręfectis:quæ autem mihi attributa est a Quæstore curetur.

¶ Certa rōne:pp veteres inimicitias, quæ sibi fuerant,olim cū Cæsare in ꝯsulatu:vt declarauimus libro.i.in epistola longa.¶ Tibi qui es quæstor:& q fortasse nō habebis eam executionē,quā habebit Bibul⁹.¶ Apamea:vrbs est Asiæ:in quā Antiochus Soter hoies transtulit ex Celinis,& vrbē appellauit de noie matris Apameæ: author est Strabo lib.xii.& Solinus,ex ea vrbe remouerat Cic.p̄sidia sublato iam,vt supra dixit,metu Parthico,qd Caninius nō probauit,& multi alii eā de re Cic.imprudētiæ arguebāt,qd' vrbē immunitā reliquisset,quos sermones sibi molestos esse dicit. ¶ Præsidium:milites quos ad tutelam loci in ea vrbe posuerā.Nam subsidiū dicit̄ qd' datur laborātibus,& post periculū.¶ Deduci,remoueri.¶ Non oportuisse.nō decuisse,neq; vtile fuisse.¶ Idē:qd' tu.s.nō oportuisse.¶ Min⁹ cōmodos.i.nō honestos,nec mites.¶ Ea de re.de deductione p̄sidii.¶ Trāsierint:in ꝓuinciā suā.¶ Præter: te quia cæteris oibus est certissimū.¶ Omnia p̄sidia:quæ nō solū Apameæ,sed vbiq; erant.¶ Cōmotus:adductus.¶ Non dubio: certissimo.¶ Firma:valida,& robusta.¶ Dimisi: deduxi ex locis vbi erant,& a me dimisi.Dimittere.n.ad multitudinē & maxime ad milites ptinet.Teren.in Eunucho. Iam iube exercitū dimitti.¶ Rōnes.scripserat Caninius q intellexerat Ciceronē ad se mittere,rōnes sui quæstoris, quod Cic.negat esse verum,quia nec misit,nec potuisset mittere,cum nondum essent confectæ.¶ Eas:rōnes. ¶ Deponere: relinq̄re apud aliquem.¶ De præda.quā de Parthis victis sum adeptus,volebat aūt Caninius scire qd de ea actum esset.Itaq; dicit Cic.nihil a quoq̄ esse de ea tactū,nisi a quæstoribus populi Rom.¶ Vrbanos:quia erant & alii quæstores ꝓuinciales:sicut quæstor Cic.& Caninius quæstor Bibuli.Hi autem vrbani quæstores remissi a populo,acceperant partem prædæ,ideo declarat.¶ Præter quæstores.i.Populum Romanum,nam quod isti acceperant,nomine Populi Romani acceperant.¶ Triunciū:triuncius dicitur a tribus unciis,vt voluit Varro,eundē Festus appellat triūciū,eadem ratione,q sit trium vnciarum,est enim genus numi.¶ Laodiceæ:vrbs est Antiochiæ. ¶ Prædes:fideiussores,dñt tñ proprie ſm Asconiū Pedianum,prædes satisdatores locupletes pro re,de qua apud iudices lis est:ne interea qui tenet diffidēs causæ possessionem deteriorem faciat,tecta dissipet,excidat arbores,& culta deserat.Festus aūt dicit q præs est is qui populo se obligat,& interrogatus a magistratu si præs sit,ille rñdet præs.Cautū sit mihi vt tutus sim per ipsos fideiussores de pecunia publica.¶ Sine periculo vecturæ:vt possit tuto aduehi in Italiā sine periculo meo & P.R.quia p̄des tenentur ad oia pericula.¶ Quod.s.cōiicimus Caniniū petiuisse mutuo a Cic.quingentas drachmas,cui rñdet. se nō posse mutuare,qa illa p̄da nō sit in potestate sua,sed eorū,qui a P.R.essent p̄fecti illi pecuniæ.¶ Drachma: δραχμὴ p pondere poniť,& ꝯstat ex decē & octo siliqs,vel tribus scrupulis.Idem ēt sentit Priscianus,& dicit octo drachmis vnciam confici,significat ēt genus monetæ,eadē rōne,quam diximus de pondere,qa oēs monetæ ponderabanť,a plerisq; latinis scribitur p g'dragma.¶ In isto ge.pecuniaꝝ publicaꝝ.¶ Cōmodare:notandū verbū improprie positū,nam cōmodantur,q̄ redduňt eadē numero & spē,vt vestis,equus,liber.Mutuanť ea quæ non redduňt eadē numero,sed specie:vt vinum,frumētū,numi.Interdū tñ cōmodare poniť simpliciter pro eo qd est cōmodum,& vtile facere & gratificari: sicut cōtra incōmodare p molestū esse & nocere.Ter.i Andr.Magis adeo vt mihi incōmodet,quā vt obsequať Gnato.Itaq; forsan nō absurde hoc in loco accipieť commodare pro cōmodum facere gratificari & inseruire.¶ Vt præda.tanquā prę da.quæ non mea est,sed publica.¶ A præfectis.ab iis,qui præsunt ipsi pecuniæ.¶ Attributa est mihi pro portione mea mihi assignata & data.¶ Curatur:administratur.¶ A quæstore:qui est mihi datus a Populo Romano.

Apamea.

Dimittere

Triunciū

Præs

Drachma

Cōmodo

Mutuo

Incommodo

ASCEN.

¶ DE rōnibus.i.cōputis,vt dñt,referēdis.i.reddēdis de q̄stura,corā deputatis & p̄tore,nō erat incōmodū.s.tibi,nullā.s.rōnē,referre,quā ptātē.s.nō referēdi rōnem,vt scribis fieri tibi a Bibulo.s.p̄tore tuo.¶ Sed tu vix videris posse id facere,p legē iuliā,q iubet vnūquēq; rōnem magistratus a se gesti & p̄cipue q̄sturæ referre debere.quam.s.legem Bibulus nō seruat quadā rōne certa.s.sibi,ego censeo seruandā tibi magnopere.¶ Quod scribis non oportuisse p̄sidiū.i.illud militū,qd' erat impositū,vrbē defendat ab hostibus,& in fide teneat,deduci Apamea.ab ea vrbe Asiæ.¶ Ego videbā cæteros existimare.i.censere,idē,& ferebā moleste sermones maleuoloꝝ fuisse minus cōmodos de ea re.i.de abductione p̄sidii.¶ Ne.i.an,Parthi trāsierint.s.in ꝓuinciā nrām,necne.i.an nō,video neminē dubitare p̄ter te,qa oēs sciunt q non.¶ Itaq; ego cōmotus nō dubio sermone hoium dimisi oia p̄sidia.s.vrbiū,quæ parauerā magna & firma:nec fuit verum me mittere.i.q mitterē tibi rōnes.i.cōputos,quæstoris mei,nec erant ꝯfectæ tum.i.tūc,cum eas diceret mittere.¶ Nos cogitabamus,deponere.i.relinquere quasi deposito apud aliquē Apameæ.¶ Quisq̄ p̄ter q̄stores vrbanos.i.vrbis Romę,i.Pop.Rom.nec attigit,nec tracturus est de p̄da mea:triunciū.i.valorē triū vnciarū æris.¶ Ego arbitror me accepturū Laodiceæ,quæ vrbs Antiochiæ est,prædes.i.fideiussores oīs pecuniæ publicæ,hoc est q̄ ad ærarium Ro.pertinet,vt cautum.i.caute ꝓspectū sit,& Populo.s.Romano:sine periculo vecturæ.i.qd' est in vehendo per regiones,vnde inuenti sunt quos bancarios vocāt.¶ Quod tu scribis ad me de.D.i.quingentis,alii tñ.ccclii.habent drachmis.i.ponderib⁹ æris constātibus octodecim siliquis vel tribus scrupulis.s.tibi mutuo dandis,nihil est quod possim cōmodare.i.cōmodum facere aut præstare cuiquam in isto genere:scilicet officii. ¶ Omnis enim pecunia tractatur ita præfectis.¶ Vt p̄da,autem.i.sed,ea pecunia,quæ est attributa mihi,curatur a quæstore.i.est in manu quæstoris.

HVBER. QVOD quæris ad aliam partem. Decretæ. in Syriam: quæ in Syriam mitti debebant. Antea: superioribus diebus priusq̃ Parthi transirent. Nunc: sensus est, nunc certus sum q̃ oino non venient, si modo anteq̃ discedant ex Italia auditum fuerit Syriam esse pacatam, & sine periculo pp discessum Parthorum. Quin non. s. u. quin omnino non veniat. Si ante. s. q̃ discedant ex Italia. Ocium: pacem. Successorē: tuum. Iret veniret. Cum legionibus: quas si duxerit non ita properare poterit: sicut si solus veniret: solutus cura exercitus regendi. Petis: incipit respondere secūdæ epistolæ. Bibulo: prætori. Syriæ siue Antiochiæ: nam vtroq; nomine eadem prouincia appellatur. In quo: vt cōmendem te. Voluntas: quia libēter facio. Expostulandi: querendi de te, & te accusandi. Locus: occasio, tempus. Ex oibus. qui erant apud Bibulū, a quibus factus sum certior de eius erga me aio: a te solo nihil vnq̃ mihi scriptū est. Abhorreret a me. alienata & disiuncta esset. Sine cā. qa nulla re eū offenderā. Permulti: probat aptissimo & certissimo multorum testimonio: q̃ Bibulus a se abhorreret: nā iminente magno periculo Antiochiæ: cū multi dicerent virtute & exercitu Ciceronis posse ei prouinciæ facile subueniri: solebat dicere Bibulus se potius passurū quoduis malū & periculū, q̃ videri eguisse auxilio Cic. quod est argumentū magnæ alienationis animi & pessimæ volūtatis, nā in magnis periculis positi simus oino aio peruersissimo, solemus ab oibus vel inimicissimus auxilia libenter accipere, & neminē prius aspernari. Solitū. s. Bibulū: solitū aūt: quia nō semel, sed sæpius id dixisset. Quiduis: quodcūq; malū incōmodū. Quod. s. dictū Bibuli. Nō moleste: nō grauiter: idulgebā. n. tibi. Adductū: motū. Officio q̄storio: quod sub eo ptore gerebas, pp qd non ausus es id ad me scribere ne fortasse tibi illud officium eriperet. Tractarere: ab ipso Bibu. a quo te male tractari audiebam: licet tu nō auderes dicere q̃ ille de me dixisset. Ad Thermum. is ēt in Asia proprætor erat: vt ex sequenti epistola cognoscet. Præerat aūt ei parti Asiæ q̃ dicit Bithynia. Literam: non epistolā dicit, sed līam pro elemento ponit: vt est a. b. c. d. q. d. Cū ad Thermū, qui erat remotior, scriberet de bello, qd Parthi inferrent Ciliciæ, ne vnam quidem līam ad me misit: ad quem sciebat ptinere illud bellū, qa eram vicinior Parthis. Tm̄: hoc dicit, solum scripsit ad me de auguratu filii sui: quia res sua erat. filius. n. Bibuli volebat fieri augur, in quo quærebat fauorē Ciceronis, q̃ auguratum cū sūma gloria gesserat, & in eo magnā habebat authoritatem. In quo: in qua re. Misericordia: propter filiū eius: qui fortasse erat vir bonus, & oppugnabatur multis a quibusdā, ne auguratū assequeret. Ei. non ad eum, vt pleriq; oēs male arbitrant: sed pro eo, dicimus enim scripsi tibi līas pro prætura tua: hic enim tibi significat pro te. Scriberem: cōmendatitias literas. Offendor: lædor. i. non moleste fero. In me. esse maleuolum, quia puto esse ferendum in me: quod facit in alios omnes. A me. solum, & non ab aliis. Proderunt: quas accipiet ab eo, a quo sit alienus. Nam ad senatum. alias probationes eius, seu maleuolentiæ, seu alienationis animi adducit, quia cum scripsisset Bibulus ad senatum, quæ sibi coia essent cum Cicerone, sibi soli attribuebat, quæ erant ad laudem: quæ vero erant sua solius cōmunicabat cum Cicerone, qa ex eis aliquid reprehensionis merebatur: quæ autem ea sint, Cice. declarat. Se ait curasse. i. quod sibi soli attribuit, cū id esset sibi cōmune cum Cicerone. Pecunia: quam ex præda contraxi. Quæstu. lucro. Permutaretur vel in aliam pecuniam: quæ redderetur postea Romæ, vel in aliquas merces: quibus aliquod lucrū haberetur, vt interdū fieri solet: quod cum fuisset consiliū tā Cic. q̃ Bibuli: Bibulus tamen sibi soli attribuebat.

Quod. quæris qd existimē de legionibus, quæ decretæ sunt in Syriam: antea dubitabā, venturę ne essent: nunc mihi non est dubium, quin, si antea auditū erit, ocium esse in Syria, venturæ non sint. Marium quidē successorem tarde video esse venturū, propterea q̃ senatus ita decreuit, vt cum legionibus iret. Vni epistolæ respōdi. venio ad alterā. Petis a me, vt Bibulo te q̃ diligentissime cōmendem. in quo mihi voluntas nō deest: sed locus videtur esse tecum expostulandi. solus enim tu ex omnibus, qui cū Bibulo sunt, certiorē me nūquā fecisti, q̃ valde Bibuli volūtas a me sine causa abhorreret. permulti enim ad me detulerunt: cū magnus Antiochiæ metus esset, & magna spes ī me, atq; ī exercitu meo, solitum dicere, quiduis se ppetimalle, quā videri eguisse auxilio meo. quod ego officio quæstorio te adductū, reticere de Præt. tuo nō moleste ferebam: quāquā, queadmodū tractarere, audiebā. ille autem, cum ad Thermū de Parthico bello scriberet ad me, litteram nunquā misit: ad quē itelligebāt eius belli periculum pertinere. tantū de auguratu filii sui scripsit ad me. in quo ego misericordia commotus, ac q̃ semper amicissimus Bibulo fui, dedi operam, vt ei quam humanissime scriberem. ille si omnibus est maleuolus, quod nunquā existimaui: minus offendor in me sin a me est alienior: nihil tibi literæ meæ pderūt. nam ad senatum quas Bibulus literas misit, in iis, qd mihi cum illo erat commune, sibi soli attribuit. se ait curasse, vt cum quæstu populi pecunia pmutaretur.

ASCEN. QVOD q̃ris quid existimē de legionibus, q̃ decretæ sunt in Syriā: ego dubitabā antea, ne pan: venturæ sint: nunc nō est dubiū mihi qn si auditū erit antea: ocium. s. cessationē a bello: eo q̃ Parti abierunt, esse in Syria, legiones. sup. venturæ nō sint. Ego video qdē Mariū, hoiem illius ætatis, successorē. i. qui debeat succedere aut ptori aut tibi, eē vēturum tarde, ppea qd senatus decreuit ita, vt iret. s. in puinciā cum legionibus. i. certorū numerorū copiis. Ego rñdi vni epistolæ. s. tuæ: venio ad alterā. Petis a me vt cōmendē q̃ diligētissime, Bibulo. s. ptori tuo, te: in quo. s. negocio voluntas nō deest mihi, sed locus expostulandi. s. agendi de iniuriis aut querelandi tecum, vt esse supp. mihi. Tu enim solus es oibus, qui sunt cū Bibulo, nunq̃ fecisti me certiorē: q̃. i. q̃tum valde, volūtas Bibuli, abhorreret. i. aliena esset, & auersa a me sine cā. Permulti. n. detulerūt. i. occulte nūciauerunt mihi, cū magnus metus esset Antiochiæ, de aduētu Parthorū, atq; magna spes in me & in exercitu meo. Bibulū sup. solitū dicere se malle ppeti qduis. i. quodlibet incōmodū aut malū, q̃ videri eguisse auxilio meo. Quod. s. dictū Bibuli: ferebā nō moleste te adductū. i. ad hoc iductū, offō q̃storio. i. eo qd eēs q̄stor bibuli, & ita illi deuinctus, reticere de ptore tuo, q̃q̃ audiebā queadmodū. i. ad quē modū & formā: tu tractarere. i. tractareris a Bibulo. q. d. miseris modis. Aūt. i. sed. ille. s. Bibulus: cum scriberet ad Thermū, pptaerorē Asiæ seu Bithyniæ: de bello parthico, nunq̃ misit līas ad me: ad quē intelligebat periculū eius belli. s. Parthici: pertinere: eo q̃ Cilicia Antiochiæ ppinqor est q̃ Asia sup. Bibulus scripsit tm̄ ad me de auguratu filii sui. i. vt filius suus adoptaret in collegium augurū: quod sine Ciceronis assensu facere nō poterat: cū Cicero augur esset, in quo. s. facto aut filio eius, ego cōmotus misericordia, & q̃ fui semp amicissimus Bibulo: dedi operam vt scriberē ei q̃ humanissime. Si ille. s. Bibulus est maleuolus oibus, quod nunquā existimaui. i. iudicaui de eo: ego minus offendor in me. i. si est maleuolus in me. Sin aūt. i. sed, sup. est alienior a me q̃ a cæteris līæ meæ. s. cōmendatitiæ, nihil pderunt. Nā in iis literis, quas Bibulus misit ad senatum: ipse sup. attribuit sibi soli, quod erat mihi cōe cum illo. Nam ait se curasse vt pecunia populi. i. Romani, pmutaretur. i. daretur negociatoribus in prouincia: reciperetur alia Romæ: cum quæstu. i. cum lucro.

Quod

quod autem meum erat proprium, vt alariis transpadanis vti negarem: Id etiam populo se remisisse scribit. quod vero illius erat solius: id mecum communicat. equitibus auxillariis egere se inquit, cum amplius frumenti postularemus. Illud vero pusilli animi, & ipsa maleuolentia ieiuni, atq; inanis, quod Ariobarzanem, quem Senatus per me Regẽ appellauit, mihiq; commendauit: iste in literis non Regem, sed Regis Ariobarzanis filium appellat. hoc animo qui sunt: deteriores fiunt rogari. sed tibi morem gessi. lras ad eum scripsi. quas cum acceperis, facies quod voles. Vale.

¶ Ex. xvi. Epistola: Literas a te mihi Stator.

Nec quicquam fore arbitror, quin ad diem dis:edam, nulla causa est, præsertim summoto metu Parthico. De rationibus referendis non erat incommodum te nullam referre, quam tibi scis a Bibulo fieri potestatem, Itaq; omnia præsidia, quæ & magna & firma parauetam, commotus hominum non dubio sermone dimisi. Rationes mei quæstoris nec verum fuit me tibi mittere, neq; tamen erant confectę. Laodiceæ me prædas accepturum arbitror omnis pecuniæ. Vt præda a præfectis, quæ haud mihi attributa est, a quæstore curetur. Marium quidem successorem tandem video esse venturum. Solus enim tu ex omnibus, qui cum Bibulo sunt, certiorem me nūquam fecisti. Quod nūquam existimaui, minus offendit me. Sin autem a me est alienior. Literas ad eum scripsi, quas cum acceperis, facies vt voles.

HVBER.

¶ QVOD autem. ecce peruersi animi iudicium, qui sibi soli attribuebat, quod erat ei commune cum Cicerone, & quod esset proprium ipsius Ciceronis: sibi quoq; ascriberet. Id autem hoc erat, nam cum haberet Cicero in Cilicia milites italos ad tuendam prouinciam missos: ea pacata discessu Parthorum: Cicero milites dimittendos censuit: vt Populum Romanum eius stipendii impensa leuaret, cuius rei cum Bibulus ne conscius quidem fuisset: scripsit ad senatum se quoq; milites illos censuisse dimittendos, vt vsurparet Ciceronis de ea re commendationis partem. ¶ Proprium. non alius cuiusquã scilicet vt. ¶ Negarem vti. vt dicerem me nolle vti. ¶ Alariis, equitibus, qui alarii dicuntur: q vice alarum pedites tegant, Militaria autem vocabula: vt voluit Aulus Gellius: tradita sunt ab ipsis rebus: quæ ita nominantur proprie, quarum rerum in acie instruenda sui cuiusq; vocabuli imagines ostenduntur. Sunt autem fere hæc quibus instructa certo modo acies appellari solet. Frons, subsidia: cuneus: orbis: globus, forfices. serra, alæ, turres: cornu. Et, item quædam alia inuenire est in libris eorum: qui de militari disciplina scripserũt. ¶ Transpadanis. Longobardis vltra Padum habitantibus. ¶ Id etiam. sicut ego, cum nihil omnino sciret. ¶ Populo. vt eius gratiam hoc facto quærat. ¶ Quod vero erat solius. quod ipse solus fecerat me insciente mecum communicat, & quod hoc sit declarat. s. equitibus auxiliaris: hęc sunt verba. Bibuli: quæ scripserat ad senatum & Populum Romanum, cum enim peteret plus frumenti a Populo Romano pro victu equitum: qui erant in Asia a sociis in auxilium missi, immiscuit Ciceronem, qui nihil petebat, quoniam satis prouiderat suis. Bibulus autem scribebat in plurali numero. ¶ Postularemus. quasi dicat ego & Cicero, est autem oratio imperfecta, cuius pars tantummodo posita est ad indicandum maleuolentiam Bibuli: qui Ciceronem admisceret ei rei: cuius omnino esset ignarus, debuerat enim dicere cum postularem. ¶ Illud vero, aliud euidentissimum argumentum maioris maleuolentię: q Ariobarzanem literis suis dedignatus est appellare regem, quia senatus cum opera & suffragio Cic. regem appellasset: & ipsum Ciceronem commendasset. Ariobarzanem Rex Cappadocum: quem senatus Romanus regem appellauit: commendauitq; Cicero, vt eius regnum salutemq; defenderet: vt optime apparet libro decimoquinto huius voluminis in epistolis ad Marcum Catonem & Senatum, nunc Bibulus ob maleuolentiam in Ciceronem in literis, quas ad senatum scripsit, vbi opus erat eum nominare, noluit regem appellare, ne videretur Cicero. honorare: cuius causa fuerat a Senatu Rex appellatus. ¶ Pusilli animi parui: & minuti & vilis animi, id enim faciebat. vt vlcisceretur odium & maleuolentiam suam in Cice. vindicta autem delectari pusilli animi est. Iuuenalis. Quippe minuti semper & infirmi est animi exiguiq; voluptas Vltio. ¶ Ieiuni & inanis. insatiabilis, inexplicabilis: tractũ a ieiuno & a vacuo & esurienti stomacho, qui non facile satiatur cibo, ita & animus iniquus non facile expletur maleuolentia. Iuuenalis Satyra penultima. Hinc ieiunum odium. ¶ Per me: opera mea. ¶ Commendauit, vt eius quasi patronus essem, & salutem regnũq; tuerer. ¶ Iste. Bibulus. ad contemptum autem dixit iste. quasi iniquus & maleuolus: qui dedignatus est quod Senatus est dignatus. s. appellare eum regem. ¶ Ariobarzanis, nam & pater eodem nomine appellabatur. ¶ Hoc animo. talis: tam malo & peruerso. ¶ Fiunt deteriores. fiunt peiores. ¶ Rogati. s. ab aliquo, cum quispiam rogauerit eos, ordo, qui sunt hoc animo quo est Bibulus rogati fiunt deteriores. ¶ Sed. q. d. licet sit tam malo animo, vt rogatus a me videatur futurus deterior. ¶ Sed tibi morem gessi. obsecutus sum tibi, quia te ei commendaui. ¶ Literas. commendaticias pro te. ¶ Quas literas, misit enim eas Ci. ad ipsum Caninium. ¶ Quod voles. vel reddes ei vel omittes, vt tibi faciendum videbitur.

ASCEN

¶ AVTEM, id est sed, ipse scribit se remisisse. i. relaxasse, tanquam onus, populo, scilicet Romano, id quod erat meum proprium id est meo solius consilio & adiutorio factum, vt scilicet negarem vti alariis, scilicet militibus in alis. i. cornicibus aciei locandis, transpadanis, id est sumendis ex populo transpadum incolenti, vt sunt Patauini Heneti &c. ¶ Vero pro sed, ipse communicat mecum. i. mihi etiam attribuit, id quod erat illius solius, scilicet consilio aut opera factum, inquit enim in epistola ad senatum, cum postularemus equitibus, id est pro equitibus auxiliariis: amplius. i. plusquam, frumenti & cætera, id autem Cicero pro suis non postulauerat. ¶ Illud vero, quod sequitur, supple fuit animi pusilli & ieiuni, id est sterilis & infœcundi, quantum ad liberale facinus, ipsa maleuolentia, id est propter maleuolentiam ipsam: quod quia senatus appellauit Ariobarzanem per me, id est suasu meo: regem scilicet Cappadocum: commendauit mihi eum: scilicet tutandum, iste, scilicet vilis: quia maleuolus & turpiter agens, videlicet Bibulus, appellat in literis suis non regem, sed filium regis, quia pater eius etiam Ariobarzanes nomine Rex fuerat. ¶ Ii, supple qui sunt hoc, id est huiusmodi animo: scilicet tam maleuolo: fiunt deteriores, id est adhuc minus boni, rogati, id est si rogentur, sed ego gessi morem, id est obsecutus sum tibi, scripsi; literas ad eum, quas cum acceperis, facias quod voles, id est aut dabis: aut retinebis eas.

HVBER. Officium Scribit Ci. ad Thermũ ꝑtorem siue pconsulem Bithiniæ: q scripserat ad Cic. sibi grata fuisse officia, q̃ in Rhodonẽ cõtulisset, & ea ẽt q̃ in ipm Thermũ & cæteros ꝑstitisset, quare dicit se vehemẽter gaudere. Deinde q ad decessuro Thermo ex pnincia cõtedebat q̃stor eius cũ legatis ut potius ipse ꝑponeret q̃ ipsi legati, & Thermus magis videbat̃ inclinari ad legatos ꝑficiendos, hortat̃ Ci. ne hoc faciat: ne irritet aĩum ipsius q̃storis nobilissimi probatq̃ interesse & vtilitatis & honoris Thermi pponere ipm q̃storem legatis, qs aũt fuerit hic q̃stor, neq̃ Cic. hic dicit, neq̃ adhuc mihi est cõpertũ. Rhodonẽ. hũc intelligimus fuisse amicũ quẽpiã, aut forte ẽt necessariũ Thermi. Officiũ. bñficiũ & ꝓpẽsã humanitatem. Studia. fauores. Indies. dietim: sed hoc minus est in vsu, non incõgruũ tñ. Dignitatẽ authoritatẽ. Integritate. cõtinentia, cõtra auaritiã. Clemẽtia. mansuetudine, & est cõtraria iræ, remittit aũt clementia de eo qđ posset q̃ppiã de iure pseq & punire. Sed mihi. dat ei consiliũ, vt ꝑponat potius quæstorem pnnciæ q̃ legatos, & reddit rõnem sui consilii. Rõnibus. negociis & vtilitatibus tuis. Aristoni. is a Thermo ad Cice. missus fuerat de hac re, cui Cic. dedit hoc idem consiliũ: qđ nũc dat Thermo per lras, qđ graues esset suscepturus inimicitias: si legatis quæstorem præponeret. Quod ostendit. quod declarauit. Vt. postq̃. Ignominia. iniuria, dedecore. Ignominia (authore Nonio) dicuntur nois nota. Potens. rebus & amicis. Et hercle. affirmatio sententiæ suæ. Hẽs. n. rõ quare erit ignominia. Superiorem. maiorem. Gradu honoris. quia apud prætorem maior dignitas erat quæstura: æquum autem erat eum præponi, q honore esset superior, vt visum est supra in epistola quæ incipit. Non potuit accuratius.

Clemẽtia.

Ignominia

M. T. C. Imp. Q. Thermo Proprat. S. P. D.

Officium meum erga Rhodonem, cæteraq; mea studia, quæ tibi, ac tuis præstiti, tibi homini gratissimo grata esse vehementer gaudeo: mihiq; scito in dies maiori curæ esse dignitatem tuam: quæ quidem a teipso, integritate, & clementia tua sic amplificata est, vt nihil addi posse videat̃. Sed mihi magis, magisq; quotidie de rationibus tuis cogitanti placet illud meum consilium, qđ initio Aristoni nr̃o, vt ad me venit, ostendi: graueis te susceptur ũ inimicitias, si adolescens potens, & nobilis a te ignominia affectus esset. & hercle sine dubio erit ignominia. habes enim neminem honoris gradu superiorem.

PHI. Officium meum. Vale iucundũ est, cum qs officium in quempiam confert: vt illud accipiendi gratum esse cognoscat. Hinc est illud Terentiani. Sosiæ dictum gaudeo siquid feci aut faciam, quod placeat Simo, & id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam. Eodem modo tunc Cic. qui in Thermũ, & Rhodonem eius beneficia contulit, illa Thermo grata fuisse vehementer gaudet, erat aũt Thermus ppꝛætor in Hellesponto, & de prouincia discessurus, & quẽnam in pnincia suo loco dimitteret, agitabat. Contentio erat inter quæstorem eius & legatos maxima: cum quisq; ipsorum Thermi loco relinqui conaret̃. Thermus aũt magis assentiri legatis: q̃ q̃stori videbat̃, vñ has Ci. ad eum lras perferendas cui Aristoni? eũ vehementer hortat̃, & multis rõnibus probat, vt velit q̃storẽ suũ legatis anteferre. Sed priusq̃ hanc eplam explicemus: pauca de hoc magr̃atu dicamus. Prætorũ tria esse gña diximus, cũ de honoribus publicis: tractaremus, vrbanum, pegrinũ & pnnciale. Prouinciales aũt ad gubernãdas: tutandasq; pnncias cũ exercitu legebant̃, q & ppꝛætores dicebant, q̃storesq; secũ ducebant, & legatos, & tot proprætores creabant̃, quot vrbes in deditionem P. R. deuenerant. Vrbani vero ꝑtores ibi ꝑsidebant, apud quos ius omne & publicũ, & priuatũ erat. Et eorũ qđ̃ tanta erat authoritas, vt ob honorũ ius, qđ ab ipsis ferebat̃, honorariũ diceret̃ ac noui ius cõdere, & vetera abrogare poterãt, & cõsularem ppemodũ dignitate obtinebãt. Lictores tñ sex dũtaxat habebãt. Sed cũ Paulus Aemilius in Hispaniã ꝑtor ꝓficisceret̃. xii. lictores secũ duxisse a Pop. Rom. cõcessos inuenio. Trabea item ipsius erat & curulis sella, & cũ ipsi abessent ꝑfectus vrbis constituebatur eorũ loco, & post tribunorũ militũ dignitatẽ fuerũt bellica tẽpestate instituti pp grauissimũ onus, qđ cõsules sustinebant. Peregrini postremũ additi vrbanis ꝑtoribus fuerant, cũ admodũ impediti essent, rebusq; gerundis satisfacere nequissent, q pegrinos audirent. Prætores vero rõ appellati, q ppꝛo ꝑirent. Id Lucilius, quẽ Varro testat̃, ait. Ergo ꝑtorẽ est ante & ꝑire & eodem auspicio creabant̃, quo cõsules, hinc & consulũ collegas fuisse dicebant. Officiũ. nũc beneficiũ. Rhodonem. fortorẽ Thermi. Pr̨stiti. accommodaui ad id faciendũ, qđ petit. Sed huius verbis significatio peculiaria est melius esse. Item excellere: vñ dr̃ ꝑstantia excellẽtia. Hi vero loci pleni sunt oẽs beneuolẽtia, vt auditorẽ alliciant. In dies. hoc est quotidie. Verũ indies, & indiẽ, & quotidie differũt. Indies. n. vt plurimũ cum comparatiuo iūgimus, & αὔξησιν hẽt: vt hoc loco: indies maiori curæ. Etiam sine cõparatiuo, sed sua cũ αὐξήσει. Indiẽ vero multi duntaxat in ꝑnti die rõnẽ accipiũt, & cũ hoc verbo viuo, vt plurimũ coniungi volũt. Sic Fabius, non vt feræ: volucres ꝑntis mõt pis memores indiẽ viuũt. Verũ ego in longi tpis rõnem Terentianã Pythiã accepisse intelligo, cũ ait. Credo, sed indiẽ istud Parmeno fortasse qđ minitaris: tu iam pendebis. Eodem mõ in horas, & in horã dicimus. Quotidie vero tam cũ αὐξήσει q̃ sine αὐξήσει dici potest, vnde ex elegantia sermonis quotidie lego dicimus, indies lego non dicimus, & cũ cõparatiuo, vt paulopost. Mihi magis magisq; quotidie de rõnibus tuis cogitanti. Dignitatẽ ꝑturã in hellesponto. Quod aũt ibi magr̃atũ gessisset, alræ nobis ad eũ lræ significauerũt. Oia (inqt) tibi commendo negocia eius, q̃ sunt in Hellesponto & alibi. Siqd hẽbit cũ aliquo Hellesponto controuersiæ, vt in illã administrationem reiicias. Integritate & clementia. de his ẽt alia in epl̃a. Sed tñ cũ me non fugiat q̃ta sit in ꝑtore authoritas, ꝑsertim ista integritate: grauitate & clementia: qua te esse in oĩs constat. Sed mihi cõsiliũ summa petit: vt q̃storem relinq̃t in pnincia suo loco non legatos. Rõnibus. de rebus ad tempu. ptinentibus, & honorem, & salutem tuã. Aristoni. is. n. ad Ciceronem pro hoc negocio a Thermo missus fuit, & idem dedit illi consilium, qđ nunc dat Thermo. Grauissimas. s. inimicitias susceptuꝝ: si legatos q̃stori ꝑponeret. Inimicitias. Caue dicas inimicitiã numero singulari. Nusq̃. n. inimicitiã leges, nisi apud Enniũ, qui sic hẽt. Ego eo ingenio natus sum, amicitiã, atq; inimicitiã in fronte ꝓmptã gero. Adolescens. q̃storem dicit. Ignominia affectus. si tu de pnincia discessurus alterũ relinqueris, q̃ quæstorem tuũ. Ignominia. iniuria, est. n. hæc nois nota: atq; macula. Hẽs. argumentum ab authoritate. Est rõ quare sit ignominia. Honoris gradu superiorem. qm̃ q̃stura pluris apud prætorem erat q̃ legatio. Thermus enim quæstorem habebat & legatos. Nam vice imperatoria quæstorea in exercitu ex decreto. P. R. fugebantur.

Prætores

Ius honorarium

Præsto

Pr̨stantia

Indies

Indiem

Quotidie

In horas

In horam

Inimicitię

Ignominia

ASCEN. Officiũ &c. Thermus ppꝛ̨tor seu pconsul Bithyniæ scripserat ad Ci. sibi eius offm̃ id Rhodonẽ gratũ fuisse, de quo se gaudere nunc dicit Cice. moneiq; ne legatos quæstori, ꝑsertim tam nobili & potenti ꝑferat. Ordo est. Ego gaudeo vehementer offm̃ meum erga Rhodonem. & cætera studia mea, quæ ꝑstiti tibi ac tuis. s. amicis esse grata tibi homini gratissimo, & scito dignitatem tuam esse mihi curę indies maiori, q̃ quidem dignitas tua amplificata est a te ipso: integritate & clementia tua sic: vt nihil videat̃ posse ad. s. ad eam. Sed illud meũ consilium, qđ ostendit Aristoni nr̃o. s. cõi amico, initio, vt. i. postq̃: venit ad me, placet mihi quotidie magis magisq;: videlicet te suscepturũ esse graueis. i. molestas tibi inimicitias: si adolescens. s. quæstor tuus, quem non noiat. potens & nobilis: affectu esset a te ignominia. s. in præferendis illi legatis & hercle erit ignominia sine dubio. Enim pro quia: tu neminem habes superiorem gradu honoris.

Ille autem

HVBER.

¶ILLE autem ostendit quare præponēdus sit legatis, qa præter nobilitatem familiæ suæ maximā:est etiam quęstor, neq; quæstor alterius:sed ipsius Thermi:ex quo magis adduci debet Thermo, vt ei faueat, & pponat prouinciæ. ¶Viros optimos. laudat legatos:vt magis laudet ipsum q̄storem:quem in oibus eis anteponit. ¶Hoc ipso. hac ipsa re, præcipue. ¶Quod:quia. ¶Et quæstor tuus. nam si quæstor cuiusuis esset, deberes tñ eum præponere, nunc multo magis:q̄ quæstor tuus est. ¶Nocere. Antipophora vtitur:dicit.n. quæ a Thermo possent obiici: q̄ paruifacit inimicitias ipsius quæstoris:quia nihil a quoquam ei nocere potest, ad quod sapienter respondet Cicero & caute innuit. q̄ si nūc nō posset nocere, posset tamen in futurum. ¶Sed tamen. scilicet licet videam neminem tibi posse nocere. ¶Tris fratres. habebat enim ille quæstor duos alios fratres viros præstantissimos:quos nunc Cicero metuendos esse dicit. ¶Summo loco. Illustri prosapia. extollit.n. animum, & audaciorē facit originis nobilitas. ¶Promptos. intrepidos, fortes. ¶Nō indisertos. Liptote, eloquentissimos. Prodest autem multum eloquentia ad cōciliandum fauorem populi, & hæc omnia posuit, vt deterreat Thermum ab eoꝝ inimicitiis. ¶Inimicos. quia b vnum ex ipsis læseris. ¶Iure. quia plerunq; aliq fiunt nobis inimici nullo iure:nulla nostra culpa:q̄ non est magnopere curandum:sed nunc timendum est cum iure facimus nobis inimicos. ¶Quos:fratres. ¶Deinceps:per ordinem. ¶Per triennium: per tres annos: quia alius succederet alii. Nam simul & eodem tempore tres fratres tribuni esse non poterant. ¶Fore:futuros. ¶Tribuni, vt habetur digestis de origine iuris a plebe creati sunt, qui essent plebei magistratus:iisdem temporibus cum plebs successisset:anno vero decimoseptimo post reges exactos dicti tribuni:quia tunc in tris partes populus diuisus erat: & ex singulis singuli creabantur:partes autem in quis populus esset diuisus erant Ramnenses Luceres & Tatienses. Tribuni autem plebei ex tribunis militum:vt voluit Varro, primum facti sunt, qui plebem defenderent in secessione crustumerina, acceperūt autē nomen tribu. mili. q̄ terni tribus tribubus Rhamnium:Lucertum, Tatiensium olim ad exercitum mittebantur:horum officium quando tribunoꝝ mentio incepta admonet, non videt̃ esse absurdū referre, vt & aliis locis possit hęc cognitio succurrere. Tribunorum igitur militariū officium, vt est digestis de re militari, vel eorum, qui exercitui præsunt, erat milites in castris cōtinere:ad exercitationem producere, claues portarum suscipere:vigilias interdum circuire, frumentationibus cōmilitonum interesse, frumentum præbere, mensuræ fraudem coercere:delicta ſm suam authoritatem his modis castigare:principiis frequenter interesse:querelas cōmilitonum audire:valetudinarios inspicere, officium regentis exercitum non tantum in danda, sed etiam obseruanda disciplina consistere. ¶Quis sit. q. d. nemo, qa quotidie aliqua innouantur. ¶Mihi. dicit indiciū suum. ¶Videntur:putantur. ¶Turbulenta:trista:plena pturbationis. ¶Incidere deuenire incurrere. ¶Terrores trib. vt timeas illos treis fratres futuros tribunos, quomā magna erat authoritas & potestas trib. ple. qui plerunq; populū quo vellent flecterent. ¶Cur velim. quare debeo velle:quasi dicat nulla est cā, cum & te diligā, & tu facile prouidere possis. ¶Præsertim. ostendit q̄uo possit prouidere. ¶Præsertim. q. d. hac præcipue existēte causa. ¶Cum pos. ante. cum possis præponere quæstorē legatis sine reprehensione cuiusq̄, qa quisq; scit id esse iustum & honestum. ¶Qui. quæstor. ¶Dignū ma. si imitatus fuerit maiores suos:& se pro fama illoꝝ gesserit. ¶Ex aliqua parte. quia ex vna parte erit laus eius:qui se bene gesserit, ex altera tua, qui eum ad aliam prouinciam erexeris.

Tribuni

Ille autem, ut omittam nobilitatem, hoc ipso vincit viros optimos, hominesq; innocētissimos legatos tuos: quod & Quæs. est, & Quæs. tuus. Nocere tibi iratū neminem posse perspicio:sed tamen treis fratres summo loco natos, promptos, non indisertos, te nolo habere inimicos, pſertim iure, quos video deinceps Trib. pl. per trienniū fore. Tempora autem R. P. qualia futura sint, qs scit? mihi quidē turbulenta vidētur fore. cur ego te velim incidere in terrores tribunitios? præsertim cum sine cuiusquā reprehensione, legatis quæstorē possis anteferre. qui si dignum se maioribus suis pbuerit (ut spero, & opto) tua laus ex aliq̄ pte fuerit.

PHI.

¶NObilitatem. raro sine adiuncto ponimus. Meson est. In laudē vergit:& in vituperationē, dicta quidē q̄i noscibilitas, & nobilis quasi noscibilis:vnde nobile scortū, nobilē latronē dicimus. Eiusdē sunt naturæ eximius & insignis: vñ meretricē insignē & eximiā appellamus. ¶Hoc ipso hac re qd̄ est quæstor. ¶Nocere Antipophora est. Rñdit.n. tacite obiectioni: quā Thermus facere potuisset, & dat ei ꝯsiliū:vt euitet inimicitias. ¶Perspicio:antiq spicio sine cōpositione dicebant hoc tpe sine cōpositione nō vtimur:& p qualitate ꝯiuncti signatione amplectitur. ¶Tres fratres. habebat.n. quæstor, eius fratres duos. Dictus frater, quasi fere alter, vñ Cic. de Q. fratre dixit. q̄ alteꝝ me reliqssem. Siue a lingua græcoꝝ antiqssima, αφρητορ q αδελφος hodie nuncupat̃. ¶Sūmo loco natos. dat his authoritatem & locū pro nobilitate generis capimus:alias argumētū significat extra notā eius nois significationē. ¶Promptos:diligētes: & strenuos. ¶Non indisertos. eloquētes, maximā.n. vim habet ad ꝯcitandum populū eloquentia. Dicitur.n. hæc oia ad perterrēdū Thermum. ne q̄stori suo legatos anteferat. ¶Per trienniū fore. qm̄ tres erant fratres, & quisq; per se tri. ple. futurus erat. Triplex est.n. in his quæ tps significant dicendi modus. Aut in accusatiuo sine ppositione. Teren. Tandē non ego illa caream si sit opus, vel totū triduū. Aut in ablatiuo sine ppositione. Cic. Paucis.n. diebus erā missurus domesticos tabellarios:aut in accusatiuo cū præpositione. Quintil. Post impetratā studiis meis quierē, q̄ p. xx. annos erudiēdis iuuenibus impēderā. ¶Turbulenta. Metaphora, videbat.n. Cæsarē & Pōpe. velle rēp. occupare. ¶Tribunitios. t. ex quo treis fratres dixit per triēniū tri. ple. futuros:& bene terrores dixit:maxima.n. erat tribunoꝝ authoritas, oia.n. decreta Senatus irrita habebant̃:nisi, p eos approbata fuissent. ¶Adde q̄. q. t. p. licet vocationē non haberent:vt inqr Varro:non modo priuatū, sed ēt ꝯsulē in rostra uocari iusserūt. Sed quare ius vocādi non hr̄ent:cū sūmā coercendi ptātem habuissent A. G. explicauit. Et alibi nos de tribunis locuti sum⁹. ¶Presertī. hac potissimū rōne. ¶Sine re. qm̄ iustū & honestū.

Nobilitas
Nobilis
Eximius
Insignis
Perspicio
Frater

ASCEN.

¶AVTEM. i. sed:ille. s. quęstor tuus, vt omittā. i. taceā nobilitatē eius, vicit hoc ipso:legatos tuos optimos, & hoies innocentissimos, q̄ est, &. i. simul q̄stor, &. i. simul q̄stor tuus. Quæstor aūt a cōquirēdo, & colligendo dictus est, q publica vectigalia recipiat, & stipendiū militibus ponit. ¶Ego pspicio:ne forte id dicat aut cogitet hoc addit. nemine iratū. i. licet sit iratus posse nocere tibi:sed tñ nolo te habere inimicos treis fratres natos summo loco. i. clarissimis natalibus prōptos. i. expeditos ad dicēdū & faciendū, non indisertos. i. nō imperitos artis dicendi, quos video. i. aiaduerto, fore deinceps. i. per ordinē tri. ple. p trienniū. ¶Autem. i. sed: licet nemo tibi his rebus stantibus nocere possit:qs scit qualia tempora sint resp. futura? quasi dicat nemo. ¶Quidē. i. certe, ea vident̃ mihi fore turbulēta, sicut maxime fuerunt, vt ex vltima epistola ad Cœlium ædilē, patuit, igit̃ cur. i. qua de causa. q. d. nulla iusta. ¶Ego velim te incidere in terrores tribunitios:quasi dicat licet nocere forte non poterunt:terrere tñ poterunt. ¶Præsertim cum possis anteferre legatis quæstorem sine reprehensione cuiusq̄:qui. s. quæstor:si præbuerit se dignū maioribus suis: vt spero & opto:sup. eum se præbiturum esse, fuerit, sup. id laus tua ex aliqua parte:quia tu primus eum ad dignitatem promoueris, sin. i. sed si.

HVBER. ❡SIN offen. peccauerit. ¶ Quid: aliqd. ¶ Sibi: contra se: in dedecus suum. ¶ Nihil tibi: in dedecus tuū, & ita arguit: qđ vtcūq; sit ille administraturus ꝓuinciā: ipsi Thermo nulla oino futura est reprehensio. ¶ Quæ. n. ostendit Cic. se adductū iure amicitiæ hæc scripsisse: ¶ Quæ. u. in m. quæ cogitatione ipsa cōprehendebā. Nam venire in mētē interdū est recordari: interdū cogitare. ¶ Pertinere ad te. spectare ad tuum cōmodū. ¶ Oportere: decere: pp amicitiā nostrā. ¶ Quod: qa. ¶ Proficiscebat in Ciliciā. fuerat. n. in Cappadocia cū Ariobarzane rege. ¶ Tu quod: sensus est, dii bñ vertant quod egeris, & id tibi bñ succedat. ¶ Audies m. mihi credes: mihi auscultabis: & obtēpetabis. ¶ Consules: ꝓspicies: ꝓuidebis. ¶ Ocio posteritatis. quieti ēt tuoꝝ: qui post te futuri sunt.

Venio in mentem

PHI. ❡ OFfenderit. in aliquo errauerit. ¶ Nihil ti. of. in nullū detrimētū tuū siue dedecus cadet. Sed si qd mali & dedecoris erit, sibi erit. ¶ Proficiscebat i Ci. nā cū Ariobarzāe rege ibi steterat. ¶ Oportere: ꝯuenire iure amicitię nr̄æ: qua motus hæc oīa ad te scribēda putaui. ¶ Dii ap. ꝙ tibi bñ succedat. Dii bñ uortāt: apud antiquos dici solebat: qñ aliqd pręter spē veniebat: vt: mali ter euenire timuissent, qbus rebus ita se in vtrāq; partē vertētib⁹, Vertūnū deū ꝑesse putabat antiqtas. ¶ Si me au. mihi auscultabis: & si meis verbis audiēs fueris. Nec ausim dicere, Si meis verbis audies: licet i captiui duo Plautus dixerit. Haud audiebat facto, dicim⁹. n. audiēs sum tibi: ꝑ obedio tibi: & audiēs sum te, ꝑ audio te. ¶ Posteritatis o. c. vt tu & posteri tui oēs trāqlle & qete viuatis: hoc cōsequi poteris, si q̄storē istū bñficiis tuis afficies. Est. n. tibi cōsulere tibi ꝓuidere. Lucan⁹. Cōsulite extremis augusto in tpe rebus, sed ad corporis & rerū extremarū magis q̄ ad animi bona pertinere videtur.

Bñ vortat

sin quid offenderit: sibi totum, nihil tibi offenderit. Quæ mihi veniebant in mentem, quæ ad te ptinere arbitrabar: quod in Ciliciam proficiscebar, existimaui me ad te oportere scribere. Tu quod egeris, id velim Dii approbēt. Sed, si me audies, vitabis inimicitias, & posteritatis ocio consules. Vale.

❡ Ex. xvii. Epistola. Officium meum.

Cur ergo te velim incidere in rumores tribunitios? ꝓferri cū sine cuiusq̄ rephēsione q̄storis: legatis q̄storē possis ante ferre? Si quē offenderit, sibi totū, tibi nihil offēderit. Qđ i ꝓuiciā ꝓficiscebar, existimaui me ad te oportere scribere.

ASCEN. ❡ IPSE offenderit. i. peccauerit: totū sibi. i. detrimētū & dedecus suū: nihil tibi: qa tu eū, quē debes, prętuleris. ¶ Ego existimaui me oportere scribere ad te ea, q̄ veniebāt mihi in mētē: q̄ arbitrabar ptinere ad te, qđ. s. hęc scribēs ꝓficiscebar in Ciliciā: ego velim dii approbēt id qđ tu egeris. ¶ Si audies me. i. obedies mihi: tu vitabis inimicitias, & consules. i. ꝓspicies ocio. i. paci, posteritatis. i. post te futuroꝝ, quia ex simultate iacta longa surgere solet discordia. 18

HVBER. CVm &c. C. Cœli⁹ adolescēs nobilissim⁹ & optim⁹ designat⁹ fuerat, q̄stor Ci. i Cilicia: q̄ re ꝑmū Ci. se valde gaudere ōndit. Deide qa iā diu neq; a Cœlio: neq; a quoq̄ alio lr̄as accepat de ei⁹ aduētu i Ciliciā: & appropiq̄bat finis mgrat⁹ Ci. dicit vereri, ne Cœli⁹ tm̄ differat aduētū suū: vt ipse Ci. añ discesserit ex ꝓuicia. Ex qbusdā āt lr̄is ei⁹ dic̄ se nihil pcipe potuisse, qa i his neq; dies n3 loc⁹ erat script⁹ vñ eēnt datę. deniq; ōndit Ci. ꝙ l3 Cœl. a qbusdā sibi amicissimis fuerit cōmēdatus: nulla tñ cōmēdatio maior apud se eē pōt de eius dignitate: q̄ lr̄æ ipsius. Quāobrē rogat ipsum, vt veniat q̄primū. pollicet. n. se oīa in eū collaturū, qđ facili⁹ efficere poterit, si fuerit i Cilicia apud eū. ¶ Optatissimū, gratissimū, iucūdissimū. ¶ Te obt. te venisse, electū eē eā sortē, eā fortunā: ꝙ obtigisses mihi q̄stor, nā sorte eligebant. ¶ Eo. tāto. ¶ Quo. q̄to. ¶ Diutius. lōgiori tpe: qa multum tpis fuerat hic Cœlius cū Cice. in prouincia: anteq̄ factus esset q̄stor. ¶ Mag. it. plurimi referre, magni eē pōderis & mometi. ¶ Cōs. ꝯuersationē, quā hñissem⁹ añ sil' i ꝓuicia. ¶ Neces. ꝯiūctionē. s. q̄sturę. ¶ Sors. fortūa. ¶ Acc. addi: adiūgi. i. videbat mihi eē maximū qddā: ꝙ ad ꝯuersationē q̄ añā iter nos fuisset i ꝓuicia: adiūgeret ēt ista necessitudo q̄sturæ: quā fortuna: q̄ te q̄storē meū eē voluit nobis dedisset. ¶ Scriberet: ꝑ scribebat, elegāter apud Ci. sæpe ita legit. ¶ De aduentu tuo. qñ esset futurus. ¶ Verebar. timebā vel dubitabā. ¶ Caderet. accideret: simplex pro cōposito. ¶ Decederē. abirē de ꝓuincia ante tuū aduētū. ¶ Accepi. dicit ex eius lr̄is cognouisse eius ingeniū optimū: se nō quo tpe eēt vētur⁹.

M. T. C. Impera. C. Cœlio L. F. Quæs. Des. S. P. D.

CVm optatissimū nūciū accepissem, te mihi Quæs. obtigisset eo iucundiorē mihi eam sortē sperabā fore, quo diutius ī prouincia mecū fuisses. magni. n. videbat̄ interesse, ad eā necessitudinē, quā nobis sors tribuisset, cōsuetudinem quoq; accedere. Postea, cum mihi nihil neq; a te ipso, neq; ab ullo alio de aductu tuo scriberetur, verebar, ne id ita caderet, quod etiam nunc vereor, ne ante, quàm tu in prouinciam uenisses, ego de prouincia discederem. accepi aūt a te missas literas in prouincia, cum essem in castris, ad. xii. Calen. Quin. scriptas

P HI. CVm optatissimū. Voluptatē ōndit: quā ceperat ꝙ Cœlius sibi q̄stor obtigisset: & molestiam ꝙ nimis tardare videbatur. timebat. n. ne anteq̄ Cœlius in prouinciā veniret, ipse de ꝓuincia decessisset. Demū oīa pro eo se facturū pollicet, et maxime hortat: maturet accessum, & id reip. ac vtriusq; ipsoꝝ plurimū interesse cōmemorat. Is est ille Cœlius: quem Ci. de prouincia decedens ꝓuinciæ ꝑposuit: vt in superiori dixit epi. ex quo appet has ep̄las nō esse ordine collocatas. Inquit. n. ego de prouincia decedēs, q̄storē Cœliū ꝑposui ꝓuinciæ. ¶ Nūciū: tā pro eo q nunciat, q̄ pro te ipsa q̄ nunciat: masculino gñe dicimus. ¶ Eā: sortē, fortunā: ꝙ. s. mihi q̄stor obtigisset. ¶ Eo & quo. tāto & q̄to. ¶ Magni. n. facta ꝑpositione rōne adiūgit ꝑ q̄ maxime has dictiones locare solem⁹. nā. n. nā q̄. ¶ Magni. i. plurimę vtilitatis, & magni momēti. ¶ Necessitudinē: ꝯiunctionē & amicitiā. Est. n. necessitudo: vt inqt Gellius quoddā & vinculum religiosæ ꝯiunctionis: & eiusdē signationis dicit eē necessitas: a q̄ necessarii aliquo iure affinitatis: atq; familiaritatis cōiūcti appellant̄. Altera vtriusq; vocabuli signātia nota ē oīb⁹. Qđ āt necessitas ꝑ iure amicitię ac affinitatis viculo posita sit, Cęs. in Plācia togatōe ōndit his verbis. Eqdē mihi videor ꝑ nr̄a necessitate, nō labore: nō opa: nō idustria defuisse. Est āt sensus: mihi qđ ꝑstātissimū eē videat̄: qđ ad nr̄am ꝯsuetudinē: q̄ diu iter nos fuit, ēt ista necessitudo & ꝯiūctio q̄sturæ accederet, quā sors ipsa: & fortuna nobis dedit: vt q̄stor me⁹ esses. ¶ Cōsuetudinē: Ci. nunq̄ dixit ꝯuersationem. ¶ Accedere: adiūgi in Cilicia huius ꝓuinciæ initiū dicūt esse Coracesium oppi. sed Artemidorus Celederim ciuitatē.

Necessitudo

Necessitas

Necessari⁹

Coracesiū

Celederis

PRidie. cū Ci. adhuc eſſet Brunduſii, dicit ſe expectare Len. Clo. quem Ap. ſcripſerat ſe ad eum mittere cū multis mandatis ſuis: vt intelligat quid afferat ab ipſo Ap. & q̃uāuis exiſtimet animum: amoremq; ſuum in App. eſſe ei ſatis cognitum, tamen dicit ſe declaraturum in iis: in quibus poterit maxime ſibi eſſe curæ: eius authoritatem, & dignitatem. Addit etiam ītellexiſſe a quibuſdam, quos noiat in epiſtola: ſe plurimi fieri ab Ap. quod etiam multis ſignis dicit ſe itellexiſſe, ſed ꝑcipue q̃a Ap. ad eū Augaralē librū ſcripſiſſet. Itaq; pollicenť ſe oia p eo facturꝝ, quę vt amet dicit multas eſſe cāſas: quas cōmemorat. ¶ Pridie n. quarto die Iunii. ¶ Mādaſſet: mādata dediſſet: cōmiſiſſet. ¶ Quæ. ſubaudi ea. ¶ Illum. Clo. ¶ A te afferret: q̃ noie tuo eſſet mihi narraturus. ¶ Studiū: promptam voluntatem: animum.

ASCEN.

PRidie nonas &c. Rurſus indicat beneuolētiā ſuam in App. pulchrum, cōmemorat q; ſe grauium virorum teſtimonio cōprobatum habere Ap. in ſe amorem. Quapropter multas cauſas affert, cur App. non vulgariter colat. ¶ Ordo eſt. Ego accepi literas tuas pridie.i. die immediate ꝑcedente nonas Iunii: quæ ſunt quinto eiuſdem menſis die, cum eſſem Brunduſii ergo nondum diſceſſerat illic: quibus erat ſcriptum te mandaſſe Len. Clodio ſup. ea quæ vellem illum loqui mecum. ¶ Ego expectabam ſane.i. multum eum.ſ. Clo. vt cognoſcerem: quamprimum.i. valde celeriter: ea quę afferret: ſcilicet in mandatis a te. ¶ Tametſi ego ſpero: meum ſtudium erga te & officium: eſſe iam cognitum tibi multis rebus: tamen ego declarabo: ſcilicet ſtudium, & officium meum erga te.

HVBER. ❡MAxime.præcipue.⸿Significare.ostendere.⸿Existimationẽ authoritatẽ.⸿Egomet. ẽt sine demõstratione eorum. ⸿Argumentis:signis.⸿Augurali:in quo de iure augurali tractasti:nã in eo erat App.pitissimus. ⸿Amantissime. cũ summo amore.⸿Necessitudinis:amicitiæ.⸿Constabant:apparebant.Nã dicit quare oia necessitudinis officia debeant in eũ constare:qa ex quo incepta est inter eos beneuolentia Cic.nõ solũ pp ipsum semp pluris fecit:sed ẽt pp Põ. & Brutum qui essent ipsi Appio affinitate cõiuncti.⸿Accesserũt:additæ sunt.⸿Duos enim:declarat qui sint hi necessarii.⸿Duarũ ætatum.Pomp.n.iam senex:Brutus aũt iuuenis erat.⸿Socerũ:nam filio Põpeii nupserat filia Appii:altera Bruto.⸿Collegii ↄiunctio.qa Ci.& Appius fuerant collegæ i collegio augurũ.Honorifice.qa semper me honorasti:vt supra in epistola quæ incipit.Raras tuas:vbi dicit de App.pśertim in ipsa collegii & laude & scientia studiosum mei.⸿Non mediocre.maximũ.⸿Copulandas.cõiungendas.⸿Ex sermone.scdm sermonẽ illius:hoc est scdm ea:quæ mihi retulerit noie tuo.⸿Manendi.in Cilicia:diutius q̃ fueras facturus. ⸿Eam cãm.eum respectũ.⸿Vt ↄuenites. alloqueris me priusquam istinc discederes.⸿Ne mentiar.vt verum dicã.Scripserat.App.se fuisse discessurum citius ex prouincia:nisi expectasset Ci.cum quo loqui volebat:eaq; causa se mãsisse diutius:quod Cic.scribit sibi gratum fuisse.

ASCEN. ❡MAxime in rebus:qbus potero significare plurimum.i.abũdantissime:existimationẽ.i.iudiciũ,& authoritatẽ tuã & dignitatẽ tuam:esse charissimã mihi.⸿Qu.Fabius Virgilianus & Ca.Flaccus filius Lucii,sup.demonstrauerunt & Marcus Octauius filius Cnæi.s.Octauii:mõstrauit diligẽtissime,me fieri.i.æstimari plurimi.i.maximo ꝑtio:aut viꝝ maximi pretii a te.⸿Quod.i.quã rem,egomet:hoc ẽ ego ꝑ meipsum iudicaram pro iudicaueramã:multis argumẽtis.i.approbationibus:aut mediis approbãdi & maxime illo libro augurali.i.de arte augurãdi:quẽ scriptũ amãtissime ad me.i.ad illustrationẽ nois mei:tu misisti mihi suauissimũ.i.iucũdissimũ.⸿Oia mea officia necessitudinis.i.ↄiunctionis necessariæ tecũ cõstabũt.i.euidẽtia erũt in te: summa.i.maxima.Vñ licet nõ apte dixeris,oia summa officia:qđ tñ nõ perit? absurdũ sit:tñ aptissime dicere licet: oia officia mea cõstant:aut sunt in te sũma.⸿Nã cũ.s.ita sit:q; ego feci quotidie pluris teipsum, ex sup.eo tpe.i.post id tp̃s:quo tpe tu cœpisti diligere me:tũ.i.multo manifestius accesserũt ẽt cõiũctiones.i.deuinctiones necessarioꝝ tuoꝝ.⸿Ego.n.facio plurimi:duos.s.viros:aut ꝑtes duaꝝ ætatũ.s.Cn.Põpeiũ soceꝝ filiæ tuæ:qa filia tua nupsit filio eius:& ita Põp.iam senior est:& Marcũ Brutũ gñum tuum.i.cui filia tua nupsit,& ita iunior est.Vñ eos duaꝝ ætatũ dixit:ↄiunctio.i.cõmertium aut societas:collegii.s.auguralis:pśertim approbata a se.i.in libro tuo:aut sciẽtia,& vita tua:tã honorifice,vi detur mihi quidẽ attulisse nõ mediocre:imo ingẽs uinculũ:ad copulandas volũtates nostras.⸿Sed si ego conuenero.i.adiero Clodiũ.s.Lentulũ:non Publiũ:qui summus inimicus Cic.erat:ego scribam plura ad te ex sermone illius: & ipse.i.ego dabo operam,vt videam te q̃primum:id est valde cito.⸿Quod scribis eam fuisse tibi causam manendi,scilicet in ꝓuincia,vt conuenires me:id est loquereris mecum,id est mihi gratum:ne mentiar:scilicet si aliter dixero.

maxime declarabo,quibus plurimũ significare potuero,tuã mihi existimationẽ,& dignitatẽ charissimã ẽẽ, mihi & Q.Fabius Vergilianus,& C.Flaccus L.F.& diligentissime M.Octauius Cn.F.demonstrauit,me a te plurimi fieri:quod egomet multis iam argumentis iam antea iudicaram, maximeq; illo libro augurali, quem ad me amãtissime scriptum suauissimũ misisti. Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt.nã cum te ipsum,ex quo tpe tu me diligere cœpisti,quotidie pluris feci:tum accesserunt etiam cõiũctiones necessariorum tuorum.duos enim duarũ ætatũ plurimi facio,Cn.Põpeium filiæ tuæ, socerũ,& M.Bru.generũ tuũ.collegii quoq; cõiũctio,præsertim tã honorifice a te approbata,nõ mediocre uinculũ mihi quidem attulisse videtur ad voluntates nostras copulãdas sed si Clodiũ cõuenero:ex illius sermone ad te scribã plura:& ipse operã dabo,vt te quamprimũ videam.Quod scribis,manẽdi tibi cãm eã fuisse, vt me conuenires:id mihi,ne mentiar,gratum est. Vale.

❡Ex.iiii.epi.Pridie Nonas.

Pridie nonas iunii cũ essem Brundisii,literas tuas accepi, quibus erat scriptũ te Lẽtulo, & Clodio mãdasse, q̃ illos mecũ loqui velles,eos sane expectabã,vt q̃ a te sufferent, q̃primũ ea cognoscerẽ.Duos.n.duaꝝ ætatũ plurimi facio Cn.Põpeiũ filiæ tuæ soceꝝ,& meũ Brutũ,generũ tuũ.

M.T.C. Procos.Appio Pulchro Imp. S.P.D.

TRalleis veni ad.vi. Cal.Sext.ibi mihi ꝑsto fuit L.Lucilius cum literis, mandatisque tuis;quo quidem homine neminem potuisti nec mihi amiciorem,nec (ut arbitror) ad ea cognoscenda, quæ scire volebam, aptiorem,

HVBER. TRallis.significat Cice.se accepisse ab Ap.literas:q̃s libenter legerit:& audiuisse diligenter.L.Lucilium: quem App.ad se misisset,cum multis mandatis,quem hominẽ plurimum laudat:agitq; gratias App. de officiis inter se collatis.Deinde oñdit quanti faciat,quod cognouerit Ap.cõsuluisse eius rõnibus administrãdæ ꝓuinciæ:si cut ab eo petiuisset duabus epistolis superius declaratis. ⸿Et qm̃ scripserat in ꝑcedẽti epistola se ea cã remansisse in ꝓuincia:vt ↄueniret Cic.& lr̃is qbus nunc r̃ndet: dicebat se nunc dubitare:qđ iter esset facturus:Ci.ꝓfecturus in ꝓuinciã:dicit se accõmodaturũ iter suũ ad voluntatẽ Appii:paucis tñ ostendit:qđ iter facere instituerit:seq; ẽm ꝓcessum factuꝝ certiorẽ ipsum Ap.de oi rõne suoꝝ itineꝝ.magniq; interesse dicit:ut prius colloquant̃,q̃ ipse discedat.Postremo qm̃ scripserat Ap.& rogauerat Scæuolã,quẽdam,vt vellet præesse ꝓuinciæ se abiẽte,donec Ci.venisset:caute & honeste oñdit Cic.id non esse veꝝ,quia inuenit hunc Scæuolam Ephesi:neq; ei aliqd de ea re dixit,qd fecisset si fuisset veꝝ,q̃ Ap.ab eo id petiuisset.⸿Trallis.vrbs Asiæ sita est i vertice quodã plano,qui ꝓmõtoriũ natura munitũ hẽt:cuius circuitus satis bñ septus est:ea optime habitat̃:& ab oib' opulentis,siqua alia asiaticaꝝ vrbiũ:hæc aũt ab Argiuis ↄditã dñt,& a Thracibus qbusdã.Hęc Stra.li.iiii.quo ẽt authore sunt aliæ Trallis in Phrygia Meãdrũ fluuiũ transeunt:in medio fere itinere,vbi sunt Cariæ fines.Declinat̃ aũt tm̃ pluratiuo numero:& mittit tã noiatiuo:q̃ accusatiuo in is tm̃:sicut Alphis:Syrtis.Sardis,author Priscianus.⸿Quo hoĩe laudat hunc L.Lucilium.⸿Aptiorem:magis idoneum.⸿Cognoscenda.s.mihi.⸿Scire.intelligere ex mandatis tuis.

Trallis'

ASCEN. TRallis veni &c.Primũ dicit se trallibus ↄuentũ ab Lucio cũ lr̃is: & mãdatis Ap. Deinde eundem aptissimũ fuisse ad indicãda ea:q̃ maximopere scire volebat.Tum gr̃as agit Ap.de bñficiis eius,ac demum quod Ap.de Scæuola scripserat refellit.⸿Ordo aũt est.Ego veni Trallis.i.in eam vrbẽ Asiæ ad.xiii.calendas sextilis.i.Augusti:ibi Lucius Lucilius fuit ꝑsto.i.præsens & paratus mihi ad expedienda ea:quæ vellet mecum agere:cũ literis & mandatis tuis. ⸿Quo quidem homine,neminem.i.non aliquem hominem:non potuisti mittere aliquem:nec amiciorem mihi,nec vt arbitror.⸿Aptiorem ad cognoscenda,scilicet ex eo,ea quæ volebam scire,ue pro vel, prudentiorem.

❡Prudentiorem.

HVBER.

¶ PRVdentiorem.quem vulgó dicimus magis discretum. ¶ Nunc autem.scripserat. Ci.de officiis inter se & App.mutuo collatis antea:quæ App.superuacanea esse dicebat:quia confirmata amicitia,nõ est opus hac cõmemoratione officiorum.Itaq; nunc Cic.confirmat ita esse:& iõ nullam facit amplius de eis mentionem: tñ agit ei gratias. ¶ Nunc.ordo est. Nunc eam partem orationis prætermittam, quoniam tu ita sentis:scribis enim &c. ¶ Sentis.iudicas:ita tibi vt. ¶ Scribis.n.per parenthesim omnia dicta sunt vsq; ad eum locum:eam partem orationis. ¶ Ex alto.ex remoto,longe. ¶ Repetita.inchoata. ¶ Et re vera.ex persona sua confirmat sententiã App.dicit enim re vera ita est:inter eos, qui habent inter se firmam amicitiam:& qui fidem mutuam perspexerũt: superuacaneum est cõmemorare præterita officia. ¶ Eã partẽ orationis.de cõmemoratione officiorum. ¶ Animaduerti.perspexi,didici:intellexi. ¶ Rationem.consyderationem. ¶ Cõsuleres.prospiceres:pdesses. ¶ Restitueres.ordinares. ¶ Ratio:via,modus administrandæ prouinciæ. ¶ Solutior liberior.expeditior. ¶ Officium.præparationis & ordinationis rationum prouinciæ. ¶ Sequitur.consequens est,nam si est mihi gratissimum:quod fecisti pro me consequenter debes existimare te esse mihi magnæ curæ. ¶ Primum duplici ratione dicit tum sibi magnæ curæ esse:primum vt ipse Appius,& eius propinqui:secundo vt & cæteri omnes intelligant:q sit ei amicissimus. ¶ Quod.me esse amicissimũ tibi. ¶ Quibus.antecedens est ii:vt sit ii:quibus non est. ¶ Satis perspectum.bene cognitum. ¶ Magis nolle.magis dolere:& non esse contenti. ¶ Hoc animo.ita amico & coniuncto. ¶ Quam non intelligere.quia re vera intelligunt: quo animo simus,sed quia dolent:nolunt clare intelligere. ¶ Intelligent.etiam inuiti. ¶ Res agetur ostendetur beniuolentia. ¶ Obscuris,ignobilibus,in quibus minus apparent beneficia collata. ¶ Paruis. parui ponderis,sed in maximis. ¶ Sed hoc.hoc est malo hæc rebus & effectu ostendere, q̃ verbis. ¶ Fieri.a me:quod respondet alii parti epistolæ Appii. ¶ Ratio.dispositio:institutio. ¶ Adducere in dubitationẽ: facere te dubitare. ¶ Sis visurus me.antequã discedas. ¶ Ea res scilicet ratio meorum itinerum. ¶ Brundusii.dicit nunc nõ satis esse certum,quod iter faciat, vt conueniat Appiũ:quoniam Phania eius libertus dixerat eum discessurum naui. Itaq; fore ei accommodatum: si Cicero ad illam maritimã partem accessisset & nauigasset:ex qua esset discessurus Appius,quod cum ita instituisset Cicero facere:ostendit se post ea aliter se intellexisse a Lentulo Clodio:qui fuerat,ab Appio ad Ciceronem:cum multis mandatis missus ab eo enim intellexit Cicero Appium fore Corcyræ ad aduẽtum suũ: quod quidem erat commodum Ciceroni,quia iter erat breuius.Postea vero dicit Appium mutasse propositum itineris prius instituti:pmitti: tamẽ ei:vt statuat quid fieri possit. ¶ Quo.ad quam partem. ¶ Te velle.scilicet me venire.

prudentiorem'ue mittere. Ego autem & tuas literas legi libenter,& audiui Lucilium diligenter. nũc, quoniam & tu ita sentis,(scribis enim,quæ de nostris officiis ego ad te scripserim,& si ea iucunda fuerunt, tamen,quoniam ex alto repetita sint,nõ necessaria a te putasse)& re vera,confirmata amicitia,& perspecta fide,commemoratio officiorum superuacanea est:eam partem orationis prætermittam,tibi tamen agam,vt debeo,gratias.animaduerti enim,& didici ex tuis literis, te omnibus in rebus habuisse rationem,vt mihi cõsuleres,restitueresq; & præparares quodammodo omnia,quo mea ratio facilior,& solutior esse posset. Hoc tuum officium cum mihi gratissimum esse dicã: sequitur illud,vt te existimare velim,mihi magnæ curæ fore,atq; esse iam,primum vt ipse tu, tuiq; omnes, deinde etiam vt reliqui scire possint,me tibi esse amicissimum, quod quibus adhuc non satis est perspectum:ii mihi nolle magis hoc animo nos esse, quam non intelligere videtur,sed profecto intelligent. neq; enim obscuris personis,nec paruis in causis res agetur. Sed hoc fieri melius,q̃ dici,aut scribi volo. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, visurus ne me sis in prouincia: ea res sic habet.Brundusii cum loquerer cum Phania liberto tuo, veni in eum sermonem, vt dicerem,me libenter ad eam partem prouinciæ primum esse venturum,quo te maxime velle arbitrarer.tunc mihi ille dixit,classe te velle decedere: perfore accommodatum tibi,si ad Sidam,maritimam partẽ pꝛouinciæ, nauibus accessissem.dixi me esse facturũ:itaq; fecissem,nisi mihi L.Clodius noster Corcyræ dixisset,minime id esse faciendum:te Laodiceæ fore ad meum aduentũ.Erat

Netan

Corcyræ

¶ Classe.nauibus. ¶ Perfore.futurum:subaudi dixit. ¶ Accommodatum.vtile & commodum.s.tibi. ¶ Maritimam.vicinam mari. ¶ Partem.vnde eras discessurus. ¶ Itaq;.duæ partes,hoc est, & ita fecissem. ¶ Corcyræ.aduerbialiter ponitur. id est cum esset Corcyræ:quæ,insula est in mari Ionio olim cum Phæa patria Alcinoi regis. ¶ Minime.nullo pacto. ¶ Id esse faciendum.vt accederem ad illam partem maritimam. ¶ Te Laodiceæ fore.i.te futurum Laodiceæ,subaudi nisi dixisset.est autem Laodicea vrbs Syriæ, teste Pomponio Mella,in ea parte,cui Antiochiæ cognomen est.

ASCEN.

¶ EGO aũt & legi literas tuas libenter, & audiui Lucilium diligenter. ¶ Nũc qm̃ tu sentis ita,scribis enim ea, q̃ ego scripseram ad te de officiis nostris, & si ea fuerunt iucunda tibi,tamen qm̃ repetita sunt ex alto.i.ex primordiis causarũ amicitia confirmata.i.postquam amicitia est confirmata, & fide perfecta,aut potius perfecta.i.perfecte cognita, commemoratio officiorum est superuacanea.i.superflua, ego prætermittam eam partem orationis.s.quæ esset de commemoratione beneficiorum. ¶ Tamen.i.nihilominus ego agam tibi gratias, vt debeo. ¶ Animaduerti.n.& didici ex literis tuis, te habuisse in oibus rebus rõnem.i.consyderationẽ & propositum, vt cõsuleres.i.quasi cõsulendo prodesses,mihi, & vt restitueres.s.ablata, & pparares quodãmodo oĩa tam vetera,q̃ restituta,quo.i.ideo,sit mea rõ.i.meum negociũ in prouincia,possit esse facilior & solutior.i.liberior & expeditior. ¶ Cum ego dicã hoc officiũ tuum esse gratissimum mihi, illud sequit̃, vt velim te existimare fore.i.futurũ esse, atq; esse.s.nunc, mihi magnæ curæ, iam primũ.i.illud primũ, vt tu ipse, & oẽs tui, deinde et, vt reliqui possit scire, me esse amicissimum tibi, quod.s.me esse amicissimum tibi, ii, quibus nõ est adhuc perspectũ satis: vident̃ mihi nolle magis non esse hoc.s.tam beneuolo aĩo, q̃ non intelligere, qa licet intelligant, tñ quia inuident nobis, & nolint nos esse concordes, dissimulant se perspicere amicitiã nostram. ¶ Sed profecto ipsi intelligent, neq;.n.res agetur personis obscuris nec causis paruis. ¶ Sed ego volo hoc fieri melius:q̃ dici aut scribi. ¶ Quod rõ itinerum meorũ vr te adducere in nonnullam dubitationem, ne.i.an, sis visurus me in prouincia, ea res habet sic. ¶ Cũ ego loquerer Brundusii, cum Phania liberto tuo, veni in eum sermonem, vt dicerem me libenter venturũ esse primum ad eam partem prouinciæ, quo.i.in quam, ego arbitrarer te velle maxime.s.me venire, tunc ille.s.Phania, dixit mihi, perfore.i.multũ fore accõmodatum tibi:si accessissem nauibus ad illam partem maritimam prouinciæ:quo.i.ad quam, velles decedere classe, ego dixi me esse facturũ sup.id. ¶ Et ita fecissem, nisi Lentulus Clodius noster.s.cõmunis amicus dixisset Corcyræ.i.in Corcyra insula.i.minime.i.nequaq̃ faciendum, & nisi dixisset, sup.te fore ad, id est vsq; ad meum aduentum, Laodiceæ. Quæ est vrbs Syriæ, teste Pomponio Mella in parte, cui Antiochiæ cognomen est.

Laodicea Vrbs

HVBER. ¶ ID. veni te Laodiceam. ¶ Accõmodatius. aptius. ¶ Te ita malle. i. potius velle: q̃ id, quod dixisset Phania. ¶ Arbitra/re. quia mihi ita dixerat Lentulus vir prudentissimus, cui mandata dederas. ¶ Tua ratio. tuum propositum. ¶ Statues. iudicabis. ¶ Possit fieri. an possis me videre an non, quia id erit secundum rationem tui discessus. ¶ Consilium. delibera/tionem. ¶ Accipitur. a me. ¶ Ex publica permutatione. quia illic erat accepturus pecuniam: quæ postea Romæ erat red/denda ei, qui mutasset, ita enim iusserat senatus: ideo dixit, ex publica permutatione, quod vulgo dicimus per literas cambitionis. ¶ Deinde. postquam accepero dictam pecuniam. ¶ Iconium. oppidum Cappadociæ, optime olim habita/tum fortunatiorem regionem habẽs, alterum est in Asia in pontica regione apud Trogetem lacum: author Stra. ¶ Si quid fallit me. siquid erro. ¶ In scribendo. scilicet itinere qd sum facturus. ¶ Procul. parẽthesis. ¶ Simul ac. postquam, vt primum. ¶ Progredi. procedere vlterius prouinciã versus. ¶ Quam creberrimis, pluribus. ¶ Oneris. significat Dic. latẽ ter Appium fugere ne conueniatur: ideo dicit magni inter esse, vt conueniant: & colloquantur: sed non audere tamen ei instare, nisi quantum commodo eius fieri possit. ¶ Nec de beo. quia non sum ita de te meritus: vt liceat tibi aliquid oneris imponere. ¶ Quod. quæ res: scilicet vt conueniamus. ¶ Tuo commodo. tua commoditate. ¶ Quam facultatem. quam possibilitatem. ¶ Constabunt. apparebunt id est fa/ciam tamen omnia quæ pro te debuero. ¶ Secus. aliter mi/nus. ¶ Ac. quam vt nõ secus ac iussi faciunt. ¶ Mandaturus, cõmissurus. ¶ Desperaro. spem amisero. ¶ Agere. loqui. ¶ Co ram in præsentia. ¶ Quod te. latenter innuit falsum esse: q̃ scripserat de successore prouinciæ. ¶ Eum. Scæuolã. ¶ Ephe si, quæ vrbs est Ioniæ celeberrimo Dianæ templo clara. ¶ Mecum. apud me. ¶ Triduum. totos tris dies. ¶ Illud. sci/licet triduum. ¶ Quod. quia tantum triduum commoratus sum Ephesi. ¶ Nec ex eo. Scæuola. ¶ Quicquam. quod ab eo petiuisses: vt tibi succederet, quod declarat dicẽs. ¶ Quod mãdatum, s. vt tibi succederet, quod quidem dixisset mihi, si esset verum: & ita latenter & callide conuincit eum men dacii. ¶ Potuisse. subaudi Scæuolam. ¶ Voluntati tuæ. in succedendo tibi.

Iconium

Ephesis

id mihi multo breuius, multoq; commodius, cũ præ/sertim te ita malle arbitrarer. tua ratio postea est com mutata. nũc quid fieri possit, tu facillime statues: ego tibi meum consilium exponam. Prope Calẽdis Sext. puto me Laodiceæ fore: vbi per paucos dies, dum pe cunia accipitur, quæ mihi ex publica pmutatione de/betur, commorabor. deinde iter faciam ad exercitũ: vt circiter Id. Sext. putem me ad Iconium fore. sed si quid nunc me fallit in scribendo (procul enim aberã ab re ipsa, & locis) simulac progredi cœpero, q̃ celer/rimis potero, & quam creberrimis literis faciam, vt ti bi nota sit omnis ratio dierum, atq; itinerum meorũ. Oneris tibi imponere nec audeo quicquam, nec de/beo: sed, quod tuo commodo fieri possit, vtriusq; no/strum magni interest, prius vt te conueniam, q̃ dece/das. quam facultatem siquis casus eripuerit: mea ta/men in te omnia officia constabunt, non secus, ac si te vidissem. tibi de nostris rebus. nihil sum ante manda/turus per literas, q̃ desperaro coram me tecum agere posse. Quod te a Scæuola petiisse dicis, vt dum tu ab/esses ante aduentum meum, prouinciæ præesset: eum ego Ephesi vidi, fuitq; mecum familiariter triduum illud, quod ego Ephesi commoratus sum: nec ex eo quicquam audiui, quod sibi a te mandatum diceret. sane vellem potuisset obsequi voluntati tuæ: nõ enim arbitror noluisse. Vale.

¶ Ex. v. Epistola. Tralleis veni.

Scribis. n. quæ de nostris officiis ego ad te scripserã, & si iucunda fuerant. Animaduerti enim & didici ex tuis lite ris, & per alios, te omnibus in rebus habuisse rõnem. Te mihi magnæ curæ fore atq; esse, iamprimum, vt ipse tu, tuiq; omnes, deide etiam vt reliqui, maximeq; maleuoli, scite possint, me tibi esse amicissimum.

ASCEN. ¶ Id scilicet iter: erat mihi breuius multo: & multo com/modius, præsertim cum arbitraret te malle. id est magis vel le: ita scilicet me facere. Sequentia statim explanabo. Sane Corcyra est insula in mari Ionio, vnde mirãdum est, quod nomen insulæ in genitiuo posuit: quasi aduerbialiter, nisi dixerimus in ea insula vrbem esse eiusdem nominis: quod sæpe contingit, vt de Rhodo supra diximus. ¶ Tua ratio. id est propositum tuum cum ratione: est mutata, id est mu/tatum post ea: nunc tu statues, id est constitues: & ordina/bis facillime quid posset fieri, ego exponam: id est declara/bo tibi meum consilium. Ego puto me fore Laodiceæ pro/pe Calendas sextileis, id est ad primum diem Augusti: per dies paucos: dum id est donec, pecunia quæ debetur mihi ex permutatione publica: vulgo cambium dicunt, alii ban/cam: accipitur, scilicet a trapezitis aut negociatoribus: quæ restituendam acceperant, deinde iter faciam: id est iterabo ad exercitum: vt putem me fore ad Iconium oppidum Cappadociæ optime habitatum olim: circiter idus sextileis: id est decimum tertium diem Augusti. ¶ Sed siquid fallit: id est decipit me nunc in scribendo, id est dum hæc scribo, ego. n. absum procul a re ipsa, & locis: faciam, quam id est quantum, pótero celerrime, & quam creberrimis: id est plurimum cre/bris literis, vt omnis ratio dierum atq; itinerum meorum sit nota tibi: simul ac: id est statim, postquam. i. aut potius eo/dem tempore, quo cœpero progredi. ¶ Ego, nec audeo: nec debeo imponere tibi quicquam oneris, sed quod possit fieri sup. commodo tuo, interest. i. refert magni, vtriusq; nostrum, scilicet & tua & mea, vt conueniam prius te. q̃ decedas. s. de prouincia. ¶ Quam facultatem. s. conueniendi, siquis casus eripuerit: tum. i. nihilominus. omnia officia mea constabũt .i. constanter fient in te, non secus. i. non aliter, ac id est q̃, si vidissem te. ¶ Ego nihil sum mandaturus tibi de negociis no/stris per literas ante quam desperaro pro desperauero, me posse agere tecum coram. i. in præsentia. ¶ Quod dicis te petis/se a Scæuola, vt præesset prouinciæ, dum id est donec, tu abesses ante aduentum meum, supple non est sperandũ, quia. ¶ Ego vidi eum Ephesi: quæ vrbs est Ioniæ: olim propter templum Dianæ clarissima: & fuit mecum familiariter triduũ illud, quod ego commoratus sum Ephesi: nec audiui eo quicquam: quod diceret mandatum, supple esse sibi a te. ¶ Autẽ, id est sed: ego vellem sane, id est multum, aut sano consilio: supple eum potuisse obsequi voluntati tuæ, nõ enim arbitror sup. eum noluisse obsequi: id est obtemperare voluntati tuæ. Vale.

¶ Cum meum

HVBER.

CVm meum. Maxima pars huius epistolæ ex præcedenti epistola aperitur: in qua cum videretur dubitare Appius vi surus ne esset Cic. ante discessum suum ex prouincia, exposuit Ci. rõnem & propositum itineris sui: & commemorat omnem institutionem & disputationem factam inter se & Appium: & literis & nunciis de ratione itineris in quo & officium suum laudat, quod quantum potuit intelligere voluntatem Appii studuit ei satisfacere: vt eum conueniret, cum eum longe aliter fecisse queratur, qui ne conueniretur a Ci. non expectauit eum Laodiceę veluti constitue ratq; quæ erat in finibus prouinciæ, sed in interiorẽ prouinciam se recepit itinere multorum dierũ: vbi quãuis esset iã functus magistratu, reddebat iura: & ꝓuinciam tractabat q̃si ad se pertineret: cum id non liceret facere iam dato sibi successore, quod tamen Ci. ostendit se nõ modo nõ moleste tulisse: verum ẽt gauisum esse, quia videret se leuatum molestia administrationis prouincię vnius mensis: quo ille administrasset, quasi adhuc esset procõsul. Deinde accusat eum, ꝙ dimiserit treis cohortes, cum esset rogatus a Cic. per literas, vt visum est superius: ne id faceret, & grauissime cõqueritur quod nullo pacto scire possit vbi eum conueniat, dicit tamen se facturũ, vt oẽs intelligant se bonũ amicum fuisse: cum Appius aliter fecerit, quod erratũ rogat eum: vt velit corrigere. Postremo ostendit vbi sit, & quod iter faciat.

M.T.C. Procos. Ap. Pulchro Imp. S.P.D.

CVm meũ factũ cũ tuo cõparo: etsi nõ magis mihi faueo in nr̃a amicitia tuenda, q̃ tibi, tñ multo magis meo facto delector, q̃ tuo. Ego. n. Brũdusii q̃siui ex Phania, cuius mihi videbar & fidelitatẽ erga te perspexisse, & nosse locum, quem apud te is teneret, quã in partẽ ꝓuincię maxime putaret te velle, vt in succedendo primũ venirem. cum ille mihi respõdisset, nihil me tibi gratius facere posse, q̃ si ad Sidam nauigassem: etsi minus dignitatis habebat ille aduentus, & ad multas res mihi minus erat aptus, tamen me ita dixi esse facturũ. Idem ego cum L. Clodium Corcyræ cõuenissem, hominẽ ita tibi coniunctum, vt mihi, cum illo cum loquerer, tecũ loqui videret: dixi ei me ita facturũ esse, ut in eã partẽ, quã Phania rogasset, primũ venirẽ. tũc mihi ille cum gratias egisset, magnopere a me petiuit, vt Laodiceam protinus irem: te in prima prouincia velle eẽ, vt quamprimum decederes: quin nisi ego successor essem, quẽ tu cuperes videre, te antea, q̃ tibi successum esset, decessurũ fuisse. quod quidẽ erat cõsentaneum cum iis literis, quas ego Romæ acceperã: ex quibus ꝑspexisse mihi videbar: quam festinares decedere. Respondi Clodio me ita esse facturum, ac multo quidẽ libentius, quàm si illud esset faciendum, quod promiseram Phaniæ. Itaq; & consilium mutaui: & ad te statim mea manu scriptas literas misi: quas quidem ex tuis literis intellexi satis mature ad te esse perlatas.

¶Cum meum factũ. id quod ego feci. ¶Comparo. ad comparationẽ adduco vtrum sit magis ex officio. ¶Nõ f.m. non magis tueor partẽ meam q̃ tuam, quod vulgo dicimus non magis do ius mihi q̃ tibi: & est ornate dictũ. ¶Delector m. f. laudo quod ego feci: q̃ id quod tu fecisti. ¶Ego enim repetit nunc omnem disputationem itineris factum per nũcios & literas, & primũ q̃ dixerat Phanias libertus eius: & Len. Clodius: quẽ ille miserat cum mandatis, vt visum est plene in ꝓcedẽtibus epistolis: deĩde quod scripserat ipse Appius ad Cic. cũ adhuc esset Romæ, in quibus oĩbus dicit se studuisse quãtum potuit satisfacere eius voluntati. ¶Et nosse locum. scire quẽ locum ille haberet apud te, quia erat ex intimis Appii, cuius cõsilio maxime vtebatur, laudat aũt eũ Cice. vt ꝓbet fuisse credendũ quod ille dixisset. ¶Quã. in. par. textus hic est facilis: & in superiore epistola declaratus. ¶Sydam. Syda vrbs Licyæ portũ hñs, auctor Pom. Mella lib. 1. ¶Minus d. minus honoris. i. etsi non erat mihi satis honestus aduentus meus Sydã. ¶Minime a. i. ẽt incommodus ad multa facienda. ¶Tamen. q̃a intellexerã te ita velle. ¶Ita f. i. venturum Sydam. ¶Idẽ e. q. d. in eo quod Phania dixisset. officiũ amicitiæ & bñuolentiæ erga te declarare constitueram. ¶Corcyræ. vt in superiore epistola. ¶Tecum. i. vt

Sydam

videret audire alterum te: vel potius te ipsum, ita videbat nosce mentem tuam, & quicquid in pectore habes. ¶Te. u. e. subaudi dixit. ¶In p. p. in prima parte prouinciæ Italiam versus. ¶Quin. pro quinetiã, i. insuper præter id. ¶Te. f. d. subaudi dixit, nisi ego essem tibi successor, quem ꝓcipue cuperes videre. ¶Quod quidem. te cupere me videre, neq; velle aliter discedere, nisi me conuenisses. ¶Erat consentaneum. conueniebat, concordabat. ¶Festinares. ꝓperares. ¶Ita. f. vt Laodiceam irem. ¶Quod p. Pha. f. vt irem Sydam: sicut ille dixerat te velle. ¶Consilium. sñiam, ne irem Sydam. ¶Mea. q. d. propria, vt ostenderem tibi promptũ animum meum in obsequendo tibi quocũq; iuberes me venire. ¶Satis m. satis in tempore. Nam mature dr̃ fieri, teste. A. G. authore Nigidio, quod neq; citius, neq; serius fit: sed medium est quiddã temperatum: vnde scite Virg. i. ęnei. dixit. maturate fugam. i. non celeriter, sed temperate facite, ne ex celeritate euersæ forẽt naues Troianorum. ¶Ex tuis. quas ad me scripsisti ex argumento mearum.

Quin

Mature

ASCEN.

CVm meũ &c. Conquerit̃ Cic. ꝙ Appius visus sit occasionẽ quæsisse ne ꝯueniatur a se, & nolle magistratu ire, cum illo adhuc fungatur in ꝓuincia. quod tñ Cic. in æquiorẽ partem accipit. Accusat tñ Appium, ꝙ tres cohortes dimiserit & rursus ꝙ Appium ꝯuenire nõ põt, pollicetur tñ se amicitiæ in illũ partibus functurũ. ¶Ordo est. Cum. i. quando, ego cõparo factũ meũ cum tuo, etsi. i. q̃q̃, ego non faueo magis in amicitia nostra tuenda. i. protegenda mihi q̃ tibi: tñ ego delector multo magis meo facto q̃ tuo. ¶Ego. n. quæsiui ex Phania. f. liberto tuo. ¶Cuius. i. Phaniæ, ego videbar mihi &. i. simul: ꝑspexisse fidelitatẽ erga te, &. i. simul nosse. i. cognoscere: locum. i. gradũ æstimationis, quẽ is teneret erga tẽ, in quã partem ꝓuinciæ ipse putaret te velle maxime: vt ego venirẽ primũ: in succedendo. f. tibi: cum ille. f. Phania, rñdisset mihi, me nihil gratius posse facere tibi: q̃ si nauigassem ad Sydam. i. vrbẽ illã Lyciæ, aut portũ eius hẽt. n. portũ vrbs ea, etsi. i. q̃q̃: ille aduẽtus. f. in Sydam: hẽbat minus dignitatis, & erat minus aptus. f. quam cęteri: mihi ad multas res. f. honeste gerẽdas, tñ ego dixi me esse facturũ ita. f. vt illic ꝯsuluerat. ¶Ego cũ cõuenissem Corcyræ. i. in ea insula, aut vrbe eius, Lentulũ Clodium, hoiem ita ꝯiunctum tibi, vt cũ loquerer cũ illo, uideret mihi loqui tecũ, dixi me facturum esse idem. i. eandem rẽ: aut idẽ dixi ita, vt venirem primũ in eam partẽ, quã Phania rogasset, tũc ille cũ egisset g̃as mihi: petiuit a me magnope: vt irem ꝓtinus Laodiceã, & sup. dixit, te velle esse in prima ꝓuincia. i. in prima parte Romã versus: vt decederes q̃primũ. i. valde cito, qn. i. insup dixit, te fuisse decessurũ, nisi ego eẽm successor, quẽ tu cupes videre antea q̃ successum eẽt tibi. ¶Quod. f. dictũ Lentuli, erat qdẽ. i. certe consentaneũ. i. ꝯsonũ & eiusdẽ sniẽ. cũ iis literis. f. tuis, quas ego acceperã Romæ. ¶Ex qbus. f. lr̃is, ego videbar mihi ꝑspexisse. i. clare vidisse, & intellexisse q̃. i. q̃tũ festinares decedere. f. e ꝓuincia, vñ decedere nõ est ꝑ se mori, sed de loco, aut offõ, aut ꝓuincia cedere, sicut nec defungi est mori, sed ea reꝝ functione abire: qd morientes faciunt. ¶Ego rñdi Clodio. f. Lentulo, me facturũ ita: ac quidẽ multo libentius, q̃ si illud, quod promiserã Phaniæ esset faciendum. ¶Itaq;. ti & ita: ego, &. i. simul, mutaui cõsilium, & misi statim ad te literas scriptas, ¶Manu mea, quas qdẽ ego itellexi ex lr̃is tuis eẽ ꝑlatas ad te satis mature. i. tẽpestiue: aut. cito

Hoc ego meo facto valde delector. nihil enim potuit fieri amantius. Consydera nunc vicissim tuum. non mõ ibi nõ fuisti, vbi me quamprimum videre posses: sed eo discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege (vt opinor) Cornelia constituti essent: vt tuum factũ illis, qui quo animo inter nos simus, ignorant, alieni hominis (vt leuissime dicam) & fugientis congressum: meũ vero cõiunctissimi, & amicissimi esse videatur. ac mihi tamen ante, q̃ in prouinciam venirem, redditæ sunt a te literæ: quibus etsi te Tarsum proficisci demonstrabas, tamen mihi non dubiam spem mei conueniẽdi afferebas: cum interea credo equidem maleuoli homines (late enim patet hoc vitium, & ẽ in multis) sed tamẽ probabilem materiem nacti sermonis, ignari meæ constantiæ, conabantur alienare a te voluntatem meam: qui te forum Tarsi agere, statuere, multa decernere, iudicare dicerent: cum posses iam suspicari, tibi esse successum quæ ne ab iis quidem fieri solerẽt, qui breui tempore sibi successum iri putarent. Horum ego sermone non mouebar: quin etiam (credas mihi velim) si quid tu ageres, leuari me putabam molestia: & ex annua prouincia, quæ mihi longa videref, prope iam .xi. mensiũ prouinciam factam esse gaudebã, si absenti mihi vnius mensis labor detractus esset.

HVBER. ℂHOC ego repetit cõmendationem & officium sui facti. ⸿Amantius. cum maiori amore, amorosius. ⸿Consydera. inspice. ⸿Vicissim. contra: sicut meum aperui. ⸿Tuum. factum. ⸿Non modo. ostendit ꝙ non solum fefellit fidem in eo qđ promiserat, quia non venit ad loca constituta, sed etiam ita abiit longe, vt Cic. non possit eum persequi triginta dieb⁹. nã vt diximus in interiorẽ prouinciam se receperat: quæ quidem erat maxima. ⸿Lege cornelia. qua permittebatur, vt finito annuo magistratu, liceret tantum esse in prouincia triginta dies. ⸿Constituti. decreti. ⸿Ad. s. tibi succederef, nã alit non essent tibi constituti. ⸿Vt. subauditur: ita discessisti, vt diximus longe, vt illi: qui nesciunt animũ nostrum inter nos coniunctissimum: dicant factum tuum fuisse hois alieni a beneuolentia. ⸿Leuissimi. nullius existimationis, vel etiam inconstantissimi. ⸿Et fugientis congressum. collocutionem amici & conuentionem. ⸿Meum. factum, subaudi vt. ⸿Videatur. putetur. ⸿Coniunctissimi. cõtra id quod dixit alieni. ⸿At mihi. adhuc conuincit eum inconstantiæ ex promissione literarum suarum, quibus ille promittebat fore, vt eõuenire Cice. licet ite Tharsum: quam vrbem diximus esse Ciliciæ: erat autem in interiore parte. ⸿Non dubiam. quasi dicat certam. ⸿Cum interea. laudat Cic. constantiam suam aduersus inconstantiam Appii: ꝙ cum multi tentarent alienare eum ab Appio, dicentes Appium Tharsi ita statuere: iudicare: decernere: quemadmodum antea: cum esset procõsul: quod videretur præiudicare dignitati Cic. dicit tamẽ se nunquam moleste tulisse, sed potius gauisum esse. ⸿Late enim parenthesis. ⸿Hoc vitium. maleuolẽtiæ, & detractionis. ⸿Late patet. in multis locis regnat. ⸿Nacti. adepti. ⸿Probabilem. verisimilem, & latenter mordet Appium, quem licet maleuoli, tamen ob aliquam iustam causam accusarent. ⸿Ignari meæ constantiæ. qui nesciebant me ita esse constantem, vt non facile eorum detractionibus mouerer: nec verbis ab amicis alienarer. ⸿Conabantur. frustra tentabant, & volebant. ⸿Qui. maleuoli. ⸿Agere forum. forum multa significat, vt scribit Festus Pompe. at agere forũ dicitur præfectus prouinciæ, cum ciuitatibus conuocatis de earum negociis & controuersiis cognoscit, ergo forũ agere iura reddere: & causas audire. ⸿Statuere. facere statuta. ⸿Decernere. firmiter deliberare, sancire: vnde & decreta dicuntur sanctiones quædam eorum: qui habent authoritatem, vt principum: consulum, senatus. ⸿Iudicare. de causis & controuersiis ferre iudicia, quæ non debuisses facere cũ posses. ⸿Suspicari. opinari. ⸿Esse successum. datum sibi successorem: ad quem pertinet supradicta facere. ⸿Quæ succes. s. forum agere, statuere &c. ⸿Ne ab his quidem. quasi dicat si hæc non facerent, qui breui expectarent successorem: quanto minus tu facere debuisti, qui poteras existimare iam tibi esse successum. ⸿Non mouebar. non irascebar tibi. ⸿Credas velim. hoc dicit, quia vix est credibile, vt magistratui successuro placeat prædecessorem suum agere: quæ ad se pertineant. ⸿Si quid ageres. si quid statueres & iudicares, vt audiebam a te fieri. ⸿Leuari. exonerari. ⸿Molestia. labore. ⸿Et ex annua. sensus est: & ex administratione vnius anni, quod tempus videtur mihi longum, gaudebam iam vnum mẽsem esse confectum te administrante, remaneretq; mihi tempus breuius, & molestiam quæ erat annua redactam esse in .xi. menses. ⸿Prouinciam .xi. mensium, id est administrationem .xi. mensium. ⸿Esse factam m. quia iam vnum mensem administrasses. ⸿Longa, quia contra voluntatem meam mittor in prouinciam. ⸿Labor. administrationis. ⸿Detractus. diminutus tua administratione.

Forum

Decernẽ

Decretũ

ASCEN. ℂHOC &c. Ego delector valde hoc facto meo quod prænarratum est. ⸿Enim pro quia: nihil potuit fieri amantius. i. magis amanter, aut cum maiore amore meo in te. ⸿Consydera nunc vicissim tuum. s. factum. ⸿Tu non modo. i. non solum non fuisti ibi. s. Laodiceæ, vbi posses videre me quamprimum. i. valde cito, sed discessisti eo quo ego nequidem: id est non etiam, triginta diebus. i. spacio triginta dierum: possem persequi. i. ad consummationem sequi: hoc est sequendo attingere te, qui. i. triginta dies essent constituti tibi, vt opinor, ad succedendum tibi. i. ⸿Quibus lege Cornelia decedẽdum, tibi erat prouincia. ⸿Hoc, aut tu, factum tuum videatur illis, qui ignorant quo animo sumus inter nos. i. qui ignorant beneuolentiam nostram mutuam, esse hominis aliem, vt dicam leuissimi. i. cum leuissima nota simultatis, aut hominis fugientis congressum meum non coniunctissimi & amantissimi mei. ⸿Attamen literæ sunt redditæ mihi a te. s. scriptæ, antequam venirem in prouinciam: qbus. s. literis, etsi. i. q̃q̃: demonstrabas te proficisci Tharsum. i. ad vrbẽ Ciliciæ: tamen afferebas mihi non dubiam. i. certam spem, conueniendi mei. i. ꝙ conuenires mecum interea, credo equidem: homines maleuoli. ⸿Nam hoc vitium. s. maleuolentiæ & inuidiæ: patet. i. extenditur late, & est in multis, sed tamen. i. nihilominus, quãuis maleuoli suspicari possent: nacti materiam probabilem sermonis. s. de nobis faciendi, aut quem de nobis habuerunt, ignari constantiæ meæ, conabantur alienare voluntatem meam a te: qui dicerent te agere Tharsi forum: scilicet iudiciale, statuere. i. statuta condere, decernere, & iudicare multa, cum possis suspicari successum esse iam tibi. ⸿Quæ. s. iam dicta officia: forum agere: statuere &c. solerent quidem. i. certe, fieri ab iis, qui putarent succedi. i. successionem fieri sibi breui tempore. i. vt Hubertinus intelligit, post breue tempus, nam quando decedendum est. solent diligentissime reliqua munera prouinciæ explere: sed Appius sero id tunc fecisset, cum sibi successum eẽ suspicari debebat. Alius videtur hoc dicere Appium eo animo id facere quo qui putaret successionem Cice. breui tempore fore. i. parum paraturam, & ita noluisse intermittere munera prouinciæ. ⸿Ego non mouebar. s. constanti amore, sermone horum. i. hmõi hominum: quinetiam (velim credas mihi) ego putabam me leuari. i. deonerari, molestia. i. molesto negocio, si tu ageres, qđ. i. aliquid in ꝓuincia. s. ⸿Et gaudebam prouinciam esse factam mihi prope. i. quasi .xi. mensiũ, ex ꝓuincia annua. i. duodecim mensium, quæ videref mihi longa, gaudebam inquam si labor vnius mensis esset detractus mihi absenti.

ℂIllud

HVBER.

¶ ILLVD. cum accusat de tribus cohortibus dimissis. ¶ Mouet. turbat, molestum est. ¶ Paucitate militum. in tam exiguis copiis militum: vt tu in superioribus epistolis dicit. ¶ Abesse a prouincia. ¶ Nec me scire. subaudi mouet me, nec scire id est ꝙ nesciam vbi sint. ¶ Plenissime integerrime: conscripto ab ipsis cohortibus supplemento. ¶ Molestissime. quasi dicat: licet ꝙ dixi moleste feram, tamen hoc molestissime fero ꝙ &c. ¶ Eo. propter. ¶ Teipsum. tu praesentem, non amplius literas tuas, aut nuncios. ¶ Interea. dum te expecto. ¶ Ne literas quidem quod minus est quam te ipsum. ¶ Edocerent, instruerent: informarent. ¶ Fortem, magni animi hominem. ¶ Probatum spectatum & mihi gratum. ¶ Praefectum euocatorum. qui praeest euocatis militibus. Tria autem erant militiae genera: vt Seruius in primo & in. vii. aenei. declarauit. legitima eorum qui singuli iurabant pro repub. esse facturos, nec discedebant nisi completis militiae temporibus. tumultus vero eorum, qui ad vnum bellum militabant: vtputa si fuissent bellum gallicum, vel italicum: in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus. Euocatio vero fiebat cum ad diuersa loca diuersi propter cogendos mittebantur exercitus. ¶ Cui. Antonio. ¶ Traderes. committeres meo. nomine. ¶ Si tibi videretur. si putares tradendas: mansuete enim cum eo loquitur tanquam cum homine superbo, ne irritet eum ad iram, aut indignationem: quod fortasse fecisset, si dixisset cui traderes cohortes, sicut debes. ¶ Tempus anni. quia erat aestiuum tempus aptum bellis gerendis. Erat enim Augustus mensis: vt in superiori epistola visum est, & in fine huius. ¶ Aliquid negocii. aliquid belli. ¶ In quo. in quare scilicet vt possem gerere aliquid negocii. ¶ Amicitia. quae mihi dabat spem de te optimam. ¶ Et literae. quibus multa mihi pollicebaris. ¶ Fecerant. persuaserant mihi. ¶ Tuo consilio. vt etiam mihi consuleres quomodo mihi esset agendum. ¶ Quod scilicet me visurum tuo consilio. ¶ Ne despero. non sum sine spe. ¶ Quando. quo tempore. ¶ Aut tibi quo in loco. ¶ Suspicari. opinari existimare, multo minus. scire. ¶ Aequi. boni & amici. ¶ Iniqui. maleuoli & inimici. ¶ De tuo. accusat eum ꝙ dederit materiam maleuolis suspicandi de animo suo erga Ciceronem aliter quam sit, quia existimauerunt eum esse alienatum. Ordo est. videris dedisse non nihil loci iniquis existimandi secus de tuo animo in me. ¶ Non nihil loci. aliquid occasionis. ¶ Secus. aliter: vel quam ego desiderim, vel quam sit, quia existimant te esse alienatum a me, cum non sis. ¶ Id scilicet ꝙ dedisti occasionem &c. ¶ Si correxeris. si emendaueris, vt nunc des occasionem existimandi bene. ¶ Et scilicet subaudi gratum erit. ¶ Habere rationem constituere. ¶ Salua lege Cornelia. quae non plures, quam triginta dies constituebat ei, postquam venisset successor. ¶ In prouinciam, in Asiam. ¶ Per Cappadociam quae est Asiae regio regnum Ariobazanis. ¶ Castra. exercitum, milites, interdum enim pro loco vbi stant milites, interdum pro militibus ipsis ponuntur castra: vt nos castra mouemus. ¶ Iconio. oppido, vt diximus. Cappadociae. ¶ Ex diebus, quibus dixi me mouisse castra: & est sensus, computatis diebus mei itineris: & diebus quibus per legem corneliam: licet tibi esse in prouincia, si existimabis, ꝙ possis me conuenire, constitues quo loco, & quo die id commodissime fieri possit scilicet vt me conuenias.

Tria militum genera

Castra

Iconium

Illud (vere dicam) me mouet: in tanta militum paucitate abesse treis cohortes, quae sint plenissimae, nec me scire vbi sint, molestissime autem fero, quod, te vbi visurus sim, nescio: eoque ad te tardius scripsi, quod quotidie te ipsum expectabam: cum interea ne literas quidem vllas accepi, quae me docerent, quid ageres, aut vbi te visurus essem. itaque virum fortem, mihique in primis probatum Antonium praefectum euocatorum misi ad te, cui (si tibi videretur) cohortes traderes: vt dum tempus anni esset idoneum, aliquid negocii gerere possem. in quo, tuo consilio vt me sperarem esse vsurum, & amicitia nostra, & literae tuę fecerant: quod ego ne nunc quidem despero. Sed plane quando, aut vbi te visurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari quidem possum. Ego vt me tibi amicissimum esse & aequi, & iniqui intelligant, curabo. de tuo in me animo iniquis secus existimandi videris non nihil loci dedisse. id si correxeris, mihi valde gratum erit. Et vt habere rationem possis, quo loco me salua lege Cornelia conuenias: ego in prouinciam veni pridie Calen. Sextileis. iter in Ciliciam facio per Cappadociam. castra moui ab Iconio pridie Calen. Septem. nunc tu & diebus, & ex ratione itineris, si putabis me esse conueniendum, constitues, quo loco id commodissime fieri possit, & quo die. Vale.

¶ Ex vi. Epistola. Cum meum factum,

Idem ego cum L. Clodius Corcyrae conuenissem hominem ita tibi coniunctum vt mihi, cum illo cum loquerer, tecum loqui viderer, dixi ei me ita facturum esse, vt in eam partem quam Phania rogasset, primum venirem. Tunc ille mihi cum gratias egisset,

ASCEN.

¶ ILLVD, dicā vere, mouet, id est afficit dolore me, treis cohortes, quae sint plenissimae, id est perfectissimae, abesse, id est dimissas a te, in tanta paucitate militum, nec me scire vbi sint, vt videlicet eas reuocet. ¶ Autē id est sed, ego fero molestissime, ꝙ nescio vbi visurus sim te, & eo id est idcirco, scripsi ad te tardius, ꝙ expectabam quotidie te ipsum, cum interea ne quidem id est non saltem, accepi vllas literas scilicet a te, quae scilicet literae docerent me, quid ageres, aut vbi visurus essem te. ¶ Itaque id est & ita, ego misi ad te virum fortem & probatum mihi in primis, videlicet Antonium praefectum scilicet militum, euocatorum id est qui per euocationem militant. Tria enim, vt Seruius docet, erant militum genera, legitimum vnum, eorum qui singuli iurabant pro repub. se esse facturos, & ii non discedebant nisi completo militiae tempore, alterum tumultus, eorum videlicet qui orto tumultu ad vnum bellum militabant, vt in bello gallico & Italico, & tertium euocationis, cum ad diuersa loca diuersi propter cogendos mittebantur exercitus. ¶ Cui scilicet praefecto euocatorum, tu traderes cohortes: si videretur tibi scilicet ita faciendum, vt possem gerere aliquid negocii, dum id est donec tempus anni esset idoneum scilicet ad bellum gerendum. ¶ In quo scilicet negocio gerendo, & amicia nostra, & literę tuae fecerant, vt sperarem me esse vsurum consilio tuo. ¶ Sed plane id est omnino, ne quidem. i. non saltem suspicari possum, vbi aut quando sim visurus te. ¶ Ego curabo, vt & aequi & iniqui intelligant me esse amicissimum tibi. tu videris dedisse iniquis non nihil loci id est occasionis, & quasi ansam: existimandi, id est iudicandi, secus, id est aliter de animo tuo in me, si tu correxeris id, erit valde gratum mihi. ¶ Et vt possis habere rationem id est modum quo loco conuenias me, lege Cornelia salua, id est intra trigesimum diem, ego veni in prouinciam pridie Calen. Sextiles, id est vltimo die Iulii & facio iter in Ciliciam per Cappadociam. ¶ Ego moui castra ab Iconio oppido illo Cappadociae: pridie Calen. Septembris, id est vltimo die Augusti, nunc tu constitues, & ex diebus, & ex ratione itineris, si putabis me esse conueniendum, quo loco & quo die, id scilicet conuentus noster possit fieri commodissime. Vale.

HVBER PLuribus. Discesserat Appius ex prouincia: & iam Romam se receperat, vnde ad Ciceronem legatos cum literis plenis querimoniæ miserat, q̄ Cice. dicto impedisset eorum ædificationem, quam facerent in memoriam & gloriam Appii: exactis tributis ea prouincia: ad qđ respondet Cice. plene, & se excusat, callide accusans Appium: q̄ prouinciam ita oppresserit, vt plures sint: qui recusent soluere tributa pro hac ædificatione: q̃ qui velint. Deinde quia questus erat Appius, q̄ Cic. ei venienti ea prouincia obuiam non exisset: diceretq; id fecisse: q̄ se contemneret. Primum Cice. se excusat diligenter: ostenditq; se vsum omni diligentia: vt in hoc satisfaceret officio suo: sed culpam fuisse Appii, qui non reddiderit eum certiorem, qua via esset venturus, ostenditq; multas fuisse cãs quibus ei obuiam prodire debuerit, quas cõmemorat: ipsum tñ Appiũ quodammodo irridens, & qm commemorauerat Appius Lent. caisse sibi obuiam, Cic. aũt noluisse, quasi comparatione Len. nobilissimi deprimeret Ci. irritatus Ci. cõparatione eius superbiam aperta reprehẽsione retundit: ostendẽs se nulla re esse inferiorẽ vel Appio. vel Lentulo: q̃a vera nobilitas non consistit in vetustate, & splendore generis: sed in virtutibus, & recte factis, qbus dicit se ei parem esse, idq; opinione clarissimorum virorum: ita esse affirmat. Postremo dicit: q̄ si contemnetur ab ipso Appio: habebit tamen alios non eo inferiores a quibus honorabitur, se tamen seruaturum beneuolentiam suam in eum q̃diu ille volet. ſ Plus ocii. plus cõmoditatis temporis. ſ Nactus ero, habuero. ſ Cito. raptim, properanter. ſ Pueri. serui. ſ Præter. i. ad alium neminem præter q̃ ad te. Postponenda est enim dictio, q̃. nam nisi postponatur: dicetur præter te: & non præter ad te. ſ Legati hi enim ab apamea ad Cice. missi fuerant propter ædificationem, quam essent facturi in honorem Appii. ſ Volumen. inuidiose. dixit. q. non literas, sed volumen, id est verbosissimam epistolam. ſ Plenum querelæ. tuæ querimoniæ. ſ Eorum. legatorum. ſ Literis meis, quibus scripseram, ne quid facerent, priusquam ego rem cognouissem. ſ Eadem epistola. quam supra appellauit volumen. ſ Liberarem. liberos facerem: darem eis licentiã, quia impediebantur mandato Cice. ſ Ne in hyemem. cum incommodissime fiunt ædificationes propter frigora. ſ Inciderent. deuenirent scilicet tpe ædificationis. ſ Et simul id est etiam. ſ Peracute callide: astute quasi innueres tibi iniuriam fieri. ſ Tributa quæ imposita erant propter illam ædificationem. ſ Exigere. reposcere. ſ Vetarem. prohiberem. ſ Permisissem concessissem: scilicet exigere tributa. ſ Re cognita. honestate rei intellecta. ſ Genus: id est quod acute dicit eum esse questum: cum enim Cic. vetaret fieri ædificationem priusquam rem cognouisset, dicebat Appius hunc esse quendam prohibendi modum, quia cum non posset Cice. cognoscere rem propter remotionem locorum. Vetabat tamen ædificationem fieri: donec cognosceret, quod quidem quid aliud est: q̃ quodammodo aperte dicere se nolle fieri. ſ Quoddam genus. quandam rationem, quendam modum. ſ Me recepissem, rediissem. ſ Ad hyemem. ad hyberna, tempore enim hyemis recipiunt se milites in hyberna. ſ Accipe. audi, vt Accipe nunc Danaum insidias. ſ Ad omnia, quæ vt scribis. ſ Aequitatem, ironice. q. d. quæ nulla est, sed potius iniquitas. ſ Expostulationis. querimoniæ. ſ Aditum ad me, ventum ad me. Dicimus. n. adeo te, & ad te. ſ Intollerabilia. nimis grauia. ſ Exigi. propter istam ædificationem. ſ Quid iniquitatis. quid iniustitiæ. q. d. nihil. ſ Habuit: scilicet hoc. ſ Me scribere. ad eos qui exigebant tributa. ſ Ne facerent. ne exigerent ea. ſ Rem cãmq;. i. cãm rei. ſ Non poteram. obiectio. ſ Quasi vero verba ironica confutationi apta. ſ Ad me, qui essem proconsul cuius opera agebant. ſ Tam longe. obiectio: quæ posset ab Appio fieri. ſ Quid. confutatio obiectionis.

M. T. C. Procos. S. D. Appio Pulchro.

PLuribus verbis ad te scribã, cũ plus ocii nactus ero. Hæc scripsi subito, cũ Bruti pueri Laodiceæ me conuenissent, & se Romam pperare dixissent, Itaq; nullas iis, præter q̃ ad te, & ad Brutũ dedi literas. Legati Apemeani mihi volumen a te plenum querelæ iniquissimæ reddiderunt, qđ eorũ ædificationẽ literis meis impedissem. Eadem epistola petebas, vt eos quãprimum, ne in hyemem inciderent, ad facultatem ædificandi liberarem: & simul peracute querebare, quod eos tributa exigere vetatem prius, quam ego re cognita permisissem: genus enim quoddam fuisse impediendi, cum ego cognoscere non possem, nisi cum ad hyemem me ex Cilicia recepissem. Ad omnia accipe: & cognosce æquitatem expostulationis tuæ. primum cum ad me aditum esset ab iis, qui dicerent a se intolerabilia tributa exigi: quid habuit iniquitatis, me scribere, ne facerent ante, quam ego rem, causamq; cognoscerem? Non poteram credo ante hyemem (sic enim scribis) quasi vero ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. Tam longe inquis?

ASCEN. PLuribus verbis &c. Discedendo Appius ex prouincia cum Apameæ esset, inde ad Ciceronem legatos miserat cum literis plenis querelarum, q̄ Cicero edicto impediuisset ædificationem, quam Apameani cœperant: in gloriosam memoriam Appii, exactis tributis ex prouincia. Ad quod respondet Ci. se purgans: & Appium callide accusans: q̄ prouinciam oppresserit. Deinde purgat, q̄ Appio non erit obuiam, refellitq;, q̄ Lentuli nobilitatem suæ nouitati tantopere prætulerit Appius. Ordo est, Ego scribam ad te pluribus verbis. s. q̃ nunc, cum nactus ero plus ocii. ſ Ego scripsi hæc subito: cum pueri. i. serui Bruti conuenissent me. i. venissent ad me Laodiceæ. i. in ea vrbe Anthiochiæ: & dixissent se properare. i. properanter iter parare Romam. ſ Itaq; id est & ita, ego nullas id est non vllas, non dedi iis. i. eis vllas literas præterquam ad te, & ad Brutum. ſ Legati Apameani id est ab Apamea vrbe Antiochiæ. Sunt tamen, qui Appiani legant, sed errant, vt patebit in epistola, quæ incipit, Vix tandem, reddiderunt mihi a te scilicet missum: volumen id est libellum plenum querelæ iniquissimæ. i. iniustissimæ: quæ. i. quia ego impediuissem literis meis ædificationem eorum, scilicet legatorum, videtur potuisse dicere suam. ſ Tu petebas eadem epistola: vt liberarem. i. liberos facerem, & potestatem eis facerem ad facultatem ædificandi. i. vt possint ædificare, q̃primum. i. valde cito, statim visis literis tuis, ne inciderent in hyemem, quia magna ędificia fieri non solent: & querebare. i. querebaris simul, peracute. i. multum subtiliter, q̄ ego vetarem eos exigere tributa. s. ad ædificationem perficiendam, erat autem in honorem Appii cœpta, prius. i. antequam ego permisissem re cognita, hoc est, q̄ non prius exigerent quam permisissem, & nollem permittere nisi re cognita. ſ Aũt. i. sed querebare. i. querendo dicebas: fuisse quoddam genus. i. formam aut rationem impediendi. s. me non aliud quæ fuisse, quam vt impedirem ædificationem: cum ego non possem cognoscere. s. rem, nisi cum ad hyemem recepissem me ex Cilicia in hyeme aũt, vt dixi, ædificatio minus apte fieret. ſ Accipe, sup. responsum ad oĩa, & cognosce æquitatem, quam nullam, putas: expostulationis tuę. i. manifestę postulationis iniuriarũ de me primũ, cũ aditum. i. accessum esset ad me: ab iis. s. Cilicibus: qui dicerent tributa intolerabilia. i. grauissima exigi a se, quid iniquitatis habuit me scribere. i. q̄ scriberem, ne. i. vt non facerent antequã cognoscerem rem & causam? ſ Credo sic enim scribis, non poteram sup. cognoscere rem & causam ante hyemem, & est per ironiam dictũ, vnde addit. ſ Quasi vero ego debuerim ire ad illos. s. legatos, qui pecuniam exigebant, & illi non debuerint venire ad me. ſ Inquis, id est scio quod tam dicis, venirent illi ad te: tam longe?

ſ Quid

HVBER

¶ QVID.subaudi dices.¶ Nō.au.¶ Arbitrabare.existimas.q.d.imo existimabas. Hoc ergo infert Ci.quare non ita pote/rant venire ad me longe,vt hac eā cognosceret sicut erāt venturi:allaturi ad me literas tuas.¶ Tametsi.q̄q̄.¶ Ridi.ule.i. irrisorie.¶ Post brumā.cū iam esset præteritū tēpus æstatis,quo tpe petebat in literis:vt possent ædificare.¶ Bruma. bre/uior pars hyemis,a breuitate dierū dicta,quasi βραχων μαρ.¶ Recusent.renuant,vt exigatur.¶ Hactenus.s.dictum sit.¶ A Pausania.accusat nunc arrogātiæ Appiū:& se excusat.¶ Lentuli.is.n.p̄fuerat Ciliciæ ante App:sinā et Appius succes/serat.¶ Secū.cū ipso Pausania.¶ Prodissem exissem.¶ Obuiā. cū discederes ex puincia:& ego venirem.¶ Scilicet.dictio

Scilicet

apta ad ironiā:vt.Scilicet is superis labor est.¶ Cōtēpsi te. ita.n.dicis.¶ Nec pōt fieri. dicis nihil oīno me eē superbius, q̄ dedignatus sim tibi obuiam pdire.¶ Cū puer. incipit Ci. se excusare,q̄ vsus sit oī diligentia, vt exiret obuiam,sed ne sciuisse viā:qua ille esset venturus.¶ Puer. seruus.¶ Secun/da vigilia.Nox.n.apud milites in vigilias diuidit:q̄m seruāt castra vicissim per vigilias,& dicebat̄ pma,scd̄a,& tertia vigilia,& ipsi custodes dicebant̄ vigiles.¶ Incertūq̄. vel nū ciasset,vel etiam mihi incertū.¶ Vtra.qua.¶ Ambe.tantum duæ. nā ambo non dicit̄ nisi cum p̄cesserint duæ dictiones: vt Ci.& Virg.ambo docti.vel hæc dictio duo: vt vidi duos hoīes ambos mihi amicissimos,vel postremo cū de his loq̄/mur,q̄ tantūmodo sunt duo, vt ambos pdidit ille oculos:& ambas aures, & ambas manus.¶ Præfectū fabrū.qui p̄esset fabris.hoc est architectis meis,vel fabris lignariis,qui in ca stris haberi solent ad faciendas machinas.¶ Fabrum.pro fa brorū per syncopā.¶ Vtriq̄.& Leptæ,& Varroni.¶ Excur/rerent.approperarent.¶ Proditem.pdire possem.¶ Præter gressum.trāsiuissem.¶ Cætera.q̄ a me facta sunt pro officio amicitiæ.¶ An obuiam nunc ōndit multas sibi fuisse causas, quare ei obuiā prodiret, irridet tn̄ eum.¶ An nō proditem .i.nōne debuerā prodire obuiā:¶ Primū Ap. Claudio, q.d. nobilissimo ciui.¶ Deide impe.gerēti dignitatē & magistra tum amplissimū.¶ More maiorū,instituto maiorū nostrorū: qui voluerunt , vt successores discedentibus magistratibus obuiam pdirent.¶ Quod caput est, quod est summū oīum: nā vis amicitiæ oībus ante dictis p̄stat.¶ In isto gñe.præstā dum officium meū honorandi magistratus.¶ Ambitiosius. q̄a interdum plus facio q̄ debeo,qd solent facere ambitiosi: vt sibi postea reddant̄ vicissim pares honores.¶ Hactenus dicta sint.i.satis.¶ Quid ni.s.certe: exprimit aūt affectū aūi mi indignantis.¶ Appius Lentulo,q.d.nobilissimi non indi/gnati sunt se vicissim honorare pdeundo obuiam alter alte ri.¶ Et Cice. noluit.q.d. ignobilis:& nouus ciuis.¶ Quæso. interrogantis est cū reprehensione.¶ Has.i.subaudi dixisti.¶ Vsu.experiētia,qua deberes esse sapiētior.¶ Vrbanitatem. quæ græce dī αστειμος morū facilitas & honestas.media in

Noctem in vigilias diuisit

Prima se cūda & ter tia vigilia

Ambitio sius

quid:cum dabas iis literas , per quas mecum agebas, ne eos impedirē,quo minus ante hyemem ædificarēt, non eos ad me vēturos arbitrabare : tametsi id quidē fecerunt ridicule.quas.n.lr̄as afferebant,vt opus æsta te facere possent,eas mihi post brumam reddiderunt, sed scito,& multo plureis esse,qui de tributis recusent, quā q exigi velint:& me tū,qd̄ te velle existimem, esse facturum. De Apameanis hactenus. A Pausania Len tuli liberto,& a Cesonio audiui,cum diceret, te secum esse questū,qd̄ tibi obuiā non prodissem. Scilicet con tempsi te:nec potest fieri me quicquā superbius. Cum puer tuus ad me secunda fere vigilia venisset: isq̄ te añ lucē Iconiū mihi venturū nūciasset:incertūq̄, vtra via,cū essent duæ: altera Varronē tuū familiarissimū, altera Leptā præfectū fabrū meū tibi obuiā misi:man dauiq̄ vtriq̄ eorū,vt añ ad me excurrerent, vt tibi ob uiā pdire possem. Currens Lepta venit:mihiq̄ nūtia uit,te iam castra prætergressum esse. cōfestim Iconiū veni.cætera iam tibi nota sunt. An ego tibi obuiā non pdirem:primum Appio Claudio:deinde Imp:deī de more maiorum:deinde,quod caput est,amico: præser tim cum in isto gñe multo etiam ambitiosius facere so leā,q̄ honos meus, & dignitas postulet. Sed hæc hacte nus. Illud idē Pausania dicebat te dixisse, qd i Appius Lentulo,Lentulus Appio processit obuiā, Cicero Ap pio noluit. Quæso, ēt netu has ineptias hōmea sn̄ia, summa prudentia,multa ēt doctrina,plurimo rerū vsu, addo vrbanitatem,q̄ est virtus,vt Stoici rectissime pu tāt,vllā Appietatē, aut Lētulitatē valere apd̄ me plus,

ter scurrilitatē & austeritatē.¶ Stoici.vt ostendit in ethicis.¶ Putant.opinant̄.¶ Appietatē.cū contēptu dicit gentē vel no bilitatē Appiorū,& Lētulorū:q̄a dixerat Appius Len. Lētulus Appio pcessit obuiā.¶ Valere apud me. pluris a me fieri.

ASCEN.

¶ QVID:modus interrogādi,cū dabas iis lr̄as:per quas meū,ne impedirē eos,quominus.i. vt non aut q̄a ædificarent ante hyemem,nō arbitrabare eos venturos ad me:¶ Tametsi.i.nihilominus:tamen ēt si nō arbitratus esses ipsi fecerūt q dem id.i.venerunt ad me,ridicule.i.stulte,ita vt rideri possent.¶ Enim.i. q̄a,ipsi reddiderūt mihi post brumam.i. breuissi mum tp̄s lucis,hoc est post mediū hyemis,eas lr̄as,quas afferebant: vt possent facere opus æstate.s. durante.¶ Sed scito, &.i.simul,plures multo esse qui recusent.s.exactionē de tributis,q̄ qui velint sup.ea exigi,& tū.i.nihilominus, me esse fa/cturū,qd existimem te velle.¶ Hactenus sup. tēdi aut scripsi de Apameanis.i. legatis.¶ Ego audiui a Pausania liberto Lentuli,ac a Cesonio cum dicerent.i.audiui eos dicentes,te questū.i.conquestū esse secū, q̄ non pdissem obuiā tibi.s.re/deunti e prouincia.¶ Scilicet.i.scire licet,quamobrem quia contempsi te:nec quicq̄ pōt fieri superbius me.¶ Cum puer.i. seruus tuus,venisset ad me scd̄a vigilia noctis,& is nūciasset te venturū Iconium.i.in eam vrbem Cappadociæ,ante lu cem,& incertū sup.esset vtra via.i.qua duarū viarū.s.venturus esses,cum duæ.s.viæ essent,ego misi altera via obuiā tibi, Varronem familiarissimū tuū,& altera.s.via Leptam,p̄fectū meum fabrū pro fabrorū,& mandaui vtriq̄ eorū,vt excur rerent.i.extra ordinem ac pompam præcurreret ad me,vt possem pdire obuiam tibi.¶ Lepta currens venit & nunciauit mihi,te iam prætergressum esse castra.s. Romana.¶ Ego veni confestim.i.cū festinatione Iconiū.i.in eam vrbem Cappa/dociæ.¶ Cætera sunt iam nota tibi.q.d.scis q̄ per te steterit,quo minus te conuenerim.¶ An.i.vtrū verisimile est q̄ ego non proditem obuiam,primū Appio Claudio.i.Pulchro:q.d.homini nobilissimo,deinde imperatori,deinde more maio rum.i.ex vetere instituto,deinde quod est caput.i.præcipuum momentum rei, amico.¶ Præsertim cum soleam facere in isto genere.s.officiorū,etiā multo ambitiosius.i.copiosius & curiosius:q̄ honor meus & dignitas sup.mea postulat. ¶ Sed hæc hactenus sup.sint dicta.¶ Illud &c.Idem Pausania.s.Libertus Lentuli dicebat te dixisse illud.¶ Quidni:i.cur non ita fieret:est ironia.Appius sup.processit obuiam Lentulo redeunti e prouincia, cum, ille succederet , & Lentulus processit obuiam Appio.s.ex eadem redeunte,hoc est nobilissimus nobilissimo.Cicero homo nouus noluit.s.procedere obuiā Ap pio.¶ Quæso,i.quæro ex te tu ne,sup.effutiuisti.¶ Has.i.hmōi ineptias:homo,cū sis homo,mea sn̄ia.i.quantum ego de te sentio,summa prudentia.i.hn̄s summam prudentiam,etiam multa doctrina.i.habens multam doctrinam,& plurimo vsu rerum:addo vrbanitatem:id est asteismon:hoc est morum honestatem:quæ in vrbibus potius,q̄ in agro est,quæ.s.vrbani tas est virtus,vt stoici putant.i.censent rectissime,existimas.i.iudicas tu,illam appietatem.i. nobilitatem & gētilitatem Appiorum,aut Lentulitatem.i.nobilitatem Lentulorum: valere plus,i.esse maioris æstimationis apud me.

NVBER

¶ ORNAMENTA virtutis.virtutem ipsam:q vere ornat hominem.¶ Amplissima:maxima.s.honores & dignitates. ¶ Opinione,qa scdm stoicos non sunt bona.¶ Ista vestra nomina. Appiorum,& Lentulorum:quae ita iactatis.¶ Viros magnos,excellentes:qui virtute sua nobilitassent familiã suam.¶ Ea.nomina.¶ Postea.q.ante nõ admirabar:sed postq̃ administraui magna imperia & magistratus amplissimos,ita vt nihil deesset ad honorem & ad gratiã populi acquirendã:non putaui me superiorem vobis.i.vobis ante ponendũ:qui habuistis vestros maiores claros.¶ Sed parem.aequalem:nec oino inferiorem.¶ Nec m.h.locus ab authoritate ne videat ipse temere de se psumpsisse:& iudicasse.¶ Lentulũ eũ,q pfuerat Ciliciae ante q̃ Appius, ad quẽ scriptae sunt epsae primi libri. ¶ Aliter.q̃ Põ.& Len.qui iudicãt me esse vobis parẽ.¶ Paulo di.acutiore iudicio ἐξοχη.i.excellẽtia εὐγενεια.i.nobilitas, quę.differt ab excellentia:q̃ est generis & maiorum.Nobilitas vero est generis,& sui ipsius:vt ostendit Iu. Tota licet vetere res exornent vndiq cerae Atria:nobilitas sola est,atq vnica virtus.¶ Athenodotus. Athenodori, vt scribit Stra.li. xiiii.duo fuerũt:quorum vnus Cordiliõ dictus est:alter Sãdonis filius a vico quodã Cananita dictus.Caesaris pceptor fuit, & in summo honore apud illũ habitus, is nobilitatem sola virtute metiebat.¶ Vt ad rem.qa inter multas causas, quas dixerat sibi fuisse:vt ei obuiã pdiret.Dixerat deinde:q ca-put est, amico postea diuerterat ad eũ reprehẽdendũ.¶ Ita .s.me tibi esse amicissimũ.¶ Tu aũt,ego,inqt,omnibus officiis faciã:vt itelligas me tibi eẽ amicissimũ.¶ Tu aũt.si agis id:vt in absentia mea videaris minus debere & esse obligatus mea cã,q̃ ego laboraui tua cã,nõ curo.nolebat.n.Appius videri debere Cice.q multũ antea eius cã laborauerat, & dedignabat eũ laudare, a quo fuerat & multum & saepe laudatus.¶ Laborauerim.curauerim.effecerim.¶ Tua.s.cã. ¶ Libero.absoluo.¶ Ista cura.ne videaris debere mihi: hoc est nõ curo,qui si non honorabor ab Appio, honorabor ab aliis:qd declarat verbis Agamemnonis apud Homerũ in primo iliados:sic loquentis aduersus Achillem παρ᾽ ἐμοί γε καὶ ἄλλοι οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς.i.apud me quidem & alii,qui me honorabunt:maxime aũt cõsiliarius Iuppiter φιλαίτιος q̃rulus vel litiũ cupidus & amator φίλος amicus αἰτία cã & accusatio.¶ Illud non p.hoc est nõ assequeris, nõ obtinebis.¶ Quo minus,duę sunt partes.¶ Quo .i.¶ Velim m.tua cã.i.minorem p te, & vtilitate tua habeã voluntatem.¶ Assequere.perficies.¶ Vt mi.laborem.vt minus curem. ¶ In quam partem. an in bonam an in malam. ¶ Accipias.s.id quod tua causa velim.¶ Liberius apertioribus & pluribus verbis.¶ Fretus.tutus,confisus.¶ Officii mei erga te, quo in nulla re tibi defuit.¶ Et beneuolentiae meae erga te.¶ Certo iudicio,non temere,¶ Susceptam inceptã. ¶ Quoad.quousq quandiu,

Execdẽtia Nobilitas

Athẽodorus

Versus Homeri

Quoad

q̃ ornamẽta virtutis existimas:cũ ea consecutus nõdũ erã,q̃ sunt hoĩnũ opĩõibus amplissima:tñ ista vestra noĩa nunq̃ sum admiratus:viros eos,q ea vobis reliquissent,magnos arbitrabar. Postea vero q̃ ita & accepi & gessi maxĩa imperia,vt mihi nihil neq ad honorem,neq ad gloriã acquirendã deesse putarẽ:superiorem qdẽ nunquã,sed parẽ vobis me speraui esse factũ. Nec mehercule aliter vidi existimare vel Cn. Põpeiũ, quẽ oĩbus,q vnq̃ fuerũt,vel P.Lentulũ, quẽ mihi ipsi añpono. Tu si aliter existimas,nihil errabis,si paulo diligentius:vt qd sit ἐξοχη, qd sit εὐγενεια intelligas:& si, Athenodorus Sãdonis filius quid de his rebus dicat, attenderis.Sed vt ad rem redeam, me tibi non amicũ modo,verum etiam amicissimum existimes velim.profecto omnibus meis officiis efficiam, vt ita esse vere possis iudicare.Tu autem si id agis, vt minus mea cã, dũ ego absum,debere videaris,quã ego tua laborarĩ libõ te ista cura.παρ᾽ ἐμοί γε καὶ ἄλλοι,οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς. Si autem natura es φιλαίτιος illud non pficies, quo minus tua cã velim:hoc assequere, vt,quam in partem accipias,minus laborem. Haec ad te scripsi liberius,fretus conscientia officii mei, beneuolentiaeq,quam a me certo iudicio susceptam, quoad tu voles conseruabo, Vale.

¶ Ex.vii.Epistola. Pluribus verbis,

A Pausania Lentuli liberto,ac a Cosso meo audiui,cũ dicerẽt. Tamẽ ista vestra noĩa nũq̃ sum admiratus viros eos,q ea nobis reliquissent,magnos arbitrabar. Tu si aliter existimas,q̃ hi senserit vide,errabis.Tu aũt si id agis, vt mea cã minus,dũ ego absum,debere videris, q̃ ego tua laborarim, libero ista te cura,& adsunt mihi alii,q me honorabũt.maxime aũt cõsilio plenus Iuppiter.παρ᾽ ἐμοί γε καὶ ἄλλοι,οἵ κέ με τιμήσουσι,μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς.Sin aũt natũ es.φιλαίτιος, illud non perficies,quo minus tua cã velim.Hoc assequere, vt quam in partem accipias, minime laborem.

ASCEN.

¶ QVAM ornamenta virtutis? quasi dicat longe erras, nam cum nondum consecutus eram ea,quę sunt amplissima opinionibus:id est secundum opiniones hominum,videlicet consulatum & triumphos: tamen: id est nihilominus: ego nunq̃ sum admiratus scilicet tanquam rem admiratione dignam,ista:scilicet quae iactatis nomina vestra:sed sup. arbitrabar viros,qui reliquissent vobis ea,scilicet nomina praeclara:magnos:nam nisi illi magni fuissent, non reliquissent posteris suis nomina praeclara.¶ Vero,id est sed:postea q̃ ego coepi id est audiui: & gessi imperia maxima:ita vt putarem nihil deesse mihi,neq ad honorem sup.acquirendũ:neq ad gloriam acquirendam:speraui me esse factum nunquam quidem superiorem,sed parem vobis.¶ Nec mehercule ego vidi vel Cnaeum Pompeium,quem antepono omnibus, qui vnq̃ fuerunt,vel Lentulum quem antepono mihi ipsi, existimare idest censere & iudicare aliter scilicet q̃ q par vobis factus essem. ¶ Tu o Appii si existimas id est iudicas aliter:nihil errabis,si vt intelligas quid sit ἐξοχη exoce: id est excellentia, quid sup.sit εὐγενεια:id est nobilitas & bona natiuitas:attenderis,id est animaduerteris,quid Athenodotus filius Sandonis:additur autem id,quia,vt Strabo refert fuit etiam alter Cordolion dictus:hic autem Sandonis filius fuit praeceptor Cęsaris,dicat de his rebus,quia nobilitatem virtute metiebatur:dicebatq,quod Iuue. Tota licet veteres exornent vndiq cere Atria,nobilitas sola est atq vnica virtus:sed vt redeam ad rem id est quod ad vtilitatem faciat.¶ Ego velim sup.vt existimes,me non modo id est non tantum amicum tibi,verum etiam amicissimum.¶ Profecto ego efficiam omnibus officiis meis.vt tu possis iudicare ita esse vere. ¶ Tu autem si agis:id praetendis, vt tu videaris debere minus sup.laborare mea causa,dum id est donec ego absum:q̃ ego laborarim p laborauerim tua sup.causa:ego libero te ista cura: id est sum contentus:vt mea causa non labores:nam,vt inquit Agamemnon homericus ad Achillem iratum in primo Iliados: παρ᾽ ἐμοί γε:idest apud me καὶ ἄλλοι:idest & alii sup.sunt με τιμήσουσι qui me honorabunt μάλιστα δὲ:maxie autem μητίετα consiliarius, Ζεύς Iuppiter, Quasi dicat Cicero si tu minus honorabis me:honorabunt alii:si autem es natura id est per naturam φιλαίτιος:id est querulus,tunc non perficies quo minus id est vt non velim scilicet laborare aut prodesse in causa tua aut sic quo, id est vt velim minus sup.propterea in causa tua:sed sup.te assequere id est obtinebis hoc,vt laborem, id est curem,minus in quam partem accipias scilicet haec a me scripta,siue in bonam,siue in malam.¶ Ego scripsi haec ad te liberius,id est multum libere aut liberius quam par est, fretus conscientia officii mei:& beneuolentiae sup.meae,quam susceptam certo iudicio a me conseruabo quoad, id est quandiu tu voles,

HVBER.

ET si. Hæc epistola fere tota est responsiua epistolæ Appii, nisi in fine. Conquestus enim fuerat primum: quod Cice. vultu, & taciturnitate significasset se non esse amicum Appii: quod Cice. dicit se non intelligere, quia nihil fuit. Dein de conquestus erat, quod cum ciuitates prouinciæq; decreuissent mittere publico sumptu legationes Romam ad laudandum Appium in senatu, Cice. edicto suo: & decreto prohibuisset ipsas legationes, de qua re se excusat diligenter. Addiderat Appius φ Cice. de eius fama in prouincia detraxisset: quod omnino negat Cice. & dicit Appium aut hoc improbe finxisse, aut si audiuit ab aliquo cum errasse tamen quod nimis temere: & leuiter crediderit. Postremo ostendit sibi gratum esse: quod admonitus fuerit de rebus vrbanis ab Appio, quem rogat, vt agat cum Hortensio familiari suo, vt omnino nõ approbet φ Cice. remanet in prouincia p duos annos. Breuius demum admonet Appium vbi nunc sit. & quid noui sit in Cilicia. ¶ Videbam, intelligebam. ¶ Hanc meam. ¶ Ad vrbem. in vrbe. Significat enim nũc in loco, vt prima qd ad Troiam p charis gesserat argis. ¶ Refrigerato. remisso: diminuto: cessante, sicut contra feruere ponitur pro crescere & frequentari. Leuissimo sermone. id est leuissimorum hominũ sermone. ¶ Prouincialiũ. illius prouinciæ. i. Cilicum: q gaudent inter nos dissidiũ ponere. ¶ Multis verbis, longiore epistola. ¶ Faciendum putaui. i. visum est mihi. ¶ Breui. i. paucis verbis. Capita. capitula, primæ partes, vel clausulę primę. ¶ Tacita. sine vlla mentione & responsione ¶ Diffinitũ determinatũ. ¶ Certũ. expssum, vident. n. eẽ somnia q̃ in principio ep̃læ scribis. ¶ Vultu. faciei qualitate, qua possumus significare aium nr̃m: vtputa si rideamus, cũ quispiã detrahit de honore alterius: significamus nos nõ esse ei inicos: q nõ rideremus. Cũ vero pp illas detractiones obducimus: aut rugamus frontẽ: oñdimus nos amicos: q nolumus audire eius detractiones. depchendi. aũt vultu animi qualitatem ostendit Iuue. Deprehendas animi tormenta latentis in ægro Corpore, dephendas & gaudia, sumit vtrũq; Inde habitum facies. ¶ Taciturnitate, quia si detrahẽtibus nihil contra respondemus: videmur confirmare. ergo. ¶ Vultu, ostendendo lætitiam cũ tibi detrahebat. ¶ Taciturnitate, tacendo: & quodammodo affirmando q̃ de te dicebãtur, ¶ Id. me nõ esse tibi amicũ. ¶ Pro tribu. i. in tribunali. Nã pro hic pro in ponitur. In tribunali autem. i. cum ius redderem. ¶ In conuiuiis quibus interfueram. ¶ Hoc totum quod dicis me significasse vultu & taciturnitate in tribunli & in conuiuiis me non esse amicum tibi. ¶ Nihil esse a me. nunq̃ a me esse factum. ¶ Ne quod dicatur, quia ex nihilo nihil potest elici. ¶ Illud. dixit se nulla re ostendisse se esse inimicum Appio: nec vnq̃ ei detraxisse: nunc dicit se etiam tum sæpe laudasse. ¶ Illud. quod sequitur, id est meos sermones. ¶ Habitos, dictos a me. ¶ Illustres, claros, honorificos. ¶ Ex superiore loco, in tribunali. ¶ Ex æquo inferiore, vt in conuiuiis & cæteris locis. ¶ Laude tua. cum magna tua commendatione. ¶ Ex significatione. demonstratione, testificatione. ¶ Quod ad legatos, respondet alii parti epistolæ de impeditione legationum. ¶ Elegantius. dignius. ¶ Aut iustius. cum maiori iustitia. ¶ Egentissimarum pauperrimarum. ¶ Sumptus. qui imponebatur pro mittendis legationibus. ¶ Postulantibus. a me: vt imminuerem sumptus earum: neq; enim mea sponte motus sum: vt id facerem. ¶ Genus legationum, id est quales essent omnes legati: qui proficiscebantur Romam. ¶ Tuo nomine. tua causa: vt te laudarent.

Ad vrbem significat nunc in loco

M. T. C. Procos. S. D. Appio Pulchro.

ET si, quantum ex literis tuis intelligere potui, videbam te hanc epistolam, cum ad vrbem esses, esse lecturum, refrigerato iam leuissimo sermone hominum prouincialiũ: tamen cum tu tam multis verbis ad me de improborum oratione scripsisses, faciendum mihi putaui, vt tuis literis breui responderem. sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt, nihil enim habent, quod aut definitum sit, aut certum, nisi me vultu, & taciturnitate significasse tibi nõ esse amicum: idq; pro tribunali, cum aliquid ageretur, & nonnullis in cõuiuiis intelligi potuisse. Hoc totum nihil esse possum intelligere: sed cũ sit nihil, nec quid dicatur qdem itelligo. illud quidẽ scio: meos multos, & illustres & ex superiore, & ex æquo loco sermones habitos cum tua summa laude, & cũ magna significatione nostræ familiaritatis, ad te vere potuisse deferri. Nã qd ad legatos attinet: qd a me fieri potuit aut elegantius, aut iustius, q̃ vt sumptus egentissimarũ ciuitatum minuerem sine vlla iminutiõe dignitatis tuæ, pſertim ipsis ciuitatibus postulãtibus? nam mihi totũ genus legationum tuo nomine proficiscentium, notum non erat. Apameæ cum essem, multarũ ciuitatũ

ASCEN.

ET si. Respondet epistolæ Appii, qua multa obiecerat, quæ purgat vt legenti facile patebit. ¶ Ordo aũt est. Etsi. i. q̃q̃ ego videbam quantum potui intelligere ex literis tuis, te lecturũ sup. esse hanc ep̃lam cum venisses ab vrbem. i. Romam: sermone leuissimo. i. inconstantissimo, holum prouincialium, q inique conquesti fuerunt de Ci. refrigeratum. i. temperatum & sedatum iam, tamen cum tu scripsisses ad me tam multis verbis, de oratione. i. locutione hominum improborum: ego putaui faciendum mihi id est me debere facere: vt responderem breui id est breuiter: vel breui sup. epistola vel responsione: literis tuis. ¶ Sed duo prima capita id est principales sententiæ epistolæ tuæ, relinquenda sunt mihi quodammodo tacita, enim, id est quia, nihil habent quod sit aut diffinitum, id est determinatum: aut certum, nisi me significasse vultu & taciturnitate id est eo φ multum iratum haberem, & nihil dicerem: me sup. non esse amicum tibi, idq; i. & id potuisse intelligi pro tribunali. i. ante tribunal: cum aliquid ageretur, & in nonnullis. i. quibusdam conuiuiis. ¶ Ego inquit Cicero: possum intelligere hoc totum nihil esse, id est ex vana suspicione esse ortum, sed cum nihil scilicet in te, nec quidem, id est non etiam aut non saltem, intelligo quid dicatur. ¶ Quidem. i. certo: ego scio illud multos sermones meos habitos & illustres. i. claros, & ex superiore loco. i. cum in sede magistrali sederem, & in loco æquo. i. plano, cum vt priuatus loquerer cum summa laude tua, & cum magna solicitudine. i. anxietate: & significatione familiaritatis nostræ: potuisse deferri. i. delatorie afferri ad te: vere. i. veraciter. ¶ Nam quod attinet ad legatos: qui cõibus sumptibus volebant Romam proficisci, vt Appium publice laudarent, quid potuit fieri a me, aut elegantius. i. decentius, aut iustius, q̃ vt minuerem sumptus. i. expensas ciuitatum egentissimarum: sine vlla imminutione dignitatis tuæ: præsertim ipsis ciuitatibus, postulantibus sup. illud. q. d. nihil. ¶ Nam totum genus legationum. i. legatorum proficiscentium. i. abeuntium tuo nole, non erat notum mihi. i. non erat approbatum a me: cum nescirem iustam rationem earum. ¶ Cum ego essem Apameæ. i. in ea vrbe Antiochiæ, aut (vt alii dicunt) Phrygiæ, sed Strabo dicit sic. Anthiocensibus ad Austrum Apamea est: in mediterranea sita. Et paulo ante de Anthiocensi prouincia, quæ est pars Syriæ loquens dicit. Vocatur etiam tetrapolis ex insignibus vrbibus, quæ ibi sunt, & si plures sint, maxime eñ quatuor sunt, Antiochia apud Daphnem: & Seleucia in Pieria, & Apamea & Laodicea, q̃ pp concordiam sorores dicebantur. Eas Seleucus condidit. Maxima ab eius patre Anthioco Anthiochia dicta est, Munitissima ab eum. Apamea vero ab eius vxore, Laodicea autem matre nominata est. Alii tamen dicit Apameam & Laodiceam Phrygiarum vrbium maximas. Sed Phrygia generaliter ea quoq; pars dicitur.

Apamea
Anthiochia
Seleucia
Laodicea

HVBER. Soluendo non eſſent. Hic. Vrbanus. Synadis. Synadica. Marmora.

¶PRINCIPES.primates.¶ Detulerũt ad me,renunciauerunt mihi.¶ Decerni.ſtatui in puĩcia.¶ Soluẽdo nõ eſſent ſoluere nõ poſſent: ſoluendi facultatem non haberent.¶ Hic.tũc:eſt enim aduerbiũ temporis:vt Hic Regina grauem gẽmit,auroq́ popoſcit:Impleuitq́ mero paterã.alias loci:vt Hic illi⁹ arma:hic currus fuit.¶ Vrbanũ.ciuilẽ:cultis moribus.¶ Vt nũc loquimur.qa verbũ erat tẽporibus Cic. nouũ:vt oſtdit, Quintilianus lib. viii. vbi tractat de ornatu orationis:& adducit hunc locum Cice.iſto genere legationũ.i.talibus legationibus:q̃ nulla neceſſitate proficiſcerentur,ſed tantũ vt te laudarent.¶ Synnadis,quod eſt oppidum,Phrygiæ ad Cariæ fines:vnde marmora effodiũtur: quæ ſynnadica dñr.¶ Id.i. te nõ dlectari hoc gñe legationũ.¶ Primũ.ſ.dicebã.¶ Appiũ Claudiũ.ſ.te.¶ Myndenſiũ.Myndũ oppidũ Cariæ.¶ Sponte p.ſpm.i.ſua cã & nõ teſtimõio legationũ.In ea.n.dicit q̃te potius dixerit Myndenſiũ q̃ alioꝝ populoꝝ: qa in ciuitate mẽtio facta eſt de hac re.¶ Sẽatui.a ſenatu:datiuus p ablatiuo.¶ Deinde.ſ.dicebã.¶ Accidiſſe. cõtra eoꝝ voluntatem eueniſſe.¶ Eoꝝ cã, vt eos laudarent.¶ Tẽpus, occaſionem dari.¶ Laudandi.eos quoꝝ cã veniſſent.¶ Studia.dicebam mihi placere volũtatẽ eoꝝ:qđ eẽnt grati erga te:p p merita tua bene adminiſtratę puĩcię.ſed.¶ Cõſiliũ. deliberationẽ pficiſcẽdi Romã tua cã.¶ Minime.nec qa vt dixi tua ſponte ſatis eſt laudat⁹ ſenatui & Populo Ro.¶ Officiũ ſuũ.i.ſi vellent demõſtrare ſe eẽ gratos,ſicut eos eẽ decet.¶ Laudaturꝝ.ſubaudi dixi.¶ ẽẽt fun.offi.i.veniſſet Romã ad laudãdũ te.¶ Sũptu ſuo pprio:nõ aũt ſumpto publico, q exigit cõtra voluntatẽ multoꝝ.¶ Conceſſuꝝ:pmiſſuꝝ,vt fungeret offitio.¶ Legitimo.ſ.ſumptu.i.honeſto , moderato.¶ In finito. nimio:& imoderato.¶ Eẽ.n.q.d.quoſdã exiſtimaſſe.¶ Quaſi cõ.q.d. debita opa & tãtũmõ ad hoc:vt impedirem legationem:& non pdeſſem puĩciæ.¶ Acõmodatũ: adaptatũ fcm.¶ Iam.inceptiua particula in hoc loco.¶ Diſputant.pferũt.¶ Hęc talia.ſ.me feciſſe edictũ de induſtria:vt impedirem legationes tua cã pfecturas.¶ Cuius.alicuius.¶ Patent. ſunt expoſitæ: quod eſt ſignũ inconſtantiæ amoris nõ veri. Nam inquit Ci.in Lælio de amicitia.¶ Addendum eodem; vt nec criminibus inferendis delectetur amicus: nec credat oblatis, quæ pertinent oĩa ad inconſtantiam. Idem in eodem libro paulo inferius. Iam deinde non ſolum ab alio oblatus criminationes repellere: ſed neq́ ipſum quidem eſſe ſuſpicioſum ſemper aliquid exiſtimantem ab amico eſſe violatum.¶ Edictum decretum. ¶ Publicani. qui publica tractant & conducunt. ¶ Samum. Samos tantummodo dicitur pro inſula. Same vero & Samus pro vrbe dicitur: author Strabo li.x.¶ Romæ, cum eſſem Romæ: vbi nihil ſuſpicabar de hmõi legationibus.¶ Addidi.occurrit obiectioni:ne diceret eum forte poſtea conſulto id addiſſe.¶ Caput.capitulum:quod ego tranſtuli de tuo edicto in meum.¶ In capite.de minuendis ſumptibus.¶ Noua.a te non cogitata.¶ Salutaria.vtilia. Quibus.ſalutaribus.

Iam

principes ad me detulerunt,ſumptus decerni legatis nimis magnos,cum ſoluẽdo ciuitates non eſſent. Hic ego multa ſimul cogitaui. primũ te hominem nõ ſolũ ſapientem,verum etiam(vt nunc loquimur)Vrbanũ, non arbitrabare genere iſto legationũ delectari : idq́ me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis diſputauiſſe: Primum Appium Claudium S. P. Q. R: non Myndenſium teſtimonio(de ea enim ciuitate mẽtio facta eſt)ſed ſua ſpõte eſſe laudatũ. Deinde me iſta vidiſſe multis accidere,vt eorum cauſa,legatiões Romam venirent: ſed his legationibus non meminiſſe vllum tẽpus laudandi , aut locum dari.ſtudia mihi eorum placere,quod in te benemerito grati eſſent:conſilium totum videri minime neceſſarium. ſi autem vellent declarare in eo officium ſuum: laudaturum me, ſiquis ſuo ſumptu functus eſſet officio: conceſſurum, ſi legitimo:non permiſſurum , ſi infinito. Quid enim reprehendi poteſt?niſi quod addis,viſum eſſe quibuſdam, edictum meum, quaſi conſulto ad iſtas legationes impediendas eſſe accommodatum. Iam vero non tam mihi videntur iniuriã facere ii, qui hæc diſputãt, quam ſi cuius aures ad hanc diſputationem patent. Romæ compoſui edictum.nihil addidi, niſi quod publicani me rogarunt , cum Samum ad me veniſſent, vt de tuo edicto totidem verbis transferrem in meũ. diligentiſſime ſcriptum caput eſt,quod pertinet ad minuendos ſumptus ciuitatum : quo in capite ſunt quædam noua ſalutaria ciuitatibus, q̃bus ego magnopere

ASCEN. Soluendo

¶PRINCIPES multaꝝ ciuitatũ detulerũt ad me.i.clauſula inſinuauerũt mihi: ſumptus nimis magnos decerni.i.decreto adiudicari:legatis.ſ.Romã ituris: cũ ciuitates nõ eſſent ſoluendo.i. vt ſoluant.¶ Ego cogitaui multa ſimul hic.i. in hac re:aut hoc tẽpore,primũ arbitrabar te hoiem:nõ ſolũ ſapientem:veꝝ ẽt:vt nunc loquimur:vrbanũ.i.politũ ſermone & moribus:nõ delectari iſto gñe legationũ.ſ.q in vanũ exhaurirent egẽtiſſimas ciuitates.¶ Et ego arbitror me diſputaſſe id multis verbis p tribunali.i.in tribunali ſynadis.i.in eo oppido Cariæ:vbi via eſt marmoꝝ: q̃ ſynadica inde dñr. Alii Phrygiæ quoq́ eã addicũt: qa vicina ſunt loca:Phrygiaq́ maior ea cõplectit̃. Eſt aũt forma ablatiui plãlis.¶ Primũ ſup. dixi ẽ diſputando, Appiũ Claudiũ eſſe laudatũ ſenatui & Populo Ro.i.a ſenatu & Populo Romano:aut corã ſenatu & Populo Ro.nõ teſtimonio Myndenſiũ.i.legatãꝝ e Myndo oppido Cariæ,mentio.n.legationis mittendæ facta eſt in eo oppido: ſed ſua ſponte.i.ſine alicuius intercęſſione.Nam ſenatus de republica benemeritos ſponte laudare ſolebat. deinde ſup. dixi me vidiſſe iſta accidere multis,vt legationes venirent Romã:cã eoꝝ.ſ.laudandoꝝ:ſed dixi me nõ meminiſſe: vllũ tempus aut locũ laudandi:dari his.i. hmõi legationibus,Sicut Agrecius dicit memini exigit pſens tps: vt memini videre non vidiſſe:& hic dari nõ datũ eſſe.Idq́ Cicero fere obſeruat. Valla tñ in Raudenſem improbat. Certũ aũt eſt Virg.in geor: dixiſſe.Memini Coriciũ vidiſſe ſenem:& Perſiũ,memini ſomniaſſe:ſed frequẽtior eſt p pſens locutio.¶ Dixi ſup.ſtudia eorum q ire aut mittere volebãt,placere mihi,q eſſent grati in te benemerito:ſed ſup.dixi:cõſiliũ totũ.ſ.de mittendis legatis videri minime neceſſariũ.¶ Si aũt vellent declarare offm ſuũ in eo.ſ.cõſilio aut incepto.dixi ſup.me laudaturꝝ: ſiquis functus eſſet officio.ſ.legationis Romã tui laudandi gratia:ſuo.i.pprio ſumptu:nõ ciuitatũ egentiũ : & dixi conceſſuꝝ:ſi ſup.functus eſſet ſuo ſumptu legitimo.i.rõnabili:q̃lem leges pmittũt:& ſup.dixi me nõ pmiſſuꝝ ſi infinito.ſ.ſumptu:qa cederet in detrimentũ reipu.cui expedit,vt vnuſqſq́ re ſua bene vtat̃.¶ Diſputaui aũt:publice.aut fateor me diſputaſſe publice:qd.n.põt rephendi.ſ.in meo facto,niſi q addas viſum eſſe qbuſdã edictũ meũ:eſſe accõmodatũ.i.applicatũ:q̃ſi cõſulto.i.cõſilio puto ad iſtas legationes impediendas.¶ Iã vero ii q hæc diſputant.i.variis ſermonibus agitant:nõ videnť mihi facere iniuriã.tm̃.i.in tm̃:q̃.i.q̃tũ:ſup.is ſi cuius.i.ſi qs talis ſit q eius aures patent ad hanc diſputationem: tacite notat Appiũ:q detractores libenter audit, modeſtius tñ dicit:ſi cuius:q̃ ſi diceret vt multi legunt:q̃ ii quoꝝ &c.aut is cuius &c. ¶ Ego cõpoſui edictũ Romæ.i.cũ adhuc Romæ eſſem nec quicq̃ de legationibus iſtis ſuſpicarer:& nihil addidi, niſi id qđ publicani.i.q pub.vt vectigalia conducunt & tractant rogarunt me cũ veniſſent ad me Samũ.i.in eam vrbem inſulæ eiuſdem nois , ſed vrbs ẽt Same dicitur:inſula tñ ſamos , vt transferrem.i.tranſmutarem:de tuo edicto in meum.ſ.edictum. ſcriptum diligentiſſime:totidem verbis:quot eſſet ſcriptum in tuo edicto:hoc eſt vt quod erat in tuo edicto : ponere aliter,in quo capite ſunt quædam noua ſalutaria ciuitatibus:quibus ego delector magnopere.

Memini

Samos

¶Delector

HVBER.

¶ DELECTOR, qa cū p̄sim puinciæ oīa refero ad eius vtilitatem. ¶ Offenderē te. facerē cōtra te. ¶ Translatitiū. fi ctitiū in me falso trāslatū. ¶ Neq; enim. reddit rōnē quare hoc sit translatitiū. ¶ Priuatæ rei, sed potius cā publica. ¶ Legari. mitti subaudi eos. ¶ Qui mittebant. Romā. ¶ Tibi. n. q. q gesseras magr̄atū. ¶ Non priuata sua, nō ipsorum tm̄ puincialiū. ¶ Edixi. decreui: statui. ¶ Iniussu meo, fine meo mādato. ¶ Exclusi. excepi. ¶ Persequi me. venire ad me: q etā admodū longe. ¶ Taurū. montē quē Ci. trāsierat. ¶ Ridiculū. dignū risu: qa sine rōne dictū. ¶ Quid. n. erat. hoc dicit nullā fuisse cām, quare eū psequerent trās Taurū: qa añ q̄ trāsiret Taurū, ita egerat iter suū: vt nō mō illæ legatiōes: verum ēt legatiōes oium ciuitatū potuerint eū cōuenire. ¶ Ad Iconiū. vn̄ paulo ante mouerat castra, vt in supioribus epistolis ostēdit. ¶ Diœcesiū. diœcesis scribit p œ diphthōgū & sign̄at gubernationē: admīnistrationē: nā Διοικέω signat guberno, ergo diœcesiū: iurisdictionum, gubernationū puinciæ. ¶ Cis. citra. ¶ Magistratus. officiales. ¶ Philomeli. qd̄ est oppidū Phrygiæ in magna planitie a septentrione: author Strabo. ¶ Istius ge. huiōi q̄ mitterēt cā laudādi te. ¶ Atq;. dicit se nihil decreuisse sua sponte de huiōi legationibus, nisi qd̄ postulatiōibus principiū ciuitatis coactus est facere. ¶ Remittendo. p dimittendo. ¶ Postulauissent. rogassent. ¶ In vēditionē tributorum. qa plerūq; vendunt tributa iis, q postea ea exigunt sine vlla clemētia. ¶ Acerbissimā. crudelissimā: accipiēdo pignora & subhastādo bona eorum, q debent tributa. ¶ Capitū atq; ostiorum. q̄ per capita & p ostia fit & imponit. ¶ Inducerent. impōerent: & quasi in malā cōsuetudinē reducerent. ¶ Minime necessarii. & ideo non tolerabiles: nā sumptus necessarii ēt si sint graues: equo tolerantur. ¶ Ego aūt cū hoc suscepissem. aggressus essem: vt defenderem. Adductus. motus. ¶ Miseriis: calamitatibus. ¶ Perditas. afflictas: cōsumptas. ¶ Per suos magistratus. latēter pulsat Appiū. ¶ Nō negligēs. i. prote. i. diligentissimus. ¶ Nō debuisti. vt ostēdimus supra, eē officiū boni amici & cūstātis. ¶ Aliis. multi. n. sunt q multa fingūt: & ea falsa tribuūt amicis, quos pessimos eē ostēdit. Hora: i. in sermōib9 his vbis. Fīgere q n̄ visa pōt, secreta tacerē Qui neq̄t, hic niger ē, hūc tu rōane caueto. ¶ Minime liberale. minime honestū.

Diœcesis

Philomelū

delector. Hoc vero, ex quo suspicio nata ē, me exq̄siuisse aliqd, in quo te offēderē, tralatitiū est. Neq;. n. eram tā desipiēs, vt priuatæ rei cā legari putarē, q & tibi nō priuato, & p re nō priuata sua, sed publica, nō in priuato, sed in publico orbis terræ consilio. i. in senatu vt gratias agerēt mittebant. Neq; cū edixi, neqs iniussu meo pficiscerent, exclusi eos, qui me in castra, & q trans Taurū psequi nō possent. nā id est maxime in tuis lr̄is ridendū, qd. n. erat, quod me psequerentur in castra, Taurum ve transirent: cum ego Laodicea vsq; ad Iconiū iter ita fecerim, vt me omniū illarum diœcesium, quæ cis Taurū sunt, omniumq; earum ciuitatū magistratus, legationesq; cōuenirent, nisi forte postea cœperunt legare, q̄ ego Taurū trāsgressus sum: quod certe non ita est. cū. n. Laodiceæ, cū Apameæ, cum Synnadis, cum Philomeli, cū Iconii essem, qbus in oppidis oibus commoratus sum, oēs iā istius generis legationes erāt constitutæ, atq; hoc tñ te scire volo: me de isto sumptu legationum aut minuendo, aut remittendo decreuisse nihil, nisi qd̄ pricipes ciuitatū a me postulassent, ne in venditionem tributorum & illā acerbissimā exactionē, quā tu nō ignoras, capitū, atq; hostiorū inducerētur sumptus minime necessarii. Ego autem cum hoc suscepissem, non solum iustitia, sed etiam misericordia adductus, vt leuarē miseriis pditas ciuitates, & pditas maxie p magr̄atus suos: non potui in illo sumptu non necessario negligens esse. Tu cū istiusmodi sermones ad te delati de me sunt, non d̄buisti credere. Si aūt eo gn̄e delectaris, vt q tibi in mētē veniāt, aliis attribuas. genus sermonis inducis in amicitiā minime liberale.

ASCEN.

¶ VER O p sed. hoc ex quo suspicio nata est: me exquisiuisse. i. excogitasse aliqd: in quo offenderē te: est tralaticiū. i. seu translatitiū. i. fictitiū & falso in me trāslatū: ex malitia eorum, q talia cogitant & faciūt. ¶ Neq; enim erā tā desipiēs, vt putarē sup. eos legari causa rei priuatæ, qa mittebant vt gratias agerent: & tibi nō priuato sed pub. magistratu functo: & non pro te priuata sua. i. sibi ppria: sed sup. & non. s. gr̄as agerent: in priuato. i. loco, sed in pub. consilio orbis terræ. i. in senatu. s. Romano. ¶ Neq;. n. cū edixi. i. publico mandato iussi: neqs pficiscerent. s. Romā iniussu. i. sine iussu meo, exclusi eos, q non possent psequi. i. ad finē vsq; sequi. Non. n. semper in malū accipit: me in castra: & q non possent persequi me trans Taurum. s. montem. qa qui neqs dicit oēs includit sub vetatione sua. ¶ Nam id est maxime ridendū in literis tuis. Scripserat enim Appius mordendo Ciceronem, q cū phibuisset quenq̄ iniussu suo proficisci Romā, non phibuerit pficisci secū in castra & trans Taurum: immo dicit Cicero gnalem se fecisse phibitionem, neq; opus fuisse vt legationes mitterent se cū aut in castra, aut trans Taurum. ¶ Quid enim erat q. i. pp qd̄ psequerent in castra, vt p vel: trāsirent. Taurum: nomē est maximi mōtis Armeniā a Cilicia dirimētis. cū ego fecerim iter Laodicea. i. ab ea vrbe Antiochiæ aut Syriæ, seu Phrigiæ maioris, vsq; ad Iconiū oppidū Cappadociæ: ita vt magistratus: & legatiōes oium diœcesiū. i. iurisdictionū: ac gubernationū a verbo Διοικέω, qd̄ est guberno, vn̄ scd̄a p œ scribit: & tertia a græcis p ι: & ita ambæ sūt lōgæ: est Διοίκησις diœcesis: dispositio, gubernatio: iurisdictio: q̄ sunt cis. i. citra Taurum: & oium illarum ciuitatū, cōuenirēt me. i. agendi mecū de rebus suis gr̄a: nisi forte legati sup. cœperūt legari. i. mitti postea q̄ ego transgressus sum Taurum, qd̄ certe nō est ita. ¶ Cū. n. essem Laodiceæ: cū eām Apameæ, cū, repete essem, synadis cū. s. eēm Philomeli, cū eēm Iconii: q̄ sunt oppida iā nota in puincia siciliciæ, Iconiū qdē in Cappadocia: Philomelū in Phrygia. s. maiore, qd̄ situ est in magna planicie a septētriōe, cætera prius dcā sunt. Synnada qdē vrbs est asiatica ad Cariæ fines, & vt Stra. dicit nō magna est: ad quā planicies iacet oleis cōsita. lx. fere stadiorum. Vlterius est dorci vicus & Synnadici lapidis fodina. De declinatiōe aūt neq; hæc sires, qa Ci. Synnadis a duerbialiter dicit, credā vti ablēo pluri vt sit nōs Synnada Synnadorum, Calepius tñ dicit apd̄ Sydoniū declinari Synnas Synnadis, qd̄ hoc dici nō posset: nā ab eo ntō diceret hoc, Synnade aut Synnadi non Synnadis, q in qbus oibus oppidis ego cōmoratus sum. i. morā traxi, oēs legatiōes istius gn̄is. s. q̄ mitterent tui laudādi gr̄a: erāt cōstitutæ. i. trāsactæ. ¶ Atq; ego volo te tñ scire hoc, me nihil decreuisse. i. decreto cōstituisse: de isto sūptu legationū: aut minuēdo aut remittēdo. s. illis q eo onerabant, nisi qd̄ pricipes ciuitatū postulassent māe. i. matutino tpe eius diei quo decreuerā: ne sūptus minime. i. oino nō necessarii, ducerent in venditionē tributorum: interdū. n. tributa vendunt, & q ea emūt acerbissime exigūt: & illā acerbissimā exactionem capitū atq; ostiorum. s. de singulis capitibus atq; ostiis domus: q̄ tu non ignoras, qa eius tpe vigebat, aut ab eo vt eius gr̄a instituta erat. ¶ Ego aūt cū suscepissem. i. faciendū recepissem hoc. s. ne fierent sūptus nō necessarii, adductus. s. ad hoc non solū iustitia: q̄ nimiā exactionē phibet, sed ēt misericordia, vt leuarem. i. deonerarem miseriis ciuitates pditas. i. peuntes, & pditas maxime p magistratus suos, nō potui negligens esse in illo sūptu nō necessario. s. vetando. ¶ Tu cū sermones istiusmodi. s. detractatū & inimicitiarum generatiui, essent delati ad te de me, non debuisti credere. ¶ Si aūt delectaris hoc genere. i. fictionū aut sermonū: vt attribuas aliis. i. dicas tibi dicta esse ab aliis: q̄ veniant tibi in mentem. i. quæ putatis dicta aut facta esse potuisse, tu inducis in amicitiam genus sermonis minime. i. nequaq̄ liberale. i. libero homine dignum.

persequi

Diœcesis

Philomelū

Synnada

SVBER. ¶ EGO. probat q vnquam detraxerit de fama Ap. neq enim consequens est vt qui studeat alium honorare: detrahat de eius fama. se autem dicit studuisse honorare Appium: cum retulerit ad generum eius, ad Phaniam libertũ: & Laptam præfectum fabrum suorum: in quem locum Appius vellet eum venire: se enim venturum quocunq venisset. ergo non est verisimile quod cogitauerit ei detrahere. ¶ Ad li. ad Phaniam, vt supra in aliis epistolis. ¶ Præfectum fabrum: Leptam: vt supra. ¶ Venire. vt mecum loqui posses. ¶ Quare. concludit hmõi sermones delatos: quod Cicero ei detraxisset, omnino non fuisse credendos: authoritatem eorum, qui de amicitia scripserunt: vt probauimus supra ex Lælio Ciceronis. ¶ Authoribus. doctoribus: suasoribus: id est doctissimorum virorum sententia. ¶ Gerenda. colenda: seruanda. ¶ Orationis. detractoriæ: & transferendi criminationes falsas in amicũ. ¶ Tollere. remouere: non credere. ¶ Disputabant. ostendit quid debuerit facere Appius: quia debuerat refellere criminationes: q ad se deferebantur de Ci. sicut ipse refellebat ad se delatas. ¶ Differebam. disputabam credo esse verba sumpta ab aliquo: qui dicat in amicitia ita esse faciendum. Contra. ea quæ mihi deferebantur: ita vt facere debueras. ¶ De te. quod faceres contra honorem meum. ¶ Nec hoc quidem .s. putas esse dictum. ¶ Venire me, sicut indicauerat mihi Lentu. Clodius: vt in præcedẽtibus epistolis est visum. ¶ Cõuentus id est iurisdictio: quia illuc cõueniebant populi, vbi erat proconsul. ¶ Apamea: & Laodicea. Phrygiarum vrbes maximæ sunt. ¶ Tuus Tharsi. quia illic decernebas: statuebas: iudicabas forum hẽbas: vt supra in epistola, quæ incipit. Cum meum factum. Tunc enim maleuoli homines detulerant Cic. Appium præiudicare eius honori: quia adhuc ita prouinciam administraret: quasi Cic. pro nullo esset. ¶ Id ipsum, quod attribuam tibi: quod in mentem venerit. ¶ Obiurgem accusem te: quia te accuso, q id feceris. ¶ Si ista. dilemma argumentum: qđ ex vtraq parte cõcludit. ¶ Ipse fecris. ipse iudicas & credis. ¶ Culpa. quia temere credis. ¶ Sin autem. altera pars argumenti. ¶ Quod audias. q his patefacias aures: quia non deberent aures tuæ patere delationibus istorum. ¶ Nonnulla. aliqua sed maior quam superior. ¶ Quod siquis. argumentatur aliis rationibus: q nulla fuerit causa: quare debuerit ei detrahere, & occurrit obiectioni: si quispiam fortasse diceret eum esse callidum & versutum: quod quidem esse non posset: si ei detrahere: quem ante laudasset eo tempore: non sperabat euenturum: vt in aliqua re posset postea laudari ab Appio: nunc autem cum egeat huius fauore: quomodo verisimile est quod egisset, vt mereretur ab eo deferi. ¶ Fingit. putat. ¶ Astutiorem. comparatiuum pro positiuo. ¶ Quid potest: ostendit quod hæc essent contra astutiam: quæ dicitur fecisse. ¶ Incallidius. stolidius: simplicius. ¶ Vt. ordo est: quid potest esse incallidius quam committere vt tu optimo iure me deferere posses: cum te absentem defenderim: cum præsertim non arbitrarer &c. ¶ Defenderim. olim Romæ. ¶ Te absentem. ab vrbe: cum esses in prouincia. ¶ Præsertim. non fortasse dicatur fecisse vt idem ab eo postea acciperet. ¶ Vsu venturum. euenturum. Nam vsu venire, euenire, & contingere significat. ¶ Absens. nunc cum sum in prouincia. ¶ Quoq. sicut te defenderam. ¶ Committerem. facerem. ¶ Iure optimo. merito ipso iustissima causa, qui si tibi detraherem: nunc merito me deferere posses. ¶ Vnum genus. in vno tantum dicit Cice. se fortasse offendisse Appium: si fortasse audiuit aliquos ex tribunis vel perfectis Appii minus honorifice de eo loquentes: quod tamen etiam dicit ratum fuisse. ¶ Excipio. quia dixi me vnquam cogitasse detrahere tibi: excipio. ¶ Vnum genus sermonis. quendam loquendi modum. ¶ Nolle dici. quia non videatur esse tibi honorificum: & declarat quod sit illud. ¶ Si aut quid est aliquis. ¶ Maledicit male loquitur de te.

Apamea
Laodicea

Dilemma

Vsu venire

Ego si in prouincia de tua fama detrahere vnq̃ cogitassem, nõ ad generũ tuũ Lentulũ, neq ad libertũ tuũ Brundusii, neq ad pfectũ fabrũ Corcyræ, quẽ in locũ me venire velles, retulissem. Quare potes, doctissimis hoĩbus authoribus, quorum sunt de amicitia gerenda præclarissime scripti libri, genus hoc totũ orationis tollere. DISPVTABANT: ego contra differebam. Dicebant: ego negabã. An nihil de te mihil esse dictũ vnq̃ putas: ne hoc qdem, qđ cũ me Laodiceã venire voluisses, Taurũ ipse transisses: qđ iisdem diebus meus conuentus erat Apameæ, Synnadis, Philomeli, tuus Tarsi? Non dicam plura, ne in quo te obiurgem, id ipm videar imitari. Illud dicam, vt sentio: si ista, quæ alios loq dicis, ipse sentis, tua summa culpa est: sin alii tecum hæc loquunt, tua tñ, qđ audis, culpa nonnulla est. mea ratio in tota amicitia nr̃a cõstans, & grauis reperiet. Quod siqs me astutiorem fingit: qđ pot esse incallidius, q̃, cũ te absentem semper defenderim, cum præsertim mihi vsu venturum non arbitrarer, vt ego quoq absens a te defendẽdus essem: nũc committere, vt tu iure optimo me absentem deferere posses? vnũ genus excipio sermonis, in quo persæpe aliquid dicit, qđ te putẽ nolle dici: si aut de legatorũ tuorũ quopiã, aut præfectorum, aut Tribb. militum male dicitur:

ASCEN. ¶ Si ego cogitassem vnq̃ detrahere de tua fama in prouincia, non tulissem ad Lentulum generum tuum. i. ad iudicium & voluntatem generi tui Cnæi Lentuli: neq ad libertum tuum: scilicet Phaniam Brundusii: cum adhuc essem Brundusii quæ est vrbs Italiæ, neq ad præfectum fabrum pro fabrorum, Corcyræ. i. cum essem Corcyræ aut in Corcyra insula: in quem locum velles me venire scilicet ad conueniendum te: aut vt cõuenirar a te. ¶ Quare tu potes doctissimis hominibus authoribus. i. id approbantibus: quorum scilicet authorum libri sunt. i. extant scripti præclarissime de amicitia gerenda: tollere hoc totum genus orationis scilicet quale est dicentium. ¶ Sup. homines aut inimici disputabãt scilicet de alicuius perfidia. Ego differebam. i. diuersa ab eis asserebam contra. ¶ Ipsi dicebant scilicet aliquid mali de te aut de alio: ego negabam. Talia enim solent dicere, qui volunt videri amici, cum non sint: quia fingunt se refellisse ea, quæ nunquam dicta sunt, vt non ipsi: sed alii ea dixisse putentur, sic tñ vt licet dicant se contraxisse, putent inimicos illorum, de quibus talia dicta narrant: vera censere, non omnes intelligunt hunc locum. ¶ An o Appii: putas nihil vnq̃ esse dictum mihi de te: ne quidem. i. non saltem hoc: q cum voluisses me venire Laodiceam: ipse transisses Taurum, & q meus conuentus. i. iurisdictio erat Apameæ: Synnadis, Philomeli, & tuus conuentus erat Tharsi iisdem diebus: quod argumentum erat te nolle prouincia decedere. ¶ Non dicam plura, ne videar imitari id ipsum in quo ego obiurgem te. ¶ Ego dicam illud vt sentio, si ipse. i. tu, senti. i. ex sententia tua asseris ista, quæ dicis alios loqui, est tua summa culpa, sin autem. i. sed si, alii loquuntur hæc tecum, tamen tua culpa est nonnulla. i. ex aliqua parte, quod audis scilicet tales. ¶ Mea ratio. i. forma faciendi & dicendi reperietur constans & grauis in tota amicitia nostra. ¶ Quod siquis fingit me astutiorem. id est callidiorem: quid potest esse incallidius. id est magis non callidum hoc est stultius & simplicius, q̃ cum ego defenderim semper te absentem, præsertim cum ego non arbitrabar vsu venturum: id est euenturum mihi, ¶ Vt ego essem defendendus a te absens, ego committerem nunc vt tu possis optimo iure. i. æquissimis rationibus deferere me absentem. i. existentem in prouincia. ¶ Ego excipio vnum genus sermonis. i. nihil dico de eo in quo aliquid dicitur, persæpe, quod putem te nolle dici. i. vt dicatur, si aut quispiam legatorum tuorum. i. qui tui in prouincia legati fuerant, aut tribunorum militum: male dicit scilicet de te.

¶ Quod

quod tamen ipsum non mehercule adhuc accidit me audiente, vt aut grauius diceretur, aut impurius, quã mecum Corcyræ Clodius est locutus: cum in eo genere maxime quereretur te aliorum improbitate minus felicem fuisse. Hos ego sermones, q̃ & multi sunt, & tuam existimationem, vt ego sentio, non offendũt, lacessiui nunq̃, sed non valde repressi. Siquis est, qui neminem bona fide in gratiam putet redire posse: nõ nostram is perfidiam coarguit, sed indicat suam: simulq; nõ de me is peius, q̃ de te existimat. sin autem quem mea instituta in prouincia non delectãt: & quadam dissimilitudine institutorum meorum, ac tuorũ lædi se putat, cum vterq; nostrum recte fecerit, sed nõ idem vterq; secutus sit: hunc ego amicum habere nõ curo. Liberalitas tua, vt hominis nobilissimi, latius in prouincia patuit: nostra si angustior erit: & si de tua prolixa, beneficaq; natura elimabit aliquid posterior annus, ꝓpter quandam tristitiam temporum: non debent mirari homines, cum & ipse natura semper ad largiendũ ex alieno fuerim restrictior, & temporibus, quibus alii mouentur, iisdem ego moueor, me esse acerbum sibi, vt sim dulcis mihi. De rebus vrbanis quod me certiorem fecisti, cum per se mihi gratum fuit, tum q̃ significasti tibi omnia mea mandata curæ fore: in quibus vnum illud te præcipue rogo, vt cures, nequid mihi ad hoc negocii aut oneris

HVBER

¶QVOD ipsum. vt malediceret de te. ¶Me audiente. corã me. ¶Grauius. asperius. ¶Impurius. inhonestius. ¶In eo genere. in eiusmodi sermone. ¶Minus felicẽ. moderate eũ rep̃hendit: noluit dicere: te male tractasse ꝓuinciã: sed fuisse infelicem, nõ tua culpa: sed aliorũ improbitate: iniquitate alioꝝ: qui essent sub te in administratione ꝓuinciæ: quoꝝ improbitate dedecus ad te redundauit. ¶Hos. tales, dicit quare hos sermones audierit: & eos nõ represserit: ne audiret. ¶Tuam existimationem. tuã authoritatem: & dignitatẽ: quia nõ tua sed aliorũ culpa diceris minus felix fuisse. ¶Nõ lac. i. nõ captaui: non prouocaui: non quæsiui: aut inuitaui. ¶Repressi. i. vetui dici. ¶Siquis est. dilẽmate quodam ostendit oĩno contemnendos esse eos, qui ista deferunt Appio de Cicerone. Dicit enim se recõciliatum esse Appio bona fide. quod siquis fortasse crediderit: dicit propter hoc se non probari pfidum: sed potius eum, qui nõ credat: & est prima pars argumenti. ¶Coarguit. Comprobat: redierat: enim in gratiã vt visum est superius: reditus in gratiam illustris &c. ¶Indicat suam. quia qui perfidus est credit & existimat alios esse perfidos. ¶De te. quem eodem modo existimat non bona fide esse reconciliatum: sicut nec me. ¶Sin autem altera pars argumenti dissimilitudine, quia alia sunt mea, alia fuerũt tua instituta. ¶Recte fecerit. quia vterq; nostrum habuit rationem iustitiæ & honestatis in iis, quæ a nobis statuta sunt. ¶Non idem. quia ego aliter, & tu aliter statuisti. ¶Hunc talem virum. cui non placent mea instituta: cum sint recta: quia dissentiunt a tuis, quia mea magis restrinxerunt impensas: q̃ tua. ¶Liberalitas. latenter & caute mordet Ap. q̃ prouinciam nimis magnis sumptibus onerasset: quoniam cum large expenderet: large etiam pecuniam exigebat: quod se facere nolle dicit: & propter asperitatem temporum: & quia natura est restrictior ad largiendum de alieno: quod latẽter significat fecisse Appium. ¶Liberalitas. noluit dicere largitas: aut prodigentia, quam tamen intelligit. ¶Patuit. apparuit. ¶Vt. tanquam. ¶Nobilissimi. cui a natura sit ingenita liberalitas: quia nobiles solent esse liberaliores. ¶Nostra liberalitas. ¶Angustior. tenuior. ¶Prolixa. larga: vt Terẽ. Accipit nemo melius neque prolixus: id est largius. ¶Limitabit. moderabitur: minuet præscriberet. ¶Posterior. sequens post tuum magistratum. ¶Tristitiã. infelicitatem: quia sunt aliqui anni asperiores: qui non possunt ferre sumptus solitos. ¶Natura. ingenio meo naturaliter, quod officium est iustitiæ: neq; enim vt in primo officiorum inquit: eripiẽdum est alii quod aliis largiamur. ¶Temporibus: scilicet tristibus. ¶Mouentur. efficiuntur: & est alia ratio quare sit restrictior. est autem sensus, & ordo, & cum iisdem temporibus tristibus & malis quibus alii mouentur. ¶Iisdem ego. moueat me non esse acerbum eis: vt sim dulcis mihi. i. vt moueat non velle quærere cõmodũ meũ cũ incõmodo alioꝝ. qđ qui facit est acerbus aliis vt sit dulcis sibi. ¶Acerbũ. iniquũ. ¶Sibi. i. ipsis. s. aliis non esse legendum est: & nõ me esse, qm ita in emendatis codicibus legitur, & aliter sensus stare non potest. ¶De rebus. ostendit duplici de causa sibi gratum fuisse: q̃ ab eo redditus sit certior de rebus, quæ rõne fierent, & quia intellexit ea, quæ cupiebat de rebus vrbanis, & quia cognouit mandata sua fuisse curæ Appio: cui mãdauerat vt sæpe ad se scriberet. ¶Per se. sponte sua. ¶Tum. alia causa. ¶In quibus, mandatis. ¶Negocii. administrandæ prouinciæ. ¶Oneris. onerosi officii, id est ne aliud onus addatur mihi, vt faciam plura, q̃ facio aut feci.

Prolixum

Limitare

ASCEN.

¶QVOD ipsum. s. maledicere de te, mehercule, non accidit adhuc me audiẽte, vt sup. qcq̃ diceret, aut grauius. i. molestius. aut impurius. i. obscœnius. s. de te: q̃ Clodius. s. Lentulus est locutus mecũ Corcyræ, cũ q̃reret. i. cõquereret, maxime in eo gñe. s. sermonis te fuisse minus felicẽ. s. in gubernãda ꝓuincia: improbitate. i. pp improbitatẽ alioꝝ, hoc añt dicẽdo, significauit non bñ rexisse ꝓuinciã nõ infelix est: q bñ regit. ¶Ego nunq̃ lacessiui. i. ꝓuocaui hos. i. hmõi sermones de te: qđ ipsi sunt, & simul, multi, & ita nõ erãt lacessendi. i. captãdi aut ꝓuocãdi, cũ grauius fierent, & q̃ non offendũt existimationẽ. i. authoritatẽ tuã, nescio an rectius legat̃ æstimationẽ tui. vt ego sentio: sed ego nõ rep̃ssi valde. i. pmisi eos fieri. ¶Si qs est q putat neminẽ posse redire in grãm bõa fide. i. sine deceptione, is nõ coarguit pfidiã nr̃am, a nõ sumus tales, aut nõ scit nos tales ẽt si sumus, sed idicat suã. s. pfidiã, sil̃. i. & sil̃. is, i. talis nõ existimat. i. iudicat, peius de me quã de te. ¶Sin ãt. i. sed si mea istituta. i. mores mei in ꝓuincia, nõ delectãt, quẽ. i. aliquẽ, ac putat se lædi q̃dã dissimilitudie istitutoꝝ meoꝝ. i. moꝝ meoꝝ aut reꝝ institutaꝝ a me: cũ vterq; nr̃m fecerit recte, sed vterq; nr̃m non sit secutus idẽ, ego nõ curo hr̃e hũc. i. hmõi amicũ. ¶Liberalitas patuit latius in prouincia, vt hoĩs nobilissimi: si nr̃a sup. liberalitas erit aut patebit angustior. i. strictior & minus lata, & si annus posterior. i. q tuũ annũ secutus est. ¶Tacite aũt taxat ꝓfusionẽ Appii. Quia sicut agricolis raro sunt duæ messes fertiles ꝯtinuæ, eo qđ prioris abũdãtia fœcũditatẽ terræ exhaurit, ita cũ Ap. anno suo quẽ fertilẽ censet, tm̃ pecuniæ exhauserit, nõ est mirãdũ si posterior sit sterilis, limitabit. i. arctabit & restringet aliqđ, de tua natura. i. tuo igenio: ꝓlixa. i. larga. Vñ comicus. Accipit nemo ꝓlixius, qđ tñ ad tp̃s referri põt, & bñfica. i. iclinata ad bñfaciendũ, limitabit dicit, pp q̃ndã tristitiã. i. infelicitatẽ & infœcũditatẽ tẽpoꝝ, qa sicut læta dicius: q̃ fœcũda sunt, ita tristia q̃ sterilia, sane argute vitia Appiana in tp̃a trãsfert, hoĩes nõ dñt mirari, cũ ego fueri semp restrictior. i. parcior &. i. sil̃ natura. i. p naturã & idolẽ meã ad largiẽdũ ex alieno. qđ app. fecit. ¶Et. i. sil̃, mouear. i. cõmonear iisdẽ tp̃ibus. s. tristib⁹, qbus alii mouent̃ me eẽ acerbũ sibi, vt sim dulcis mihi. i. vt nõ lędã ꝯsciam meã largiẽdo de alieno: Vñ qa nõ largior qbus Ap. largitus est, sum illis acerb⁹, aut mihi qa rectæ sñiæ ꝯscius sum, dulcis sum. Sũt q i emẽdatis codicib⁹ scriptũ asserãt, nõ eẽ acerbũ, vbi nos legim⁹ me eẽ acerbũ: dicãt q sensũ alr̃ stare nõ posse, sed ego ꝯtra sentio, qđ fecisti me certiorẽ de reb⁹ vrbãis, cũ. s. ita fit qđ fuit gratũ mihi p se, tũ. sup. magis fuit gratũ, qđ. i. qa significasti oĩa mãdata mea fore tibi curę. ¶In q. s. mãdatis, ego rogo te illđ vnũ p̃cipue, vt cures ne qđ aut oneris aut tp̃is. i. ꝓrogatiõis

Prolixus

Tristitia

HVBER. ¶ACCEdat.addatur.¶Aut temporis.i.plus temporis maneam in prouincia:q̃ erat mihi statutum: id est vltra annū. ¶Aut sentit.iudicauit sententiam: & opinionem habuit pp me.¶Decedat de hac sententia bima.omittat etiã hanc sententiam duorum annorum de commemoratione mea in prouincia.¶Bima.duorum annorum:senserat enim Hortensius cum multis aliis: vt Cic.per duos annos remaneret in prouincia:de qua sentẽtia vt recedat: vult eum rogari ab Appio. ¶Quo.qua sententia bima.¶Inimicitius.magis aduersum:quia nihil est quod minus vellem.¶Amanum versus.hæc propositio versus eleganter nominibus locorum postponitur: vt Italiam versus: Romam versus, Amanus autem mõs est: vt supra docuimus: inter Ciliciam & Antiochiam. Põponius Mella: prima est reliqua pars Syriæ:cui Antiochiæ cognomẽ additur: & in ora eius vrbs Seleucia: hippatos &c. Tũ mons Amanus: & ab eo statim Miriãdros, & Cilices. ¶Postridie eius diei.i.die qui est post nonas Octobris.¶Mosestiæ.nomen est loci in Asia.¶Adiungam.illis quas mitto ad meos. ¶De Parthis.quæsierat Appius a Cicerone an Parthi ingressi essent prouinciam: quia audiuerat tumultum in ea fuisse: itaq; rescribit Cice.se arbitrari nullos fuisse.¶Qui fuerunt.in prouincia.¶Admisto ornatu parthico.quia Arabes acceperunt habitum armaturæ Parthorum: qui omnes dicebantur reuertisse in prouinciã suam. Hostem.pro hostes.¶De quo.statu reipub. ¶Solicitus.anxius. ¶Nostrum. mihi amicum: tibi etiam affinitate coniunctum: quia filius Pompeii erat gener Appii: vt supra visum est.

Versus
Amanus

ASCEN. ¶ACCEdat.id est addatur mihi: ad hoc negocii: scilicet prouincialis: & sup.vt roges Hortensium collegam nostrũ in auguratu: & familiarẽ: vt si vnq̃ aut sensit: aut fecit quicq̃ mea causa: decedat quoq;: id est etiam de hac sentẽtia bima id est bienni mihi prorogãdi: quia scilicet sententia nihil potest esse mihi inimicitius: id est magis cõtrariũ. ¶Quod vis scire de rebus nostris. ¶Nos sumus profecti Amanum versus: semper postpomĩ versus: & est Amanus mons inter Ciliciã & Antiochiã: Tharso ex ea vrbe Ciliciæ: nonis octobris.¶Ego scripsi hæc postridie eius diei: id est die sequẽte nonas Octobris: cum haberem castra in agro Mosestiæ: quę in Asia est.¶Scribam ad te si egero quid: id est aliquid: neq; mittam vnq̃.literas domum ad meos: quin adiungam sup. literas, quas velim reddi tibi.¶Id quod quæris de Parthis an scilicet venerint contra Romanos, ego puto nullis, scilicet Parthos fuisse: & Arabes qui fuerunt parthico ornatu admisto: quia partim vestiti erant more parthico, dicuntur omnes reuertisse supple se in patriam. ¶Negant, scilicet homines aut exploratores, vllum hostem esse in Syria. ¶Ego velim supple vt tu scribas ad me quamsæpissime, id est valde sæpe, & de tuis rebus, scilicet priuatis: & de meis, & de omni statu reipub. de quo sum solicitus, eo magis q̃ cognoui ex literis tuis Pompeium nostrum: scilicet communem amicum, iturum in Hispaniam.

accedat, aut temporis: Hortensiumq; nostrũ collegã, & familiarem roges, vt si vnquam mea causa quicquam aut sensit, aut fecit, de hac quoq; sentẽtia bima decedat: qua mihi nihil põt esse inimicius. De nostris rebus quod scire vis: Tarso Non. Oct. Amanum versus profecti sumus. Hæc scripsi postridie eius diei, cũ castra haberem in agro Mopsuhestiæ. Siquid egero, scribam ad te: neque domum unquam ad meos lr̃as mittam, quin adiũgam eas, quas tibi reddi velim. De Parthis quod quæris, fuisse nullos puto. Arabes qui fuerunt admisto Parthico ornatu, dicuntur omnes reuertisse. Hostem esse in Syria negãt vllum. Tu velim ad me quamsæpissime & de tuis rebus scribas, & de meis, & de omni R.P. statu. de quo sum solicitus eo magis. q̃ ex tuis literis cognoui, Pompeium nostrum in Hispaniam iturum. Vale.

¶Ex.xviii.Epistola.Et si quantum ex literis.

Nihil.n.habent, quod definitum sit, aut certũ, nisi me vultu taciturnitatis sigñasse, tibi non esse amicum. Illud quidem scio meos multum & illustreis, & ex superiore, & ex æquo loco sermones habitos cum tua summa laude, & cũ magna solicitudine significationis nostræ familiaritatis ad te vere potuisse deferri. Alii sic. Illud quidẽ scio, meos multos etiã illustres & ex superiore, & ex æquo loco, sermones habitos cum tuæ sũmæ laudis solicitudine & magna cũ sigñatione familiaritatis nostræ, ad te iure potuisse deferri. Iam vero tm̃ mihi vidẽt iniuriã facere ii, q hoc disputant, q̃ is, cuius aures ad hanc disputationẽ patent.

9

M.T.C.Imp.Appio Pulchro.S.

VIx tãdẽ legi lr̃as dignas Ap. Clodio plenas humanitatis, officii, diligentiæ. Aspectus videlicet vrbis tibi tuam pristinam vrbanitatem reddidit.

HVB. VIx tandem. Vt ex superioribus epistolis cognitum ẽ conquestus fuerat Appius: quod Cice. ædificationẽ quandam quæ in honorem Appii fieret, impedisset, & quod legationes, quæ Romam ad eum laudandum erãt profecturæ, prohibuisset. Ita enim maleuoli quidam retulerant Appio, antequam ex Asia discederet, sed posteaquam Romam aduenit intellexit a suis qua obseruantia & constantia a tuendis omnibus officiis erga Appium fuisset. Cice. itaq; scripserat ad eum humanissime, ostenderatq; se falsum intellexisse. Quamobrem Cic. nunc cum eo iocatur, dicens se nunc tandem accepisse ab eo humanitatis plenas literas, quia postquam venit ad vrbem, vrbanitatem pristinam recuperauit, cum ante ex itinere scripsisset aliquando rusticius & asperius. Deinde ei gratulatur, q̃ scripserat se sperare triumphum: quem cum primum consecutus fuerit, rogat vt eum longa epistola certiorem reddat. Postea vero rogat eum, vt absoluat libros Augurales, quos ei promiserat, pro quorum remuneratione dicit sibi diligenter consyderandum, quid dignum afferre possit. Eum postremo rogat, vt det operam, vt supplicationes ei decernantur pro re bene gesta in prouincia: de qua dicit quare serius ad senatũ scripserit. ¶Vix tandem. post multum temporis, vt Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus, Composito rumpit vocem, neq; tamen tam refertur ad diuturnitatem temporis, q̃ ad effectum expectantis.¶Dignas Ap. quasi dicat homine nobilissimo, quem quidem humaniorem esse decet.¶Aspectus.u.ostendit magni interesse quibus in locis versemur, quia ex aliis rusticitatem, ex aliis vrbanitatem trahimus.¶Vrbis. Romæ.¶Pristinam. consuetam, solitam, non autem recte diceremus priscam, quia priscus alienæ & remotæ ætatis est, pristinus autem ante actæ, sed tamen nostræ ætatis, neq; valde remotę. ¶Reddidit. restituit, quia eam amiseras, cum esses inter barbaras gentes in prouinciam.

Priscus
Pristinum

ASCEN. VIx tandem. Multa questus fuerat de Cicerone Appius: vt supra vidimus, sed postquam in vrbem redierat: & fauorem Ciceronis in se intellexerat amicius scripsit literas. vnde nunc familiarius omissa simultate ad eum scribit dicens.¶Ego vix.i.cum difficultate: legi tandem literas dignas Appio Clodio.i.quę scriberentur ab Appio Clodio: vtpote plenas humanitatis: officii: diligẽtiæ.¶Videlicet.i.videre licet, vnde id euenerit, quia aspectus vrbis.s.Romæ reddidit tibi vrbanitatem, i, comitatem & ciuilitatem pristinam, i, quam habueras priusquam vrbe exiueras.

¶Nam

HVBER.

¶NAM quas. dicit quare nunc tandē acceperit ab eo lrās plenas humanitatis: quia superiores fuerant pleņę querelæ. ¶Exiti. ex via: cum Romā versus pficisceris. ¶Egressus. exiuisti. ¶Vnas. distinguit q̄ sunt illæ lræ: vnas qbus rñdit in p̄cedenti epl'a. ¶Alteras de ædificatione: qbus Cic. rñdit in epl'a quæ incipit. Pluribus verbis. ¶Perinuitus. valde: non libenter. ¶Cōscientia. qa sciebā me nihil egisse contra dignitatē & honorē tuum. ¶Subiratus. aliquātulū iratus: vt in p̄cedentibus epistolis missiuis videre licet. ¶Multos. maleuolos. ¶Nollēt. dolerēt. ¶Quo quasi. s. fido & ɔcordi. ¶Vt. postq̄. ¶Vel potius correctio est. ¶Cognosse. subaudi intellexi. ¶Ex his. s. tuis. ¶Obseruātia. reuerentia. ¶Oibus. officiis. oib⁹, quæ a me effici deberent. ¶Quāti æsti. quāti facere. q. d. maximi. ¶Et si qd. sñia est sumpta ex epistola Appii: qa ita scripserat ad Ci. in hanc sñiam: quā ponit hic Cice. sed vbi ille dixerat quā dignitatē tuā: Ci. qa de se loquit: dicit dignitatē meā. ¶Etsi. q̄q̄. ¶Vix fieri possit. vix sit possibile, vt mihi parē referas grām. ¶Relaturū. redditurū: vt ita pro me faceres sicut ego p te fecerā. ¶Tu vero. qa Ap. dixerat vix fieri posse: vt parē ei grām referre posset. Cic. refutat: & dicit id facile fieri posse: qa nihil est tā difficile, qd nō facile sit volenti. ¶Facies. i. referes mihi parē grām. ¶Facile. qa ille dixerat vix. ¶Nihil. rō facilitatis. ¶Studio. prompta volūtate. ¶Vel amore potius. correctio est: qa plus amor q̄ bñuolentia: qa ex eo bñuolētia nascit: vt ondit Ci. in Lælio de amicitia his verbis. Amor. n. ex quo noiata est: princeps est ad bñuolentiā ɔiungendā. ¶Ego. nūc ei gratulat, q scripserat se sperare triumphū: qd & si a suis se añ intellexisse dicit: tñ ondit sibi gratissimū fuisse se eius lris cognouisse. ¶Ita. s. te non dubiā hēre spē triūphi tui. ¶De spe. tua. ¶Triūphi. tibi decernendi: propter res in puincia gestas. ¶Explorata, certa. ¶Neq vero. occurrit obiectioni: ne dicat cepisse lætitiā de hac spe triūphi cā sua: vt si triūphus decerneret Appio: ēt ipse q multo plura egisset: honestius posset petere. ¶Ipse. ego. ¶Consequerer. obtinerē, i. triūphum: si tu obtinuisses. ¶Id. s. optarē triūphū tibi mea cā. ¶Est ἐπικούρειον. i. epicureū. Epicurei. n. vt Ci. multis in locis, oia ad suā voluptatē, & ad suū cōmodū referūt. ¶Sed mehercule. aduerbiū est iurātis: & subaudi cepi maximā lętitiā. s. iō. ¶Qd. qa. ¶Per se. sua sponte: propria cā sua. ¶Quare. ifert ex supradictis sibi gratissimū fore, si: vt primū adeptus fuerit triūphū eum lris suis admonuerit. ¶Plureis. accusatiuus est casus pluralis numeri. plureis aūt itellige ipsos nūcios vel tabellarios. ¶Quā cæ. q sunt Romę: ne fortasse diceret Ap. eū posse admoneri aliorum lris. ¶Qdos. nuncios. ¶Quod. rō quare sciat plures pficisci in prouinciā q̄ alii: qa nemo fere ibat in puinciā: qui non adiret ipsum Appiū: & peteret siqd vellet scribere, quia cū fuisset ante impator in puincia: existimabāt oēs eum aliqd etiā hēre: de quo vellet scribere. ¶Velis. aut scribere: aut agi per eos pro te in prouincia. ¶Simulatq. dictio cōposita: & significat cū primū vel postq̄. ¶Quod tu confidis. qd certo credis te adeptuꝝ: & itelligit triūphū. ¶Longi sub. subsellia dnr sedes & pulpita, in qbus spectabant ludi a subsedēdo. Per. Trossulus exultat tibi p subsellia leuis. hic aūt p contemptū rostra senatorꝝ appellauit subsellia. dixit ergo lras longi subselli. i. longæ ɔsulationis & iudicationis, qa in subsellis lōgo tpe morant: qui delectant spectaculis: hmōi aūt loquēdi modū vsurpauit Pōpeius in contēptū senatorꝝ: qui tādiu in rostris morarent in subsellis: hoc est pulpitis: q spectarēt ludos: est aūt sensus: mihi rem gratissimā feceris: si cū primum adeptus fueris triūphum, quē confidis te adeptuꝝ: miseris ad me literas illius longæ deliberationis senatus: quia quotidie differebat senatus hanc deliberationem decernendi triumphum ipsi Ap.

Epicurei

Simulatq
Subsellia

nam quas ex itinere ante, q̄ ex Asia egressus es, ad me lrās misisti, unas de legatis a me phibitis pficisci, alteras de Apameorum ædificatione impedita, legi perinuitus. itaq cōscientia mea cōstantis erga te volūtatis rescripsi tibi subirat⁹. iis vero lris lectis, q̄s Philotimo liberto meo dedisti, cognoui, intellexiq in puincia multos fuisse, qui nos, quo aio iter nos sumus, esse nollēt: ad vrbē vero vt accesseris, uel potius ut primū tuos videris, cognosse te ex iis, qua in te absentem fide, qua in oibus officiis tuēdis erga te obseruātia, & cōstātia fuissem. itaq quāti illud me æstimare putas, qd est in tuis lris scriptū: siqd acciderit, qd ad meā dignitatem ptineat, & si uix fieri possit, tñ te parē mihi gratiā relaturū. Tu uero facile facies. NIHIL est enim, quod studio, & beneuolentia, uel amore potius effici nō possit. Ego, etsi & ipse ita iudicabā, & fiebā crebro a meis per lrās certior, tñ maximā lætitiā cepi ex tuis lris de spe minime dubia, & plane explorata triūphi tui: neq vero ob eam cām, quo ipse facilius consequerer (nam id qdē ἐπικούρειον est) sed mehercule, qd tua dignitas, atq amplitudo mihi est ipsa chara per se. Quare quoniam plureis tu habes, q̄ cæteri, quos scias in hanc prouinciam proficisci, q te adeūt fere omnes, siquid velis: gratissimum mihi feceris, si ad me, simulatque adeptus eris, quod & tu confidis, & ego opto, literas miseris. Lōgi subsellii (ut noster Pompeius appellat)

ASCEN.

¶NAM ego legi inuitus. i. valde inuitus lrās. s. binas: q̄s misisti ad me, ex itinere priusq̄ egressus es ex Asia, vnas de legatis phibitis a me, pficisci. s. Romā: alteras de ædificatione Apameorꝝ ipedita. s. vt q̄rebaris, a me. Ex hoc loco patet supra legēdū esse Apameani legati: nō Appiani. ¶Itaq. i. & ita, ego subiratus. i. aliq̄tulū iratus tibi: ɔscia mea. i. pp ɔsciam meā, volūtatis constantis erga te. i. qa mihi ɔscius erā nihil in te peccasse, vero. i. sed: his lris quas dedisti Philotimo libto meo: lectis, cognoui intellexiq multos fuisse in puincia, q nollēt nos esse. i. vellēt nos nō ēe eo aio. i. ea bñuolētia inter nos, quo & q̄ sum⁹. ¶Vero p sed, vbi recesseris ad vrbē, vel potius: vt primū videris tuos. s. aicos & necessarios, itellexi sup. te cognosse p cognouisse: alii legūt cognoscere, ex iis. s. tuis: q̄ fide. i. fidelitate fuissem: in te abñtē: q̄ obseruātia & cōstātia fuissem erga te in tuēdis. i. ptegēdis & ɔseruādis oib⁹ officiis, q̄. s. amic⁹ amico debet. ¶Itaq. i. & ita, q̄ti putas me æstimare. i. apptiari illd qd est scriptū in lris tuis. ¶Si qd inciderit, qd ptineat ad meā dignitatē. i. qd noris ad meam dignitatē ptinēs te posse facere, & si. i. q̄q̄: vix posset fieri. s. vt referas mihi parē grām, tñ. i. nihilomin⁹, te relaturꝝ sup. esse mihi parē grām, q. d. nimirꝝ maximi. ¶Verū. i. sed, tu facies facile. s. id qd vix fieri posse dixeras. n. i. qa, nihil ē qd nō possit effici studio & bñuolētia, vel poti⁹ amore. ¶Ego & si ipse. i. ego p me iudicabā ita, & fiebā crebro. i. freq̄nter certior p lras a meis. s. datas ad me, tñ ego cepi maximā lętitiā ex lris tuis de spe triūphi tui minime dubia & explorata. i. tanq̄ explorata pspecta. ¶Neq vero sup. cepi maximā lętitiā de spe triūphi tui, ob eā cām, quo. i. vt, ipse. i. ego ɔseq̄rer. i. obtinerē facilius. i. triūphū in ɔsili negocio. ¶Nam quidē. i. certe, id. s. lętari de bonis amici, quatenus ad suum cōmodum faciāt est ἐπικούρειον. i. epicureum, & ad Epicureos ptinens, q omnia ad suam voluptatem & cōmoda pptia metiunt bōa, sed mehercule, ob eā sup. cām lætabar, q dignitas tua atq amplitudo ipsa est chara mihi p se. i. etiam sine respectu cōmodi mei. Dixi prius raro Cic. cōponere pnomen ipse & se, vñ non dixit per seipsam, sed ipsa per se. ¶Quare qm tu habes plures q̄ cæteri. ¶Quos scias pficisci in hanc, vbi ego sum, puinciam, videlicet in Ciliciam, q. i. quia, fere oēs venientes. s. in Ciliciam, adeunt te. s. sciscitantes siquid velis, tu feceris mihi gratissimū, si miseris ad me literas, simulatq. i. statim postq̄ aut eodem tempore, quo adeptus eris id, quod & tu confidis. s. te adepturum esse, & ego opto, videlicet triumphum.

Iudicatio,& mora fiquē tibi itē vnū,alterū ne diē abstulerit(qd.n.pôt amplius?)tua tñ dignitas suū loců obtinebit.Sed si me diligis:si a me diligi vis, ad me literas,vt q̄ primū lætitia afficiar,mittito.Et velim, reliquū qđ est pmissi,ac muneris tui,mihi psoluas, cū ipsā cognitionē iuris auguralis cōseq cupio:tū mehercule tuis icredibiliter studiis erga me,muneribusq; delector.Quod āt a me tale qddā desyderas:sane mihi cōsyderādū est,quonā te remuneter potissimū genere.nā pfecto nō est meū,q in scribēdo(vt soles admirari)tm̃ industriæ ponā,cōmittere,vt in scribēdo negligēs fuisse videar:pſertim cū id nō mō negligentis, sed ēt ingrati animi crimen futuꝝ sit. verū hæc videbimus.Illud,qđ polliceris,velim pro tua fide, diligentiaq;,& p nostra nō instituta,sed iam inueterata amicitia cures,enitare,vt supplicatio nobis quamhonorificētissime q̄ primū decernatᷓ.Oīno serius misi lr̃as, q̄ vellē,in quo cū difficultas nauigandi fuit odiosa: tū

HVBER. Endiadis

IVDIcatio & mora.endiadis est.i.iudicationis mora:iudicatio āt hoc loco signat deliberationē.Quē vnū.aliquē vnū.Alteꝝ.sm.i.vnū duos aut treis dies:puerbialr locutus est,itelligēs aliquot dies.sic Ter.in And.posts̄q̄ amator accessit vnus atq; itē alter &c.i.aliquot amatores.Abstulerit.eripuerit:ne tā cito decernatᷓ tibi triūphus.Quid.n.parathesis.Amplusq̄.s.auferre aliquot dies.Locū sta.suū.i.tñ obtinebit triūphū. Sed.oñdit q̄ sit cupidus audiendi & intelligēdi:ab eo triūphū esse impetratū.Vt afficiar læti.vt læter tua cā nō mea:vt supra dixi.Et veli.nūc rogat ipm.vt pficiat libros augurales:quos Ci.pmiserat.Reliquū m.qd restat de munere pmisso:nā ptē iā ad Cic.miserat.Persoluas.pficias:cōpleas.Cū.dicit duab⁹ de cāis se expectare hos libros. Primū qa cupidus sit auguralis disciplinæ:q̄ in illis libris optime explicabatᷓ ab Appio,sed multo magis qa incredibilr delectetᷓ oībus muneribus & studiis:q̄ ab Appio pficiscuntᷓ:& ita vt magnifacere igeniū ei⁹.Sed qm,posuit cū & tū:plus pōderis oñdit esse in scđa cā:nā tū(vt sæpe dixim⁹)magis signat q̄ cū.Cogni.scia.Iuris. erat ius auguꝝ sicut hodie ius pontificū.Qd aūt.excusat se apud Appiū:q aliqd tale ab ipso Cic.petiuerat.i.vt Ci.ēt aliqd cōponeret:qd ad se inscriberet,ad qd rñdet Cic. diligenter sibi cōsyderādū esse: quo munere eū remuneret:vt aliqd tale faciat,ne videatᷓ fuisse negligens erga eū:in quē ēt posset videri ingratus:nisi aliqd magnū redderet. Tale qddā.aliqd tale:qd ex studiis meis pficiscatᷓ. Nō est meū. nō decet me:nō est officii mei.Qui.ego.Industriæ.diligentiæ.cōmittere.facere:& vtplurimū in malā ptē accipitᷓ, signat.n. peccare,vñ & cōmissum pctm̃ dr.est aūt ordo,nō est meum q ponā tm̃ industriæ in scribēdo: vt tu soles admirari, cōmittere:vt negligēs in scribendo fuisse videar:pſertim &c. Admirari.admirabatᷓ.n.Appius scripta Ci.ita eē tersa & emēdata:vt nihil addi aut reprehēdi posse videretᷓ:de quo nūc se Ci.latēter laudat.Videar neg.qd qdē mihi accideret:nisi p tali & p tanto tuo munere aliqd egregiū excogitarē,quo te remunerē.Præsertim.addit vnā vehemētissimā cām huius diligētiæ adhibēdā:qa non solū videretᷓ negligēs,sed ēt ingratus erga talē viꝝ.Crimē.culpa:imputatio.Videbim⁹.cōsyderabim⁹.Illud.rogat Ci.Appiū: vt det opam supplicationes ei decerni:sicut spōte pmiserat.Polliceris:spōte pmittis:pollicemur.n.spōte,pmittim⁹ rogati,licet iterdū hæc cōfundantur.Fide.qa dicis esse factuꝝ, vt fiat,qd polliceris.Pro fide.ergo tua mihi.i.pmissa.Nō ist.nō noua,& nūc incepta.Inueterata.iādiu inter nos apta:& quodāmō facta vetera.Enitare.te ipsa pficias.Supplicatio.q̄ pcedebat triūphū.Iam,n.multa in puincia feliciter gesserat Cic.pro qbus petebat supplicationem sibi decerni.Quā honorificentissime.qa supplicationes poterant fieri interdū cū maiore honore:interdū cū minore. Quāprimū,petit.n.vt cito decernatᷓ.Omnino,excusat tarditatē suaꝝ literarū ad senatū de rebus a se gestis. Setius,tardius.In quo.in quare:vt serius mitterē lr̃as.Difficultas na.oñdit duo incōmoda sibi fuisse in his lr̃is:& q nō facile possent nauigare q venirēt ex Cilicia:q credit literas suas in discessum senatus incidisse:sed hanc vltimā cām:q lr̃æ suę in discessu senatus inciderint:dicit non fuisse sine rōne:qa App.eam hortat⁹ fuerat vt ita faceret.Odiosa.molesta:& igrata mihi.Incidisse.deuenisse:allatas & redditas esse.In ip.d.i.qdā volunt intelligi:cū senatus faceret sniarū discessionē: de q̄ satis multa in primū librum diximus:cū exponeremus illum locū in secunda epistola.ante oportere se facere discessionē.q̄ consules.Alii discessum legendū putant a discedendo,vt intelligamus in ipsum discessum.i.in contētionem & discordiā senatus.Harū duarū sniarum,prima esset fortasse pbabilior sed vtraq; nequaq̄ vera,quia neq; discessus vsq̄ legitᷓ p discessione:de qua diximus ex authoritate A.G.neq; Ci.abñs potuerat scire qñ senatores facerent sniarum discessionē.i.expeditionē:ergo melius est intelligere discessum:cū senatus ab vrbe discederet:quia in maximis caloribus solebāt senatores rus succedere valetudinis cā,quod quidē,qñ esset,Cic.satis scire poterat ex cōsuetudine:nā hoc maxime Augusto mense fiebat. Hora.in epistolis.Quinq; dies tibi pollicitus me rure futuꝝ:Sextilem totū mendax desyderor:atq Si me viuere vis sanū recteq; valentem,Quā mihi das ægro,dabis ægrotare timenti Mecœnas veniam &c.

Cū & tū

Cōmittere Cōmissū

Polliceor Promitto

ASCEN.

IVDIcatio & mora logi subsellii.i.plurimoꝝ qui in subselliis sunt:q & multi sunt & diu cōsulant,cū si perperā iudicētfacile rephendantᷓ,vt Pōpeius noster.s.cōis amicus:appellat,si abstulerit tibi quē.i.aliquē diē.s.prius q̄ triūphus, itē.i.silr adhuc vnū diē,ve p vel:alteꝝ.i.tertiū,quid.n.pōt amplius.s.auferre.q.d.nihil,tñ dignitas tua tenebit suū.i.sibi debitū locū.i.statutū triūphum.Sed si tu diligis me,& vis diligi a me:mitto ad me lr̃as,vt afficiar lætitia.i.læter:q̄ primū.i.valde cito.Etiā veli psoluas mihi reliquū,qd est pmissi ac muneris tui,hoc est qd de augurali scia te perfecturum promisisti,quod tñ quia priusq̄ promitteret nō debebat,addit ac muneris.In supioribus ante cōstat librum de augurali scientia Appiū Ciceroni dicatū misisse.Nā sup.cum ita sit,q cupio cōsequi ipsam cognitionē iuris augurii:tū me hercule,sup.multo magis est,q delector incredibilr studiis tuis erga me & muneribus tuis.quod aūt desyderas a me,quiddam tale.i.lr̃arium munus tibi nuncupatū,sane.i.valde,cōsyderandū est mihi quonam gñe potissimū.i.e plurimis,ego te muneret.i.referendo munus donē te.Nam pfecto,non est meū.i.officii mei,q ponā(vt soles admirari)tm̃ industriæ.i.studiosæ operæ,in scribēdo:cōmittere.i.pati,vt videat fuisse negligens in scribendo,pſertim cū id futurū sit crimē,nō modo.i.non solum,animi negligentis,sed etiam ingrati,veꝝ.i.sed,nos videbimus hoc.i.qd de hoc agemus.Illud qđ polliceris &c.Sunt qui putent de augurali adhuc libro perficiendo loqui,& ita legunt.Enitare aūt &c.quasi duo precetur,alii vtrunq; ad supplicationē referunt sic.Ego velim cures & sup.enitare:illud quod polliceris.s.te curaturum, p fide & diligentia tua,& pro nostra amicitia non instituta.i.incepta sup.nuper,sed iam inueterata.i.longa consuetudine firmata.Vt supplicatio.i.vt dicunt totius populi,vt nunc fit in pcessione gñali grarum actio pro te bene gesta,decernatur.s.per senatusconsultum nobis quamhonorificentissime,quāprimum ego misi.s.ad senatum de victoria omnino serius.i.tardius,q̄ vellem literas.In quo.s.in mittendis literis,cum.s.ita fuerit quod difficultas nauigandi fuit odiosa,id est molesta nobis,tum sup.magis odiosum fuit,q credo literas meas incidisse in ipsum discessum senatus.i.cum vacationes fierent in senatu,non enim semper senatus cogebatur,alii aliter intelligunt.

Feci id

¶ FECI id.vt meæ literæ inciderent in discessum senatus. ¶ Adductus motus. ¶ Authoritate. grauitate, q talis es, q facile potueris mihi persuadere. ¶ Et consilio. ita enim consuluisti vt facerem. ¶ Statim. repente, subito. ¶ Vt. postquam. ¶ Appellatus imperator. i. qa non statim cum datum est mihi nomen imperatoris: volui scribere ad senatum. ¶ Aliis de rebus. vt puta prouincia bene constituta: multis etiam victoris partis. ¶ Additis scilicet ad nomen imperatoris. ¶ Confectis æstiuis. finitis æstiuis, idest educto exercitu ab æstiuis ad hyberna, nam vt supra diximus æstiua dicuntur loca militum in æstate, hyberna vero in hyeme. ¶ Hæc. & de libris auguralibus absoluendis. & de supplicatione mihi decernenda. ¶ Ostendis. idest literis & promissionibus tuis significas te: esse facturum. ¶ Me totũ. hoc satis poterat esse ad declaranda quæ infra dicet. nam me totum significabat personam meam dignitatem & rem: & meos omnes, sed a genere: vt plerunq; facit, descendit ad speciem: & declarauit quid sit me totum, scilicet & mea & meos.

HVBER. — Aestiua — Hybema

rum in ipsum discessum senatus incidisse credo meas literas, sed id feci adductus authoritate, & cõsilio tuo: idq; a me recte factum puto, quod nõ statim, vt Imp. appellatus sim, sed aliis rebus additis, æstiuisq; confectis, literas miserim. Hæc igitur tibi erũt curæ, quemadmodum ostendis: meq; totum, & mea, & meos commendatos habebis. Vale.

¶ Ex.ix. Epistola. Vix tandem legi.

Quare, quoniam plureis tu habeto q̃ cæteri, nuntios Præsertim cum id nõ modo negligentis, sed etiam ingrati animi crimen futurum sit, Verum hæc prouidebimus.

M.T.C.Imp. Appio Pulchro. S.P.D. 10

CVm est ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi negocium facesserent, etsi grauiter primo nuncio commotus sum, quod nihil tã præter opinionẽ meã accidere potuit: tamen vt me collegi, cætera mihi facillima videbantur. quod & in te ipso maximã spem, & in tuis magnam habebam: multaq; mihi veniebant in mentem, q̃obrem istum laborem tibi etiã honore putarẽ fore. Illud plane moleste tuli, quod certissimũ, & iustissimũ triũphũ hoc inuidorũ cõsilio esse tibi ereptũ videbã.

ASCEN. — ¶ SED feci id idest serius misi literas meas: adductus. i. persuasus & ad hoc inductus authoritate, & consilio tuo: & puto id factum a me rectum: quod non miserim statim: vt sum appellatus scilicet ab exercitu pro iusta victoria imperator. Obtẽta enim legitima victoria solebat exercitus ducem suum salutare imperatorem, & non aliter literas scilicet ad senatum aliis rebus additis & æstiuis confectis. i. eo quod aliæ res etiam honore dignę sint additę: & ęstiua iam sint confecta: vt non sit timor de nouo bello. ¶ Igitur hæc erunt tibi curę. i. ad curam, quemadmodum ostendis, & habebis me totum & mea, scilicet negocia aut bona: & meos. s. amicos & necessarios commendatos. s. tibi.

HVBER. — CVm est. Cum intellexisset Cic. App. ambitus accusatum esse, eum hac epistola consulatus est: dicens se ita confidere & in eius innocentia, & in præsidio amicorum eius: vt non dubitet istum laborem & vexationem accusationis fore ei honori, & quia inuidorum quoq; maliuolentia triumphum obtinere App. nõ poterat: quem sperauerat se confidere adepturum esse, hortatur etiam Cice. vt æquo animo id ferat: se autem pollicetur omnino defensurum eius nomen & dignitatem in prouincia: neq; de hoc dicit se posse rogari sine iniuria. Rogat deinde Appium, vt det operam: nequid temporis sibi prorogetur in prouincia: vt possit Romæ suum fauorem ei præstare: & quoniam scripserat Appius se cognouisse incredibilem beneuolentiam omnium ordinum erga se: respondet Cicero se minime mirari, cum talis sit, qui mereatur fauorem omnium bonorum virorum. Multis postremo verbis se excusat Cice. q non impediuisset legationem, quæ Romæ mittebatur ad laudes ipsius Appii, & adducit rationes, quare id facere nec voluerit, nec debuerit vsq; ad finem epistolæ. ¶ Allatum. nunciatum. ¶ De temeritate. de audacia & impudẽtia. ¶ Facesserent negocium. darent tibi laborem & impedimentum. nam negocium pro labore plerunq; ponitur. ¶ Grauiter commotus. vehementer perturbatus. ¶ Primo nuncio. statim, vt primum audiui. ¶ Quod. quia, & est ratio quare primo nuncio sit grauiter commotus. ¶ Præter meam opinionem, idest tam præter meam spem, oĩa enim existimassem, potius tibi euentura, q̃ hoc vt accusaueris. ¶ Vt. postquam. ¶ Collegi mihi. diligentius consyderaui. ¶ Cætera. reliqua, quę pertinent ad defensionem tuam. Cætera autem dixit, quia accusationem nõ poterat vitare, quæ iam facta erat. ¶ In te ipsum. i. quem scribam, & sapientissimum & innocentem. ¶ In tuis amicis & propinquis, qui defensionem tuam fortissime susciperent. ¶ Multaq;, subaudi & quod multa. ¶ Veniebant in mentem. cogitabantur a me. ¶ Quamobrem. i. propter quæ multa, nam quãobrem cum ponitur causatiue tam plurali respondet q̃ singulari. Singulari sic. Vnum est quamobrem oẽs te amandum putent. i. propter quod vnum. Plurali sic. Quatuor sunt quamobrem imperator maxime laudetur, idest propter quæ quatuor. ¶ Istum laborem. istam vexationẽ. ¶ Honori. ad honorem. ¶ Fore. futurũ. ¶ Illud. dicit se multum doluisse, cum videret Appium inuidorum maleuolentia triũphum, vt sperauerat, obtinere non posse. ¶ Illud. q.d. præ cæteris omnibus incommodis tuis. ¶ Inuidorum consilio. non autem tua culpa, quia eum optime merueras.

Negociũ — Quãobrẽ

ASCEN. — CVm est ad nos. Cum intellexisset Cicero Appium ambitus accusari, consolatur eum dicens, se confidere eam curam & iniuriam aliquando ad honorem eius facturum, Et quia triumphum sibi inuidorum obtrectatione ereptũ questus erat: hortatur magno id animo ferat, pollicetur se eius nomen in prouincia protecturum Rogat deinde Appium det operam nequid sibi tempus ad prouinciam prorogetur. Dicitq; se non mirari fauorẽ omnium ordinum in Appium, cum eo dignissimus sit. Postremo accuratissime attestatur se non impediuisse legationem prouincialiũ ad laudandum Appium in senatu mittenda: vt cum ordine patebit. Ordo est. Cum idest quando, allatum est ad nos. Sunt q legant cum nobis allatum est, cuius eadem est sententia: sed forma dicendi minus Ciceroniana, de temeritate eorum, q facesserint idest fecerint tibi negocium, idest curam & molestiam purgandi te de crimine ambitus: quo accusabantur, q largitionibus, precibus, minis, promissis, aliisq; corruptionibus, magistratum petebant, cuius conuicti de saxo trapeio, vt Mallius Capitolinus olim præcipitabãtur. ¶ Etsi idest q̃q̃ commotus sum grauiter primo nuncio: quod idest quia, nihil potuit accidere, tam. i. tm contra opinionẽ meam, q̃ sup. illud tamen, vt idest postquam collegi me idest vires animi mei ex ea commotione. ¶ Cætera idest quæ restarent scilicet vt absoluaris, videbantur mihi facillima, q habebam maximam spem in teipso, idest innocentia ac dignitate tua, & magnam spem in tuis scilicet amicis & necessariis, & multa veniebant mihi in mentem. i. occurrebant cogitationi meæ, quamobrem idest ob quæ putarem istum laborem scilicet purgandi: fore idest futurum esse tibi, etiam idest insuper, honori. i. ad honorem. ¶ Ego tuli. i. passus sum, illud plane. i. omnino moleste, q videbam triũphum certissimum & iustissimum esse ereptum tibi hoc consilio inuidorum.

HVBER. ℭQVOD.hoc relatiuum refert sensum totius clausulæ:vt sit quod.s. triumphum tibi ereptũ esse inuidorũ consilio. ¶Quanti ego iudicaui faciendũ.q nunq̃ in talibus felicitatẽ esse existimaui:neq; in maxie expetẽdis esse duxi. ¶Facies sapienter.quia si nõ magnificeris.non multũ etiã cruciaberis:q eis priueris:nã iis q̃ expetenda existimantur:moleste caremus.Hora.in epistolis.Si qd mirabere ponas inuitus.¶Ages tri.ex dolore inimicorũ.i.triũphabis de dolore inimicorũ:qui nollent te triũphare:neq; intelligit eũ esse re vera triũphum:quẽ metuerat actuũ:sed tantũmodo habituũ triũphũ de dolore inimicorũ:si ipse æquo aio tulerit hanc iniuriã:& de ereptiõe triũphali.¶Neruis,robore:viribus.Terẽ. vbi tu neruos intẽdas tuos:qui locus non est.vt qdam existimant:obscœne intelligẽdus:sed neruos robur & vires. ¶Sapientia.t. vt sapiẽter te geras, vt facias inimicos tuos pœnitere temeritatis suę.¶Intẽperantię. temeritatis:qua vii sunt in te.¶Cõtestans.adiurãs: & in testimoniũ adducens.¶Confirmo.certifico.¶Malo.n.parenthesis. ¶Malo. est sensus: sum magis cõtẽtus pmittere tibi p dignitate q̃ pro salute,quę pluris solet fieri quã dignitas,qa illa semel amissa.nũq̃ recuperat:dignitas vero pot recupari.¶In hac puin.Cilicia.¶Prçfuisti.quã administrasti añ me. ¶Depcatoris .s. me susceptuũ officia atq; partes depcatoris , qa p te precabor q̃cunq; videbo eẽ necesse. ¶Laborãdo.qa ppinqui maxime solent suscipe laborẽ pro nobis. ¶Authoritate cari.qa q charus est plurimũ valet authoritate:q̃ plurima & maxima plerũq; efficiunt.¶Grauitate:veneratione: quę mihi habet pp nomẽ impatoris,quo appellor,& est ordo contestans oẽs deos,sic pmitto atq; cõfirmo de me,me in hac puicia.cui pfuisti,susceptuũ officia atq; ptes depcatoris rogãdo ppinqui:laborãdo hois:vt spero chari apud ciuitates authoritate impatoris grauitate:horũ aũt genitiuorũ cuiuslibet subaudiendũ est officia atq; ptes,& est distributio exornatio rhetorica:qa negocia qdã certa in plures psonas distribuunt & articulos, qñ singula verba itervallis distinguunt cæsa ofone.¶Cari. dilecti. ¶Vt spero. vitat arrogãtiã. ne affirmet se eẽ charũ ciuitatib⁹: dicit aũt Cice.se nihil p̃termissuũ esse : qđ pro Appio efficere posiit vt postules, possis familiariter & iure quodã amicitiæ petere.¶Expectes. speres:credas oino te impatuũ. ¶Vincã. sensus, plura i te bñficia cõferã:q̃,tu cogitare possis.¶A te. noie tuo.¶Nimis magnę.pp cãm frequentẽ,qa existimabã mihi iniuriã fieri:cũ a te rogabat.qui potius vel petere familiariter:vel iubere debuisses.¶Põpeiũ.filiæ tuæ socerũ.¶Brutũ generũ tuũ:hos.n.duos cũ magnificaret Ci.pp eos ondit necesse esse,vt & Appiũ qui eis affinitate coniunctus erat,in oi re tueret.¶Quãq̃ in cõ.quo.q.d.ẽt si nõ accidisset: vt nunc in puincia ostẽderẽ tibi meũ erga Põ.& Bru.amorẽ & obseruantiã:tũ ẽt rõne in cõiuetudine:hoc est cõuersatione quotidiana tibi declarassem.¶Sicuti pspi.qa cũ ero Romæ,faciãq; cognosces quãti faciam & Pompeiũ & Bru. qa eorũ cã nihil erit,qđ pro te non suscipiã.¶Sed qñ.i.qm:nam qñ hoc loco causatiuũ est non tpale.¶Ita ac.ita euenit: vt pp negocia tua:& hic in prouincia & Romæ:pp accusationem vel ereptionem triũphi perspicere q̃ti facerem Pompeium & Bru.& te.¶Facinus & ad hoc est cõfiteor me & male fecisse, & fecisse cõtra decus & honorẽ meũ:si qd p̃termisero:qđ pro te a me fieri debeat.¶Pontinius.hic fuerat cum Appio in Cilicia & postea remanserat cum Ci.hunc autem ab Appio optime tractatũ dicit Ci.esse in eum & gratum & beneuolum.¶Tui ben.erga ipm Pontinium.¶Præstat.exhibet:ostendit ¶Quam de.pp singulare beneficium a te acceptum.¶Coactus ma.suis re:idest non libenter, sed compulsus negociis suis magni ponderis & momenti. ¶A me inui.idest qui omnino noluissem ipsum discedere.

quod tu si tanti facies,quãti ego semp iudicaui faciendum esse:facies sapienter, & ages victor ex inimicorũ dolore triũphũ iustissimũ.Ego.n.plane video fore neruis opus,sapientiaq; tua vehemẽter, vt inimicos tuos pœniteat intemperantię suę.De me tibi sic obtestans oẽs deos,pmitto, atq; confirmo: me p tua dignitate (malo.n.dicere,q̃ p salute)in hac puincia,cui tu præfuisti: rogando,depcatoris:laborando,ppinq authoritate, chari hois (vt spo)apd ciuitates:grauitate,imp. suscepturũ officia,atq; parteis.Oia volo a me & postules, & expectes. vincã meis officiis cogitationes tuas. Q.Seruilius pbreueis a te mihi literas reddidit, quæ mihi tñ nimis longæ visæ sunt. Iniuriam.n. mihi fieri putabã,cũ rogabar.Nollẽ accidisset tps, in quo pspicere posses,quanti ego te, quanti Pompeiũ, quẽ vnũ ex oĩbus facio,vt debeo,plurimi,quanti Brutũ facerẽ,q̃q̃ in cõsuetudine quotidiana pspexisses, sicuti pspicies. sed quoniã accidit : siquid a me prætermissum fuerit. commissum facinus, & admissum dedecus cõfitebor. Pontinus,qui a te tractatus est præstanti, ac singulari fide, cuius tui beneficii sum ego testis, præstat tibi memoriam,beneuolentiamq;, quam debet.qui,cum maximis rebus suis coactus a me inuitissime decessisset:

Quando

ASCEN. ℭQVOD.i.quã ereptionẽ triũphi factã esse tibi, si tu facies.i. æstimabis tanti q̃ti ego iudicaui semp faciendũ esse: hoc est minimi.Quia Cic.nunq̃ in talibus felicitatẽ constituit , nec triũphũ inter expetẽda locauit : tu facies sapienter & tu victor.i.voti cõpos spernẽdo:sicut Christiani boni vincũt.mundũ : ages triũphũ iustissimũ ex dolore inimicorũ.s.tuorũ:qbus dolebit qđ tibi non doleat: & qd tam cõstanter cõtumeliã erepti triũphi feras.¶Ego.n. video fore opus plane.i.oino:neruis.i.viribus:cõstantia: & sapiẽtia tua vehemẽter:vt pœniteat inimicos tuos.intẽperantię.i.imodestiæ:aut potius petulantię & insolẽtię.¶Ego obtestans.i.in testimoniũ vocãs oẽs deos : pmitto atq; cõfirmo tibi de me susceptuũ pro dignitate tua,malo.n.dicere sic:q̃ pro salute.s.tua.i.q̃ dicere me susceptuũ pro salute tua,nõ.n.putat salutẽ in piculo esse,aut si putat,euitãdi mali ominis gfa dicere nõ vult:in hac puicia,cui tu pfuisti:officia atq; parteis .i.munera & debita obseqa depcatoris.i.pcantis: ne culpę det,rogando.s.pro te,officio ppinqui.s.cõsanguinitate,laborando.s.pro te,officia hominis chari, vt spero.s.me esse apud ciuitates,authoritate.i.per authoritatẽ meã intercedẽdo & officia ac parteis imperatoris.grauitate.s.per grauitatẽ,qua vtar in te laudando.¶Ego volo supp.vt postules & expectes oia.s.officia a me:ego vincã.i.superabo.cogitationes tuas officiis meis.i. plus faciam p te q̃ cogitare potens. ¶Quintus.Seruilius reddit mihi a te.s.datas. perbreueis literas, q̃ tamẽ visę sunt mihi nimis lõgę: ego enim putabã iniuriã fieri mihi:cũ rogabar.s.a te.¶Ego vellẽ sup.vt tẽpus accidisset,i quo posses pspicere.i.clare videre: quãti ego facerem te:quãti ego facerẽ Põpeiũ.s.socerũ filiæ tuæ,quẽ vnũ oĩbus:ego facio vt debeo plurimi.quãti facerẽ Brutũ:q̃q̃ pspexisses in quotidiana cõsuetudine.i.cõuersatiõe.s.cũ in vrbe fuissem.¶Et pspicies.s.quoniã adero:sed quoniã sup.tale tẽpus accidit,siqd.s.officii,fuerit p̃termissum a me, ego cõfitebor facinus.i. factũ turpe cõmissum, & dedecus admissum.s.a me.i.me icurrisse in ipm.¶Põtinius, Argumẽto a beniuolẽtia Põtinii sumpto:argumẽtat multorũ studiis rẽ Appii adiutũ iri. Fuerat is Põtinius cũ Appio in Cilicia: & cũ discedere pararet,qa itellexit Appii interesse,vt illic diutius eius nomẽ defensurus maneret ab itinere reuersus est.Ordo est.Põtinius:opinor publicanũ eẽ,q tractat⁹ est a te in Cilicia.s.pstãti & singulari fide:cui⁹ bñficii tui.i.in eũ ego sũ testis:pstat.i.exhibet tibi memoriã.i.gratitudinẽ:sic memores gratos dicim⁹:& bñuolẽtiã q̃ debet:q cũ coact⁹ maximis reb⁹ suis decessisset a me iustissimo:qa.voluisse eũ retinere.

ℭVt vidit

¶ VT vidit.i.postq̃ cognouit. ¶ Interesse tua.tuũ esse cõmodum:ad rem tuã ptinere. ¶ Reuertit.redit:dicimus aũt re uerti & reuersus sum.reuerto aũt raro legimus.Reuertor.n.vtimur frequẽtius. ¶ Talia.sensus est satis clarus talis,cum videã te habituꝝ talia studia,hoc est tales volũtates & aĩos prõptos taliũ viroꝝ:qualis est Põtinius:qui oĩa diligẽter faciatque ad tuã vtilitatẽ ptinere existimat. ¶ Non pos.d.i.oĩno ↄfido:qđ hęc. ¶ Solicitudo.i.anxietas:quã nũc tibi p̃bent inuidi tui,erit tibi. ¶ Amplitudo.i.icremẽtũ dignitatis:& conuertet̃ in honorẽ tuũ. ¶ Sin uero.pcurabat.n.Appius ut censores crearent̃,iter quos & ipse creari volebat. ¶ Gesseris.administraueris. ¶ Vt de.pp imitationẽ illius paui tui clarissimi cẽsoris Appii cæci. ¶ Et po.qa es sapiẽtissim⁹ & doctissimus. ¶ Præ.idio.adiumẽto,plurimũ.n.pdest posteris virt⁹ & gloria maioꝝ suoꝝ:quoꝝ cã & memoria multa assequunt̃:q aliter assequi nõ possent. ¶ Pugna.cõtende cõtra eoꝝ sniam:q in alteꝝ annũ administrationẽ puinciæ mihi progari volũt. ¶ Hic.in puincia. ¶ Istic quoq;.ẽt Rõę vbi tu es:nã(vt supra diximus)hic ad psonã loq̃ntis refert̃ istic ad personã secundã:illic ad psonã absentẽ. ¶ Satisfecerimus.fecerimus p te,q̃ debuerimus & potuerimus. ¶ Nauare.diligenter p̃stare. ¶ Voluntate.s.bona & prõpta. ¶ Minime m.minime digna admiratione. ¶ Et.p sed ponit̃. ¶ Eadẽ.quæ scripsi. ¶ Cũ tn.i.& tribui. ¶ Tum.i.&:sed magis signat q̃ cũ:vt sæpi⁹ dixim⁹. ¶ Studia.volũtates prõptas. ¶ Quæ.m.qđ p̃miũ.s.studioꝝ. ¶ Oium ppe.cõ.qa semp habuisti studia ppe oium bonoꝝ.Dicit ãt se duplici de cã gaudere:& qa ea tribuũt̃ Appio,q̃ debent̃:& qa uideat adhuc prõptas voluntates erga viros bonos remanere fere oium cõsensu. ¶ Laboꝝ.quos pro tuẽda rep.suscepi. ¶ Vigiliaꝝ.pp studia lraꝝ:quæ maxĩe vigiliis cõsecutus sum:vel vigiliaꝝ:cũ diligẽtia mea & vigilantia oppressi cõiurationem Cati.Iuue.Sed vigilat cõsul:uexillaq; uestra coercet. ¶ In eo ado.qdã itelligũt Dolobellã a quo Ap.fuisset accusat⁹. Alii malunt Vatiniũ:qđ magis p̃bo.licet & Dolobella fuerit acerrimus inimicus & oppugnator Appii. ¶ Salutẽ.vitam. Duob⁹ piculis ca.qa bis accusatus est capitis Vatinius:& bis a Ci.defensus. ¶ Obliuisceret̃.q cum sciret te a me amari:debuerat rõne mei:qui fuerã eius patronus:& defensor desistere a te accusando & oppugnãdo,& a suscipiẽdis inimicis tuis. ¶ Ornamẽtis pp honores a te administratos optime. ¶ Vel præsidiis.pp nobilitatẽ familiæ:& multitudinẽ ppinquoꝝ & amicoꝝ:q̃ oĩa solent esse p̃sidio.maior enim respectus solet haberi horũ iis,q oibus p̃dictis abundant. ¶ Redũdares.abũdares:plenus esses. ¶ Illi.Vatinio accusatori tuo. ¶ Vt leuissime dicã.i.ne iniuriose dicã & acerbe. ¶ Multa deci.ecce qũo leuissime dixit,nouit.n.dicere:cum ille nihil eoꝝ haberet:qđ fuisset acerbius & iniuriosius. ¶ Stultus.isipiens,sine ↄsyderatione. ¶ Puerilis.sine rõne.qa pueroꝝ loquacitas est sine rõne. ¶ De quo.s.sermone. ¶ Itẽ.etiã. ¶ Ego aũt.sensus est.Si ille q tuas inimicitias suscepisset,fuisset mihi cõiũctissimus:potius diremissem & dimisissem vetere ↄiũctionẽ cũ eo cã tui,q̃ ↄciliassem nouã:vt itelligeret q̃ti te facerẽ. ¶ Diremissem.diuisissem:abstulissem.

HVBER.
Reuerto & reuertor

Hic
Istic
Illic

Et
Cum
Tum

tũ,vt vidit tua ĩteresse,cõscẽdens iã nanẽ Epheso Laodiceã reuertit.talia cũ te studia videã habituꝝ eẽ inumerabilia:plane dubitare nõ possum,qn tibi ãplitudini ista solicitudo futura sit.si vero effeceris,vt Ces. creeris:& si ita gesseris censuram,vt & debes,& potes: nõ tibi solũ,sed tuis oibus video in ppetuũ summo te p̃sidio futuꝝ.Illud pugna,& enitere,neqd nobis tpis proroget̃:vt cũ hic tibi satisfecerimus,istic quoq; nostrã in te beneuolentiã nauare possimus. Quæ de hominũ,atq; ordinũ oĩum erga te studiis scribis ad me, minime mihi mirãda,& maxĩe iucũda acciderunt:eadẽq; ad me pscripta sunt a familiaribus meis,Itaq; capio magnã voluptatẽ,cũ tibi,cuius mihi amicitia nõ solũ ampla,sed ẽt iucunda est,ea tribui,quæ debeant̃: tum vero ẽt nũ remanere in ciuitate nr̃a studia ppe oĩum cõsensu erga forteis,& idustrios viros,quæ mihi ipsi vna semp tributa merces est laboꝝ,& vigiliaꝝ meaꝝ.Illud vero mihi p̃mirũ accidit:tãtã temeritatẽ fuisse in eo adolescente,cuius ego salutẽ duobus capitis iudiciis summa cõtentiõe defendi,vt tuis inimicitiis suscipiẽdis obliuisceret̃ p̃roni oĩum fortũaꝝ,ac rõnũ suaꝝ:p̃serti cũ tu oĩb⁹ ornamẽtis,vel p̃sidiis redũdares,illi(vt leuissime dicã)multa deessent:cuius sermo stultus,& puerilis erat iã antea ad me a M.Cœlio familiari nostro perscriptus:de quo itẽ sermõe multa scripta sunt abs te.Ego aũt citius cũ eo,q tuas inimicitias suscepisset,veterẽ cõiunctionẽ diremissẽ,q̃ nouã

HVBER. ¶ ALTErius. Bruti. ¶ Iuuentutis, subaudi principis. i. q excellit iãpridẽ oẽs iuuenes Romanos: erat enim & ipse iuuenis. ¶ Celeriter. i. mox cũ erit paulo maturior. ¶ Ciuitatis oium ciuiũ Romanoꝝ. ¶ De testi. qdã testes mercede compulsi falsum testificati erant cõtra Appiũ: quos puniendos curauerat Appius: rogaueratq Ciceronem: vt hoc faceret: cui Cicero respondet: q si Flaccus cui mandauit: de hoc nihil egit, omnino ipse faciet: cum per Asiam deceder. ¶ Notãdis. ignominia probro afficiendis, notabantur autem ignominia & probro quoties probabant fuisse falsi, & cauetur publice ne amplius testes esse possint tanquam infames & falsi conuicti. Nota enim: vt inquit Festus: nunc signum in pecoribus significat. Virgilius in Georgica. Continuoq notas & nomina gentis inurunt: nunc literas singulas aut binas: nunc ignominiam. Itẽ Nonius inquit. Nota dicitur probrum. Lucilius libro. xxx. Quem scis scire tuas omnes maculasq notasq: inde notare dicitur, lunena. Sed quæ Fabritius censor notet. Horatius Magna cum libertate notabant. ¶ Mercenariis. mercede cõductis non veritatis tuendæ gratia. ¶ A suis ciuitatibus. volebat enim a singulis ciuitatibus, de qbus fuissent hi testes: eos notari & puniri. ¶ Aliquid id est nisi iam sunt cœpti notari. ¶ Fiet a me. notabantur a me. ¶ Decedam. iter faciam decedens. ¶ Quod ad me. ad aliam partem epistolæ respondet: quia Appius scripserat ad Ciceronem formam status reipu. ¶ Quasi. translatiue. ¶ Formam. designationem: vt supra: vt eum formam reipublicæ cognoueço: quale sit futurum reliquum ædificium intelligam. ¶ Expressam. aperte figuratam: repræsentatam: quasi viderem ipsam rẽpublicam. prudentia: qua mihi ipsam formam reipubli. expressisti. ¶ Leuiora. minora. ¶ Præsidia. pro defensione reipublicæ. ¶ Maiora: scilice q̃ putabam. ¶ Siquidem. quoniam & est ratio, leuiorum periculorum & maiorum præsidiorum. ¶ Cẽs vires idest omnes, qui in ciuitate aliquid possunt. ¶ Adductum, ad impetum. ad voluntatem. ¶ Applicauerunt. adiunxerunt. ¶ Promptum. expositum, paratum. ¶ Alacrem erectum, atq sublimem. ¶ Diligentia. qua vsus es in scribendo. ¶ In summis occupationibus, quibus nisi fuisses diligens: poteras reuocari a scribendo. ¶ Augurales libros. quos te missurum promiseras. ¶ Ad commune ocium. cum vterq nostrum nimis esset negociis implicitus: tu Romæ, ego in prouincia. ¶ Serua. differ reserua. ¶ Flagitabam. instanter poscebam. ¶ Ad vrbem. idest in vrbe. ¶ Tuorum. quos ad me misisses, existimabat enim Appius Tullium quẽdam ex suis esse apud Ciceronem. ¶ Qui scilicet mei. ¶ Sunt tui. quia amicorum omnia communia. ¶ Stomachosiores. iracũdas, plenas indignationis. ¶ Literas scilicet meas. ¶ Bis vt visum est in præcedentibus epistolis. ¶ Purgans. excusans: quia querebatis q ego impediuissem legationem, quæ ad laudes tuas Romam erat profectura. ¶ Leuiter. nõ acerbe. ¶ Accusans. in proxima præcedenti epistola. ¶ Amici. quibus necdum licet reprehendere alium amicum beneuole. ¶ Eo genere. querelæ idest non vlterius: vt amplius querar de te. ¶ Vt scribis. quia scripserat Appius eas literas non fuisse elegantes: quia erant cum stomacho scriptæ. ¶ Disertæ. eloquentes, elegantes.

alterius iampridem iuuẽtutis, celeriter (vt spero) ciuitatis. De mercenariis testibus a suis ciuitatibus notandis nisi iam aliquid factum est per Flaccum, fiet a me, cum p Asiam decedam. Nunc ad alteram epistolam venio. Quod ad me quasi formam communium temporum, & totius R.P. misisti expræssam: prudentia literarum tuarum valde est mihi grata. Video enim & pericula leuiora, quam timebam, & maiora præsidia. siquidem (vt scribis) omnes vires ciuitatis se ad Pompeii ductum applicauerunt. tuumq simul promptũ animum, & alacrem perspexi ad defendendam rempublicam, mirificamque cepi voluptatem ex hac tua diligentia, quod in summis tuis occupationibus, mihi tamen R. P. statum per te notum esse voluisti. Nam augurales libros ad commune vtriusque nostrum ocium serua. Ego enim a te cum tua promissa per literas flagitabam, ad vrbem te ociosissimum esse arbitrabar. nunc tamen, vt ipse polliceris, pro auguralibus libris oratiões tuas confectas omneis expectabo. Tullius, cui mandata ad me dederas, non cõuenerat me: nec erat iam quisquam mecum tuorũ, præter omneis meos, qui sunt omnes tui. Stomachosiores meas literas quas dicas esse, non intelligo. bis ad te scripsi me purgans diligenter, te leuiter accusans in eo, quod de me cito credidisses, qđ genus querelæ mihi quidẽ videbatur eẽ amici: sin aũt tibi displicet, nõ vtar eo post hac. Sed si, vt scribis, eæ lrẽ non fuerunt disertæ, scito

ASCEN. ¶ De testibus, id est quod scribis, de testibus mercenariis id est mercede, conductis ad dandum contra te falsum testimonium. notandis scilicet nota infamiæ a ciuitatibus suis, nisi aliquid factum est iam per Flaccum scilicet præsidem illis a me constitutum: fiet a me cum decedam: scilicet de prouincia per Asiam. ¶ Venio nunc ad alteram epistolam. ¶ Quod misisti: scilicet in altera illa epistola: ad me: quasi formam id est designationem & speciem temporum communium & totius reipublicæ. expressam id est expresse descriptam: prudentia literarum tuarum est mihi valde grata. ¶ Video enim & pericula leuiora, quia timebam maiora præsidia: scilicet reipublicæ suppiæ q̃ sperabam, siquidem: id est quoniam: aut si duæ sunt particulæ, quidem: scilicet certe: si vt scribis: omnes vires ciuitatis applicauerant, se ad ductum id est auspicium, felicitatem & prudentiam ducendi Pompeii, & prospexi simul tuum animum promptum & alacrem, id est acrem & strenuũ, vt sumus in rebus, quas alacres facimus, ad defendendam: rempu. & cepi mirificam voluptatem ex hac diligentia tua. Si dicas ergo hic ad secundam quoq personam respicit. Dicam vnam rem a duobus possideri posse, & ita ad diuersos fieri respectum. Vnde Cicero ad diligentiam Appii, quia ab eo profecta est, dicit: hac quasi dicat quæ in his literis quas teneo scripta est. ¶ Quod in summis occupationibus tuis i voluisti tamen idest nihilominus, statum reipublicæ esse notum mihi per te. ¶ Nam serua id est concedo vt serues libros augurales, quos supra perfici petiit, ad ocium commune vtriusq, id est donec & tibi scribendi, & mihi legendi eos dabitur ocium. ¶ Ego enim cum flagitabam id est exigebam per literas a te tua promissa, scilicet de perficiendis libris auguralibus, arbitrabar te esse ociosissimum ad vrbem id est in vrbe. Raro tamen ad pro in ponitur: sæpius pro apud, quo circa posset dici ad vrbem, id est circa res vrbanas. ¶ Nunc tamen expectabo, vt ipse id est cu polliceris, orationes tuas omnes confectas id est absolutas libris auguralibus id est loco auguraliũ. ¶ Tullius cui dedisti mandata ad me, id est quç mihi diceret, non conuenerat me id est non venerat allocuturus mecum, nec quisquam tuorum scilicet familiarium erat iam mecum, præter omnes meos qui sunt omnes tui. ¶ Ego non intelligo quas literas meas dicas esse stomachosiores, id est ex nimis magno stomacho id est idignatione scriptas. ¶ Ego scripsi ad te bis: pugnans diligenter i scilicet de crimine perfidiæ ac legæ amicitiæ, accusans leuiter te in eo q credidisses cito de me. ¶ Quod genus querelæ videbatur quidem id est certe mihi esse amici: id est pertinere ad amicum hominem, quia reconciliatoria est amicitiæ potius offensiua talis querela. ¶ Sin, i. sed si, id genus querelæ displicet tibi, non vtar eo amplius posthac id est post hoc tempus. ¶ Sed si, vt scribis, hæ literæ scilicet stomachosiores non fuerunt disertæ, scito non fuisse meas. hoc iocose & confidenter dicit.

Marginalia: HVBER. Celeriter / Nota / Quid / Lucilius / Notare / Forma / Expressa / Siquidem / Applicare / Promptus / tua / agitate / isertæ / omach? / ASCEN.

HVBER.

CMEAS. qui nescio scribere nisi eloquenter & q̄uis videatur Cicero iocari: tamē se laudat. ¶ Aristarchus. is fuit optimus grammaticus: qui Homerum interpretatus est. ¶ Homeri versum scilicet esse. ¶ Quem. versum. ¶ Non probat. non approbat iudicio suo, idest qui ei non placet: multa enim carmina creduntur esse inserta Rapsodiæ Homeri: quæ ab eo prorsus nunquam fuerunt condita. Dicit igitur quemadmodum Aristarchus versum: qui in Homero minus ei placet: negabat esse Homeri ita tu quodcunq; scriptum minus disertum & elegans videris: ne putes esse meum. ¶ Libet enim iocari. parenthesis: qua vtitur: vt vitet arrogantiam. ¶ Quod scilicet scriptum. ¶ Ne putaris. pro ne putes. ¶ In censura. in administratione censuræ. ¶ Si es censor. si iam creatus es censor. ¶ Vt spero. quia scripserat Appius se laborare, vt censor crearetur. ¶ Cogitato de proauo tuo. habeto proauum tuū clarissimum censorem in animo, vt eum moribus & re ipsa imiteris, is autem fuit Appius Cæcus.

meas nō fuisse. Vt.n. Aristarchus Homeri versum negat quē nō ꝓbat: sic tu (liber enim mihi iocari) qd̄ disertū non erit, ne putaris meū. Vale, & in censura, si iā es Ces. (vt spero) de proauo multum cōgitato tuo.

Ex. XI. Epi. Cum essem in castris.

Alterum quod Pompeii, & Bruti fidem, beneuolētiāq; mirifice collaudas. Quod genus querelæ mihi quidem videbatur esse amici, sin tibi displicet, non vtar eo posthac.

12

M.T.C. Imp. Appio pulchro. S.D.

Gratulabor tibi prius (ita enim rerum ordo postulat) deinde ad me conuertar. Ego vero vehementer gratulor de iudicio ambitus, neque id, quod nemini dubium fuit, absolutum te esse: sed illud, quod quo melior ciuis, quo vir clarior, quo fortior amicus es, quoq; plura virtutis & industriæ ornamenta in te sunt, eo mirandum est magis, nullam ne in tabellæ quidem latebra fuisse absconditam maleuolentiam, quæ te impugnare auderet. non horū temporū, nō horum hominum, atq; morum negociū. nihil iam sum pridē admiratus magis. De me autē suscipe paulisper meas parteis, & eum te esse finge, qui ego sum: si facile inueneris, quod dicas, noli ignoscere hesitationi meæ. Ego vero velim mihi, Tulliæq; meæ (sicut tu amicissime, & suauissime optas) ꝓspere euenire ea, quæ me insciente facta sunt a meis,

ASCEN.

CVT enim Aristachus negat versum supple esse Homeri quem non probat. i. non approbat, sic tu: libet enim mihi iocari: qd̄ non erit disertū: ne putaris. i. nolim vt putes meum supple. esse. ¶ Vale & cogitato multū de proauo tuo scilicet Appio Cæco: q clarissimam gessit censuram: in censura. i. in gerenda censura: si es iam censor, vt spero, scilicet te esse,

HVBER.

Gratulor. Huius epistolæ argumentum in duas partes diuiditur, nam primo Cic. gratulatur Appio de absolutione ambitus, cuius, vt supra vidimus, fuerat accusatus: deinde quia Ci. filia Tullia eo absēte in prouincia locata fuerat Dolabellæ inimicissimo Appii, Appius vehementer questus erat de Cic. quod contraxisset affinitatem cum eo, quem sciret sibi inimicissimum. Itaq; Ci. se excusat q se absēte id factū sit: q si fuisset domi nihil fecisset sine consilio ipsius Appii. Et postremo affirmat q pp hanc affinitatem nihil oino est alienatus ab Appio. Sed pmittit se pro multo maiora esse facturū, q̄ antea fecisset. ¶ Tibi. cā cui. Ita vt tibi gratuler prius. ¶ Ordo reꝝ. prius de rebus amicoꝝ, deinde de nostris dicere debemus. ¶ Ad rem meā. ad excusationem meam. ¶ Ambitus. quo es absolutus. ¶ Neq; id. subaudi mirandū fuit qd̄ paulo inferius ponit. s. esse absolutum. ¶ Nemini dubiū. nemo enim dubitasset te absolutum iri: q a ambitum nunq̄ attigisti. ¶ Quo. quāto. ¶ Melior vir. hoc dicit: non est mirandum te fuisse absolutum: quia nemini hoc dubium erat. ¶ Sed quāto es melior vir & clarior: eo magis est mirandum quod accusatione tua vbiq; apparauerit maleuolentia hominum in te. ¶ Ne in tabellæ latebra. hoc est ne in occultissima quidem parte tabellæ: in qua est scripta accusatio tua. ¶ Absconditam. occultam: quia erat apertissima.

Impugnat

¶ Auderet, quasi contra ius. ¶ Impugnare te. te calumniari, tibi esse aduersarius. ¶ Horum talium: tam corruptorum. ¶ Non negocium. i. fuisse absconditum in latebra tabellæ. ¶ Negocium. quod tibi facesseret. ¶ Nihil magis. q̄ hoc scilicet q ita aperte fueris impugnatus, cum sis vir clarus, fortis, cum habeas multa ornamenta industriæ & virtutis. ¶ De me. nunc incipit de se dicere. ¶ Suscipe meas partes idest finge te esse me. Pone te loco mei. ¶ Et eū. declaratio est superioris orationis: suscipe personam meam. ¶ Quid dicas, contra id quod factum esse quereris. ¶ Noli ignoscere. quasi dicat tunc non petam veniam. ¶ Hæsitationi. idest dubitationi vel melius ignorationi meæ. ¶ Velim. pro volo idest cupio. ¶ Me insciente, quia eram vt scis in prouincia. ¶ A meis. ab vxore & amicis.

Hæsitans

ASCEN.

Gratulor &c. Gratulatur Appio de absolutione ambitus: purgatq; q Tullia se absente data sit nuptum Dolabellæ homini App. inimicissimo & pollicetur propter illam se nihil de amicitia appiana detracturum. ¶ Ordo est. Ego gratulor, aut gratulabor tibi prius idest priore per te epistola: deinde conuertar ad me idest ad rem meam purgandam, ordo enim rerum postulat ita. s. e fieri vt prius de amicis, deinde de nobis agamus. Ego vero gratulor supple tibi vehementer, te absolutum esse de iudicio ambitus, idest in quo causam dicebas de ambitu, idest maiestate malis artibus attentata, neq; id quod nemini dubium fuit. s. futurum, videlicet te absolutum esse, mirandum est, sed illud q quo. i. quanto melior ciuis es, quo idest quanto vir clarior, quo. i. quanto, amicus fortior. i. constantior es, eo est mirandum magis, nullā idest non vllam maleuolentiam, quæ auderet. s. tam imprudenter oppugnare te non fuisse absconditam, ne quidem. i. nō saltem in latebra. i. angulo aliquo. ¶ Tabellæ. i. libelli accusatorii, hoc est q ipsa præ verecundia si q̄ habuisset, se non absconderit in aliquo loco abdito tabellæ accusatoriæ & diffamatoriæ, sed palam te accusare ausa sit. ¶ Non enim negocium quod factum est tibi, fuit horum temporum, in quibus virtuti adhuc locus & honos est & boni florent, non horum hominum qui boni fere sunt & tibi fere necessarii, atq; morum sup. horum hominum & tpm, & ita ego nihil sum admiratus magis iampridem. i. iam a pluscvlo tempore. s. q̄ q inuenti sint tam impudentes, vt auderent non modo per occultam delationem, sed ēt per manifestam accusationem in publico iudicio te ambitus postulare, quod Cicero satis assentanter dicit, pręcipue cum antea ei de eadē re gratulatus sit: sed videtur Appius assentationis appetens & potuerunt superiores literæ non esse perlatæ, idq; Ciceronem vereri. ¶ De autem. aggreditur secundam partem epistolę dicens. ¶ Autem. s. sed de me. i. quantū ad nuptias filiæ meæ attinet, suscipe paulisper. i. p paulū tpis, partes meas. s. purgatiuas. finge te esse eum qui ego sum. si tu inueneris facile, quid dicas. i. rn̄deas, ad purgandum factū ipsum aut damnandum, noli ignoscere. i. parcere aut veniam dare hæsitationi idest perplexitati & tarditati meæ in loquendo. ¶ Ego vero. i. certe: velim ea, quæ facta sunt a meis me insciente, euenire prospere mihi, & Tulliæ meæ. i. filiæ, hoc est nuptias eius cum Dolabella, sicut tu optas amicissime & suauissime: moris enim est, dum de nouis nuptiis aut loquimur aut scribimus dicere feliciter, vnde Iuuenalis. dictum est feliciter, aut dii bene vertant, aut quas dii secundent, quod & Appius videtur scripsisse magis ex more, aut per ironiam q̄ ex animo, Cicero tamen callide interpretatur ex animo scriptum, sed cecidisse. i. casu euenisse.

ſed ita cecidiſſe, vt agerentur eo tempore, ſpero omni no cum aliqua felicitate, & opto, verũtamen plus me in hac ſpe, tua ſapientia, & humanitas conſolat̃ quam opportunitas temporis. Itaq; quemadmodum expe diam exitum huius inſtitutæ orationis, non reperio. neq; enim triſtius dicere quicquam debeo ea de re, q̃ tu ipſe optimis ominibus proſequeris, neq; non me tamen mordet aliquid: in quo vnum non vereor, ne tu parum perſpicias ea, quæ geſta ſunt, ab illis eſſe ge ſta, quibus ego ita mandaram, vt cum tam longe ab futurus eſſem, ad me ne referrent, agerent, quod pro baſſent. In hoc autẽ mihi illud occurrit: Quid tu igi tur ſi affuiſſes? rem probaſſem. de tempore nihil te in uito, nihil ſine conſilio egiſſem tuo. Vides me ſudare iandudum laborantẽ, quomodo ea tuear, q̃ mihi tuen da ſunt, & te non offendam. Leua me igit̃ hoc onere, nunquã enim mihi videor tractaſſe cãm difficiliorẽ. Sed tñ ſic habeto: niſi iam tũc oĩa negocia cũ ſumma tua dignitate diligẽtiſſime cõfeciſſem: tametſi nihil vi debat̃ ad meũ erga te priſtinũ ſtudiũ addi poſſe: tamẽ hac mihi affinitate renũtiata, nõ maiore eqdẽ ſtudio,

HVBER. ¶ SED ita cecidiſſe. ſenſus eſt, ſpero q̃ feliciter euenerit: vt fieret hic cõtractus affinitatis, eo tempore, quo eram abſens. ¶ Cecidiſſe. pro accidiſſe. ¶ Cum aliqua felicitate, quaſi dicat non ſine numine diuum. ¶ Veruntamen. oſtendit q̃ plus conſolationis poteſt ei afferre de hac affinitate contracta Appii ſapientia: ſi non ægre tulerit: ſi conſyderauerit caſum. ¶ Quam opportunitas temporis ideſt commoditas. ſ. quod hoc actũ ſit me inſciente: propter quod non eſt, q̃ de me que ratis. Itaq; demonſtrat Cice. ſolicitudinem & anxietatem animi ſui, quia ꝓpter perturbationem animi dicit ſe neſcire in

Expedire

uenire concluſionem huius orationis. ¶ Expediam. explicem, abſoluam. ¶ Exitum, finem: concluſionem. ¶ Inſtitutæ, incep tæ. ¶ Triſtius, infelicius, quod portendant malum futu rum: nam quando eſt factum: non debeo dicere mihi diſpli cere hoc eſſe factum, quod fortaſſe eſſet ſignũm in felicita tis futuræ: & præcipue putatur in matrimoniis, quoties al tera pars dicit ſe pœnitere facti, habetur pro malo omine. ¶ Eam rem. id matrimonium, eam affinitatem. ¶ Quã. rem. ¶ Proſequeris optimis ominibus, ideſt quã tu in literis tuis dicis optare felici auſpicio eſſe confectam: cui optas opti ma omnia: nulla enim matrimonia fiebant: niſi prius captis auſpiciis. Luca. Contentiq; auſpice Bruto. Iuuena. Veniat cum ſignatoribus auſpex. Idem, Signatæ tabulæ dictum fe liciter. Virg. primo æneî. Cui pater intactam dederat: pri miſq; locarat Ominibus. ¶ Mordet, angit: cruciat. ¶ In quo, in quare. ¶ Non vereor. i. in quo non dubito te parum per ſpicere ea eſſe geſta non a me: ſed ab illis, quibus ita manda ram, vt me abſente facerent: quod eis videretur vtile. ¶ Non vereor. non dubito: ſcio. ¶ Ne id eſt vt. ¶ Parum perſpicias: non conſyderes diligenter. ¶ Tam longe. in Cilicia: quæ eſt remotiſſima ab vrbe. ¶ Ne referrent ad me. non nunciarent mihi: non redderent me certiorem: niſi inueniſſent vbi com mode locarent filiam meam. ¶ Agerent. ſubauditur, ſed mã daram, vt agerent. ¶ Quod probaſſent. quod eis placuiſſet, quod vtile putaſſent. ¶ In hoc. reſpondet obiectioni: quæ poſſet ſibi fieri ab Appio. ¶ In hoc. quod dixi eſſe factum me inſciente: quia mandauerã vt nihil referrent ad me ꝑ longinquitatem locorum. ¶ Occurrit. obiicit̃, venit in men tem a te poſſe dici ſic. ¶ Quid igit̃. obiectio Appii. ¶ Quid: ſcilicet feciſſes o Ci. ¶ Si affuiſſes. ſi fuiſſes Romæ: dediſſes ne eam Dolabellæ. ¶ Rem. factam: conditionem, & eſt reſpon ſio obiectionis. ¶ Probaſſem. laudaſſem ideſt placuiſſet mihi conditio. Et notanda prudentia Cice. cui quamuis non mul tum placeret Dolabella, tamen poſt factum non de eo maledicit. ¶ De tempore ſcilicet conficiendi illius negocii. ¶ Te in uito, te nolente: quia diſtuliſſem quantum voluiſſes. ¶ Sudare. hoc dicit vt oſtendat hanc rem ſibi magnæ eſſe ſolicitu dini: ſudamus enim aut corporis defatigatione: aut calore: aut denique animi angore & ſolicitudine. Alii legunt ſua de re: alii ſuadere: ſed neutrum conuenit menti Cice. ¶ Laborantem, curantem: quomodo defendam id, quod tuendum eſt mihi: hoc eſt id, quod iam eſt factum & tamen non faciam contra voluntatem tuam, quod quia eſt difficile: ideo dicit ſudare. ¶ Leua me hoc onere. aufer mihi hoc onus: poteris enim, ſi acceperis excuſationem meam & exiſtimaueris hoc a me de dita opera factum non eſſe. ¶ Tractaſſe, egiſſe difficiliorem q̃ hanc ſcilicet tuear quæ tuenda ſunt mihi, & te non offen dam. ¶ Sic habeto, ſignificat propter hanc affinitatem ſe nihil eſſe alienatum ab Appio: dicit enim, q̃ ſi iam egiſſet omnia

Cõfeciſſe.

eius negocia, ſicut debuit, nunc nunciata ſibi hac affinitate, ageret ea non maiore ſtudio: quia nõ poſſet: ſed ſaltem clarius & apertius: vt intelligeret App. ipſum Ci. nihil eſſe erga ſe immutatum. ¶ Confeciſſem. compoſuiſſem. ¶ Negocia tua. quæ hic in prouincia habes & de ædificatione tua & de legatione ad laudes tuas Romam mittẽda. ¶ Priſtinum ſtudium. priſ tinam voluntatem & morem. ¶ Nihil addi, quia erat ſummum. ¶ Maiore ſtudio, quia non potuiſſem: quia vt dixi, nihil videbatur poſſe addi.

ASCEN. ¶ ITA vt agerent̃ eo tpe. ſ. quo abeſſem: aut quo diſſenſiones orirent̃ inter principes. Dolabella. n. Cæſari adhæſurus videbat̃: Appius & Brutus Pompeio: ſpero oĩno & opto, ſupple cecidiſſe cum aliqua ſed incerta mihi felicitate: verũtñ ſapientia & humanitas tua cõſolatur me plus in hac ſpe. ſ. de felicitate nuptiaꝝ q̃ oportunitas tpis, qa difficile eſt in diſ ſenſione principum ciuitas feliciter viuere. ¶ Itaq; nõ reperio quemadmodũ expediã. i. expedire faciã exitũ. i. finem huius orationis inſtitutæ. i. inceptæ: de nuptiis filiæ. ¶ Neq;. n. debeo dicere quicquã triſtius in eam rem. i. nuptiis filiæ, quã tu ipſe proſequeris ominibus. i. precationibus: auſpiciis, optationibus, votis optimis, nam dum boni & prudentes viri bona precantur & optãt aliquibus cœptis: omẽ eſt. i. indicium boni euentus. neq; nõ. i. attamen aliqd mordet. i. triſtitia afficit me, in quo non vereor. i. non dubito, vnum, videlicet ne. i. aut quin ¶ Notum eſt cum verbis vetandi timendiq; idem face re negationem & affirmationem: vt vereor ne facias & vt facias & perſpicias. i. cognoſcas parum ea, quæ geſta ſunt de contractu matrimoniali: eſſe geſta ab illis. ſ. amicis & neceſſariis meis: quibus ego. ſ. diſcedens mandaram ita: vt cũ eſſem abfuturus tam longe. ſ. ab eis: ne referrent ad me. i. ne conſulerent me: ſupple illi agerent: quod probaſſent. ¶ In hoc autem . ſ. dicto, ad oſtendendum meo conſilio non eſſe factum: occurrit ideſt obiicitur, hoc eſt obiici poteſt mihi illud. ¶ Igitur o Cicero quid tu ſup. feciſſes, ſi affuiſſes. Reſpondet. ¶ Ego probaſſem. i. approbaſſem rem ideſt contractum matrimonialẽ. ¶ Sed ſupple quia dicis hoc tempore tam periculoſo non debuiſſe fieri, ego nihil egiſſem te inuito: & nihil egiſſem ſine conſilio tuo de tempore ideſt nuptiarum celebrandarum. ¶ Vides me ſudare ideſt angore quodam opprimi: iandudum, ideſt ab eo tempore quo incepta eſt mentio de nuptiis filiæ, laborantem quomodo tuear ideſt defendam: ea, quæ mihi ſunt tuenda, ideſt defendenda, & non offendam, ideſt lædam te. ¶ Igitur leua ideſt libera me hoc onere, quaſi dicat quod purgare vix poſſum. ¶ Ego enim nunquam. i. non vnquam, non videor mihi tractaſſe vnquam cauſam difficiliorem. ¶ Ta men habeto ſic ideſt pro certo tene: niſi ego confeciſſem iam. i. perfeciſſem iam tunc. ſ. cum talia mihi nunciata ſunt di ligentiſſime omnia negocia cum ſumma dignitate tua: tametſi nihil videbatur poſſe addi ad priſtinum ſtudium meum erga te: tamen hac affinitate. ſ. cum Dolabella inimico tuo nunciata mihi ideſt ſi fuiſſet prius nunciata: equidem, ideſt ego quidem, defendiſſem dignitatem tuam. ſ. in prouincia: non maiore ſtudio: quia id fieri non potuiſſet.

Acrius

HVBER.

¶ ACRIVS. vehemētius: īstantius. ¶ Significantius. cū maiori significatione & testificatione mei erga te aī. ¶ Decedenti. dicit Ci. se nō solū nūc polliceri hoc Appio: verū etiam multo ante dixisse Seruilio, q in prouincia agebat negocia Appii. ¶ Terminato. finito: iam. n. fere finierat annum Ci. in ꝓuincia: cū redditæ sūt ei literæ de hac affinitate: quo qdem tempore dixit Seruilio: vt multo maiora beneficia a se expectaret q̄ ante, videbaṫ. n. esse ꝑturbatus & ægre ferre illam affinitatē, qa sciebat Dolabellā esse immicissimū Appio. Sydam vrbē Licyæ, q̄ portum hēt. Cōmotus. ꝑturbatus hoc nuncio. ¶ Maiora. q̄ ante præstitissem. ¶ Expectare. speratum me pro te factuꝝ. ¶ Nihilo beneuolentior. nihil

sed acrius, apertius, significātius dignitatē tuā defendissem. Decedenti mihi, & iā imꝑio annuo terminato, ante diem. iii. Nō. Sext. cū ad Sidam naui accederē, & mecum Q. Seruilius esset, literæ a meis sunt redditę, dixi statim Seruilio (etenī videbaṫ esse cōmotus) vt oīa a me maiora expectaret. qd multa? beneuolētior tibi, quā fuerim, nihilo sum factus, diligētior quidem ad declarandam beneuolētiam multo. nam vt vetus nostra simultas antea stimulabat me, vt cauerē, necui suspicionem ficte reconciliatæ gratiæ darem: sic affinitas noua curā mihi affert cauendi, nequid de sūmo meo erga te amore detractum esse videatur. Vale.

¶ Ex Epistola. xii. Gratulor tibi prius.

Nulla in tabella quidem latebra fuisse ascōditam maleuolentiam, q̄ te oppugnare auderet. non hoꝝ temporꝫ, non hoꝝ hoīum, atq; morum negociū est. Et prospere euenire ea, q̄ mihi īsciente me facta sunt a meis, sed ita cecidisse illo vt agerenṫ tempore, spero oīno vim aliqua felicitate oīa, & opto. Neq; nō tamen me mordet aliqd. Vides sua dete me iandudum laborante, quomodo ea tuear, q̄ mihi tuenda sunt, teq; nō offendam? Sic habeto tamen, nisi iā tum oīa negocia cū summa tua dignitate, diligentissime ꝯfecissem, tametsi nihil videbaṫ ad eum erga te pristinum studium addi posse, tū hac mihi affinitate inicata, nō maiore eqdem studio, sed acrius, aptius, significanti⁹ dignitatem tuā defendissem. Decedenti etiam mihi īperio annuo terminato ante diem nonas sextilis, cū ad sidam naui accederem. Dixi statim Seruilio (& enī videbatur esse commotus) vt omnia a me expectarent.

M. T. C. Imp. Appio Pulchro. S. 13

QVasi diuinarē tali in officio fore mihi aliqn̄ expetēdū studiū tuū: sic, cū de tuis rebus gestis agebaṫ, īseruiebam honori tuo.

auctus in amore: qa nihil poterat ad meā erga te beneuolētiam addi. ¶ Diligētior. promptior. ¶ Vetus simultas. quæ aliquādo inter nos fuerat. ¶ Stimulabat. hortabaṫ: est antē sensus: sicut pp veterem simultatē q̄ inter nos fuerat: cogebar ita facere, ne darem suspicionem hoībus me esse tibi ficte & non vere reconciliatū: ita nunc noua affinitas facit: vt caueam ne pp eam videatur aliquid de meo erga te amore esse diminutum. ¶ Detractum. diminutum.

ASCEN.

¶ SED acrius, aptius, significātius. i. cū amore euidētia, eo q suspectus fuissem. ¶ Sed sup. literæ sunt redditæ a meis: mihi decedēti. s. de prouincia & annuo imꝑio iam terminato ante nonas sextiles. i. augusti mensis: qa venerat in ꝓuinciam pridie Calendas sextiles: vt supra dixit, cum accederem naui. i. in nauim: ad Sydam vrbē Licyæ, aut portum eius, vnde hic & prius ꝓpositionē posuit, & Quītus Seruilius esset mecū. ¶ Dixi statim Seruilio, iō statim etenim. i. qa, ipse videbatur esse cōmotus, q talē nunciū accepissem: vt expectaret a me omnia. s. officia maiora. s. quam prius. ¶ Quid multa. sup. dicam, ego nihilo. i. in illo sum factus beneuolētior tibi quam fui. qa putat id fieri nō potuisse: sed sup. factus sum multo diligentior ad beneuolentiam declarandā. ¶ Nam vt. i. quemadmodū: vetus simultas nr̄a. i. latens odium & æmulatio: stimulabat. i. vrgebat me, antea, vt cauerem ne darem cui, idest alicui, suspitionem gratiæ reconciliatæ, idest iteꝝ initæ & renouatæ: ficte idest simulanter, & non uere: sic affinitas. s. cum Dolabella: affert mihi nouam curam cauendi nequid videatur esse detractum de summo amore meo erga te. Vale.

HVBE.

QVasi. Hac epistola ostēdit Cicero q̄ grata habuerit, quæ in absentia sua intellexit ab Appio sibi præstita fuisse, quem in nullo genere officii sibi defuisse fatetur. Deinde pollicetur se fore socium & coniunctum ipsi Appio in administratione reipu. de qua dicit vtrunq; idē sentire: nec minus etiam se fore coniunctum in vita quotidiana: postea videtur eum latenter rogare: vt tandem deponat inimicitias suas in Dolabellam, quod eum facturum se sperare dicit. Postremo polliceṫ Ci. se facturum: vt intelligat Appius nihil esse detractum de amore suo erga eum. ¶ Quasi. tanq̄. Diuinarem ꝑsciré, aio preuiderem. Et notādum hoc artificiose esse dictum a Cicerone, vt ostendat beneficia Appii erga se non tam sibi præstita: quam reddita fuisse: & est sensus, ego antea, cum agebatur de rebus tuis, sic inseruiebam honori tuo, quasi præsagirem, & præuiderē fore aliquando opus: vt tu idem pro me facturus esses in tali officio scilicet tuendi, honoris. ¶ Expetendum, rogandū, exigendum. ¶ Studium fauor tuus. ¶ Prompta. voluntas. ¶ Sic. adaptatio similitudinis: refertur autem ad quasi. ¶ Inseruiebam. præstabam operam meam: Inseruire autem est voluntatis & amoris. Seruire vero necessitatis & conditionis. ¶ Honori tuo. vt tueter.

Seruio
Inseruio

PHI.

QVasi diuinarem. Cum adhuc Ci. in Cilicia cum imperio moraretur, multorum literis intellexerat Appium plura in Ciceronis familiam beneficia contulisse, quod quā sibi gratum fuerit: hac epistola significauit, quæ tota plena est beniuolentiæ, & amoris. Inde profiteor, quod est amicorum proprium idem velle & idem nolle, cum Appio tam in repu. quā in re priuata, in quibus omnibus se illi socium fore pollicetur. Tangit adhuc quædam obscurius de Dolabella genero suo: cum quo simultates Appius habere videretur, ad quas deponendas: tacito quodam sensu ab eo Cic. videṫ exposcere, & Appium confidere depositurum. Demum ostendit: eum hæc scriberet: cum creatū esse censorem. Qua pro re censoriam dignitatem hic aliquantulum videamus. Censores eodem rogabanṫ auspicio, quo et consules: atq; prætores: & magistri morum dicebantur: censūi & moribus regendis castigandisq;, lustrisq; condendis ꝑerant. qbus sub qnquennio tota ciuitas cum supplicijs publicis lustrabatur, præcedebatq; censoris scriba, & sæculare carmen decantabat: vt dii rempu. in annos redderent meliores, quotq; Romani ciues in illo lustro fuissent censebanṫ: quod prio Seruius Tullius instituit, cum omnem exercitum perfecto censu, sue, tauris tribus lustrauit, quo qdē lustr. M. LXXX. ciuium censa dicuntur: q arma ferre possent: hinc qnq; annorum spatium lustrum appellatum, quod olympias græce dicitur. Duo tantum censores erant: ad quorum censionem. i. iudicium: tota ciuitas censeretur. Est enī censere iudicare, arbitrari, & īterdum suadere: & decernere: vnde censores nominati. Verum qd proprie fuerit censoris officium, Liuius. xxiiii. lib. docet his verbis. Censores vacui ab operꝫ locandorum cura propter inopiam ærarii. ad mores hoīum regendos animaduertunt: castigandaq; vita, quæ velut diutius morbis ægra corpora ex se gignunt. Nata bello er nt: & quenq; a magistratu senatuq; abdicare poterāt, si eo indignus videreṫ, Quod ex Catone maiore censo-

Censores
Lustrum

Olympias
Censere

PHI. rio.T.Flaminii frater expertus est.ex senatu eiectus,qui exhortatione meretricis quempiam reum securi feriri iussit.Se inde mortui censoris loco alius subrogari nō poterat.Is aūt primū in vrbe magistratus institutus est a senatu:eū nulla p multos annos ciuium cēsura,nullum in vrbe lustrū factum fuisset,vt inuenirent:qui huic rei gerundæ præessent,duo tū censores creati sunt:Papyrius:& Sempronius,Geganio Maretino & T.Quinto Capitolino Coss.p quinquenniū id mu nus durater:institutū est:qd tandem Mamertius Aemylius dictator ad annū redegit.Iulio Virgilio & M.Appio coss. ꝶQuasi diuinarem.tanq̄ prænoscerē,& puiderem,est aūt id artificiose dictū a Cicerone:quo vult latēter itelligi Appiū

Diuinare

non tā beneficia in Ciceronē & eius familiā pstitisse:q̄ reddidisse.Et est sensus.Cū in te aliquādo bnficia cōferebam:q̄ diuinabā quod necesse esset aliqn mihi,itidem in me faceres:qd ego in te feci & ipsa abs te beneficia acciperē.Sed dicit

Prouerbium vetus,

Appiū longe maiora:ac plura:q̄ acceperat:reddidisse.Diuinare pprie est uera dicere de futuro:vnde puerbiū eē ueteres voluerunt:diuinare sapiētē.ꝶTali in officio,defendendi honoris.ꝶFore expetendū.flagitandū:oēs Ciceronis epl'æ:q̄s

Seruio Inseruio

ipse legerim sic hnt:sed fore cū pticipio futuri tpis iungi nō satis dicam:licet qdā posuerint:ut ante diximus.ꝶInseruiebā.studiū meū pbebā.Seruimus dominis,inseruimus amicis:illud.n.coacti facimus:hoc vero voluntate & beneuolētia.

ASCEN.

Q Vasi diuinarem.Gratias quodāmodo agit Appio q se absente plurima in familiā suam beneficia contulerat.quo circa profitetur se cum Appio in oibus conuenturū:annixurumq; vt Dolabellā in cōis partes trahat.Et demum dicit se sperare Appium censorem esse:unde epl'a tota beneuolentiæ significatiua est.ꝶOrdo aūt est.Ego inseruiebam honori tuo:cum agebatur.i.disceptabatur de rebus tuis gestis.s.in prouincia.sic quasi diuinarem studium tuum fore aliquando expetendum mihi in tali.i.consimili officio:vbi fore cum futuro videtur adhærere.

dicam tamē vere:plus,q̄ acceperas,reddidisti. Quis enim ad me nō perscripsit,te non solum authoritate orationis,sententia tua,quibus ego a tali viro contentus eram,sed etiam opera,consilio,domum ueniēdo,conueniendis meis,nullū onus officii cuiq̄ reliquum fecisse:Hæc mihi ampliora multo sunt,q̄ illa ipsa,pp q̄ hæc elaboranť.INSIGNIA enim virtutis multi ēt sine virtute assecuti sunt:taliū virorū tanta studia asse qui sola virtus potest.Itaq; mihi propono fructū amicitiæ nostræ ipsam amicitiā,qua nihil est uberius,præsertim in iis studiis,qbus vterq; nostrū deuinctus est.

HVBER. ꝶDICAM tamen.hoc subdit Ci.ne videať obiecisse beneficium Appio.ꝶDicam vere.ingenue fatebor,dicam veritatem.ꝶPlus.in quo laudat eum iustitia,in qua ut iubet Hesio.debemus imitari agros fertiles,qui plus reddunt q̄ acceperint.ꝶQuis.quasi dicat quilibet.ꝶAuthoritate orationis.grauissima oratione tua pro me in senatu dicta.ꝶSnia.i.sentiēdo de me optime.ꝶQuibus.scilicet authoritate orationis & sententia.ꝶA tali uiro.qualis tu es,quia loco maximi muneris nobis esse debet:cum uiri clarissimi & grauissimi nobis:vel orationis suæ authoritatem uel sententiam pstant.ꝶContentus erā.nihil vltra requirebam.ꝶSed ēt.i.sed qd plus est & signum maioris humanitatis & beneuolentiæ.ꝶOpera.pro me laborando.ꝶConsilio.sapientibus suasionibus tuis domum veniendo.pp id qd dixit opera.ꝶConueniendis meis.alloquendis meis &dando eis consiliū qd nā p me agere deberēt.ꝶNullū on⁹ officii cuiq̄ reliquū fecisse hoc est nulli oino reliqsse aliquod de me:qa totū suscepisti,& oia p me ita fecisti:vt nihil reliqueris aliis qd facerent.ꝶReliquū fecisse.pro reliqsse,eleganter dictū,sicut missum facere p dimittere.ꝶHæc.quæ a te pstita sunt mihi.s.opa & consiliū tuū.ꝶMulto ampliora.multo maiora & pluris æstimāda.ꝶIlla ipsa honores & dignitates meæ.ꝶPropter q̄ s.illa ipsa.i.pp quos honores & dignitates.ꝶHæc.q̄ a te fiunt.ꝶElaboranť.cū labore fiunt.Insignia.tum est superioris ppositionis.ꝶInsignia virtutis.i.honores & dignitates.hæc.n.fuit insignia virtutis,qa honor pmiū est virtutis.ꝶAssecuti.adepti.ꝶSine virtute,qa fortunæ fauore multi sine uirtute magnas dignitates adepti sunt.ꝶTaliū.i.clarissimorū & optimorū,qualis tu es.ꝶSola virtus.qa boni nō possunt conciliari malis,qa sunt oino diuersi.ꝶFructū.vtilitatē

Occasus

& voluptatē.ꝶIpsam amicitiam.non aūt ea,quæ per te consecutus sum,quia nostra amicitia vulgaris esset.Nam vt inquit Naso.Vulgus amicitias vtilitate probat.ꝶQua.amicitia.ꝶNihil vberius.quia parit innumerabiles fructus:quia vera est.ꝶHis studiis.philosophiæ,& artes dicendi.ꝶDeuinctus.astrictus:omnino deditus.

PHI. ꝶDICAM tū.hoc adduxit:ne Appio exprobrasse beneficia uideretur.ꝶPlus.laus a gratitudine.ꝶOrōnis.quā in senatu egit Appius in tuendo honore Ciceronis.ꝶSnia.bene de me sentiendo.ꝶContentus.nil vltra requirendo.ꝶDomū.nunc ipsum domiciliū,& tam q̄rtæ q̄ secūdæ inflexionis est,sed quartæ parietes,secundæ locū,quē qs tenet in domo significat.ꝶCōueniēdis.dādo consiliū p me ipso.Nullū onus officii cuiq̄ reliquum fecisse.qd nihil oino reliquerit aliis faciendū,qd ad honorē:& cōmodū Ciceronis ptineret.quid.n.faciendum erat ipse solus Appius diligenter obiuit:& sic dictū est reliquum fecisse,p reliquisse,vt sæpissime apud Teren.missum facere p dimittere.ꝶHæc.s.q̄ tu mihi pstitisti,& meis.ꝶAmpliora.pluris faciēda.ꝶQuā illa ipsa.s.honores.mei.ꝶHęc.s.q̄ tu mihi & meis pstitisti.ꝶInsignia.honores & dignitates,& est exornatio sniæ & ratio superioris ppositiōis.ꝶSine virtute.vt.M.Teren.Varro,qui sine virtute virtutis insignia,hoc est consulatum:quem cum Paulo Aemilio gessit consecutus est.ꝶTalium virorum,qualē te ipsum esse cognosco.ꝶSola virtus.quoniam virtute præditi non nisi cum præditis virtute cōueniunt.ꝶItaq; mihi ppono fructū amicitiæ nostræ ipsam amicitiam.hoc est q pluris facio ipsam amicitiā,q̄ illud quod a te cōsecutus sum & fructū,qui ex ipsa amicitia nascitur,& ipsam amicitiam oibus fructibus anteferendam puto.Non enim propter vtilitatem amici esse debemus,sed ppter ipsam amicitiam:per se enim ipsam colēda est amicitia,non propter aliud.ꝶVberius.quoniam & si innumerabiles fructus ex ea nascuntur:tamen non propter illud colitur amicitia.

ASCEN. ꝶSENTIO tu reddidisti plus quā acceperas.s.beneficii.ꝶQuis.n.non pscripsit:q.d.nemo,hoc est vnusquisq; perscripsit ad me,te nullum onus officii fecisse cuiq̄ reliquū.i.reliquisse cuiq̄ faciendū,cū tu vniuersum solus obires.nō solum authoritate orationis & sentētia,qbus erā.i.fuissem,ut in Ter.decies centena dedisses.ꝶNil erat.i.fuisset in loculis.Virgilius in Georg.laurus erat pro esset:contentus a tali.i.tam excellenti viro:sed etiā opa,consilio,ueniendo domum.s.meā:& sup.conueniendis.i.visitandis colloquendi gratia,meis.s.familiaribus.ꝶHæc.s.officia tua sunt.i.reputanť aut æstimantur.mihi ampliora multo:quam illa ipsa.s.supplicationes aut triumphos,propter quæ laborantur,idest cū labore fiunt.ꝶEnim pro qa:multi assecuti sunt insignia virtutis,vt honores seu magistratus & triumphos.ꝶSine virtute,quia alii vi,alii malis artibus:alii fortuna,sed sup.sola virtus potest assequi tāta studia talium virorū:accurate loquitur qa magni viri interdum indignis leuia studia impendent,& tanta studia interdum cōferuntur,sed non a talibus viris.ꝶItaq; ego ppono,idest constituto mihi fructum,idest vltimum finē expetendæ amicitiæ,ipsam amicitiā.i.nihil amplius peto in amicitia quam ipsam amicitiam,qua.s.amicitia nihil est vberius,idest abundantius,præsertim in iis studiis.s.auguralis & legalis scientiæ,quibus vterq; nostrum deuinctus,idest obligatus est.

ꝶProfiteor

HVBER.

PROFITEOR. aperte denuncio, & polliceor. Socium. auditorem, qa socius in periculis aut rebus magnis dicitur. Idem sentimus. qa ambo volumus eum optime defendi & conseruari. Quotidiana. familiari in rebus priuatis. Colimus. sequimur: seruamus. Vellem. latenter ab eo petit. vt tandem recõciliet Dolabellæ genero suo, cui Appius erat inimicissimus. Tulisset. voluisset, pmisisset. Omnes tuos quos vehementer amo & plurimi facio. Posses. oibus odiis, & inimicitiis depositis. Meos. propter Dolabellam, vt supra diximus. Quod ipsum. s. posse te tanti facere meos. quanti ego facio tuos. Non despero. immo pene confido. Nescio qua. quasi dicat latenti quadam & non sine cã excita. Diuinatione. præsagio: animus enim meus videt mihi dicere ita fore. Nihil ad te. nostrum est onus: scilicet ptinet: quia parum tibi obesse possunt inimicitię Dolabellæ. & parum prodesse eius amicitia. Onus nostrum. i. ad me pertinet, hoc mihi faciendum est, vt tu eis reconcilieris. Habeas. i. credas. Quod intelliges, quod te ipsa cognosces. Nouata hac re facta hac noua affinitate. Additum. i. adiunctum. Ad studium. ad amorem erga te. Cui. studio. Addi. quia erat summum: vt in præcedenti epistola dixit. Detractum. diminutum. Hæc. hanc epistolam. Eo. propter hanc causam: quia sperabam te esse censorem. Magistrum morum. censorem, nam censores apud Romanos præerant moribus corrigendis. Modestior ne me aut loquacitatis aut imprudentiæ notes.

Nam tibi me profiteor & in R.P. socium, de qua idem sentimus: & in quotidiana vita cõiunctum cum iis artibus, studiisq; quæ colimus. Velim ita fortuna tulisset, vt quanti ego omneis tuos facio, tanti tu meos facere posses: quod tamẽ ipsum, nescio qua permotus animi diuinatione, non despero. Sed hoc nihil ad te: nostrum est onus, illud velim sic habeas, quod intelliges, hac re nouata additum potius aliquid ad meum erga te studium, cui nihil videbatur addi posse, quam quicquam esse detractum. Cum hæc scribebam, Ces. iam te esse sperabam: eo breuior est hæc epistola, & ut aduersus magistratũ morum modestior. Vale.

PHI.

NAM tibi. aperit vim amicitiæ. Republica. duobus constat, publico & priuato. Profiteor. quasi polliceor: atq; demonstro. Idem. Crispus. Idem velle: atq; idem nolle ea demum firma amicitia est. In quotidiana vita cõiunctum. in re priuata. Vterq; similibus studiis & moribus tenebatur. Amicus enim mihi aliquis esse non potest, nisi mei similis existat. Est enim amicus: vt ante diximus: qui mihi visu vitæ similis: pio ac fideli amore coniungitur. Quæ colimus. oratoria dicit, & philosophica studia. Est enim studiũ ad aliq̃ rem assidua, & vehemens ai cum magna voluptate occupatio. Velim. propter Dolabellam id dicere videtur: quem sciebat ab Appio non amari. Tanti facere. existimare. Quod tamen ipse scilicet q tu tanti meos facere possis: quanti ego tuos facio. Nihil ad te. quasi dicat parum refert, an Dolabella te amet, aut non amet, cum tibi parum eius amicitia prodesse & parum inimicitiæ obesse possint. Onus nostrum. ad me ipsum attinet, qui rogo illum abs te ob amorem nostrum non expellas. Habeas. tibi persuadeas. Renouata. facta affinitate cum Dolabella: qui gener meus est factus. Quam quicquam esse detractum. licet Dolabellam non ames, non tamen diminutum est aliquid de amore meo erga te. Eo breuior. quod scilicet te censorem esse sperabam, ne caderem in censoriam notam: cum censorum sit mores hominum iudicare: ne si longior extitisset epistola accusatione digna videretur. nam vel leuissima ex causa censores nota afficere solebant homines. vnde equitem Romanum nimis comptum: & nitidum, & equum macilentum habentem a censoribus interrogatum: cur ipse tam splendidus & equus tam macilentus esset, respondentem: quoniam ego metipsum curo, equum vero Statius meus, ignominia affecerunt. Aduersus. pro apud. Teren. Et id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam: dicitur enim & aduersus & aduersum. Magistrum morum. censorem. Est enim mos tam bene, quam male viuendi consuetudo. Significat interdum similitudinem, vt in morem apri genuinum fregit. Magistri ideo appellati, q magis quam cæteri omnes possint, vnde magistratus qui per imperia potentiores sunt. Antiqui magistrare pro regere & moderari dicebant.

Studium

ASCEN.

NAM ego profiteor me tibi, & idest simul socium in repu. de qua sentimus idem & coniunctum sup. fore in vita quotidiana, cum iis artibus & studiis, quæ colimus. Ego velim fortuna tulisset ita, tu possis facere omnes meos tanti, quanti ego facio omnes tuos. hoc dicit propter Dolabellam generum suum Appio inimicum: quod ipsum scilicet te posses omnes meos tanti facere, tamen idest nihilominus non despero scilicet aliquando fore. nescio qua diuinatione, idest quo pręsagio animi. Sed hoc nihil ad te sup. pertinet: non? hoc est nostrum idest nobis id curandũ est, vt ita fiat. Velim sup. vt habeas idest certum teneas, illud scilicet quod iam dicam, videlicet q intelliges, hac renouata idest per hãc rem nouatam, potius aliquid additum quam detractum esse ad meũ studium erga te, cui scilicet studio, nihil videbatur posse addi. Ego sperabam cum scribebam hęc, te iam esse cẽsorem. eo idest & propterea hęc epistola est breuior, & modestior idest temperatior in verbis: vt scilicet esse debet: aduersus: idest erga magistrum morum, hoc est censorem.

HVBER. TRebatius. Reuerſus Ci. Romam ex Cilicia: ubi cum maxima laude prouinciam geſſerat, cum offendiſſet ciuiliũ diſcordiarum motus: & Cæſaris atq; Pompeii diſſenſionem vtriuſq; amicos concilias. Pompeium mitigare non deſiſtebat: ſed cum nihil proficere videret: abiecta ſpe triumphi in prædiola ſua circa campaniam & oram maritimam cum faſcibus & lictoribus: quos populus Roma. ei conceſſerat: vt eſſet remotus ab oculis vulgi, & a populari tumultu ſe contulerat. Inde autem raro ad vrbem veniebat: quoniam incertum erat quid ſibi eſſet agendum, ꝙ in Pompeio fractas opes: & non probanda conſilia: in Cæſare vero flagitioſam belli cãm eſſe videbat. Itaq; cum ad alterum officio: ad alterũ ratione ſalutis inclinãdũ eſſe videret: cupiditate pacis ab vtroq; reuocabaẽ. Tandẽ tñ honeſtatem vtilitati ãnpoſuit, & ita cũ Cæſare poſt fugam Põpeii locutus eſt, vt aperte oñderet nihil eſſe ſibi ipſa repu. charius. Itaq; cũ iam orbis terrarũ arderet bellis ciuilib⁹, & ad eum ſcripſiſſet C. Trebatius Seruium Sulpitium moleſte tuliſſe, quod eum, cum ad vrbẽ acceſſiſſet, videre nõ potuiſſet: quod mala valetudine laboraſſet: cupere aũt eũ & videre & alloqui de eo: qd vtriq; eſſet agẽdum. Reſpondet Cic. quod ſi potuiſſent colloqui re integra: & ſalua profuiſſent aliquid reipu. quoniam eum ſemper cupidum pacis eſſe cognouit: ſicut & ipſe fuit. Sero aũt nunc eſſe conuenturos pro rep. hortaẽ tñ cõueniant: vt ſi reip. iam conſulere non poſſunt: ſaltẽ rebus ſuis conſulant: pollicetur q; ſe eſſe venturũ ab vrbem, ſi opus fuerit: & ſi Seruius cum eo colloqñdum exiſtimauerit. ¶Trebatius. is iuriſcõltus fuit amiciſſimus Cic. a quo Cæ. cũ eſſet in Gallia diligentiſſime commendatus eſt: vt videbimus infra lib. vii. ¶Quæſiſſe. interrogaſſe vnde & quæſtio ꝑ iterrogatione ponitur. ¶Valetudinem. ſ. malam: nam valetudo bona dicitur. Horatius. lib. i. epiſtolarũ. Quid faueat dulci nutricula manus Alumno, Quã ſapere, & fari poſſit: q̃ ſentiat, & cui Gratia: fama, valetudo contingat abunde: diſtinguitur aũt vel epitheto: vt bona valetudo: vel mala: vel diſtinguitur locis: vt his duobus exemplis præcedentibus, nam in hac epiſtola neceſſario intelligimus malam valetudinem, apud Horatium vero bonam. ¶Ad vrbem. ex prædiis meis. Velle te. ſubaudi ſcripſit. ¶Hoc tẽpore tam turbulẽto. ¶De officio. de eo quod vtrunq; noſtrum facere oporteat. ¶Vtinam. dolet Cice. perniciem publicam nimis ꝓgreſſam eſſe anteq̃ colloqui potuerit. ¶Saluis. integris: nondum ita afflictis. ¶Occidenti. pereunti. ad exitũ labenti: occaſus, enim de rebus maioribus dicitur. Vir. æneidos. Teſtor in occaſu Troię nec tela nec vllas Vitauiſſe vices Danaum. ¶Abſens. cum adhuc eſſem in Cilicia. ¶Hæc mala. bellorum ciuiliũ. ¶Prouidentem. a longe cognoſcentem. ¶In conſulatu. fuerat, enim conſul cum Marco Marcello eo anno, quo Cicero fuerat in prouincia. ¶Probarem. laudarem. ¶Cõſilium tuum. de pace quærenda. Idem ſentirem. idem vellem quod tu, ſcilicet pacem. Proficiebam: aſſequebar, nihil poteram facere. ¶Sero. quia iam erant inflammati animi ita vt non facile reſtringi poſſent. ¶Solus. alii. n. erant cupidiores belli q̃ pacis. ¶Rudis. nouus, nõ inſtructus rerũ: q̃ Romæ gerunturq; qa abſuerã diu. ¶Incidera, incurreram: caſu deuenerã. Inſanias. inſani, enim ſunt: qui bellum malunt quam pacẽ.

Trebati⁹

Quæſtio

Valetudo

Occaſus



M. T. C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER QVARTVS. I

M. T. C. Seruio Sulpitio. S. D.

CAius Trebatius familiaris meus ad me ſcripſit, te ex ſe q̃ſiſſe, qbus in locis eſſem: moleſteq; ferre, quod me ꝑp valetudinem tuam, cum ad vrbem acceſſiſſem, non vidiſſes: & hoc tpe velle te mecum, ſi ꝓprius acceſſiſſem, de officio vtriuſq; noſtrũ communicare. Vtinam Serui ſaluis rebus (ſic. n. eſt dicendum) colloqui potuiſſemus inter nos. ꝓfecto aliqd opis occidenti R. P. tuliſſemus. Cognoram. n. iam abſens, te hæc mala multo antẽ prouidentem, defenſorem pacis & in conſulatu tuo, & poſt conſulatum fuiſſe. Ego aũt cum conſilium tuum ꝓbarem, & idem ipſe ſentirem, nihil proficiebam. Sero. n. veneram: ſolus eram: rudis eſſe videbar in cauſa: incideram in hominum pugnandi cupidorũ inſanias. Nũc, qm̃ nihil iam videmur poſſe

ASCEN. CVm Trebatius &c. Reuerſus e Cilicia offendit Cicero motus belli ciuilis inter Cæſarem & Pompeium: attamen vtriuſq; amicos ad concordiã ſolicitans Pompeium mitigare ſatagebat: vt compoſitis rebus triumpharet. Qua ſpe depoſita in campanum agrum ſeceſſit: raro q; in vrbem redit: cum incertus eſſet vtrius partes ſequereẽ. Nam Põpeii opes iniuſtiori cauſa fractas videbat: Cæſaris in minus iuſta florentes. Quo circa tandem ꝓ rep. cum Pompeio cõtra Cæſarem ſtetit, ei manifeſte ſignificans nihil ſibi repu. charius. Itaq; cum abeſſet ab vrbe ſcripſit ad eum Trebatius: Seruiũ Sulpitium deſyderare vt de reip. commodis inter ſe agerent: cui rñdens innuit id ſero futurũ ſe facturũ tamen, vbi Seruio conueniens videaẽ. ¶Ordo eſt. Caius Trebatius familiaris meus: q ſub Auguſto poſtea ꝓpter legalẽ ſciam in honore fuit: ſcripſit ad me: te quęſiſſe ex ſe in qbus locis eſſem, & ſup. te ferre moleſte ꝙ nõ vidiſſes me cũ acceſſiſſem, ꝑp valetudinẽ tuã. ſ. malã, & ſcripſit te velle hoc tpe cõicare mecũ de offõ vtriuſq; nřm. ſ. circa reipu. curã, ſi acceſſiſſem ꝓprius. ſ. ad vrbẽ: aut ad te. o Serui vtinam potuiſſemus colloq inter nos, rebus. ſ. publicis & nřis ſaluis. ¶Sic. n. eſt dicendum, hoc dixi rebus ſaluis, qa mihi ſaluæ non videnẽ, profecto nos tuliſſemus, aliquid opis. i. auxilii. reip. occidẽti. i. tendẽti ad interitũ. ¶Ego. n. abens cognoram pro cognoueram, te ꝓuidentem hęc mala, multo ante. ſ. quã euenirẽt, fuiſſe defenſorẽ. i. ꝓtectorem pacis &. i. tum in conſulatu tuo, &. i. tum poſt conſulatum. ſ. tuum. ¶Ego aũt cũ ꝓbarẽ cõſiliũ tuũ, & ipſe. i. egomet, aut ꝑ me ſentitẽ idem, nihil ꝓficiebã. i. vtilitatis faciebã. ¶Enim ꝓ qa: venerã. ſ. e prouincia: ſero. i. nimis tarde, ego erã ſolus. ſ. in ea ſnĩa, videbar eſſe rudis. i. minus expertus in cauſa. incidetã. ſ. improuiſus in inſanias hoium. i. Cæſaris & Põpeii. cupidorũ pugnãdi, alii legũt. rudis & ſi videbar, incideram tñ in hoium &c. Sed id minus placet, nõ. n. illud tamen cõgruit cũ ꝓprie particula, nõ. n. ideo minus videbaẽ incidere poſſe in inſanias illas ꝙ rudis eſſet, vnde potius legam, incideramq; vel rudis: vt eſſe videbar incideram &c. ¶Nunc quoniam nihi. i. nõ aliquid.

¶Opitulari

HVBER.

❡ OPItulari.opem ferre:subuenire.❡ Cõsulere.puidere.❡ Ex pristino statu ex solita dignitate,qa video fere ĩpossibi/le.eẽ.❡ Quã ho.quãto maiore honore fieri poterit.❡ Lugeamus.simus in mœrore pp calamitates reipub.❡ Nemo oium.ad maiorẽ significationẽ addidit oium.q.d.ne ex amicissimis quidẽ.❡ Qui cũ.i.cũ quo est aũt anastrophe.❡ Cõicãdũ.conferendũ:colloquendũ:ordo aũt est.Nunc qm̃ videmur nihil opitulari posse reip.nemo est oium qui cũ potius cõicãdum putẽ:q̃ tecum,siqd est in quo &c.❡ Exẽpla.ppõnes claroꝝ dictoꝝ,aut factoꝝ,qbus maxime excitaut aĩ hoium. (Exempla) ❡ Quorum.claroꝝ viroꝝ.❡ Siles.imitatores,silis aũt cũ ad moꝝ imitationẽ referẽ grõ iungitur,vt Pyrrhus non fuit si/milis Achillis,& versus Lucani nõ sunt siles versuũ Virgil. (Similis) Hora. in sermonibus.Similesq; meoꝝ Mille die versus de/scribi posse Trebati.cũ vero ad formam referẽ, datiuo iun/giẽ.Virg.i.æneі.Os humerosq; deo silis.❡ Fugiunt.ignorã/tur a te,eleganter.n.dicimus nõ fugiunt me pcepta Ci.pro eo qđ est scio pcepta Ci.❡ Immo potius.correctio.❡ In cõ/uentum.qa ɔueniebant quidẽ senatores,sed nequaq̃ erat se/natus,qa ibi non valebant sniæ,quæ pro rep. dicerentur.❡ Frustra.qa nõ admittereẽ quod sentires:& agẽdũ esse di/ceres.❡ Ni veritus essem.nisi timuissem.❡ Eius scilicet Cæsa/ris.❡ De Hispanis.quæ fuerant decretæ Põpeio,& vniuersa Africa simul,quam p legatos administrabat:author est Plu/tarchus in vita Cæs.& idem in vita Ci.sic inquit.Cic.in p/dus cõmorãtẽ Cæs.vidit,& nõ nulla aduersus eũ q̃stus,tã/dem rogauit vt ad vrbẽ adesset,cui Cic.nihil summisse:nihil nisi cũ dignitate & magno aio rñdit.oñdens quas snias di/cturus foret,si adesset,quas reipu.calamitates ploraturus.non.n.placere senatui exercitũ P.R.cõtra alium mitti.Itẽ P.R.exercitum in Hispanias ducimõ in Græciam trãspor/tari &c.❡ De Hispaniis.quas nolebat Cæsar administrari a Pompeio per legatos,sed volebat vt ipse proficisceret:de q̃ re,quod dixerat Seruius,idem dicit Cic.se fuisse dicturũ,quid aũt dixisset nõ exprimit:sed possumus conicere idem dictũ fuisse a Seruio de Hispaniis,qđ scribit Hircius pri/mo cõmentario belli ciuilis rñsum a Pompeio, si Cæsar in Galliam reuertaẽ,si Arimino excedat, se in Hispanias pfe/cturum.❡ Quomodo.q.d.pessime.❡ Ardore. cõparaẽ.n.fre/quenter bellum incendio. (Bellũ incẽdio sæpe cõparari.) ❡ Imperiis distributis.in diuersas partes missis:nã vt Appianus lib.ii.inquit,Cæ.Lepidũ Ae/miliũ vrbi pfecerat:tribunũ ãt.M.Ant.Italiæ exercitibusq;,qui circũ eam essent pūidere voluit,Curionẽ Catonis loco Siciliæ imperare.Quintũ Sardiniæ, ad Illyricos. C.misit Antoniũ,Licinio Crasso Galliã,quæ intra alpes est regẽ/dam tradidit &c.Pompeius aũt ex Capua Nuceriã, ex Nu/ceria deinde Brũdusium se cõtulerat,vt Ionio mari supato in Epiꝝ traiiceret, in eum itaq; locũ delatus belli apparatũ aggrediebaẽ,gẽtibus oibus,ptoribus,dynastis, regibus ac ciuitatibus p sras imperat,ut q̃ maxima quisq; põt celerita/te ad bellum se conferat:& hæc quidẽ magna gẽtiũ multi/tudine diligentiaq; parabanẽ.Pompeii exercitus in Hibe/ria consederat,oibus in prõptu paratis &c.Ideo nunc Cic.dixit orbem terraꝝ ardere bellis,imperiis distributis.❡ Vr/bem.s.Romam.❡ Relictam.quia Pompeius & cæteri senatores fugerant.❡ Direptioni.depopulationi.Nam, vt inquit Appianus thesauros vsq; in illam diem a nemine contactos militibus Cæs.rapere concessit.❡ Sine legibus.quoniã vo/luntate aut potius libidine victoris,non autem legibus omnia agebantur.Luca.lib.iii.Phœbea palatia complet Tur/ba patrum,nullo cogendi iure senatus E latebris educta suis,non consule sacræ Fulserunt sedes,non proxima lege po/testas.Prætor adest,vacuæq; loco cessere curules.Oia Cæsar erat &c.❡ Quid sperem.quia omnia videntur desperãda. (Spetare) ❡ Optare.quod est facilius q̃ sperare.speramus enim quæ videntur possibilia,optare aũt etiã impossibilia licet: sed tem (Optare) ad tantã calamitatẽ deductam dicit:vt non solum habeat qđ speret,sed neq; etiam quid audeat optare,qa q̃uis optare possimus quod fieri non põt,stultum tñ est.❡ Colloqui.simul loqui.❡ Longius.s.quã nũc sum.❡ Inuitus. qa semp reno/uat mihi dolores.❡ Propius.ad vrbẽ.❡ Mãdaui.cõmisi,vt ita dicam.❡ Ne recusaret.ne respueret.s.venire.❡ Quid.i.pp aliquid.❡ Quẽ.aliquem.❡ Accedere.ad vrbem,ad quã inuitus venio.❡ Triduo.do authoritatẽ & fidem.❡ Arrogo.id est mihi temere attribuo.i.sicut fortasse arroganter de me psumo,ita vere de te existimo & iudico.❡ Exploratũ.certũ.❡ Communi sententia.tuo & meo iudicio.❡ Probaturos.approbaturos & dicturos recte statutum.

opitulari R.P.siquid est,in quo nobis met ipsis consu/lere possimus,non ut aliqd ex pristino statu nostro re/tineamus,sed vt q̃ honestissime lugeamus: nemo est oium,quicum potius mihi,q̃ tecũ cõicãdũ putẽ. Nec .n.clarissimorũ viroꝝ,quorum similes esse debemus,exempla,neq; doctissimorũ,quos semp,coluisti,præce/pta te fugiunt.atq; ipse antea ad te scripsissem,te fru/stra in senatũ,siue potius in cõuentũ senatorũ esse uẽ/turũ,ni ueritus essem,ne eius aĩum offenderẽ,q a me,vt te imitarer,petebat.cui qdẽ ego:cũ me rogaret, vt adessem in senatu,eadẽ oĩa,quæ a te de pace,& de Hi/spaniis dicta sunt,ostendi me esse dicturũ.Rem vides,q̃uo se habeat,orbem terraꝝ imperiis distributis arde/re bello:urbẽ sine legibus,sine iudiciis,sine iure, sine fide,relictã direptioni,& incendiis.Itaq; mihi uenire in mentẽ nihil põt,nõ modo qđ sperẽ,sed vix iam qđ audeã optare.Sin aũt tibi homini prudẽtissimo vide/tur vtile esse,nos colloqui,q̃q̃ longius etiã cogitabam ab urbe discedere,cuius iam ẽt nomen inuitus audio: tamẽ propius accedã.Trebatio mãdaui,siquid tu eũ uelles ad me mittere,ne recusaret : idq; vt facias ue/lim:aut siquem tuorum fidelium uoles,ad me mittas: ne aut tibi exire ex urbe necesse sit,aut mihi accedere. Ego tibi tm̃ tribuo,quantum mihi fortasse arrogo:vt exploratum habeam,quicquid nos cõi sententia sta/tuerimus,id omneis homines probaturos. Vale.

N.Scelsii.i.Additiones super.iiii. Epistolarum Fa/miliarium Ciceronis libro.

❡ Ex prima Epistola. Caius Trebatius familiaris. Sero.n.venerã,solus eram,rudis & si videbar in cã ĩcide/ram in horum pugnandi cupidoꝝ insanias.Nunc,qm̃ ni/hil iã videbimur opitulari posse reipu.Res vides, q̃uo se habeant.Si qđ tu,cũ velles ad me mittere, ne recusaret.

ASCEN.

❡ NOS non videmur posse iam opitulari reip.auxiliari aliqd.i.in aliquo,siqd est,in quo possimus aut possumus cõsu/lere.i.consulto,pdesse,& opitulari nobismetipsis,nõ sup.id dico,vt retineamus.i.quasi sperem nos posse retinere aliqd ex pristino.i.priore & pri9a nobis hito statu nt̃o:sed vt lugeam9.s.statũ nñm ac reip.q̃ honestissime.i.valde honeste:ne/mo est oium.s.mortaliũ,qui cũ.i.cum quo:ego putẽ potius,cõicandũ sup.esse mihi,sup.cõsilium meũ,q̃ tecum.❡ Nec.n.exempla viroꝝ clarissimoꝝ.i.nobilissimoꝝ,quoꝝ similes eẽ debemus.s.in moribus:vñ in genitiuo dixit, neq; precepta doctissimorũ.s.virorum,quos coluisti semper,fugiunt te.i.sciam tuam:hoc est te non latent:illis aũt duobus maxime prudentes euadimus.❡ Atq; ipse.i.ego scripsissem antea ad te,te venturũ esse frustra in senatũ,siue potius in ɔuentũ se/natorũ.Non.n.senatũ iam putat,cũ libertas decernẽdi ablata sit,ni.i.nisi essem ueritus.ne offenderẽ aium eius.s.Cæsa/ris,q petebat a me vt iuitarẽ te.s.ad ueniẽdũ in senatũ,cui.s.Cæs.qdẽ.i.certe,cũ rogaret me vt adessem in senatu,oñdi me esse dicturũ.i.decreturũ,oia quæ dicta sunt a te,de pace.& de Hispaniis.s.administrãdis per legatos,non p Põpeiũ

ipsum, vt volebat Caesar. ¶ Tu vides rem.i.statū reip. quō habet aut habeat se: vtpote vides orbē terratū ardere bello: imperiis distributis.s. Caesarianis & Pompeianis: & vides vrbē.s. Romam relictā direptioni & incēdiis: sine legibus, sine iudiciis: sine iure: sine fide. ¶ Itaq; nihil pōt venire mihi in mētē.i. nihil possum cogitare, nō mō.i. nō solū, qd ₚpetē.i. sperare debeā: sed.i. vix sup. in meatē venit quid audeā optare. Vt supra dixi cū in plus se extendat, minoris difficultatis est optare q̄ sperare. Optamus.n. oia quae vtilia sint, speramus dūtaxat ea, quae ob merita nostra: aut ex benignitate eius a quo ea speramus, nobis ɔtingere posse cōfidimus. ¶ Sin aūt.i. sed si nos colloqui: videt tibi hoi prudentissimo eē vtile: q̄q ego cogitabā discedere ab vrbe: ēt.i. adhuc longius quā sim: cuius.s. vrbis, ego audiā iam inuitus etiā nomen tū accedam propius. ¶ Ego mandaui Trebatio: si tu velles eū mittere quid.i. aliqd: ad me: ne recusaret.s. mittere illud: & velim vt facias id.i. mittas ad me aliqd p Trebatiū: aut si voles mittas ad me quē.i. aliquē tuoꝝ fideliū: ne necesse sit aut tibi exire ex vrbe, aut mihi accedere.i. vrbē. ¶ Ego tribuo tibi tm.s. prudētię & authoritatis, quātū arrogo.i. arrogāter sumo fortasse mihi, vt habeā exploratū.i. certissimū, qcqd nos statuerimus: fnia cōi, oēs hoies ₚbaturos id. Vale.

2

M.T.C. Seruio Sulpitio. S.D.

AD.iii.Cal.Mai.cum essem in Cumano, accepi tuas literas, quibus lectis, cognoui nō satis prudenter fecisse Philotimū: q, cū abs te mādata hēret, ut scribis, de oībus rebus, ipse ad me nō venisset, literas tuas misisset: quas intellexi breuiores fuisse, q eum perlaturū putasses. Sed tamen, postq̄ literas tuas legi, Posthumia tua me conuenit, & Seruius noster. his placuit, ut tu in Cumanum venires, qui etiā mecum, vt ad te scriberem, egerunt. Quod meum consilium exquiris: Id est tale, vt capere facilius ipse possim, quam alteri dare. quid enī est, quod audeam suadere tibi homini summa authoritate, summaq; prudentia? Si quid rectissimum sit, quaerimus, perspicuum est. si quid maxime expediat, obscurum. sin hi sumus, qui profecto esse debemus, vt nihil arbitremur expedire, nisi quod rectum, honestumq; sit: nō potest esse dubium, quid faciēdū nobis sit. Quod existimas meam cām coniunctam esse cum tua: certe

HVBER. AD.iii.Cal. Sicut in superiori epistola vidim᷒, Ser. Sulpitius cupiebat loqui cū Cicerone de officio vtriusque ipsorum in tumultu belloꝝ ciuilium. & de hoc scripserat ad Ciceronem per Philotimum quendam: sed eo breuius: quod putauerat ipsum Philotimum allaturum literas ad Ciceronem, eiq; reliqua expositurum coram, sed cū Philotimus misisset literas per alium. Cic. ostendit eū male fecisse. Deinde dicit quēadmodum Posthumia vxor Seruii: & Seruius eius filius laudabant: vt ipse Seruius veniret ad Cic. in Cumanū: vt cum eo loqueret, rogarētq; Cic. vt ad eum ita scriberet. Deinde rn̄dens Ser. Sulpitio q q̄rebat quod esset eius ɔsilium his miseris tēporibus: dicit id esse difficillimū, si vtilitati ɔsulendū sit, si vero honestati, eē satis perspicuū. Et ita significat omnia esse suscipienda pro defensione reip. & consuluit esse discedēdum Roma: sed cōsultandū esse ad quae loca maxime se cōferre debeat. Quod si idem Seruius sentit, dicit nō esse necesse, ut ad se veniat. Sin vero habeat aliam sententiā, eū se expectare dicit. ¶ Cumano. id est in agro Cumano, habebat enim iuxta Cumas Cicero praedia sua: appellat aūt locum absolute Cumanū: eo q esset in agro Cumano, sicut Tusculanū a Tusculis oppido. Est aūt Cumae oppidum in littore cāpano ɔditū ab iis, qui ex Chalcide vrbe Euboeae venerunt, quae hodie dicitur Niger pons. Comum vero vrbs est iuxta lacū Larium a qua fit deriuatiuum & Comanus & Comensis: a Cumis autem possessiuum tum Cumaeus, tum Cumanus. ¶ Mandatum abs te. cōmissionem a te, id est cui tu dixisses omnia, quae velles illum mihi referre. ¶ Misisset. per alium, cum ipse deberet afferre. ¶ Eum. Philotimum: qui suppleuisset id, quod tu minus scripseras, quia dederas ei de omnibus rebus mandata. ¶ Conuenit me. locuta est mecum. ¶ Tua: scilicet vxor. vt hanc tua Penelope. ¶ Seruius: filius tuus. ¶ Noster. tuus natura: meus amore. ¶ His. Posthumiae & Seruio. ¶ In Cumanum. vbi sum. ¶ Egerunt mecum. me rogarunt. ¶ Scriberem scilicet vt venires in Cumanum. ¶ Quod iam incipit respondere iis, quae Seruius per literas a Cicerone quaesiuerat. ¶ Meum consilium. mea consultatio, mea deliberatio. ¶ Id, scilicet consilium meum. ¶ Capere: eligere. Virgil. libr.i. aenei. Aut capere aut captas iam despectare videntur. Idem, Atq; oculis capere ante locum. ¶ Facilius, quia plerunq; necessitate coacti capimus consilium, quod aliis non daremus: praecipue viris, quos longe prudentiores nobis existimamus. ¶ Quid est. quasi dicat nihil: cum tu non indigeas suasione mea & consilio, qui melius potes aliis consulere. ¶ Suadere: consulere, hortari vt facias. ¶ Si. vtit diuisione: & concludit singula membra diuisionis. ¶ Rectissimum, optimum cum virtute & officio: tetigit aūt duas partes deliberationis: scilicet honestatem & vtilitatem. Rectum.n. sm̄ Ciceronē dicitur, quod cum virtute & officio fit. ¶ Perspicuum. clarum: apertum, quia veritas ipsa per se elucet. perspicuū est enim q non debemus deserere rempu. cui omnia debemus. ¶ Quid maxime ex: id est quid vtilissimum sit: & tangit secūdam partem deliberationis. ¶ Obscurum. scilicet est: hoc est non satis exploratum & manifestum. ¶ Hi. tales. ¶ Qui. quales. ¶ Esse debemus. id est boni ciues, & boni viri. ¶ Vt nihil. declarat: quales esse debeant: scilicet vt nihil existiment esse vtile, nisi quod honestum sit: nam ita debent existimare viri boni, vt voluit Cic. in officiis & in paradoxis. ¶ Quid faciēdū sit. quia intelligamus aut consulendum reip. si poterimus, si non poterimus: saltem consulendum saluti nostrae q̄ honestissime fieri poterit. ¶ Coniunctam cum tua: id est esse in eadem conditione qua tu.

Cumae
Comum
Comanus
Comensis
Cumaeus
Cumanus

Rectum

ASCEN. AD tertium Cal. &c. Accusat Philotimū q ad se non venerat cum mandatis Sulpitianis: deinde dicit vxorem & filium Serui cōsulere vt in Cumanum ad se veniat. Tum de reip. auxilio q̄ difficile sit disputat, & demum quo consilio ad se in Cumanum venire possit explanat. ¶ Ordo est. Ego accepi literas tuas ad tertium Cal. Maias.i. biduo ante primum diem Maii: cum essem in Cumano.s. agro, quibus lectis cognoui Philotimū fecisse non satis prudenter, qui cum haberet in mandatū abs te sup. loquendi mecū: de oibus rebus vt scribis: ipse.i. quod dicunt in persona, nō venisset ad me: & sup. misisset literas tuas: quas intellexi fuisse breuiores: q putasses eum perlaturū: & ita reliqua dicturum. ¶ Sed tamē postq̄ legi literas tuas. Posthumia tua.s. vxor cōuenit me.i. venit ad me, & Seruius noster, quia tuus filius & mihi charus: sup. ɔuenit me. placuit iis.s. vxori & filio, vt tu venires in Cumanū.s. agrum, qui etiā egerūt mecū.i. induxerunt me, vt scriberē ad te. ¶ Quod tu exquiris.s. per lr̄as tuas: consilium meum, id.s. consiliū meū est tale, vt ipse: id est ego: possim facilius capere.s. consilium q̄ dare alteri. ¶ Quid enim est quod audeam suadere homini sūma authoritate & summa prudentia. q.d. nihil. ¶ Si quaerimus, i. disquirimus qd sit rectissimū.s. factu. ad sup. est perspicuum.i. euidens: quia rectissimum est in repu. ēt vsq; ad mortē stare. ¶ Si sup. quaerimus: quid expediat.i. vtile sit, maxime obscurū sup. ē. ¶ Sin.i. sed si: nos sumus qui debemus profecto esse. vtpote ii.i. tales, vt arbitremur nihil expedire.i. vtile esse nisi qd sit rectum & honestum: non potest esse dubium quid sit faciendum nobis.i. quid facere debeamus. q.d. certum est q debeamus pro repu. certare vsq; ad mortem. ¶ Quod tu existimas meam cām esse coniunctam cum tua.

¶ Similia

¶SIMILIS error: quia ambo decepti sumus: qui credebamus Cæsarẽ posse deduci ad cõuentionẽ pacis: cuius simulabat se esse cupidum: cum latẽter bellum optaret. ¶ Idẽ sentiremus. eandem haberemus sniam. s. de pace. ¶ Spectauerũt. respexerunt: directa sunt. ¶ Inire gratiam ab eo. ei gratificari, & quasi beneficium præstare, quia sicut erat inferior iustitia & honestate causæ: ita etiam putabatur futurus inferior victoria: sed fortuna ei fauit, &, vt ĩquit Lucanus, Victrix causa dies placuit, sed victa Catoni. ¶ Quantum fefellerit nos. quia longe aliter fuit, quia Cæsar mallebat bellum q̃ pacem. ¶ In quem locum: in quem statum. q. d. in pessimum, ita vt fere nulla sit amplius spes. ¶ Geruntur. nũc. ¶ Qui cursus. quæ dispositio. ¶ Exitus. finis, quem potest videre & perspicere tantummodo vir prudentissimus, qualis tu es. ¶ Ergo, ex superioribus infert quid videatur esse faciendum. ¶ Probare laudare: affirmare, quæ fiunt voluntate Cæs. siue bona siue mala. ¶ Interesse. in senatu. ¶ Etiam si non probes. secunda persona pro prima vel tertia. i. etiam si quibusdam non probetur quod fit: oportet tamen interesse: vt in superiori epistola ostendimus ex verbis Luca. ¶ Turpis. non digna viro bono, quem nõ decet probare nisi quę recta sunt. ¶ Altera periculosa. interesse, si non probes, quia si affueris & non probaueris quæ fiunt: offendes voluntatem Cæsaris: ita vt postea tibi noceri possit, ob hãc igitur causam, vt scribit Plutarchus: non dubitauit Ci. magno animo Cæsari respondere, vt in præcedenti epistola ostendimus, & oñdere quas sententias dicturus esset, si adesset, quæ cum Cæsa. dici nolle respondisset: ita putabam inquit Cic. atq; ego ideo nolo adesse, q aut mihi dicenda sunt quæ sentio, & nullo modo silere possum, aut non veniendum. ¶ Restat. ex sufficienti enumeratione. s. cum sit turpe probare quæcunq; fiunt etiam si sint mala: vel cũ periculo interesse, si nõ probes. ¶ Restat. sequitur. ¶ In quo. in qua discedendi sentẽtia. ¶ Quæ loca sequamur. ad quæ loca nos conferamus. ¶ Difficilior. durior, & alterum sequitur ex altero, in rebus enim miseris non potest esse nisi difficillima deliberatio. ¶ Constitui deliberaui. ¶ Incurrat. incidat. ¶ Difficultatem. periculum, sequendo siue Pompeium, siue Cæsarem, & itẽ siue manendo siue discedendo: quia adhuc non satis exploratum habemus quid sit futurum. ¶ Si habes statutum si statuisti & decreuisti. ¶ In quo. s. quod putes agendum. ¶ Tuũ consilium. tua deliberatio. ¶ Non sit coniunctum cum meo: scilicet consilio: id est in quo non idem cõstituas quod ego dixi constituisse: scilicet vt discedamus, & videamus quomodo, & ad quæ loca. ¶ Supersedeas. abstineas: omittas. ¶ Hoc labore itineris: id est omittas ad me venire, quod nõ potes facere sine labore propter valetudinem tuam. supersedeo autem cum ablatiuo iungitur & significat omittere. Sin autem est, scilicet tibi. i. si habeas. ¶ Communicare mecum. mecum conferre. ¶ Quod. scilicet venire ad me. ¶ Fiat tuo commodo. vt venias cum tibi fuerit commodius venire. ¶ Sicut. scilicet te venire quamprimum. ¶ Placere. quia rogauerat Cicer. vt ad Seru. scriberet. vt ad se veniret causa consulendi de officio vtriusq;.

HVBER.

Consiliũ

Supsedeo

Cõicare.

similis in vtroq; nostrũ, cũ optime sentiremus, error fuit. Nam oĩa vtriusq; consilia ad cõcordiã spectauerũt: qua cũ ipsi Cæsari nihil esset vtilius, gratiã quoq; nos inire ab eo, defendẽda pace, arbitrabamur. Quãtum nos fefellerit, & quẽ in locũ res deducta sit, vides: neq; solũ ea perspicis, quæ geruntur, quæq; iam gesta sunt, sed ẽt qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. Ergo aut ꝓbare oportet ea, quæ fiunt: aut interesse, etiã si non probes, quarum altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio videt. Restat, vt discedẽdum putẽ: in quo reliqua videtur esse deliberatio, quod consiliũ in discessu, quæ loca sequamur. Oĩno cum miserior res nunq̃ accidit, tũ ne deliberatio quidẽ difficilior. nihil enim constitui potest, qd nõ incurrat in magnam aliquam difficultatẽ. Tu, si videbit, ita censeo facias: vt si habes iam statutum, quid tibi agendũ putes, in quo non sit coniunctũ consilium tuum cum meo, supersedeas hoc labore itineris, sin autẽ est, quod mecũ communicare velis: ego te expectabo. Tu, quod tuo commodo fiat, quãprimum velim venias, sicut intellexi & Seruio, & Posthumiæ placere. Vale.

¶ Ex. ii. Epistola, Ad. iii. Cal. Maias.

¶ Sed tñ, postq̃ lrãs tuas legi, eo Posthũia tua me cõuenit, & Ser. nr. Sin ii sumus, q ꝑfecto esse debem⁹, nt iã nihil arbitremur expedire, nisi qd rectũ, honestissimũq; sit, nõ põt esse dubiũ, id qn faciẽdum nobis sit. Nam oĩa vtriusq; cõsilia ad ꝯcordiã spectauerant, q̃q̃ ipsi Cæsari nihil eẽt, vtilius grã quoq; nos inire defendẽda pace arbitrabamur, quãtum nos fefellerit, & quẽ in locũ res deducta sit, optime vides. Sic ergo, aut ꝓbare ea, quæ fiũt, oportet, aut interesse, ẽt si non probes, quaꝝ altera mihi turpis, altera & periculosa ẽt ratio vr. Nihil enim constitui potest quod non incurrat in aliquã magnã difficultatem. Aliqui sic. Nihil. n. construere potes, quo non incurras in aliquam magnam difficultatem. Tu, si videtur, ita sentio, facias.

¶ CERTE similis error fuit in vtroq; nostrum, cum sentiremus idem. ¶ Nam omnia consilia utriusq; spectauerũt. i. attenderunt: ad concordiam. s. Cæsaris & Pomp. ¶ Quanq̃ nihil esset vtilius ipsi Cæsari: bello. i. quam bellum, tñ sup. nos arbitramur nos ire quoq;. i. etiam gratiam ab eo. s. Cæsare, defendenda pace. i. defendẽdo pacem. Vbi notabie grammaticus Ciceronem malle loqui per ablatiuos gerundiuales in designatione sequelæ positos, quam per gerundium cũ casu ab eo recto, sed frequentius per ablatiuos plurales, ut in præfatione officiorum: legendis nostris pro legendo nostra &c. ¶ Tu vides quantum: scilicet opinio aut spes fefellerit nos, & in quem locum. i. statum res deducta sit. Neq; perspicis solum quæ geruntur quoq;. i. & quæ non gesta sunt, sed ẽt qui cursus & quis exitus rerũ sit futurus. ¶ Ergo oportet. s. te, qui es in vrbe, & quemlibet alium, aut probare: id est approbare & consensu confirmare, ea, quæ fiunt: scilicet in vrbe, & præcipue in senatu, aut interesse: id est præsertim esse: etiam si non probes: id est non approbes ea, quarum: scilicet rationum ac conditionum, altera ratio: scilicet probantis, ea, quæ fiunt, cum non sint probanda: videtur mihi esse turpis, altera ratio, scilicet eius, qui interest iis, quæ non probat, videtur etiam periculosa, quia iram prouocat eorum, qui probari cupiunt. ¶ Restat: id est reliquum est, vt putem discedẽdum. s. a Roma, vbi sine turpitudine aut periculo vita esse non liceat, in quo: scilicet quod restat, hoc est in discedẽdo: videtur deliberatio eẽ reliqua. i. relicta, quod consilium & quæ loca sequamur in discessu. i. discedendo, cum: scilicet ita sit, q res miserior, id est q̃ patriam fugere, & nescire quo te recipias, nunquam accidit nobis: tum scilicet multo verius est, q ne quidem: id est non etiam deliberatio accidit supple nunquam difficilior. ¶ Nihil enim potest constitui id est deliberari, statui, quod non incurrat, id est celeriter incidat in aliquam magnam difficultatem. ¶ Si videbitur. s. consultum & vtile, ego cẽseo sup. vt facias ita, vt si habes iam statutum. i. decretum, quid putes agendum tibi, in quo. s. agendo, consilium meum, non sit coniunctum cum tuo supsedeas. i. non vtare hoc labore itineris, scilicet veniendi ad me, sin autem. i. sed si, est sup. aliquid, quod velis communicare mecum, ego expectabo te. s. in Cumano. ¶ Ego velim tu venia quamprimum. i. valde cito: quod fiat tuo commodo, sicut intellexi placere, &. i. simul, Seruio, s. filio tuo, &. i. simul, Posthumiæ, s. vxori tuæ. Vale.

ASCEN.

Defendẽdo pacem

HVBER.

VEhementer. Cũ pẽsset Ser. Sul. Achaiæ post bellũ pharsalicũ, afflictis & ɔcussis partibus Pompeianis & Cæsare multa agente pro libidine sua, grauiter multũq; angebatur, quod cum Cice. multorũ sermone intellexisset: eum hac epistola consolandum duxit, affert igit̃ & enumerat multas causas cõsolationis, inter quas præcipue enumerat rectam conscientiam & studia literarũ: quibus ostendit esse acquiescendũ. Postremo ostendit Seru. eius filium studiosum esse liberalium artium, seq; vehementer ab eo diligi. ¶ Solicitũ. anxium, cõmotũ. ¶ Communibus. quæ ad oẽs pertinent. ¶ Miseriis. calamitatibus. ¶ Præcipuo. non vulgari: sed maximo. ¶ Deferunt, renunciant. ¶ Quod. i. te angi p̃cipuo dolore. ¶ Minime miror. q̃a scio quantũ ames ipsam remp. ¶ Meum. s. dolorem. ¶ Quodammodo. quasi quodam speculo. ¶ Agnosco. recordor, quia qñ uidemus aliquẽ dolere ea re, qua nos dolemus recognoscimus quodãmodo dolorem nostrum, & reducimus in memoriam, & nobiscũ dicimus, talis est dolor meus. ¶ Præditum. ornatum. ¶ Prope. fere. ¶ Singulari. egregia: quasi quæ in te solo sit. ¶ Tuis bonis. tua sapientia & honore: quem tibi præstat Cæs. qui & dignitatem curat, & tuas res integras esse voluit. ¶ Alienis malis. quæ aliis acciderunt. ¶ Laborare. cruciari. ¶ Me. enumerat Cic. ea, ex quibus consolationem capit, vt ostendat ea posse etiam esse consolationi ipsi Seruio. ¶ Nemini concedo. a nemine vincor, nemine sum inferior. ¶ Traxerit. acceperit. ¶ Maiorem. q̃ ego. ¶ Pernitie. calamitate, excidio. ¶ Consiliorum, quæ semper spectauerunt ad concordiã & vtilitatem reipu. ¶ Multo ante. q̃ mouerentur bella ciuilia. ¶ Tempestatem futuram. i. cladem belli ciuilis: quã comparauit tempestati. Virg. Quanta per idæos sæuis effusa Mycenis Tempestas ierit campos &c. ¶ Tanq̃ ex aliqua specula. trãslatio sumpta vel a rusticis vel a nautis, q ex aliquo loco eminenti solent p̃uidere ventos, & tẽpestatẽ futura. Specula non significat simpliciter fenestram, vt vulgus imperitum vsurpat, sed dr̃ quilibet locus vnde longe speculari possumus, siue sit mons, siue turris, siue qd aliud eminẽs. Virg. in bu. Specula de montis in altum deferat. Idem in. ii. Aen. Specula Misenus ab alta dat signum. Ouid. in heroidib⁹. In speculis oĩs Abidos erat &c. ¶ Mea sponte. p me ipsum solũ: ɔsilio meo. ¶ Monente. ɔsulente. ¶ Denũciante. apte significante ipsam cladem futuram. ¶ Multo magis. s. quã mea spõte. ¶ Etsi. pbatio q̃ monente Sulpitio p̃uiderit tẽpestatem, & est sensus, licet enim absuerim maximam partẽ tẽporis, quo gessisti consulatũ, tamen semper cognoui, quæ esset sententia tua de hoc pernitioso & calamitoso bello, quod & p̃dixisti, & caueri posse demõstrasti. ¶ Absui. quo tp̃e eram in Cilicia. ¶ Magnã partẽ tui cõsulatus. i. magnã partem temporis tui ɔsulatus, dicimus aũt absui magnã partẽ, & magna parte. ¶ Consulatus. quia eo tempore Sulpitius gerebat consulatũ, quo Cicero p̃fectus est in prouinciã. ¶ Cognoscebam. vel opinione quã de tua prudentia habebam, vel relatione multorũ. ¶ Cauendo. vitando. ¶ Primis tẽporibus, cõsulatus tui erã Romæ. ¶ Accuratissime: diligentissime. ¶ Collectis. cõnumeratis, ante oculos audientiũ positis. ¶ Bellis ciuilibus. superiore tẽpore gestis. ¶ Quæ meminissent. quæ tenerent memoria accidisse superioribus. ¶ Et scirẽt. ordo est, cũ collectis bellis ciuilibus monuisti, vt illa timerẽt quæ meminissent, & vt scirent, cũ superiores fuissent tã crudeles in rep. nullo exẽplo, postea futurũ intolerabiliorem quicunq; oppressisset remp. armis. ¶ Intolerabiliorem. crudeliorem.

Solicitus
Deferre
Præditus
Sigularis
Pernities
Specula
Absui magnam ptẽ
Absui magna parte
Accuratissime.

3

M. T. C. Seruio Sulpitio. S. D.

VEhementer te esse solicitum, & in cõmunibus miseriis præcipuo quodã dolore angi, multi ad nos quotidie deferunt. Quod q̃q; minime miror, & meũ quodammõ agnosco: doleo tñ te sapientia præditum prope singulari, nõ tuis bonis delectari potius, q̃ alienis malis laborare. Me quidẽ, & si nemini concedo, qui maiorẽ ex pernicie, & peste R. P. molestiam traxerit: tamẽ multa iam cõsolantur, maximeq; conscientia consiliorum meorum. Multo enim ante, tanquã ex aliqua specula prospexi tẽpestatem futurã, neq; id solum mea sponte, sed multo etiã magis monente, & denũtiante te. Etsi enim absui magnam partem consulatus tui: tñ & absens cognoscebam, quæ esset tua in hoc pestifero bello cauendo, & prædicẽdo sñia: & ipse affui primis tẽporibus tui cõsulatus, cũ accuratissime monuisti senatum collectis oĩbus bellis ciuilibus, ut & illa timerent, quæ meminissent: & scirent, cũ superiores nullo tali exemplo antea in R. P. cognito, tam crudeles fuissent, quicũq; postea R. P. oppressisset armis, multo intolerabiliorẽ futurũ.

ASCEN.

VEhementer &c. Cum præesset Seruius Sulpitius Achaiæ post bellum pharsalicum, grauiter angebatur multa p Cæsarem imperiose geri in vrbe, quod cum Cicero ex multis intellexisset, eũ hac epistola consolatur, adducens multas causas consolatorias, inter quas præcipue adducit rectam conscientiam & studia literarum, quibus ostẽdit acquiescendum esse. Postremo scribit Seruium Sulpitii filium studiosum liberalium artium, ipsumq; a se, & se ab eo vehementer diligi. Ordo est. Multi deferunt ad nos quotidie. i. denunciant nobis: te esse solicitum vehementer, & angi: id est angustiari & premi, quodam dolore præcipuo: id est singulari & præter cæterorum dolores magno, in miseriis cõmunibus. ¶ Quod quanquam miror minime, & agnosco: id est in dolore tuo, quodammodo meum: scilicet dolorem, quia æqualis & de consimili causa est, doleo tamen te præditum sapientia, prope: id est quasi, singulari: id est tam magna tibi soli contingat, non delectari potius tuis bonis. s. animi, hoc est virtutibus & scientiis, q̃ laborare: id est angi, malis: id est vitiis, alienis, vt Cæsaris tyrannide. ¶ Quidem: id est certe, & si: id est quanquam, nemini concedo, qui: id est vt is traxerit maiorem molestiam: id est cruciatum animi, ex pernicie: id est erumna, & peste. i. calamitate reip. tamẽ multa consolantur iam me, & maxime conscientia consiliorum meorum, hoc est quia mihi conscius sum nihil me consuluisse Pompeio aut alteri, ob quod hæc mala subsecuta sint. ¶ Enim pro quia, ego prospexi tanquam ex aliqua specula: id est loco alto ad speculandum apto, multo ante. s. quam veniret, tempestatem futuram. ¶ Neq; supple feci id: id est perspexi tempestatem futuram, solum. i. solũmodo, mea spõte. i. propria natura & instigatione seu, vt dicunt, meo solius instinctu, sed etiam multo magis, te monente & denunciante. i. significante futurũ quasi ex certo augurio, vt pullarii denunciare solebant. ¶ Enim. i. quia, & si: id est quanquam, absui. s. vrbe, magnam partẽ. i. durãte magna parte (Vnde manifeste patet Ciceronem tẽpus continuum in accusatiuo libẽter ponere) consulatus tui. i. temporis, quo consul eras, tñ &. i. partim, absens. i. cum abessem, cognoscebam, quæ. i. qualis sñia tua esset in cauendo. i. fugiendo, & prædicẽdo. i. denunciando, hoc bello pestifero. s. Cæsaris & Põpeii, quo respu. periit, &. i. partim, affui primis tp̃ibus cõsulatus tui, cũ. i. qñ, monuisti accuratissime. i. cũ summa cura & diligentia senatũ. i. patres ɔscriptos: oĩbus bellis ciuilibus collectis. i. simul cõmemoratis, in oratione & admonitione tua, monuisti dicit, vt. s. patres cõscripti, &. i. simul, timerent illa. i. similia eorũ, q̃ meminissent. i. memoria tenerent iam trãsacta, & scirent, quicũq; postea. i. tẽporibus futuris, op̃ssisset armis rẽpu. futurũ intolerabiliorẽ multo, s. quã superiores, cũ superiores. s. oppressores reip. vt Sylla & Marius fuissent tã crudeles, nullo tali exemplo cognito in repu. i. licet nullum haberent, cuius crudelitatem imitarentur, eo q; primi libertatis op̃ssores erant, & ita magis debebant vereri violare tam atrociter remp, q̃ qui aliorum exempla sectarentur.

¶ Nam

HVBER, Adeo

¶NAM q. ratio superioris propositionis, est aut sententiæ exornatio. ¶Exemplo. imitatione. ¶Iure. sine reprehensione. ¶Adeo multa. valde multa: quia nemo repente fuit turpissimus. ¶Afferunt. de suo aliquid etiam ex se nouum addunt: quod ex imitatione nullius habent. ¶Quare. conclusio huius consolationis: quam ex conscientia consiliorum esse vult. ¶Occidisse. periisse. ¶Sua stulti. ignorantia: qua non cognouerunt q̄ recte eis consueres. ¶Salui. incolumes. ¶Tua prudentia. quæ eos monebat: quomodo possent periculum vitare, si modo parere voluissent. ¶Dices. ponit obiectionem quã posset facere Seruius. ¶Quid. ecce obiectio. ¶Ista res. q. qui non sunt secuti consilium meum sua stultitia perierint: quia malum alterius nihil faciat ad consolationem nostram.

NAM quod exemplo fit: id etiam iure fieri putant: & aliquid, atq; adeo multa addũt, & afferũt de suo. Qua re meminisse debes, eos, qui authoritatem, & cõsilium tuum non sunt secuti, sua stultitia occidisse, cum tua prudentia salui esse potuissent. Dices: Quid me ista res cõsolatur in tantis tenebris, & quasi perpetuis R. P.? est omnino vix consolabilis dolor, tanta est omniũ rerum amissio, & desperatio recuperãdi: sed tamen & Cæsar ipse ita de te iudicat, & omnes ciues sic existimant, quasi lumen aliquod extinctis cæteris elucere sanctitatem, & prudentiam, & dignitatem tuam. Hæc tibi ad leuandas molestias magna esse debent. Quod autem a tuis abes: id eo leuius ferendum est, quod eodem tempore a multis, ac magnis molestiis abes: quas ad te omneis perscriberem, nisi vererer ne ea cognosceres absens, quæ quia non vides, mihi videris meliore esse conditione, quam nos, qui videmus. Hactenus existimo nostram consolationem recte adhibitam esse: quoad certior ab homine amicissimo fieres iis de rebus, quibus leuari possent molestiæ tuæ. Reliqua sunt in te ipso, neq; mihi ignota, nec minima solatia, & (vt quidem ego sentio) multo maxima: quæ ego ipse experiens quotidie sic probo, vt ea mihi salutem afferre videantur. Te autem ab initio ætatis memoria teneo summe omnium doctrinarum studiosum fuisse, omniaq;, quæ a sapientissimus ad bñ viuendũ tradita eẽnt, summo studio, curaq; didicisse:

¶Vix consolabilis. qui vix vllam possit recipere consolationem. ¶Et desperatio recuperandi. quia, quæ amissa aliquando recuperari posse sperantur tolerabiliora sunt: quam ea, de quibus nulla spes est. ¶Sed te. hucusq; fuit obiectio: nunc ponit responsionem. ¶Ipse. hoc pronomen habet maximam vim: quasi dicat cuius iudicio nullum potest esse præstantius. ¶Quasi. tanquam. ¶Aliquid lumen. nam virtutes ipsæ & viri excellentes luminibus comparantur: id est tanquam aliquam splendidam faciam & lucem. ¶Sanctitatem. integritatem: fortitudinem. ¶Extinctis. mortuis, & perseuerauit in translatione: dixerat enim lumen. ¶Cæteris: scilicet luminibus, & intelligit præstantissimos viros: qui in bello ciuili perierunt. ¶Hæc. supradicta omnia & conscientia consiliorum tuorum: & iudicium quod Cæsar & cæteri ciues de te habent. ¶Magna. efficacia. ¶Leuandas. minuendas. ¶Quod autem. consolatus est Cicero Seruium de communibus miseriis: nunc vero consolatur eum de absentia eius a patria: quam molestissime ferebat. ¶Eodem tempore. idest cum abes tuis: ipso eodem tempore abes etiam a multis & magnis molestiis: quas necesse esset te habere: si Romæ esses. ¶Quasmo. a quibus abes. ¶Nisi vererer. nisi timerem: ne si scriberem tu absens ea cognosceres, q̄ quia non vides existimo tibi magnæ esse felicitati, & esse in meliori conditione, q̄ nos sumus, qui ea videmus, ergo vult significare Cicero, nolo hæc ad te scriber: ne meis literis cogaris cognoscere ea, quæ prodest tibi non videre. ¶Hactenus. hucusq; & est sensus: hucusq; existimo me adhibuisse omnem consolationem: vt tanquam amicissimus te certiorem facerem de rebus omnibus, quæ possent tibi molestias & dolores auferre. ¶Adhibitam. adiunctam, appositam. ¶Certior fieres. admonereris, instruereris. ¶Recte iure amicitiæ. ¶Quoad. quatenus: inquantum: velut. ¶Reliqua solatia. præterea de quibus factus es a me certior. ¶In te ipso. non in alio: quia non sunt externa bona: sed animi & tua. ¶Neq; ignota mihi. quia noui virtutes & doctrinam tuam. ¶Neq; minima. id est neq; paruæ efficaciæ ad consolandum. ¶Et vt. est quasi correctio: quia dixerat neq; minima, ne putarentur etiam mediocra: subdit multo maxima. Et notandum multo tam superlatiuo q̄ comparatiuo iungi. ¶Vt ego sentio. vt ego iudico: vt est mea sententia. ¶Quæ scilicet quæ in te ipso sunt maxima. ¶Ego ipse. ne videat alieno testimonio hæc dicere: dixit egomet. ¶Experiens. probans, cognoscens re ipsa. ¶Quotidie. quia Ser. assidue ad Ciceronem aliquid scribebat: & multo eum præmonebat. ¶Probo. laudo, sic mihi placet. ¶Salutem. conseruationem vitæ & fortunarum mearum. ¶Teneo memoria. recordor. ¶Studiosum. cupidum, amatorem. ¶Omnium doctrinarum. omnium disciplinarum liberalium. ¶A sapientissimis. a philosophis: a quibus traduntur præcepta bene viuendi. Hora. in epistolis. Inter cuncta leges: & percunctabere doctos. Qua ratione queas traducere leniter æuum. & c. & Paulo post. Quid minuat curas, quid tibi reddat amicum. ¶Bene. laudabiliter & honeste.

Ipse

Sanctitas.

Hactenus

Adhibit?. Quoad

Multo

Probo

ASCEN.

¶NAM sup. fere omnes homines, putant id quod fit exemplo .i. ad exemplum fieri etiam iure, sed ipsi addunt: & afferunt aliquid atq; adeo. i. ad hoc vsq;: q. multa addunt de suo. i. proprio ingenio atq; more. ¶Quare tu debes meminisse eos, qui non sunt secuti authoritatem & consilium tuum, occidisse. i. periisse stultitia sua, cum potuissent esse salui, prudentia tua. i. per prudentiam tuam. ¶Dices. i. respondebit, Quid. i. in quo: ista res consolatur me in tantis & quasi perpetuis tenebris. i. obscurationibus & oppressionibus reipublicæ? Respondet Cice. ¶Dolor de amissione reipu. est omnino vix consolabilis. i. consolatione mitigabilis, tanta est amissio omnium rerum, & desperatio recuperandi sup. earum aut eas: sed tamen. i. nihilominus, & . i. tamen Cæsar ipse. s. caput omnium malorum, iudicat ita de te: & omnes ciues existimant sic sanctitatem. i. corruptionem vitæ: & prudentiam: & dignitatem tuam elucere. i. manifeste lucere, tanquam aliquod lumen. s. magnum, cæteris. s. luminibus, aut talibus viris extinctis. ¶Hæc. s. quæ de te creduntur: debent esse tibi magna: id est magni momenti: ad molestias. s. animi tui, leuandas. i. mitigandas & minuendas. ¶Quod autem abes a tuis, erat enim in Achaia. sup. id ferendum. i. patiendum & tolerandum est leuius. i. facilius, ideo q. abes eodem tempore, a multis & magnis molestiis: quas. s. molestias, ego perscriberem ad te omnes, nisi vererer ne. i. vt tu absens cognosceres ea. s. mala vrbis, quæ quia non vides, videris mihi esse meliore conditione. i. statu vitæ, q̄ nos, q. videmus sup. ea. ¶Ego existima nostram consolationem esse adhibitam. s. tibi: recte. i. decenter, hactenus, id est ad hunc finem, quoad. i. quatenus aut quatinus fieres certior. i. scientior, ab homine amicissimo, de iis rebus, quibus molestiæ tuæ possent leuari. i. minui. ¶Reliqua solatia sunt in te ipso nec minima, nec ignota mihi, & quidem. i. certe: vt ego sentio: multo. i. longe maxima, quæ. s. solatia: ipse. i. ego, experiens quotidie probo. i. comprobo sic, vt ea. i. consimilia videantur afferre mihi salutem. ¶Autem: id est sed, vt rem de qua loquor aperiam, ego teneo memoria, te fuisse ab initio ætatis, hoc est ab ineunte ætate studiosum summe: id est summopere, omnium doctrinarum: scilicet liberalium, & didicisse summo studio & cura, scilicet summa, omnia, quæ essent tradita a sapientissimis ad viuendum bene, quæ: scilicet tradita a sapientissimis.

HVBER. Vsus. Acgescere

CQ V A E quidem, scilicet tradita a sapientissimis viris. ⸿ Vel optimis, id est etiam secundissimis. ⸿ Vsui. vtilitati quanto ergo magis possunt esse vtilitati rebus aduersis. ⸿ His temporibus, quasi dicat miserrimis & turbulentissimis. ⸿ Nihil aliud. præter illa præcepta. ⸿ Acquiescemus, recreemur : deponamus curas & solicitudines. quantum autem prosit ad deponendas curas studium philosophiæ: ostendit Cice. in Tusculanis quæstionibus, & in proœmio libri secundi officiorum. ⸿ Nihil faciam, cum dicat se audere hortari Seruium : latenter tamen eum hortatur, vt se ad philosophiam conferat, est autem occupatio, quia maxime dicit quod negat se dicturum. ⸿ Insolenter. arroganter : audacter.

Insolēter Insolens.

nam insolens audacem significat & arrogantem & superbum: vt Cice. pro M. Marcello. Et victoria, quæ natura sui insolens est. significat etiam insuetum & insolitum. Cice. pro Deiotaro. Moneor etiam insolentia loci. Sallu. Insolens vera audiendi. Teren. Quid tu Athenas insolens. ⸿ Tali. tam excellenti. ⸿ Scientia. doctrina. ⸿ Vel natura. subaudi tali : id est tam bona, & duo dixit naturam & scientiam. Quibus homines maxime docentur : quid in vita deceat, vt ipse in primo officiorum ostendit. ⸿ Referas te. recipias te : redeas. ⸿ Studium. animum : curam. ⸿ Tantum. quasi dicat vnum solum dicat. ⸿ Approbaturum. confirmaturum : a me dictum esse vere. ⸿ Illi arti. dicendi. ⸿ Cui studebam. cui dabam operam. ⸿ Nihil loci. nihil pretii : nihil æstimationis esse, neq; admitti. ⸿ In curia. quantum ad genus deliberatiuum. ⸿ Neq; in foro. quantum ad iudiciale genus, qua in curia deliberabatur a senatu : quid reipub. maxime conduceret : in foro vero agebantur causæ iudiciales, quæ ideo & forenses dicuntur. ⸿ Curam. animi intentionem. ⸿ Operam. laborem. ⸿ Tuæ scientiæ, id est cognitioni legum : quam sæpe Cice. scientiam appellat: erat autem Seruius Sulpitius iurisconsultus optimus. ⸿ Singulari. egregiæ. ⸿ Non multo plus loci est relictum. id est non multo plus sunt in pretio q̄ ars mea oratoria : quia quod Cæsari placebat : pro legibus erat. ⸿ Quare. concludit huiuscemodi latentem exhortationem. ⸿ Non moneo te. qui es me sapientior, vtitur frequenter occupatione, & vt vitet arrogantiam: & ne ægre ferat Seruius, si aperte admoneatur. ⸿ Ita persuasi mihi. ita induxi in animum. ⸿ Te quoq;. sicut me. ⸿ Versari. exerceri. ⸿ Quæ. res. ⸿ Si minus prodessent. si etiam nullam afferrent vtilitatem. ⸿ Abducerent. Amouerent : quanto ergo magis debes versari : cum & prosint & animum a solicitudine abducere possint. ⸿ Seruius. vltima pars epistolæ : in qua commendat studium Seruii eius filii, & eius amorem erga se. ⸿ Seruius. filius tuus. ⸿ Ingenuis. liberalibus, quæ ingenuos, id est liberos homines decent. ⸿ In hac. scilicet philosophia morali. ⸿ Acquiescere recreari, deponere curas. ⸿ Ita versatur, ita exercetur, ita incumbit. ⸿ Vt excellat. vt maxime emineat inter æquales. ⸿ Tibi vni concedam. te vno sim inferior : a te solo vincar in eo amando. ⸿ Præterea. id est præter te. ⸿ Nemini. scilicet concedam. & est sensus. ita eum amo, vt post te qui es eius pater, nemo alius magis eum amet q̄ ego. ⸿ Refertur gratia. id est refert mihi vicem, quia sicut ille a me amatur, ita ego ab illo amor. sic enim refertur gratia amoris, cum ab iis redamamur, quos amamus. ⸿ In quo. in qua re. scilicet referendo mihi gratiam. ⸿ Ille existimat. sensus est, in referenda mihi gratia amoris ille existimat se facere etiam tibi rem gratissimam: quod facile appareat: & cognoscatur q͂ colat me. ⸿ Tibi quoq;. sicut. ⸿ Gratissimum. quia scit me a te amari, existimat se tibi gratissimum facere, si & ipse amet. ⸿ Facile clare. ⸿ Apparet. intelligatur. ⸿ Obseruet. reuereatur, est autem ordo, in quo ille existimat se facere gratissimum quod facile appareat, cum me colat & obseruet. ⸿ In eo. scilicet q͂ appareat q͂ me colat.

Approbare

Versari Abducere

Acgescere

quæ quidem vel optimis rebus & vsui, & delectationi esse possent. His vero temporibus habemus aliud nihil, in quo acquiescamus. Nihil faciam īsolenter, neq; te tali vel scientia, vel natura præditum hortabor, vt ad eas te referas arteis, quibus a primis temporibus ætatis studium tuum dedisti. tantum dicam, quod te spero approbaturum: me, postea q̄ illi arti, cui studueram, nihil esse loci neq; in curia, neq; in foro viderim, omnem meam curam, atq; operam ad philosophiam contulisse. Tuæ scientiæ excellenti, ac singulari non multo plus, q̄ nostræ relictum est loci. Quare nō equidem te moneo: sed mihi ita persuasi, te quoq; in iisdem versari rebus, quæ etiam si minus prodessent, animum tamen a solicitudine abducerent. Seruius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, in primisq; in hac in qua, ego me scripsi acquiescere, ita versatur, vt excellat. a me vero sic diligitur, vt tibi vni concedam, præterea nemini: mihiq; ab eo gratia refertur : in quo ille existimat, quod facile appareat, quod me colat, & obseruet, tibi quoq; in eo se facere gratissimum. Vale.

CEx. iii. Epistola. Vehementer te esse.

Quicunq; postea rempublicam, oppressisset armis, hunc multo intolerabiliorem futurum. Quod autem a tuis abes, ideo lenius tibi ferendum est.

ASCEN. CQ V I D E M: idest certe, possent eē vel: id est etiam optimis, id est in lætissimis rebus: &: id est simul: vsui, id est vtilitati, &, i. simul delectationi, i. voluptati, vero pro sed. nos nihil habemus aliud, in quo acquiescamus. i. contenti sumus, his temporibus: scilicet malis. ⸿ Ego nihil faciam insolenter, id est supra modum & superbe : neq; hortabor te præditum tali vel scientia: scilicet acquisita: vel natura, id est naturali prudentia: vt referas te ad eas artes: quibus dedisti. i. addixisti, studium tuum a primis temporibus ætatis, scilicet tuæ. ⸿ Ego dicam tantum, id est tantummodo : sup. id quod spero te approbaturum: videlicet me contulisse omnem curam meam atq; operam ad philosophiam : postquam viderem nihil loci esse: neq; in curia. i. in senatu, neq; in foro: scilicet iudiciali, illi arti: scili: et oratoriæ, aut benedicendi: cui studeram. Solebant aūt orationes in tribus locis fieri: in senatu ad patres conscriptos, in iudicio ad iudices : & in concione ad quirites. vnde orantes supple compellant aut patres conscriptos, aut iudices, aut quirites. i. populum Romanū. ⸿ Non multo plus loci: id est expetitionis & vsus. relictum est scientiæ tuæ: scilicet legali: excellenti ac singulari, quam nostræ : scilicet oratoriæ & causidicæ. ⸿ Quare equidem. i. ego quidem: non moneo te sed persuasi ita mihi: id est iudico ita mihi visum esse te quoq; versari, id est vtile esse si etiam tu verseris in iisdem rebus: scilicet philosophicis, quæ. i. res: etiam si prodessent minus. i. non satis, tamen abducerent animum a solicitudine. ⸿ Quidem, id est certe: quasi dicat quicquid tu facturus sis. ⸿ Seruius tuus. scilicet filius, versatur in omnibus artibus ingenuis, id est ingenuo dignis, hoc est liberalibus, & in primis in hac supple arte: hoc est in philosophia, in qua scripsi, id est paulo ante. me acquiescere, scilicet contentum esse & quietem animi inuenire. ⸿ Vero pro sed, ipse diligitur sic a me: concedam, id est locum dem, tibi vni: id est soli vt præterea, id est præter te, nemini. hoc est vt plus tamen diligatur a te, sed a nemine altero, & gratia refertur mihi ab eo: id est quantum amoris a me accipit tantum refert. & ita nō minus me diligit q̄ diligatur a me. ⸿ In quo. scilicet facto, hoc est in gratia referenda, & in mutuo amore mihi præstando, ille existimat sup. id : quod facile apparet: id est euidens satis est, se in eo q̄ colat & obseruet me, facere quoq;. i. etiam tibi gratissimum. Vale.

CAccipio

HVBER.

ACcipio: Cum Seru. Sulpitius Achaiæ ꝑfectus, sæpius ad Ci. literas eodem exẽplo scripsisset, intellexissetq; Cice. id admirari: se excusauerat duplici de cā id fecisse. Primū pp negligentiam & improbitatẽ eoꝝ, qui cū epistolas accipiant ferendas sæpenumero nõ reddant. Se igit scripsisse multas eodẽ exẽplo, vt saltem aliquæ redderent. Deinde id fecisse inopia dicẽdi & pauptate orõnis, qa nesciret epistolas eiusdẽ fere argumẽti variis modis scribere, sicut potest facere Cice. quem dicebat posse idẽ vario mõ dicere, qa haberet copiā magnā & diuitias orõnis. Itaq; Cice. ei rñdens dicit se accipere primā cā excusationis de improbitate eoꝝ, qui non reddant literas, alterā vero minime, qꝫ pp inopiā orationis eodem argumento sæpe scribat, cum etiam ipse cedat eius scriptoꝝ subtilitati & elegantiæ. Deinde qa scripserat quo consilio & qua rõne motus Achaicum negociū suscepisset, Rñdet Cice. eū bene sensisse, nec rem aliter accidisse q̃ ipse putasset. s. qꝫ non esset libenter in Achaia, dicit hoc non esse pp molestiam prouinciæ, sed qm̃ res ita pturbatæ sunt & cõfusæ & ꝓstratæ ciuilibus bellis, vt nullus locus etiam amœnissimus cuiq̃ gratus esse possit aut iucũdus. Postea vero exponit qua humanitate & liberalitate, C. Cæ. senatui roganti, M. Marcellū restituerit; dicitq; qõo se gerit erga Cæ. pro hac restitutione. Postremo laudat plurimū & probitatẽ & doctrinā Seruii eius filii.

M. T. C. S. D. Seru. Sulpitio.

ACcipio excusationẽ tuam, qua vsus es, cur sæpius ad me literas vno exẽplo dedisses: sed accipio ex ea pte, quatenus aut negligẽtia, aut improbitate eoꝝ, qui epistolas accipiant, fieri scribis, ne ad nos pferantur. illā partem excusationis, qua te scribis orõnis pauptate (sic eni appellas) iisdẽ verbis epistolas sępius mittere, nec agnosco, nec ꝓbo, & ego ipse, quẽ tu p locū (sic eni accipio) diuitias orationis hr̃e dicis, me non esse verboꝝ admodū inopem agnosco. ειρωνευσαι enī nõ necesse ē: sed tamẽ idẽ, nec hoc ειρωνευομενος, facile cedo tuoꝝ scriptoꝝ subtilitati, & elegantiæ. Cõsilium tuum, quo te vsum scribis, hoc Achaicum negociū nõ recusauisse, cū semper ꝓbauissem, tum multo magis ꝓbaui lectis tuis proximis literis. omnes enim causæ, quas commemoras, iustissimæ sunt, tuaq; & authoritate, & prudentia dignissimæ. Quod aliter cecidisse rẽ existimas, atque opinatus sis: id tibi nullo modo assentior. sed quia tanta perturbatio, & confusio est rerum: ita perculsa, & prostrata fœdissimo bello iacent omnia, vt is cuiq; locus, vbi ipse sit, miserrimus esse videatur: propterea & tui te cõsilii pœnitet, & nos, qui domi sumus, tibi beati videmur.

¶ Accipio. acceptam habeo, & approbo. ¶ Eodẽ exẽplo. eadem forma, eisdem verbis. ¶ Ex ea parte. qa excusationẽ in duas partes diuiserat, vt diximus in argumento. ¶ Quatenus. inquantū: alias vero significat qn̄. ¶ Negligentia. incuria: cū non curant reddere. ¶ Improbitate, perfidia. cū nolunt reddere, quia sint improbi. ¶ Fieri. accidere. ¶ Illā partem. secundam, quā notauimus in argumento. ¶ Paupertate inopia, qa non sis copiosus in dicẽdo. ¶ Sic enim scribis. vsus enim fuerat Ser. hoc vocabulo, paupertate, qđ magis est translatum q̃ propriū, & ideo ne videretur Cic. abuti eo vocabulo, attribuit id Seruio. ¶ Nec nosco. qa video te habere copiam orõnis. ¶ Nec pro. nec approbo, nec affirmo. ¶ Per io. serio hoc dixerat Ser. Ci. habere diuitias orõnis, sed ipse vt arrogãtiā vitet, dicit se accipere dictū ioco, nõ serio. ¶ Diuitias. copiā: translatiue, sicut ẽt paupertatẽ posuit, sunt enim hæc cõtraria diuitiæ & pauptas. ¶ Admodū io. cū non possit negare oino qđ est manifestum, attenuat, vt vitet arrogantiā, & assentetur aliquantulū Seruio.

Quatenus
Negligẽtia
Improbitas

ET Gallus nr.s.familiaris,& M.Cato q pdidit filiū, summo igenio & summa virtute.i.habentē summū ingeniū, & summā virtutē:fuerunt,s.oēs dicti,iis.i.talibus tpibus, vt dignitas ipsorum, quā cōsequebant ex repu.cōsolaret:tū.i. tunc eos.Aūt.i.sed, vnū illud solatiū:qd ereptū ē:videlicet filia idulgētissima,manebat.i.reliquū,aut reliq̄ erat mihi iis ornamētis,q̄ ipse.i.tu cōmemoras,hoc est cōsulati,& augurali dignitate, & q̄ erā adeptus maximis laboribus amissis.s.p occupationē reipu.a Cæsare.Cogitationes meæ nō impediebant negociis amicorū, nō impediebant pcuratione reipu.qa nihil libebat sup.mihi agere in foro.s.iudiciali p amicis, & nō poterā p̄ indignatione: aspicere curiā.i. senatū:vbi pro repu.stare solebā. Ego existimabā.i.iudicabā, id qd erat.s.me pdidisse oēs fructus, &.i.simul, industrię .i.naturalis artis,& fortunæ meæ.i.p fortunā,acq̄sitos.Sed cū ego cogitarē hæc.s.incōmoda & dāna,esse mihi communia tecum, & cum qbusdam.s.aliis bonis, & cum ipse.i.egomet:frangerem iam me.i.propositum meum dolendi de amissione honorum, & bonorum,non filiæ, & cogerem me ferre toleranter.s.patienter, illa.i.tam insignia aduersa vi

delicet amissionem fructuum industriæ, & fortunæ, ego habebam.s.ante mortē filiæ:quo.i.ad quam,confugerem.s.solatium habiturus:& vbi.i.in qua,conquiescerem.i.tranquillitatem animi inuenirem, & in cuius sermone & suauitate .s.sermonis & morum ego deponerem.i.exuerem:& tencerem omnes curas & dolores. ¶Autem.i.sed:nunc.s,post mortem filiæ:etiam illa,quæ videbantur consenuisse.i.antiquata & e memoria per longitudinem temporis deleta. ¶Recrudescunt:idest recentia rursus fiunt: & in priore ægritudine,hoc vulnere tam graui.s.de morte filiæ accepto. ¶Non enim &c.Ordo est.Enim.i.quia,vt,idest quemadmodum,domus.i.familia, & præcipue filia excipiebat me,tum:idest tunc ante mortem filiæ, & stante repu.mœstum.i.reuersum mœstum a repu.i.siqd aduersi in republi. vidissem:excipiebat inqt,quæ.i.talis quæ,aut quæ.i.vt leuaret me.s.ab ea ægritudine, sic ego mœrens nunc domo pp mortem filiæ non possum confugere ad rempublicam, vt acquiescam.i.tranquillitatem animi accipiam,in bonis eius.

HVBER. ¶ITAq;.refert ex supradictis:ꝙ neq; iuuat eum esse domi,nec in foro. ¶Domo.propter mærorem filiæ,cuius est necesse me meminisse cum sum domi. ¶Et foro. propter incōmodū reip. ¶Quod.quia,& est ratio quare absit domo. ¶Nec domesticū.ratio quare absit foro , quia nec in domo inuenit amplius consolationem de amissa repub. nec in foro habet consolationem amissæ filiæ:qa amissæ sunt dignitates,quæ potuissent ipsum consolari. ¶Quo.propter quā rem. ¶Magis,q̃ expectarem , si modo essem in hoc dolore. ¶Nulla ratio. s.consolationis. ¶Maior.efficacior. ¶Consuetudinis.conuersationis. ¶Sermonum nostrorū.collocutionum. ¶Appropinquare.propinquum esse. Appropinquare non ad locum hic,sed ad tempus refertur, vt supra notauimus alio loco. ¶De multis.ꝓpter multas. ¶Tum etiam. maxime. ¶Commentemur.cōferamus.colloquamur: disputemus. Ci.in Lęlio de amicitia. Cum in hortos Decii Bruti commētandi causa, vt assolet, venissemus. ¶Traducendum.agēdum,prætereundum. ¶Hoc tempore. quo respu. est in potestate Cæsaris. ¶Vnius, Cę. vt supra Adhuc sum in hac sententia nihil vt faciamus, nisi ꝙ maxime Cæ. velle videatur. ¶Et prudentis Cæ. ¶Nec a me alieni.quia non me spernit,immo videtur amare. ¶Cum ita sit.i. quamuis ita sit ꝙ Cæ.neq; a me sit alienus , & tibi sit amicissimus. ¶Magnæ.consyderatæ, & prudenter , & diu cogitatæ. ¶Ineunda.aggredienda:suscipienda. ¶Non agendi.quia facultas agendi aliquid nobis erepta est. ¶Quiescendi. viuendi in ocio:vt in primo lib.Ocium nobis exoptandum est.

Appropiquo

Commentari

itaq; & domo absum,& foro, quod nec eum dolorē, quem a R.P.capio,domus iam consolari potest, nec domesticū R.P.quo magis te expecto, teq; videre q̃ primū cupio.maior mihi leuatio afferri nulla potest, q̃ coniunctio cōsuetudinis,sermonumq; nostrorum. quanquam sperabam tuum aduentū(sic enim audiebam)appropinquare.Ego autem cum multis de causis te exopto q̃primum videre,tum etiam, vt ante cōmentemur inter nos,qua ratione nobis traducendū sit hoc tempus,quod est totū ad vnius volūtatem accōmodandū & prudentis,& liberalis, &(vt perspexisse mihi videor)nec a me alieni,& tibi amicissimi. Qđ cum ita sit,magnæ tamen est deliberationis,quæ ratio sit ineunda nobis,non agendi aliquid,sed illius cōcessu,& beneficio quiescendi. Vale.

¶Ex.vi.Epistola.Ego vero Serui vellem.

¶Quod cum ita sit,magnæ est tamen deliberationis,q̃ ratio sit ineunda nobis,non agendi aliquid,sed illius cōcessu,& beneficio conquiescendi. Vale.

PHI. ¶DOMO absum & foro.ꝙ nec domi:nec in republica aliqd iam consolationis inuenio,quod & filiam perdiderim, & rempublicam. ¶Maior ratio.cum multas attuleris rationes. vt hunc dolorem æquo animo feram:nulla videtur maior ratio afferri posse,q̃ quod quamprimū venias, & cōiunctionem consuetudinis & sermonum nostrorum habeamus, ¶Commentemur.meditemur, & conferamus. ¶Traducendum.percurrendum. ¶Hoc tempus.s. reipublicæ calamitosum & in potestate Cæsaris positum. ¶Vnius. Cęsarem dicit. ¶Videor.exigit elegantia sermonis latini, vt si dicamus videor tibi benedicere, videris mihi bene scribere, & ille videtur mihi optime disputare, &videmur nobis errare, vos mihi videmini:illi mihi videntur ludere:caue dicas videtur tibi:ꝙ ego benedicam, & videtur mihi ꝙ tu bene scribas, & videtur mihi ꝙ nos male agamus, & huiusmodi. ¶Nec a me alieni.amabat eum Cæsar atq; Cic. amicitiam habere vehementer optabat. Principio enim belli ciuilis hortatus est eum Cę. vt cum ipso sentiret. Sed maluit cum Pom.vinci,q̃ cum Cæsare victorem esse:pulso ex Italia Pompe. Romam profectus Cæsar multa de Cice. conquestus, tandem orauit, vt Romæ vellet esse,cui Cice. respondit, sibi adesse non posse, vbi quid sibi dicendum esset:tacere oportere,respondit Cæsar super hoc deliberandum, paulopost iterum scripsit se illi ignoscere , quod non adfuisset , idq; in optimam partem accipere. Inde post victoriam in pharsalia Cæsar in Italia redeunti Cic. apud Tarentum factus est obuiam:quem Cæsar perhumaniter complexus est, & multa cum eo locutus. Inde Romam se cōtulerunt, & quoniā summa rerum arbitrio vnius tenebatur. Tullius ocio literario sese tradidit:& in villa sua morabatur , in vrbem non veniebat nisi salutandi gratia , aut alicuius amici sui defendendi causa , vt pro Qu. Ligario , pro Deiotaro rege pro M. Marcel.quos apud Cæ. valde iratum defendit. ¶Illius concessu & beneficio.vt si quid concedit, aut donat nobis Cæsar in eo conquiescamus, nec aliud agamus:vt alibi dixit Tullius , adhuc sum in hac sententia, nihil vt faciamus nisi quod maxime Cæsar. velle videatur.

ASCEN. ¶ITAq;.i. & ita:ego absum, & domo & foro, ꝙ.i.quia nec domus potest iam consolari:idest consolando leuare,eū dolorem, quem capio a republica:nec respublica potest cōsolari dolorem domesticum.i.quem capio domi ob mortem filiæ.quo.i.quocirca, ego expecto te magis.s.q̃ expectarem:si aliunde consolationem inuenirem , & cupio videre te quamprimum.i.valde cito. ¶Maior ratio.s.ad consolationem nulla potest afferri mihi, q̃ coniunctio consuetudinis.i. frequentis conuersationis, supple tuæ: & sermonum tuorum:q̃:idest tametsi:sperabam aduentum tuum appropinquare, audiebam enim sic. ¶Ego autem cum.s.ita sit, ꝙ exopto te videre quamprimū de multis causis:idest ob multas causas, tum:idest multo magis, etiam vt commentemur:idest comminiscendo disquiramur inter nos, ante:scilicet q̃ tempus, aut opportunitas elabatur, qua ratione:idest via & modo hoc tempus sit traducendum:idest transigendum nobis, quod tempus est accommodandum .i. conformandum totum ad voluntatem vnius.s.hominis. vtpote Cæsaris, & prudentis, quia modeste & sagaciter vsus est victoria, & liberalis, quia clementer multis etiam gratis ignouit, & vt videor prospexisse.nec.i.non:etiam alieni a me, quia Cęsar Ciceronē monuerat:vt a bellis ciuilibus abstineret: & post victoriam eum sæpe amice ad curiam inuitarat, & amicissimi tibi:quia sæpe absentem laudarat. ¶Quod cum sit ita:tū est magnæ deliberationis:quæ ratio sit ineunda.i.inceptanda nobis:non agendi aliquid, sed quiescendi concessu.i.per concessum & beneficio:idest per beneficium illius, s. Cæsaris, Vale.

¶Etsi

HVBER

ETsi.M.Marcellus is,qui collega Ser.Sul.fuerat in consulatu initio bellorum ciuiliū:tunc partes Pom.maxime secutus esset:& adiuuisset:postea victo Pom.pharsalico prælio contulerat se Athenas:vbi constituerat agere exilium perpetuum: quia putabat se non posse esse tutū Romæ, quia Cæsari aduersatius fuisset. Verum cum iam Ci. & pleriq; alii iam essent restituti in patriam concedente Cæsare,Ci.id agebat,vt M.quoq; Marcellus restitueret:quod quidem Cæ. iam pmiserat se concessurū:licet diceret se adhuc habere suspectam voluntatem Marcelli.Marcellus vera perstabat in proposito velle oino abesse Roma:& vt vitaret pericula,quæ sibi Romæ essent:& ne videret oppressionem reipu.Itaq; Ci.

7

M.T.Cicero S.D.M. Marcello.

ETsi eo te adhuc cōsilio usum intelligo,ut id reprehendere non audeam,nō quin ab eo ipse dissentiam, sed q: ea te sapientia eē iudicem,ut meū cōsilium nō anteponam tuo:tamen & amicitiæ nostræ vetustas, & tua summa erga me beneuolentia,quæ mihi iam a pueritia tua cognita est,me hortata est,ut ea scriberem ad te , quæ & saluti tuæ conducere arbitrarer,& non aliena esse ducerem a dignitate.Ego eum te esse, qui horum malorum initia multo ante uideris,qui cōsulatum magnificentissime,atque optime gesseris,præclare memini,

hac epistola nitit̄ psuadere,vt oino redeat in patriā,existimetq; vbicūq; sit se esse sub ptāte Cç.& qđ sit nō viderit oppressionē reip.& tyrannidē Cçsa.cogetur tñ audire: in quo non erit multo minor dolor. Ne aūt indigneī Mar.q: Cic.ei cōsulat:laudat Cic.in principio epistolç:& prudentiā:& cōsiliū eius: qđ & si hucusq; honestū fuit : tñ nunc mutandum dicit.⸿ Adhuc.hucusq.⸿ Eo consilio.vt.s.abesses a patria.⸿ Quin. vt non.⸿ Dissentiam ab eo. quia re vera dissentio: neq; mihi placet.⸿ Sed q:. rō quare nō audeat id reprehēdere,cum ei non placeat.⸿ Ea sapientia. tali sapientia.⸿ Non anteponā tuo.modo existimē esse melius tuo: quia puto te multo sapientiorem esse q̄ me:& licet non pbem tuū consilium:existimo tñ non sine cā a te sapientissimo viro esse susceptum.⸿ Tñ. licet non audeam reprehēdere tuū consiliū:⸿ Vetustas.antiqtas : qa iam multis annis est inchoata. Ci. in Lçlio de amicitia,maxia ē enim vis vetustatis & cōsuetudinis.⸿ Quæ beneuolentia tua erga me.⸿ Hortata est,induxit:qa tenemur q̄rere vtilitatem eius a quo amamur.⸿ Cōducere,vtilia esse: cōduco enim datiuo iunctū significat pdesse & vtile esse.⸿ Non aliena.nō absurda,⸿ A dignitate.s.tua,quā existimatē non esse contra dignitatē & honorem tuū.Nam consilia oia debent respicere non solū vtilitatem amici:sed honestatem,q̄ duo dicit Cice.a se seruata.⸿ Ego. laudat Cic. prudentiā.M.Mar.& consilia qbus vsus est:& ante bella ciuilia : & in ipsis bellis,vt facilius persuadeat qđ ei faciendū sit post finem horum bellorū ciuilium.⸿ Consulatū,in quo habet collegam,vt diximus Ser.Sulp.⸿ Præclare.optime

Adhuc

Quin

Conducere

PHI.

ETsi eo. Post victoriā Cçsaris e bello ciuili aduersus Pō.Pōpeiani diuersa cōsilia secuti sunt,qbusdā renouare bellū: qbusdam pati sub Cæsare seruitutē visum est,qbusdā neutrū placuit,In hac extrema sorte Marcellus numerari poterat:q neq; Cæsari pbedire,neq; aduersari decreuerat:sed oino carere pria & domo & gēte viuere si posset in exilio, Quod cū Ci.accepisset,has ad eū lras misit,qbus vehementer hortaī domū:& in pria eū malle viuere, q̄ in externis locis, Athenas enim se contulerat:& ibi perpetuo in exilio permanere decreuerat, Putabat enim Romæ.s. non posse pp Cæsaris concessu & beneficio conquiescant.Nec amplius dubitabat Tullius de Cæsaris volūtate erga Marcellū.Nam ei promiserat velle Marcello parcere.Ex quo illi persuadere conaī,vt redeat, puteq; seipsum vbicūq; fuerit sub ptāte Cçsaris esse mansurū.⸿ Eo cōsi.vt Romæ esse nolis:⸿ Non au.pp authoritatē & sapiētiam tuam:cū tñ reprehendendū sit, Laudat eum hanc ob cām Marcelli consilium: ne indignū putet a Cic. sibi dari consilum , cū ipse maximi consilii atq; sapientiæ esse diceret.⸿ Quod te,qđ non a consilio tuo dissentiā,quia vere dissentio:videī enim mihi te Romæ debere viuere cum tuis.Et aiaduerte,q: in hoc exordio ad beneuolentiam:& attentionem colligendam multa dicunī, Sapientia est humanarū atq; diuinarū rerum perfecta scia:quam græci σοφιαν dicunt.⸿ Non anteponam. præferam qm̄ te longe sapientiorem existimo,q̄ me ipsum:& q̄uis consilium tuū non pbem,tñ illud a te viro prudentissimo non sine cā susceptum puto.⸿ Vetustas,hæc maxima in amicitia vim habet,& chariores esse dicuntur amici veteres q̄ noui, Ex quo Satyrus inqt. Quamuis digressu veteris confusus amici.⸿ Amicitiæ,inter amorem & amicitiam hoc interest,q: amor in eos esse pōt:quos ēt nescimus & nunq̄ vidimus.Amicitia vero non est nisi inter eos,q se norūt, Est enim amicitia reciprocus quidam animorum affectus:& vtrūq; nomen ab amando deductū est,& antiq amicitiam per se dicebant,& amecū & beneuolū.⸿ Saluti tuæ.attentū facit.⸿ Cōducere, vtile esse,datiuo iunctū.⸿ Nō ali.di,cōtraria honori tuo, Duo dicit vtile & honestū de qbus aliter phi sentiūt,aliter q reipu.studen,& in ciuitate versanī,Socrates inqt, nihil esse vtile,qđ non honestū sit,& nihil honestū, qđ nō vtile est,& apud stoicos disputatio. hoc est qđ honestū sit , id solū bonū esse. Id enim per se solū placet nulla adiuncta gratia,est aliud honestū,qđ mediū,appellaī,qđ est cū vtilitate coniunctū, Tertia est commoditas quçdā, quæ solū lucris studet,omni depulsa honestate,philosophicū: qđ dicimus honestum soli virtuti intentū est , omni adiecta vtilitate,hic ergo vult persuadere Marcello non illud honestū,quod philosophicū est,non cōmoditatem,quæ ad peritos hoies pertinet,sed illud mediū,quod diximus honestū & vtile,quod in ciuitate versatur. Sunt aūt quædā verba,quæ nec oino sunt personalia,nec oino impersonalia,vt iuuat,decet,oportet:& conducit pro vtile est.⸿ Ducerem. existimarem, Virg. Tanto me crimine dignū Duxisti.Cicero in Verrem,hoc sibi amplissimū pulcherrimūq; ducebant.⸿ Ego eū te esse, laus a prudentia:cuius pars est puidentia, per quam aliquid futurū videmus anteq̄ factū sit. Laudat enim Marcelli consilium atq; prudentiam,quibus in bello ciuili est vsus:vt illi,qui post bella ciuilia faciendum sit, facilius persuadere possit.⸿ Consulatū.consul erat qñ,vt ait Tranquillus in vita Cæsaris,retulit ad senatū,vt Cæsari ante tempus succederet. Præuiderat enim Marcellus quorsum illa tenderet,quæ Cæsar faciebat,oēs enim,quos poterat,beneficiis astringebat vel libertos & seruos,qbus plane palam bello ciuili opus esse dicebat,reges quoq; & puincias per orbem alliciebat beneficiis, & exornabat præcipuis opibus.ex quo omnes cœperunt esse attoniti.Collegam habuit in eo consulatu Sulpitium.

Sapientia

Amor

Amicitia

Cōducere

Ducere

ASCEN.

ETsi &c.Marcellus collega Seruii Sulpitii in cōsulatu,Pōpeianas partes secutus , post pharsalicā cladem se Athenas contulit:vt ibi reliquū vitæ ageret,verū cum Cicero & alii multi p eo intercessissent, annuit Cæsar,modo ille redire vellet,quod vt velit nunc agit Cicero hac epistola dicens. Etsi o Marcelle:ego intelligo te vsum adhuc,i.in hoc vsq; tempus,eo.i.tali consilio,vt non audeam reprehendere id , non quin.i.q: non ipse.i.ego dissentiam , ab eo.s.consilio tuo, sed quod iudicem te esse ea sapientia,vt non anteponam tuo consilio,meū.s.consilium:tamen vetustas amicitiæ nostræ, & summa beneuolentia tua erga me,quæ cognita est mihi iam a pueritia tua,non dicit mea,quia minor erat Marcellus, hortata est me,vt scriberem ea ad te,quæ arbitrarer conducere.i.vtilia esse,saluti tuæ, & q̄ ducerem.i. existimarem. esse non aliena a dignitate tua.i.nihil factura contra dignitatem tuam.⸿ Ego memini præclare.i.egregie te esse eum.i.talem qui videris initia horum malorum multo ante.s.q̄ euenerunt:& qui gesseris consulatum magnificentissime, atq; optime.

HVBER. ¶ SED idem.i.ego idem, qui memini supradicta. ¶ Vidi illa.s.quę sequunt, ordo est, sed ego idem vidi illa te neq; pbare consiliũ belli ciuilis ita gerendi, nec copias &c. ¶ Consiliũ: modum. ¶ Ita. sic vt gestum est. ¶ Copias. exercitũ. Sic enim significant in plurali. Salu. Ingentes hostiũ copias parua manu fusas. Virg. tñ mecti cã dixit. Quæ sit me cit cum copia lustro. Neq; copias.i.quas haberet minores, quæ tanto bello essent necessariæ. ¶ Genus exercitus. qui magis esset ex ignaris imperitis belli: & ex Cappadocibus: & Asianis, & oibus peregrinis, q̃ ex militibus Italicis, cum Cæsa. haberet robur mil tum exercitatissimorum: quod non placebat Mat. ¶ Te non probare, te non laudare: tibi non placere. ¶ Diffidere. sub audi & memini te diffidere: idest nullam habere fiduciam victoriæ Pompeianæ propter supradicta. ¶ Summe. valde. ¶ in qua sententia. in qua opinione, q; Pompe. non esset futurus victor. ¶ Te tenere memoria, te meminisse: quia tecum communicabam. ¶ Itaq; quia neq; probabamus exercitum Pom. semper diffidebamus. ¶ Rebus gerendis. quia postquam vidisti male cedere Pom. discessisti a bello. ¶ Egi ne interessem. non negat se interfuisse, sed egisse ne interesset, si potuisset. ¶ Quibus. rebus. ¶ Consilio. authoritate: hæ sunt res: quibus dicit se potuisse valere: & contendere cum Cæsa. si his rebus esset pugnatum, sed pugnabatur viribus corporis: quibus longe erant inferiores, Cæsarianis exercitati: & induratis multis, & diuturnis bellis. ¶ Causa. honestati causæ, qua poteramus cẽ superiores, quia nos pro re pub. illi contra rempu. pugnabant. ¶ Lacertis. subaudi pugnabamus. ¶ Pares.i. nostris hostibus.i.æquales: & apti ad resistendum. ¶ Igitur. propter supradictam causam, quia pugnabamus viribus & lacertis: quibus non eramus pares hostibus: non authoritate, & causa, quibus eramus superiores. ¶ Aut si. quasi correctio est, quia occurrebat virtute non posse vinci, ideo dixit. ¶ Fracti. quassati, debilitati. Virg. Fracti bello fatisq; repulsi. Idem. Fractę vires auersa deę mens. ¶ Certe. saltem. ¶ Abiecti. in contemptum deducti & humiliati. ¶ In quo. in qua re. ¶ Nemo potest non laudare.i. impossibile est, quin omnes laudent. ¶ Abiecisti. deposuisti. ¶ Cupiditatem certandi. voluntatem pugnæ: quia discessisti a bello. ¶ Cum spe vincendi cum non sperares victoriam posse amplius Pom. contingere post cladem pharsalicam: ergo sic intelligendum est, q; cum spe vincendi abiecisti decertandi cupiditatem, id enim est sapientis: quod declarat cum dicit. ¶ Ostendisti sapientem, & bonum &c. ¶ Inuitum. non libenter, sed officio coactum. ¶ Extrema. finem bellorum. ¶ Non libenter, ne bellum videatur potius susceptum cupiditate q̃ officio. ¶ Idem quod tu: scilicet non persequẽdi libenter extrema belli. ¶ In duo genera. in duas conditiones.

Summe

Fracti

Certe

sed idem etiam illa vidi: neq; te cõsiliũ ciuilis belli ita gerendi, neq; copias Cn. Põpeii, nec genus exercitus probare, semperq; sũme diffidere. qua in sententia me quoq; fuisse, memoria tenere te arbitror. itaq; neq; tu multum interfuisti rebus gerendis: & ego id semper egi, ne interessem. non enim iis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus, consilio, authoritate, causa, quæ erant in nobis superiora: sed lacertis, & viribus, quibus pares nõ eramus. victi sumus igit, aut, si vinci dignitas non põt, fracti certe, & abiecti. in quo, tuũ consiliũ nemo potest nõ maxime laudare, q; cũ spe vincẽdi simul abiecisti certandi etcupiditatẽ: ostẽdistiq; sapiẽtem, & bonũ ciuem initia belli ciuilis inuitũ suscipere, extrema nõ libẽter p̃sequi. Qui nõ idem consiliũ, quod tu, secuti sunt: eos video in duo genera esse distractos.

PHI. ¶ ILLA vidi. &c.s.non probare ciuiles belli consilium, non Pompeii copias, non deniq; genus exercitus nostri, & in eadem ego sententia permanebam. ¶ Vidimus enim multo ante quod nunc patimur, vnde factũ est a nobis, vt tu non multũ interfuisses: & ego ne interessem semper fugissem. ¶ Copias. ad bellum impares, q; instabat. ¶ Genus exercitus. ex barbaris nationibus coactũ: & ex tyronibus Romanis, apud Cæsarem vero firmissimus militũ apparatus, & ex hoc merito diffidere. Exercitus vero istorũ genera cuiusmodi fuerint, Lucanus ostendit. ¶ Summe. vehementer. ¶ Qua in sententia. q; Pompeiani futuri nõ essent victores. ¶ Memoria tenere. te meminisse: & in memoria habere, q; plus est quam scire. Nam quæ scimus obliuisci possumus, quæ vero memoria tenemus nunquam amittimus, sane non adduum apud Ciceronem lubdici memoriam teneo: non memoriter, quo tamen dicendi modo vsus est Plinius, vt tu facillime iudicabis: qui tam memoriter tenes, & econtrario dico, narro: recito memoriter dicimus non memoria, vt Cice. multa narrare de C. Lęlio socero suo memoriter, & iucunde solebat. Repetere tamen & complecti memoria: & memoriter dicimus. Cice. si memoria tempore te volumus: didicimus, & Liui. memoriter omnia complecti poterat. Caue dicas, aut menti, aut mecore tenuis: vt quam saepti dicunt, vt didici menti: & habeo mente tenus, quem sermonem omnino latinitas fugit. ¶ Itaq; cum non probando nostrũ exercitum: tum etiam diffidendo copiis nostris. ¶ Interfuisti. id verbũ datiuo iunctum præsentiam significat. ¶ Rebus gerendis. bellis ciuilibus. ¶ Egi. conatus sum non penitus dicit se non interfuisse, sed se conatũ fuisse, vt non interesset. ¶ Non enim. ratio est cur Cicero nõ interfuit bello ciuili. His rebus.s.consilio, authoritate: & causa, quibus potiores eramus, & est articulus. Iustior enim erat causa nostra q̃ Cæsaris, & maior authoritas: & non minus consilium. ¶ Sed lacertis & viribus, armis. ¶ Pares. Pompeiani Cæsarianis. ¶ Victi sumus. cum pares Cæsari in bello non eramus, victi sumus, & in Pharsalia huiusmodi calamitatem duce Pomp. senectus accepit, vbicunq; ponimus ergo vel igiẽ necessario conclusionẽ ostendimus: & ad breuiores pertinent conclusiones q̃ illa. Quare, quapropter: quamobrem. ¶ Fracti. debilitati, vt fracti bello fatisq; repulsi. ¶ Dignitas. Stoice magis q̃ ciuiliter dixit, vt in paradoxo. de M. Regulo: quomodo corpus eius caperet, certe ipse capi non potuit: & est correctio cum spe vincẽdi, cum spem non haberes posse vincere: pugnandi etiã cupiditatem abiecisti, non enim multũ rebus gerendis interfuit. ¶ Sapienti. quoniam videbas non posse vincere. ¶ Bonũ ciuem. cui bella displicerent. ¶ Inuitum suscipere aliquantulum interfuit, sed inuitus & exemplum de se dedit sapientis & boni ciuis. ¶ Extrema. libenter non prosequi. Ad illud: quod ait certandi cupiditatem cum spe vincendi abiecisse. ¶ Non idem consiliũ vt cupiditatem certandi cum spe vincendi amitterent: & quod erat medium sequerentur vt tu.

Memoria tenere

Intercsse

Quare

ASCEN. ¶ SED sup. ego idem vidi.i. animaduerti etiam illa: videlicet, neq; probare.i.approbare & laudare, consiliũ belli ciuilis gerẽdi ita vt gestũ est, neq; copias.i.potentias exercitus: nec genus exercitus Cnęi Pompeii: & diffidere semper, summe .i.summopere: in qua sententia ego arbitror te tenere memoria, me quoq;.i.etiam me fuisse. ¶ Itaq;.i.& ita neq; tu interfuisti multũ rebus gerendis: & ego egi semper id, ne interessem.i.rebus bellicis gerendis. ¶ Enim.i. q̃a. nos non pugnabamus.i.certabamus: iis rebus, quibus poteramus valere, videlicet, consilio, authoritate, causa, quæ.i. tria dicta erant superiora.i.meliora & priora: in nobis, sed sup. pugnabamus.i.pugnabatur. ¶ Lacertis.i.robustis brachiis, & viribus, q̃bus non eramus pares. ¶ Igitur q̃a pares non eramus victi sumus, aut si dignitas non potest vinci, nos certe sumus fracti.i. debilitati, & abiecti. ¶ In quo nemo potest non laudare.i.quisq; cogitur laudare maxime consiliũ tuũ, q; abiecisti cũ spe vincendi etiam cupiditatem certandi, & ostendisti.s.per factũ tuum, ciuem sapientem & bonum suscipere inuitum initia belli ciuilis, & non persequi libenter extrema, in quibus est multorum innocentum trucidatio, vt victor securius viuat. ¶ Ego video eos, qui non sunt secuti idem consilium, quod tu.s.secutus es, esse distractos.i.diuisos in duo genera.

¶ Aut

aut enim renouare bellũ conati sunt, & hi se in Africã contulerunt: aut quemadmodũ nos, se victos esse crediderũt, medium quoddã tuum consiliũ fuit, qui hoc fortasse humilis animi duceres, illud ptinacis. Fateor a plerisq, vel dicam ab omnibus, sapiens tuum consilium a multis ẽt magni, ac fortis animi iudicatũ: Sed habet ista ratio, vt mihi qdẽ videtur, quẽdã modum: pſertim cũ tibi nihil deesse arbitrer ad tuas fortunas omneis obtinẽdas, præter voluntatẽ. sic enim intellexi, nihil aliud esse, quod dubitationẽ afferret ei, penes quem est potestas, nisi q vereretur, ne tu illud beneficiũ oĩno non putares. De quo quid sentiam, nihil attinet dicere: cũ appareat, ipse qd fecerim. Sed tamen si iam ita constituisses, vt abesse perpetuo malles, q̃ ea, quæ nolles, videre: tamen id cogitare deberes, vbicũque esses, te fore in eius ipsius, quẽ fugeres, potestate.

HVBER. ¶ AVT enim. primum genus. ¶ Conati sunt. idest frustra tentauerunt. Nam conari proprie est frustra aliquid tentare: & aggredi. Virg. Ter conata loqui. Niti autem cũ effectu: licet inter dũ confundantur. Iuue. Quid tanto dextro pede concupis: in te Conatus non pœniteat votiq peracti. ¶ Renouare. instaurare, qd videbatur iam finitũ morte Pomp. ¶ In Africam. cũ Catone ad Iubam regem. apud quem reparatę sunt vires & maximi exercitus. ¶ Contulerunt se. receperunt se. i. iuerunt. ¶ Aut alterũ genus. ¶ Quemadmodum nos. sicut ego Cic. ¶ Medium: quia noluisti renouare bellum nulla spe victoriæ, nec existimare te victum. ¶ Qui. reddit rationem vtriusq. ¶ Hoc. s. existimare te victũ. ¶ Humilis. abiecti, vilis: sicut fuerunt Mar. & Cato. ¶ Illud. s. renouare bellũ nulla spe victoriæ. ¶ Pertinacis. obstinati: sicut Scipio socer Põ. & plerique alii. ¶ Duceres. existimares. ¶ Fateor. descẽdit Cice. paulatim ad persuadendũ, vt iam velit flecti: & discedere ab eo proposito: & Romã reuerti, præsertim cum tempus adiuuet hanc mutationem consilii. ¶ A plerisq: a multis. ¶ Vel dicam. correctio. capiens, quia existimasti sine spe victoriæ esse pugnandũ. ¶ Magni ac fortis, quia nunq̃ tamen existimasti te victum. ¶ Ista ratio. ista via tui propositi: siue consilii supradicti. ¶ Quendam modũ. quendam terminum, ne minus progrediat. ¶ Præsertim. ratio validissima ad mutandam rationẽ illius consilii. ¶ Omnes fortunas. patrimonium & dignitates tuas. ¶ Præter voluntatem. s. tuam: idest nihil deesse tibi, nisi vt tu velis, quia Cę. est paratissimus oia tibi restituere. ¶ Ei. Cæ. ¶ Penes quem. in arbitrio & dominio cuius. ¶ Nam penes cum ad personam refertur, & dominiũ & laudem & vituperationem significat. Cic. penes quos laus adhuc fuit. Quintilia. Culpa videatur penes patrem. Ouid. primo Fastorum. Me penes est vnum vasti custodia mundi. seruit etiam loco. Cice. Sed penes scenam: & huiusmodi locos exercitatus sit: idest apud scenam: apud tamen locis melius seruit, vt apud forum te vidi. Iuue. Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ: & cum ad personam refertur familiaritatem significat non dominiũ, vt fui apud te. i. tecum vel domi tuę. ¶ Quod vereretur. timere. ¶ Ne nõ putares. i. vt nõ putares. ¶ Illud beneficium. s. q te restituisset in patriam. ¶ De. quo. de qua re: vtrum debeas putare illud esse beneficium vel non. ¶ Nihil attinet. nil opus est. ¶ Quid sentiam. qd iudicem. ¶ Appareat. omnibus sit notum. ¶ Quid fecerim. quia reuersus sum in patriam, & quod ipse feci, potes existimare me aliis esse suasurum. ¶ Sed tamen. iam incipit confutare obiectiones, quas posset facere. Mar. & primum quod constituerit abesse ne videat Ro. ea, quæ sine maximo dolore videre non posset, hoc est rempu. quæ solebat esse libera, nũc esse in potestate tyranni. ¶ Perpetuo. semper. ¶ Malles. potius velles. ¶ Quam ea. seruitutem patriæ & esse Ro. sub potestate Cæsa. & similia. ¶ Tamen. aduertendũ est alterũ tamen vacare in sciso. ¶ Vbicunq esses. quia iam fere vniuersus orbis est ei subiectus. ¶ Eius. ipsius. Cæ.

Conari

Niti

Renouare

Penes

Apud

PHI. ¶ AVT enim. expositio duorum generum quæ dixit. ¶ Conati sunt. frustra tentauerunt, vt Ter sunt conati imponere pelio ossam. ¶ Renouare bellum. id vnum est quod dixit genus, quo in genere Scipionem & Iubam accipimus: & oẽs qui eos secuti sunt: quos in Africa, vt ait Tranquillus refouentes Cæsar deuicit: & Pompeii liberos in Hispania: cum quibus ancipiti fortuna dimicauit, adeo quod desperatis rebus de asciscenda sibi morte cogitauit. ¶ In Africam. vt Scipio, Iuba: & Cato Vticensis. Nam apud Iubam regem reparatæ sunt vires non parui exercitus contra Cęsarem, vt Pompeii filii in Hispania: & sn ipse Pompeius in Alexandriam fugiens ab Ptolemæo fuerat iussus occidi. ¶ Aut se victos. alterũ genus. ¶ Nos. ego Tullius & quidam alii. ¶ Medium tuum consiliũ. q nec te victum penitus credidisti, nec bellũ cum aliis renouasti. ¶ Quid. ratio est. ¶ Hoc. humilis animi abiecti & vilis credere & fatere te victum. ¶ Illud pertinacis. renouare bellum aduersus Cæ. ¶ Fateor. laudat illud Marcelli consilium: quod medium fuisse diximus: & ei suadet vt iam redeat: argumenta sumens ab vtili & a tempore, vel dicam. ¶ Sapiens. q interesse noluisti. ¶ Magni. q medium secutus. ¶ Ista ratio, qua tu motus es: & via supradicti consilii. ¶ Modum. mensuram, ne protendat vlterius. ¶ Præter voluntatem. q tu non vis, nam si velles haberes omnia a Cæsare. ¶ Ei. Cæsari. ¶ Penes quem. circuitio ad Cæsarem significandum. ¶ Beneficium. vt teipsum in gratiam & beneuolentiam acciperet. ¶ Cum appareat ipse quid fecerim. a consilio quod ipse secutus est, damnat Marcelli consilium, qui non idem faciat. Consilium autem Ciceronis fuit non agendi aliquid in repu. sed Cæsaris concessu & beneficio quiescendi, & in patria permanendi. ¶ Sed tamen argumentum a necessario, & est confutatio obiectionum quas. M. facere potuisset, vel in primis, q abesset, ne ea videret Romæ, quæ sine dolore videre non posset: & iacentem rempublicam. ¶ In eius ipsius potestate. dominatione Cæsaris, vt alibi vbicunq es, in eadem es naui: cum ferme totus orbis seruiret Cæsari.

Modus

ASCEN. ¶ AVT enim conati sunt renouare bellũ. s. contra Cæsarem, vt Cato Vticensis. ¶ Iiq: idest & ii: cõtulerunt se in Africam ad Iubam regem, aut crediderunt se esse victos quemadmodum nos sup. credidimus, hoc est ego credidi. Non enim licet ad Marcellũ loquatur, Marcellũ demonstrat, qd nouũ videretur ignorantibus in prima persona licere pluraliter de vno loqui, in secunda non licere, quod autẽ Marcellũ non demonstret: patet ex eo quod subdit. ¶ Consiliũ tuũ fuit quoddam medium: q neq se plane victum fatebatur neq renouare bellũ probabat, vtpote, q duceres. i. existimares fortasse hoc. i. posterius dictũ. s. se victũ fateri: sup. esse animi humilis. i. abiecti, illud. s. renouare bellũ pertinacis. s. animi esse. ¶ Fateor tuũ consiliũ iudicatũ: sup. esse a plurisq, vel dicam ab omnibus sapiens. i. sapientis hominis, & a multis etiam: idest insuper sup. iudicatũ esse, animi magni ac fortis, quod ad eam rem plus facit, nam sapiens inquantũ sapiens, sapit qd faciendum, magnanimus & fortis, quod sapit audet. ¶ Sed ista ratio: idest consideratio consilii tui habet, vt quidem videt mihi, quendam modũ. i. quandam mensuram, aut formam faciendi: præsertim cũ arbitrer nihil deesse tibi. ¶ Præter voluntatem ad obtinendas omnes fortunas. i. opes tuas. ¶ Ego enim intellexi sic: videlicet, nihil aliud esse, quod afferret dubitationem ei. s. Cæsari, penes quem est potestas, nisi q veretur ne. i. vt tu non putares. i. æstimares omnino: illud. s. recipere fortunas tuas: beneficiũ, sup. esse. ¶ De quo. s. consilio tuo quid sentiam: nihil attinet dicere, cũ appareat, quid ipse. i. ego fecerim. q. d. non videar aliud consulturus q̃ ipse fecerim, recepi aũt fortunas meas a Cæsare. ¶ Sed tamen si tu constituisses. i. proposuisses iam ita, vt malles abesse. s. ab vrbe: perpetuo, q̃ videre ea, quæ nolles, tamen tu debes cogitare id vbicunq es: quia tunc fere mundi monarcha erat Cæsar, te fore in ptãte eius, quem fugeres. i. fugere velles.

HVBER. ℂQVI. Cæsar, probat aūt oino eū debere reuerti hoc argumēto, q̄ si ēt Cæ. daret ei opinionem: vt sibi esset vbi maxīe vellet, debet & tn̄ Mar. cogitare melius esse Ro. viuere. ⸿ Passurus. p̄missurus. ⸿ Quiete. sine p̄secutione. ⸿ Cuiuscemodi res, quales res. ⸿ Esset. s. viuere. ⸿ Et domi. & declaratiue ponitur pro idest. ⸿ An Mity. aut Rhodi. posuit pro q̄buscūq; locis externis. Mitylene īsula in Aegeo: q̄ & Lesbos dr̄. Vernacula lingua dr̄ Metalinū. ⸿ Rhodos. vrbs inq̄t Strabo sup orie̅tali promontorio sita, & portubus & viis & mœnibus & cætera fabrica tn̄ alias excellit: vt nullam ei æqualē nedū p̄stantiorē pferre valeamus, mira est eius iustitia, & diligētia, cū circa reliquā reip. gubernationē: tū circa res venales: q̄bus multo tpe mari dn̄ata ē: & pyratas sustulit: & Ro. amica fuit: & regibus Ro. ac Grecorum amicissima. Nā p eos libera mansit: & multis donis fuit exornata: dicta aūt Rhodos, q̄ capulo rosæ illic inuento sit ædificata. Nam ῥόδος græce rosa dr̄. ⸿ Cōplexa sit. comprehenderit: vt totus fere orbis sub eius imperio fuerit. ⸿ Quem ve. quem timemus. ⸿ Malus. potius vis. i. potius debes velle. ⸿ Alienæ. s. domi. ⸿ Equidem. alia suasio multo efficatior: q̄ si ēt esset certus non posse viuere sine periculo: vellet tamen potius mori in p̄tia sua q̄ in aliena. ⸿ Oppetenda. m. obeūda. i. si mihi esset moriendū. ⸿ Externis peregrinis. ⸿ Sentiunt. idem qd̄ ego nūc suadeo tibi. ⸿ Quorum. s. q te diligunt. ⸿ Rationem. respectū, cur tibi hæc suademus. ⸿ Rei fami. patrimonii & bonorum tuorum. ⸿ Dissipari dispergi. ⸿ Perpetua q̄a si qcq̄ amitteres statim recuperares. ⸿ Propterea: rōnē q̄re eius rei familiaris non possit accipere iniuriam, quæ sit futura perpetua. ⸿ Is. s. Cæ. ⸿ Patitur permittit, immo prohibet. ⸿ Perdonū. latronū: raptorum: qui in hmōi tumultibus & mutationibus rerum gaudent diripere domos diuitum: & maxime eorum, quos putant suspectos Cæ. ⸿ Qui es. hi prædones. ⸿ Considerem, certus essem. ⸿ Hic. in hoc: vt Romam venias. ⸿ Solicitudines: curæ. ⸿ Proximi. post Mar. q̄a post eū nullus est q maiore cura de te afficiatur q̄ ego. ⸿ Tardiores. segniores ad p̄cāndū Cæ. ⸿ Quod rō: non. n. satis commode possumus esse depræcatores alterius apud eū apud quem necesse fuit adhibere dep̄cationem pro nobis: qd̄ se fecisse Ci. dicit. ⸿ Non habemus ius. s. non possumus eū adire, cū opus fuerit nobis depræcatore apud eū. ⸿ Gratia fauore. ⸿ Quantū victi. qui parū p̄nt. ⸿ Studio. prompta voluntate. ⸿ Consilio. quo possumus eum iuuare. ⸿ Mar. frī tuo, q sæpe cōicat mecū de tuis rebus. ⸿ A reliq̄s. præter Mar. fratrem. ⸿ Non adhi. non vocamur ad res tuas, neq; consulimur. ⸿ Ad oia. quæ pro te fieri possunt.

qui si facile passurus esset, carentē patria, & fortunis tuis quiete, & libere viuere: cogitādū tibi tn̄ esset, Romæ ne, & domi tuæ, cuiusmodi res eēt, an Mytilenis, aut Rhodi malles viuere. sed cum ita late pateat eius ptās, quē veremur, vt terrarum orbē cōplexa sit: non ne malis sine piculo domi tuæ eē, q̄ cū periculo alienæ? Equidē, etiā si oppetenda mors esset, domi, atq; in patria mallē, q̄ i externis, atq; alienis locis. hoc idem oēs, q te diligunt, sentiunt: quorum est magna pro tuis maximis, clarissimisq; virtutibus multitudo. Habemus ēt rōnē rei familiaris tuę, quā dissipari nolumus. Nā & si nullā pōt accipere iniuriā, quæ futura ppetua sit, propterea quod neq; is, q tenet. R. P. pateret, neq; ipsa R. P. tn̄ impetū prædonum in tuas fortunas fieri nolo. il aūt q essent, auderē scribere, nisi te intelligere cōsyderem. Hic te vnius solicitudines, vnius ēt multæ, & assiduæ lachrymæ C. Marcelli fratris optimi deprecant. nos cura, & dolore pximi sumus, precibus tardiores, qd̄ ius adeundi, cū ipsi deprecatore eguerimus, nō habemus. Gratia tn̄ possumus, quantū victi. Sed tn̄, cōsilio, studio. Marcello nō desumus. a tuis reliquis non adhibemur. ad omnia parati sumus. Vale.

ℂxxvii. Epistola. Et si eo te adhuc consilio.

In quo tuū consiliū nemo pōt non maxime laudare, quod cum spe vincendi, simul abiecisti & certandi iniquitatem, ostendistiq; sapientem, & bonum ciuem initia belli ciuilis inuitum suscipere, extrema vero libenter non prosequi. Qui si facile passurus esset, te carentem patria, & fortunis tuis quiete, & pacifice viuere. Hoc te etiam vnius solicitudines, vnius multæ etiam & assiduæ lachrymæ C. Marcelli fratris optimi deprecantur. Nos cura, & labore proximi sumus, precibus tardiores, quod ius abeundi, cum ipsi deprecatione eguerimus, non habemus.

PHI. ℂQVI. Cęsar. argumētū ab vtili, quo p̄bat oino Marcellū reuerti debere, etiam si Cæsar cōtentus esset, vt ibi viueret Marcellus vbi vellet: deberet tamen eligere Romæ velle viuere potius q̄ extra. ⸿ Fortunis tuis. numero pluratiuo diuitias: & opes accipimus. ⸿ Cuiusmodi. vel perdita vel salua. ⸿ Mitylenis. has posuit pro oibus locis exteris, inter Metymnā & Maliā iacent ciuitates: maxia est insula in Aegeo, quæ & Lesbos dicitur, æolicarum vrbiū Metropolis: et duos vt Strabo dicit, portus habet: quorum australis clausus est, et quiq; triremiū ac nauiū capax, borealis vero magnus est: ac p bus aggere p̄fectus, clarissimos viros habuit: inter quos Pyttacū fecit sepē, & Alceus poeta: & Antimenides Alcei frater & Sappho poetica. Diophanes orator. Potamon. Lesbodes, Crenagoras, & Theophanes rerum scriptor: Pompeii familiaris, & ab eo ciuitate Romana donatus. ⸿ Rhodi. idē Strabo dicit vrbē esse sup orientali p̄montorio posita, & portubus: viis, & mœnibus, & cætera fabrica tantū alias excellit, vt nulla ei ęqualem nedū p̄stantiorem pferre valeamus. mira est eius iustitia, & diligētia: cū circa reliquā reipublicæ gubernationē tū circa res nauales; q̄bus nullo tēpore mari dominata est: & pyratas sustulit: & Romanis amica fuit, & regibus Romanorum, ac Grecorum amicissima. Nam per eos libera mā̄sit, & multis donis fuit exornata: a græco vocabulo dicta Rhodos: q̄ rosam significat, quā in fundanda ciuitate conditores inuenerunt. ⸿ Late pateat. per totū orbem terrarum: & vbicūq; es in eadem es naui: & necubi securius esse poteris q̄ in patria. ⸿ Equidem. aliud ad suadendū efficacius argumentū, quorum magna multitudo. s. illorum, qui te diligunt. ⸿ Rei fami. rerum domesticarum. ⸿ Rationē. consyderationē. ⸿ Nam & si laus Cæ. a benignitate: iustitia: clementia, & ait q̄ Cæ. non pateret q̄ inimici tui res tuas caperent, vnde nulla vnq̄ iniuria in rebus tuis regnante Cæs. posset eē ppetua & longo tpe duratura. ⸿ Qui te. rēp. circuitio Cæsa. ⸿ Hoc te. vt Romā venias, & est argumētū a pietate in suos, vt si rōnibus moueri nō posset, pietate moueret & lachrymis. ⸿ Mar. fratris sui. erant. n. duo germani fratres. M. Cla. Marcel. q consul fuit, & C. Cla. Marcel. q Octauiā nepeē Cæ. duxerat vxorē pximi post. C. Marcel. Nullius. n. post illū tanta cura afficiebat q̄ Ci. ⸿ Qd̄ ius ad nō ha. Ratio est quare tardiores ad orandū Cæsarē: q̄m opus fuit p re sua apud Cæ. deprecatore. ⸿ Adeundi. conueniendi Cæsaris. ⸿ Gratia. beneuolentia & fauore Cæ. erga. M. ⸿ Quantū victi. hoc ait tantę sumus authoritatis & gratiæ apud Cæsa. quanrę esse solent q victi sunt. q. d. se paruæ admodo authoritatis esse. ⸿ Sed tn̄. hoc est q̄uis paruę simus authoritatis, tn̄ Marcello tuo non desumus. ⸿ A tuis reliqs non adhi. q. d. q̄ si adhiberemur. s. ad res tuas: q̄a non est q ad illas me vocet præter Marcellū fratrem tuū. ⸿ Ad oia. quæ tuæ saluti conducūt, & ad honorem tuū pertinere putamus.

ASCEN. ℂQVI. s. Cęsar, si. i. tametsi passurus esset facile te carentē patria, & fortunis tuis: viuere. s. extorem: q̄ete & libere. i. sine persecutione, tn̄ cogitādū esset tibi, ne pro an, malles viuere, Romę & domi tuæ: cuiusmodi. i. qualis res. i. vtilitas tua eēt videt tn̄ scribendū cuiusmodi. i. cuiuscūq; modi, hoc est qualiscūq; res esset siue pdita siue salua, an Mitylenis. i. in ea vrbe in Mitylene insula in mari ęgeo, q̄ & Lesbos dr̄ clarissima: aut Rhodi. In ea vrbe Rhodi insulæ: nunc quoq; p̄clara. ⸿ Sed

cum potestas

cum potestas eius f. Cæsaris:quem veremur:pateat ita late, vt sit complexa orbem terrarum, nonne malis.i.magis vis esse domi tuæ sine periculo:q̃ sup.domi alienæ cum periculo. Ex hoc loco reor Vallam sumpsisse genitiuum domi admittere tantum adiectiua quæ loco congruant:vt meæ,tuæ,suæ:nostræ,vestræ alienæ:propriæ , vbi est mauis legendum credam malis.i.magis velis. Equidem.i.ego quidem etiam si mors esset oppetenda.i.fortiter obeunda:mallem,sup. oppetere mortem,aut viuere,domi atq; in patria,q̃ in locis externis atq; alienis. Omnes qui diligunt te, sentiunt hoc idem .f.faciendum tibi,quorum.f.te diligentium,est magna multitudo pro tuis maximis & clarissimis virtutibus. Nos etiam habemus rationem,i.bonum respectum:rei tuæ:familiaris:quam nolumus dissipari. Nam & si , sup.res tua familiaris, nullam potest accipere:idest pati iniuriam,quæ sit perpetua,propterea que neq; is:scilicet Cæsar:quem tamen vt inuidiam Marcello non nominat:qui tenet remp.patietur:scilicet iniuriam tibi perpetuam fieri, neq; ipsa resp. patietur : tamen nolo impetum prædonum:vt erant satellites Cæsariani:fieri in fortunas tuas. Autem.i.sed:ego auderem scribere qui essent ii.f.prædones:nisi confiderem te intelligere.f. quæ sint solicitudines vnius : idest solius etiam si non essent plurium,etiam multi, & assiduæ lachrymæ vnius videlicet Cai Marcelli,fratris:scilicet tui optimi:deprecantur te hoc:idest ne patiaris fortunas tuas diripi. Nos sumus proximi:idest simillimi fratris tui:aut facto eius,cura & dolore:scilicet pro te susceptis,sed sup.sumus tardiores:scilicet quam frater tuus precibus.f.faciendis pro te Cæsari , q̃ cum ipsi.i. nosmetipsi eguerimus:scilicet ante veniam obtentam:deprecatore:idest qui pro nobis intercedat, aut, vt alii legunt, deprecatione: idest intercessione alicuius pro nobis:non habemus ius adeundi:scilicet Cæsaris,aut Cæsarem. Nos possumus : scilicet erga Cæsarem tantum gratia:idest per gratiam nostram,quantum,supple possunt victi. Sed tamen non deerimus Marcello:scilicet fratri tuo,consilio, & supple studio,nos adhibemur:scilicet ad consilium reliquis tuis:scilicet amicis:sed supple parati sumus ad omnia: idest etiam ad alia consilia danda si exposcerent. Vale.

M.C.S.D.M.Marcello. &

NEq; monere te audeo præstanti prudentia virum , nec confirmare maximi animi hominem,virumq; fortissimum, consolari vero nullo modo. Nam si ea, quæ acciderunt, ita fers, vt audio:gratulari magis virtuti debeo,quam consolari dolorem tuum. Sin te tanta mala R.P. frangunt:non ita abundo ingenio , vt te cõsoler,cum ipse me non possim. Reliquũ est igitur , vt tibi me in omni re eum præbeam , præstemq; , vt ad omnia , quæ tui velint , ita sim præsto , vt me non solum omnia debere tua causa quæ possum , sed ea quoq; , quæ non possim, putent. Illud tamen vel me monuisse, vel

HVBERT. NEq; monere. Huius epi.argumentum ex superiore colligitur , nam cum abesset M. Mar. vt supra diximus, Primum Ci.ostẽdit se neq; audere monere eum , neq; consolari, & adducit rationes, Postea vero pollicetur se præstaturum Mar. ac suis omnia quæ pro eo possit. Postremo eum hortatur vt velit in patriam reuerti : & cur hoc facere debeat,adducit rationes validissimas. Monere.consilium dare. Præstanti.p.qua potes melius aliis consulere:q̃ aliorum expectare consilium. Confirmare.corroborare ad ferenda aduersa. Maximi animi.qui nullis pertubationibus succumbere debet. Nam si.e. ratio quare non audeat eum consolari:& vtitur argumento dilemmate, quod concludit ex vtraq; parte,scilicet siue fortiter ferat aduersa , siue opprimatur dolore:se tamen non audere eum consolari. Ita, scilicet forti & magno animo. Vir, fortitudinis tuæ , quæ est virtus. Sin secunda pars. Fran.deficiunt & opprimũt te,& a statu rationis remouent. Non ita ab , idest non ita sum ingeniosus , non habeo tantum ingenium. Vt con. vt consolari possim. Reliquum est,idest restat , & sic concludit hanc particulam. Igitur. quia te consolari non possum, Eum.talem. Præstem.paratum me exhibeam, & plus est,q̃ præbeo,vnde & præsto dr̃ vt presto adsum. Debere. obligatum esse, facere. Ea quæ non possim,idest etiam plura,q̃ possim præstare. Illud tamen.quia supra dixit se non audere eum monere,ne videatur sibi contradicere,daturus consilium Marcel. dicit Ci. vt Mar. accipiat id quod est dicturus siue noie monitionis , siue iudicii & opinionis suæ , siue quæ pp suam erga eum beneuolentiam tacere non potuerit, & hoc caute dicit,ne videatur velle dare cõsilium sapientiori. Puta.finge,pone. Monuisse. loco monitionis dixisse.

Monere

Cõfirmare

Præsto

PHIL. NEq; monere. Idem propemodum in hac est argu. quod in superiori epi. Monet enim Mar.sententiam mutet, in vrbem veniat,cum suis viuat,ad illud inducat animum,quod Ci.faciebat.vt quomodocũq; res sese haberent ab vrbe non abiret. Laudat enim Cæ.mirum in modum,vt animum Mar.ad redeundum alliciat. Et tota hęc epi. plena est non modo consiliis,sed beneuolentia,& amore. Monere.ad consilium suscipiendum cum prudens esset. Confirmare. ad ferendam fortunam aduersam,cum esset animi excellentis. Si ea.ratio est,cur eum monere,& consolari non audeat, & duobus contrariis id ostendit,vt quomõcunq; Marcellus se habeat, vel quod æquo animo incommoda fortunæ , vel quod non fuerat,se tamen illum monere,& consolari non audeat. Est igitur diuisio & argumentũ, quod dilemma nuncupatur,quam accidere mala reipub.vt audio. Intellexerat enim Marcellum æquo animo ferre calamitatem rei pub. sed non ita esse credebat. Frangunt,perturbant:opprimunt. Eum.talem. Præstem.faueam. Adesse & presto esse significatione non differunt:significat enim fauere & præsentem esse, Verũ adesse tam ablatiuo,cum ista præpositione in coniungit,quam datiuo. Tullius. Vellem in meo grauissimo casu affuisses. Et in Philippicis,Omnibus his pugnis Dolobella affuit. Ita etiam præsto esse significat præsentem esse,Cic.pro Murena. Tu interea Romæ amicis presto fuisti. Idem in epistolis,Stator tuus mihi cũ literis presto fuit. Quocũq; etiam,bene iunguntur:quoniam diuersa significant. Nam quoq; similiter etiam aliquando adhuc significant. Teren.Nihil etiam suspicans mali. Et Virgi. Idẽq; etiam. Illud tamen.paulatim accessit ad consilium suum Marcello dandum:& ne seipsum ostenderet Marcello prudentiorem esse, clanculum id egit, & quod ipse faciendũ censet,& ex beneuolentia tacere non potuisse cõmemorat. Monuisse, loco consilii dedisse.

Adesse

Præsto

Quoq;

Etiam

ASCEN. NEq; monere &c. Argumentum quadrat cum superiore,vt ex ordine patebit , qui talis est. Neq; audeo monere te virũ prudentia pstanti,nec sup.audeo confirmare hominem maximi animi: & virum fortissimũ: indifferenter ergo dicimus virũ præstanti prudentia , & pstantis prudentiæ, Nam postquam dixit virũ præstanti prudentia adiecit hominem maximi animi. Vero pro sed:nullo modo,sup.audeo consolari.f.talem virum, Nam consolamur desolatos:& animi egentes. Nam si fers ea:q̃ acciderunt ita:vt audio.i.accipio:& intelligo te ea ferre:ego debeo magis gratulari virtuti singulari.f.q̃ consolari dolorem tuum. Sin.f.sed si:tanta mala.i.incommoda reipubli.frangunt te, ego non abundo ingenio:ita:idest vsq; adeo:vt consoler,i.possim consolari te:cum ipse.i.egomet non possem,scilicet consolari me. Igitur cum neq; audeam te consolari:si consolationis non indiges:neq; possim:si indiges:reliquum : idest id relictum est,vt præbeam & præstem tibi me in omni re eum:idest talem,vt ita sim præsto ad omnia:quæ tui velint:vt putent:sunt qui putem legant:me debere causa tua,idest propter te non solum omnia supple,quæ possum : sed etiam ea quoq; : quæ non possum. Illud tamen &c. Tamen puta:idest existima,me monuisse vel si monere te non debuissem,

Censere

Vacat

Concedit

HVBER. ¶CENSVISSE.iudicasse,& pro opinione quadam dixisse. Vel:reseruauit ad vltimu:q volebat eu potius credere.i. tacere non potuisse,qa amore cogit nos aperte dicere:qd' putamus vtile fore amicis nostris.¶ Si sit.hoc est,qd' nō potest tacere,& est ordo:puta me nō potuisse tacere illud.i.si sit aliqua respub.¶ Oportere iudicio hominū re in ea esse.est etiā hic dilemma,i.diuisio:cuius prima pars est.si sit aliqua respu.¶ Aliqua.aut parua.aut magna.i.si omnino nō perierit.¶ Iudicio hoīum.vt homines iudicant.¶ Te principē.i.oportere esse.¶ Cedentē tēpori. sequentem tempus.¶ Necessitate.qa non possis aliter facere:& ita nihil facies cōtra tuam dignitatē:cū non volūtate,sed necessitate subiicias te Cę.¶ Sin aūt.altera pars dilēmatis.¶ Nulla sit. si penitus perierit.¶ Hunc locum.i.Romā.¶ Ad exulandū. per similitudinem dixit exulare eum,qui in patria rempub.& fortunas suas amiserit,si cut exulant,qui extra patriā sunt.¶ Si enim.probat multo melius esse Ro.viuere etiam cū aliquo incommodo:q̄ alibi & occurrit obiectioni Marcelli,q potuisset dicere se velle libertatē,quā Ci. dicit nusq̄ inueniri posse,cū nullus locus sit, qui non sit in potestate Cæ.¶ Sequimur.quærimus.¶ Quis locus.q.d.nullus.¶ Vacat.vacuus est:caret.¶ Hoc dominatu.hac dominatiōe Cęsaris.¶ Qualēcūq.vel liberū,vel subditū:subaudi sequimur.¶ Sede domestica.habitatiōe domus suæ:& ppria patria. Oui.in tristibus. Nescio qua natale solū dulcedine cunctos Detinet.Idē Nō dubia est Ithaci prudētia,sed tū optat Fumū de patriis posse videre focis.¶ Sed mihi.q.d.est hęc potissima causa q̄re redeas:qa Cę. delectatur viris ingeniosis,qualis tu es.¶ Is.Cæ.¶ Fauet ingeniis.amat ingenia:& ea tuetur.¶ Amplectitur.fouet amat.¶ Nobilitatem:& dignitatem.i.eos,q & nobiles sunt,& aliqua dignitate ornati.¶ Res,vtilitas.¶ Et cā.i.honestas causæ:qa non dicebat:vt eo modo amplecteret:& adiuuaret eos,qui fuerant aduersarii:quo eos,q eius causam tutari erant.¶ Concedit.permittit.paritur.¶ Plura.s.scripsi.¶ Quam statueram,q̄ proposueram:quia non putaueram te admonendum esse.¶ Redeo ad illud.quia supradixerat, Reliquum est igitur,vt tibi & Cæsar.¶ Si modo erunt tui:idest si non deserent te:& si nō discedent ab officio propinquitatis & amicitię.¶ Sin minus.hoc est si non:subaudi erunt tui.¶ Satisfacturum,fecit thmesim,quia diuisit dictionem decompositam:dixit satis nostræ coniunctioni facturum.¶ Coniunctioni amicitiæ.

censuisse puta, vel pp beneuolētiā tacere nō potuisse vt,qd' ego facio,tu quoq; in aīum īducas, si sit aliqua R.P,in ea te eē oportere iudicio hoīum, teq; principē necessitate cedentē tpi:sin aūt nulla sit,hunc tñ aptissimū eē,ēt ad exulādū locū.Si.n. libertatē seqmur : q locus hoc dōinatu vacat:sin q̄lēcūq; locū:q est dōestica sede iucūdior?Sed mihi crede,ēt is,q oia tenet,fauet īgeniis:nobilitatē vero, & dignitatē hoīum q̄tū ei res, & ipsius cā cōcedit,amplectitur.Sed plura,q̄ statuerā. Redeo ergo ad vnū illud,me tuū fore cū tuis, si modo erunt tui:si minus, me certe in omnibus rebus satis nostræ coniunctioni,amoriq; facturum, Vale.

¶ Ex. viii. Epistolarum. Neq; monerete,

¶ Vt ad omnia q̄ tui velint, ita adsim præsto vt me nō solū oia debere tua cā, sed ea quoq;, q̄ non possim,putent, vt qd' ego facio,tu quoq; animū inducas, si sit aliqua respub, in ea te esse oportere iudicio hominū. Redeo ergo ad vnū illud, me tuum etiam fore cum tuis, si modo erunt tui,

Taceo

Reticeo

Obticeo

Inducere animum

Cedere

Exul

Res

Complector

PHI. ¶CENSVISSE.iudicii loco dixisse.¶ Tacere. Tacemus consilia:reticemus dolores:obiicimus pudenda.Quod ego facio,obsequebar Cæsari.¶ Animū inducas.inducere animū est aio suo desuadere.¶ Si sit.alterū dilemma ex duobus contrariis:vt aut si sit,aut si oino non sit aliqua respub.Concludit:qd' oino necesse sit:in ea,qualiscūq; fuerit,pmanere.¶ Iudicio hoium qd' oēs ita iudicant.¶ Teq; principem,repete oportere esse : pudet adhuc enim oratio. Necessitate,hac demonstrat Marcellū nihil esse factur' contra honorem suū:si Cæsari seipsum dederit, qm̄ id non volūtate , sed necessitate coactus faciet.¶ Cedentem tpi,oia p tpe facere sapientis est:hinc ait Socrates.Cē intempestiū triste,& Naso. Temporibus medicina valet. Cedere vero pprie supbiari significat:& tpi cedere est q̄si necessitati obedire.¶ Nulla sit plus est:q̄ si dixisset pierit,& ē altera pars argumēti.¶ Ad exulādū locū.& si solū nō mutassent exules essent a repub. Exul eni q̄si extra solū dictus est:sed si libertate priuarenī,exulare ēt dicerenī.¶ Si enim libertatē:confutatio obiectionis,quā facere potuisset Marcellus,& dicere se velle libertatem seq:ad qd' inquit Cicero:necubi libertatem inueniri posse cū oia sint subiecta Cæsari.¶ Quis locus.quasi in toto orbe terrarum nullus.¶ Qualemcunq; locū,supple sequimur.¶ Sede.domestica. ad patriam & natalem terram referendū:hinc Naso.Nescio qua natale solū dulcedine cunctos Detinet.Idem Nō dubia est Ithacei prudentia ,sed tamen optat Fumum de patriis posse videre focis.¶ Sed mihi crede.laus Cæsaris a beneficientia & humanitate in viros doctos, Argumentum ab vtili:quo redire debeat.¶ Is qui oia tenet Cæsar:circuitio est.¶ Fauet ingeniis.amat doctos,Idem in epla ad Au.Cecinnam: in Cæsare hæc sunt mitis clemensq; natura : accedit q mirifice ingeniis excellentibus,quale est tuum,delectatur.¶ Res,status & imperiū, Tantū enim amplectitur hominū dignitates quārū sibi obesse non possit.¶ Aut res.hoc est vtilitas & honesta causa:vt omnes pro qualitate personar' complecteretur: & amaret.Non enim honestū fuisset:sic eis faueret:q Pompeani fuerant:vt eis,q partes Cæsa.secuti sunt.¶ Amplectir.sine adiūcto etiam pro amare ponitur:vt si complecti hominem volueris.Cū adiuncto ad.alias res etiam refertur:vt mente:& ratione complector.i,considero:& amore complector:hoc est amo.¶ Statueram,non enim eum monere statuerat, vt inq:t: neq; monere &c.¶ Ad illud vnum,dixerat enim reliquū est igitur,¶ Sin minus.si non erunt tui ; vt dico i qui & amicitiæ, & propinquitatis:non sequantur officia:& teipsum deserant,

ASCEN. ¶CENSVISSE,i.iudicasse p opinione:multū,i.abūdanter:vel si ēt cēsere nō debui:nō potuisse tacere:pp beneuolentiam:vt qd' ego facio,q tpi cedo:tu quoq; inducas animū, vt facias sup.idē monuisse:inq̄ vel censuisse, vel nō potuisse tacere illud,si aliqua.i.qualiscunq; respubli.sit:te oportere esse in ea,iudicio,i.fm iudiciū hominū:teq;.i.& te oportere esse in ea,principē.i.præcipuū:& qd' dicūt principalem:cedentē tpi necessitate.i.qa aliter nō posset esse.¶ Sin aūt,i.sed si:nulla sit.i.fortuna reipu,tū.i.nihilominus:hunc locū.i.in quo ego sum:hoc est Romā:esse locū aptissimū ēt ad exulandū:vt in eosis tanq̄ in exilio,eo q pcul a rep.Probat assumptū suū:dicens.¶ Enim.i.qa:si nos seqmur.i.sectamur.i. quęrimus libertatem,qs locus vacat hoc dominatu.i.Cæsaris:ʼquasi dicat nullus.¶ Sin.i.sed si:sequimur sup.qualēcunq; locū:qs.i.locus est iucundior:sede domestica.i.propriæ domus.q.d.nullus, Multi textus habent, q locus,& q est,sed apertior locutio est qs.Scio tamen frequētet dictione incepta p.l.literam:venuste dici,q pro quis,vt nec q sim quæris Alexi.Et Attamen ille deus:qui sie da Tytire nobis.¶ Sed o Marcelle:crede mihi:etiam is.i.Cæsar:qui tenet oīa.i.in potestate sua,fauet ingeniis.¶ Vero pro sed,amplectitur nobilitatem,& dignitatem hominū:quantū res.i.vtilitas:aut opportunitas:& causa ipsius rei cōcedit.i.permittit.¶ Sed plura sup.scripsi:q̄ statueram sup.scribere.¶ Ergo quia non sunt plura dicenda: aut scribenda,ego redeo ad illud vnum:me fore tuum cum tuis.i.amicis & necessariis,si modo.i. dummodo supple aliqui erunt tui si minus,i.si non,supple aliqui erunt tui:idest si nunq̄ recuperabis res tuas:& ita nulli erunt tui:redeo supple ad illud:me satisfacturum certe in omnibus rebus:coniunctioni nostræ: & amori supple nostro, Vale.

¶Etsi

HVBER.

ET si. Hortatur Ci. M. Marcel. sicut etiam superius fecit: vt omnino velit reuerti in patriam: nec tam moleste ferat omnia ad solum Cæ. esse delata. cuius modestiam: & clementiam in victoria laudat: ostenditq́ vtilius esse, q Cæ. fuerit victor, q̃ Pom. quem dicit fuisse futurum multo crudeliorem Cæ. si adeptus fuisset victoriam: sicut Cæ. Deniq́ nititur excusare Cæ. si aliquid fecit: quod minus omnibus placeat: & validissimis rationibus arguit eum non solum debere reuerti Ro. verum etiam facturum contra officium, si non reuertatur. postremo dicit fugienda esse pericula vitæ: etsi vbiq́ sunt parata: ostendit tamen paratiora esse in externis locis q̃ Ro. ¶ Perpaucis die, ante paucis diebus præteritis: ita autem dixit ante diebus: sicut Virgi. Longo post tempore venit. ¶ Ad te. s. ferendas, sed magis intelligendū est, q̃ ponēdū in oratione. ¶ Pluribus ver. longiores: puto eā epistolam esse q̃ incipit. Et si eo adhuc te consilio: q̃uis multas etiā scripserit: q̃ non sunt in hoc volumine, neq́ vsq̃ reperiunt. ¶ Quid faciendū. q̃a hortabar: vt redires in patriā. ¶ Proficisceret. ad te, iret. ¶ Cuius. Theophili. ¶ Fidem. fidelitatem. ¶ Et bene. hæc duo maxime in libertis erga dominos esse debent. ¶ Etiā atq́ etiam. plurimū. ¶ Quæcunq́ est. qualiscunq́ est etiā si non sit ea: q̃ ante esse solebat. ¶ Multa. ea ponit q̃ posset dicere Marcel. & eis respondet, atq́ confutat. ¶ Quæ nolles. s. rempublicā oppressam: multos viros bonos nō tenere locū, & dignitatē suam: & similia q̃ tibi displicebunt. ¶ Non plura. s. videbis. ¶ Audies quia rumor ad te multa defert ex iis, q̃ Romæ fiunt. ¶ Non est porro. sensus est: non decet te moueri solo sensu oculorum, cum illud idem auribus percipias, quod etiam solet videri maius q̃ id: quod oculis videtur. ¶ Porro deinde. ¶ Nō est tuū. nō te decet. ¶ Moueri vno sensu oculorum. i. moueri: & perturbari solum iis: quæ videntur, nam per sensum oculorum intelligit visum. ¶ Auribus. auditu. ¶ Quod. s. auribus percipere, ¶ Solet videri maius, quia ea quæ audimus semper maiora existimamus q̃ sint. ¶ Minus laborare. subaudi solet: idest minus angi, & cruciari; quia quamuis maiora existimemus: q̃ audiamus, tamen minus laboramus, q̃ iis quæ videmus.

Etiā atq́ etiam

M. Cicero. S. D. M. Marcello. 9

ET si perpaucis ante diebus dederā Q. Mutio l̃ras ad te plurib⁹ verbis scriptas, q̃bus declarauerā, quo te aīo cēsere eē oporteret, & q̃d tibi faciendū arbitrarer: tñ cū Theophilus libert⁹ tu⁹ p̃ficisceret, cuius ego fidē erga te, beneuolentiamq́ p̃spexerā: sine meis literis eū ad te venire nolui. iisdem igitur de rebus etiam atq́ etiā hortor, quibus superioribus literis hortatus sum: vt in ea R. P. quæcunq́ est, quamprimum velis esse. Multa videbis fortasse, quæ nolis: non plura tamen, q̃ audis quotidie. Non est porro tuum, vno sensu solum oculorum moueri: cumq́ illud idem auribus percipias: quod etiam maius videri solet, minus laborare.

Porro

PHI.

ET si perpaucis. Argumentum non quærimus: est enim idem sensus in hac, q̃ fuit in superiore, hortatur Marcel. mutet solum: & Romam se conferat: vbi tutior esse poterit: q̃ alibi, & contra officiū eū esse facturum, si non redibit. Quid de Pom. si victor fuisset: intolerabiliorem enim ipsum censet futurum fuisse. q̃ Cæ. Quid item de bello ciuile sentiat. Quo deniq́ aīo in Marcel. & omnes suos affectus sic explicat, & Cæ. excusare conatur, siq̃d facit, aut dicit, quod multis non placeat, & eū a clementia laudat & modestia, q̃bus maxime vtitur in ipsa victoria. ¶ Perpaucis. cū volumus positiuis sua incrementa adiungere hanc præpositionem, damus: vt permulti. per pauci. Teren. Res perpaucorum hoium. ¶ Theophilus, id latine sonat dei amator: vt Timotheus honor dei: & sic huiusmodi p̃pria apud Græcos noia, vt Nicolaus victoria populi, Hieronymus sacrū nomen. Demosthenes populi potentia. Astyanax vrbis rex. Agamēnon nimiū tolerans. Adrastus non conficiens. Philetieus amator morum, & alia huiusmodi, vt superius diximus. ¶ Fidem. quæ in libertis apud patronos debet esse syncera, duæ in libertis virtutes appetuntur: peculiaris fides, vt ait Simon Terentianus, & taciturnitas, addo & tertium beneuolentia. ¶ Quæcunq́, quomodo nulla quodammodo fit, habent enim huiusmodi verba ... quandam: vt Virgi. Tu mihi quodcunq́ hoc regni. ¶ Multa videbis. confutatio est ad ea: quæ Marcel. dicere potuisset. ¶ Non est porro tuum, ad te non attinet sensu oculorum moueri. ¶ Nam quæ audies, potes etiam videre. Sed in epistola ad Torquatum aliter sentit: inquit enim. equidem nos, quod Romæ sumus: miserrimum esse duco: non solum, quod in omnibus malis acerbius est videre: q̃ audire, sed etiam quod omnes casus subitorum periculorum magis obiecti sumus, q̃ si abessemus. ¶ Porro certe: græcum est, idem ferme, quod autem & vero: sed hæc duo nunquam primum locum in oratione sortiuntur, sed secundum aut tertium, sed porro etiam primū locum sibi vendicat, & significat longe, vltra, profecto, postea. ¶ Oculorum sensu. his perturbari: quæ videantur. Quinq́ enim sunt sensus in homine, quos græci αἰσθήσεις nominant, vt auditus, visus: gustus odoratus: tactus, quorum primus oculorū est, e quibus fit iter ad mentis oculos, quibus intelligimus, atq́ cognoscimus omnia. Oculi autem ab oculendo, hoc est occultando, appellati. Latent enim sub ciliis, quas partes Iunoni dicatas esse voluerunt. Nam superciliis oculorum proteguntur, oculis vero lucem accipimus, quam Iuno dare nascentibus perhibetur, vnde a poetis Iuno Lucina est appellata Terentius: Iuno Lucina fer opem. Aures vero: quasi audes nominatæ sunt: Nam R. & D. vt ait Papyrianus apud antiquos cedebant inuicem sibi: vt Aruena Aduena. Aruenio Aduenio. Aruocatus Aduocatus, quam vocem iuniores asperam iudicantes penitus deleuerūt, & nos hanc, & huiusmodi nimis priscas, & horridas voces fugere ac vitare debemus. Quod Cæsar faciendum his verbis ostendit, tanq̃ scopulum sic fugiendum esse inauditum, atq́ insolens verbum. Siue: vt inquit Lactan. ab hauriendis vocibus aures appellantur cuius nominis ethymologiæ. Virg. allusisse videtur cū inquit Vocemq́ his auribus hausi. ¶ Sēsu oculorum. intelligimus visum. ¶ Auribus percipias. auditum dicit. ¶ Quod etiam. scilicet sæpe percipere auribus & audire. ¶ Maius uideri. existimantur enim interdum: quæ audiuntur esse maiora. q̃ illa: quæ videntur: hinc Iuuenalis. Vt perhibent: qui de magnis maiora loquuntur. ¶ Minus laborare. minus perturbari, & commoueri supple solet, & est sensus, quod tametsi maiora censeamus esse: quæ audiuimus: tamen minus his angimur: & perturbamur, q̃ illis: quæ cernimus.

Perpauci
Theophilus
Thimotheus

Porro

Oculi

Iuno Lucina

Aures

ASCEN.

ET si perpaucis: Hortatur rursus Marcel. ad patriam reuerti, nec tam moleste ferre, q Cæ. oia essent: nā eū Pom. victoria molestior fuisset, monetq́ vitanda pericula, q̃ vbicunq́ essent, nisi in Cæ. gratia sit, magna sint. ¶ Ordo est. Et si. s. q̃q̃: dederam perpaucis diebus ante. s. hanc dationem. Q. Mutio ad te literas scriptas, pluribus. i. multis verbis, q̃bus sup. l̃ris, ego declarauerā, quo aio ego censerem oportere te esse, & q̃d arbitrarer faciendo tibi, tñ cū Theophilus libertus tuus p̃ficisceret. s. hinc ad te: cuius. i. Theophili: ego perspexeram fidem. i. fidelitatem & beneuolentiam erga te, nolui eū venire ad te, sine l̃ris meis. ¶ Igit̃ ego hortor te etiam atq́ etiam. i. accuratissime, de iisdem rebus, quibus. i. de quibus, ego hortatus sum te literis superioribus: vt velis esse q̃ primum: scilicet valde cito in ea rep. scilicet quam Cæsar tenet. ¶ Quæcunq́ est. i. siue aliqua siue nulla. ¶ Tu videbis fortasse multa, q̃ nolis. i. velis non videre, tamen non videbis plura q̃ audis quotidie. porro. i. sed non est tuum. i. tuæ naturæ, aut dignitatis, moueri. i. turbari, solum. i. duntaxat: vno sensu oculorum. i. in iis, quæ vides, cum percipias illud idem auribus: idest audiendo, sup. illud: quod videri solet etiam maius. idest euidentius, laborare: idest in periculo esse minus,

HVBER. ℂ A T tibi. alia obiectio. ⸿ Quod non sentias. quod non habeas in animo. ⸿ Quod non probes quod non putes rectū. ⸿ Primum. respondet huic obiectioni. ⸿ Cedere tempori. obsequi tempori: & est prima ratio. ⸿ Id est declarat quid sit ce dere tempore. ⸿ Parere necessitati: idest facere qđ cogaris. ⸿ Habitum. existimatum. Deinde. secūda ratio. ⸿ Res. cōditio rerum. ⸿ Vt nunc est. qualis nunc. i. secundum hæc tempora. ⸿ Non habet id vitii. i. non habet eam reprehensionem, si dica mus: quæ non sentimus: vel faciamus: quę non probamus: quia tempora ipsa nos excusant. ⸿ Dicere. ostendit Cicero eum posse esse Romæ honeste, quia si non licebit dicere: quod sentiet: licebit tamen tacere. ⸿ Non licet. i. non potes, qa Cæsar non vult. licet enim per alios: possumus per nos. ⸿ Omnia.

Licere posse

At tibi ipsi dicendū erit aliqd, quod nō sentias, aut fa ciendū, quod nō ꝓbes. Primum TEMPORI cedere, idest necessitati parere, semp sapiētis ē hitū, deinde nō hēt, vt nūc qdē ē, id uitii res. dicere fortasse, q̄ sentias, ñ licet: tacere plane licet, oïa. n. delata ad vnū sūt, is vtit cōsilio, ne suoꝝ qdē, sed suo. qđ nō multo secus fieret, si is R.P. teneret, quē secuti sumus. An q in bello, cum oium nr̄m cōiunctū esse piculū suo cerneret, certoꝝ hoim minīe prudētiū cōsilio uteret: eū magis cōmu nē cēsēus i uictoria futuꝝ fuisse, q̄ icertis i reb⁹ fuisset! & q nec te Cos. tuū sapientissimū cōsiliū secutus esset: nec frē tuo cōsulatū ex authoritate tua gerente nobis authoribus uti uoluerit, nūc oïa tenētē, nr̄as sentētias

ratio quare liceat tacere. Ad vnum. ⸿ Cęsa. ⸿ Is. Cæsa. ⸿ Ne suorum quidem. quanto minus ergo volet consilium tuum, si non vtitur consilio suorum. ⸿ Non multo secus. non mul to aliter. ⸿ Is. Pom. ⸿ An. adducit rationes: quibus probat, quod Pom. idem faceret: quod Cę. si victoriam obtinuisset, & est sensus: cum Pom. gereret bella cōmuni periculo oium nostrum: & haberet causam coniunctam cū nostra: non tñ vtebatur consilio nostro: sed suo: quod si fecit tunc, quomo do speramus eū fuisse facturꝫ: si obtinuisset victoriam? qua si dicat fuisset multo superbior: & minus vsus esset nostro consilio. ⸿ An. primū argumentū: & prima ratio: ꝙ Pom. nō esset vsus consilio suorum. ⸿ Coniunctum. i. pertinere [illegible] ad nos omnes, & ageretur causa omnium nostrum. ⸿ Minime prudētium. i. qui etiam non essent prudentes: quia id fuisset tolerabilius: si vsus fuisset consilio prudentium. ⸿ Vtere tur. pro vtebatur. ⸿ Magis communem. magis communican tem, & participantem nobiscum. ⸿ Consilia sua. & est ordo: an censemus eum fuisse futurum magis communem in victoria, qui vteretur suo consilio, & cęterorum hominum minime prudentium: tunc cum periculum omnium nostrum esset coniunctum. ⸿ Censemus. arbitramur, quasi dicat non. ⸿ Et qui. iungitur sic cum superiore, qui vteretur consilio suo, & qui nec secutus esset consilium tuum &c. ⸿ Sapientissimum con. quod dedisti Pom. cum esses consul ante initium bellorum ciuilium. ⸿ Fratre tuo. L. Mar. & est ordo: neq; nobis authori bus voluerit vti fratre tuo gerente consulatū ex authoritate tua. ⸿ Vti vol. i. adhibere fratrem tuum ad res suas. ⸿ Geren te con. quia fuit consul vna cū Len. ⸿ Nobis au. i. nobis suadentibus, vteretur fratre tuo. ⸿ Ex au. tua. qui ita agebat, vt tu consulebas. ⸿ Nunc te, omnia. s. Pom, idest si omnia teneret, & esset dominus.

PHL. Tempus

ℂ A T tibi ipsi. Antipophora est, necesse, inqt, erit, vt tu aliqd dicas, qđ nō sentias, & aliqd facias, qđ nō laudes: qm̄ nō p rōne reꝝ, sed p volūtate Cę. & dicas, & facias oportebit. ⸿ Primū tpi cede. solia ē & responsio Antipophorę. Tēpus vero si qs q̄rat qd sit Macrobiū legat. Si qdē inqt Tps ē certa dimēsio: q̄ ex cœli cōuersiōe colligit. ⸿ Parere ne. nil est alid, q̄ cogi id facere: qđ. ⸿ Nō hēt id vitii res nō est hoc vitiū nūc in re: & in cōditiōe rei: & spoꝝ si dicas, q̄ nō sentias: qa nō lȝ aliqd di cere: qđ sentias. Tacere aūt lȝ: si offendit Cęsa. qđ dicis, vñ si tu dicis, q̄ nō sentis, nō es in vitio, & in reprehensione alicuius. Licet enim sine vitio & reꝑhēsione dicere, q̄ nō sentis, & Cęsa. in oibus assentiri, cū ad vnū. s. Cęsa. delata sint oia; atq; vni uersa ad eius volūtatē accōmodanda sint. Res vero cū diffusæ sigñatiōis sit: adiūctū videt exposcere: vt venustior, atq; di lucidior fiat orō: possessiua igit̄ nola aptissime dare poterimus, vel in ꝑmis: vt ita dicāus, Res familiaris, Resp. Res milita ris, & hmōi. ⸿ Is. Cæsa. hic & is cū sint eiusdē ferme significatiōis: hoc tñ differūt: vt hoc demōstrātis sit, & de ꝓpinqore. Is vero referētis: & de lōgiore spatio dicat. ⸿ Dicere. argumētū ab honesto: potes inqt Rōæ honeste viuere, cū si nō liceat di cere, q̄ sentis, licet tñ tacere. Qđ tñ tacere liceat, rōnē adducit: vt oia &c. ⸿ Ne. suoꝝ qdē. multo minus tuo vti volet. ⸿ Si is tēp. Pō. ⸿ Nō multo secus. argumētū a simili. Secus idē est, qđ aliter, vtrūq; libēter cū multo: & longe coniungit. Teren. Veꝝ multo aliter euenire intelligit. ⸿ Quē secuti sumus. Pōp. Et docet quo aio in rēp, & qūo amicos se habituꝝ fuisse cre diderit si vicisset: quēadmodū Cæ. vicit: qbus intelligit lōge intolerabiliorē futurꝫ fuisse Pō. q̄ esset Cę. q victor erat: qua rū reꝝ cōparatiōe molestiā Mar. mollire conat. ⸿ Suo cōsilio. Ci. cōsilio nunq̄ vti voluit: qđ erat Pō. fidelissimū, & vtriq; admodū salutare, de quo Ci. ad Cęci. Dicerē: q̄ añ futura dixissem, ni vererer: ne ex euentis fingere viderer. Sed tñ plurimi sunt testes mei: & initio ne coniungeret se cū Cę. monuisse Pō. & postea ne seiungeret coniunctione frangi Senatus opes, disiūctiōe ciuile bellū excitari videbā, atq; vtebar familiarissime Cæ. Pom. faciebā plurimi, Sed erat meū cōsiliū: tū fidele Pō. tū salutare vtriq; q̄pterea ꝑuiderim ꝑtere. Nolo enī hūc de me optime meritū existimare ea me suasisse Pō. qbus ille si paruisset: esset hic qdē clarus in toga: & ꝓceps, sed tantas opes q̄tas nūc hēt; nō hrēt. Eūdū in Hispaniā censui: qđ si fecis se ciuile bellū oino nullū fuisset, rōnē hēri absentis nō tam pugnā: vt liceret, q̄ vt qñ ipso cōsule pugnante populus iusserat hēret. cā orta est belli: qd ego ꝑtermisi aut monitoꝝ aut q̄relaꝝ cū vel iniq̄ssimā pacē iustissimo bello anteferrem. Victa est authoritas mea nō tam a Pō. nā is mouebat, q̄ ab iis: q duce Pō. freti ꝑ opportunā, & rebus domesticis, & cupiditati bus suis illius belli victoriā fore putabāt. Susceptū est bellū quiescente me, depulsum ex Italia monente me, quoad potui. Ergo vsus est suo, & alioꝝ imprudentiū hoium cōsilio: non Ci. & alioꝝ, q sapiebant. Vñ si tunc in periculo & in bello hoc fecit, quid in victoria fecisset, multo certe crudelior in victorie fuisset, q̄ fuit in bello, in quo nunq̄ consilio nr̄o est vsus. ⸿ Fratre tuo. C. Claudio. Mar. ⸿ Gerente. con. in quo Lent. collega. ⸿ Nobis au. hortantibus: vt tuo fratre vteretur. ⸿ Authoritate tua. vt tu volebas ita frater tuus omnia faciebat. ⸿ Tenentem. in omnibus dominantem Pom.

Res

Hic Is

ASCEN. ℂ A T. i. sed: aliq dicēdū erit tibi ipsi. s. in curia, qđ nō sentias. s. dicēdū, aut aliqd erit faciēdū, qđ ꝓbes. i. approbes faciēdū. Primū cedere tpi. i. parere necessitati: ē habitū. i. existimatū, sp sapiētis. s. viri factū. Deinde qdē. i. certe, vt nūc ē, res nō hēt id vitii. i. mali, qđ obiici solet: nā fortasse sup. dices mihi. Nō lȝ Rōę dicer, q̄ sentias. Respōdo, lȝ plāe. i. oino tacere. Oïa. n. sūt delata. i. redacta ad vnū. i. ꝑtātē vni⁹. s. Cę. Is vtit̄ ꝯsilio ne qdē. i. ñ saltē suoꝝ, sed suo. i. vnius, qđ fieret nō mlto secus. i. alter. Si is. s. Pō. quē sumus secuti: teneret rēp, vt tenuisset si in Pharsalico ꝯflictu victor fuisset. Et qa dicer posset Marcel. id male de Pō. suspicari: ꝓbat illud ex euidēti cōiectura: dicēs. An cēsemus eū. i. Pō, q cū in bello piculū oium nr̄m eēt cōiun ctū suo. s. piculo, vteret minime cōsilio cęteroꝝ hoium prudētiū, cēsemus dico eū fuisse futurꝫ magis cōem. i. cōicantē con silia sua, in victoria. i. si vsus fuisset victoria, q̄ fuisset in cęteris rebus suis. q. d. id non esse cēsendū. ⸿ Et censes eū sup. q nec te consule. i. cū esses cōsul: & ita a primario dignitatis in vrbe: secutus esset consiliū tuū sapientissimū. i. licet sapientissimū, nec voluerit vti fratre tuo. s. Cn. seu. Marcello gerēte cōsulatū ex authoritate. i. approbatiōe tua: nobis anthoribus. i. id factū eius approbātibus, cēses inquā rsse tenentē oïa. i. habentē oïa si nō habuisset, vt Cęsar tūc habebat, i potestate sua?

ℂ Desyderaturum,

HVBER.

¶DESYDE raturū.q̄siturū.q.d.nō desyderasset.¶Ne se.q.i.nunq̄.¶Saepe.qa fuerūt bella.Sertorij:Syllę,& Marij:Carbonis:Catulli:Cinnę:q̄ licet añ fuissent:fuerāt tñ Ci.aetate.Postremo bella Cae.& Pō.& mortuo Pōpe.Catonis & Scipiōis aduersus Cę.¶Sed.licet oia sint misera.¶Quae.victoria.¶Ad me.ad eos:q sunt mites & iusti.¶Ferociores.crudeliores.¶Impotētiores.incōtinētiores:q nō possunt suis appetitibus impare ipotētes dicunt.¶Tales.crudeles.¶Necessitate.qa aliter facere nō possunt.¶Multa.rō q̄re necessitate cogant.¶Arbitrio.iudicio & volūtate.¶Eorundē,p quos vicit,i.eorū quorū auxilio:& fauore fuit victor.¶An.oñdit haec:q̄ fiunt a Caesa.nunc nō euenisse p̄ter opinionē Mar.qa semp p̄uidit,& cognouit ea ita futura.

Impotentes

desyderaturū censes fuisse:OMNIA sunt misera in bellis ciuilibus:quae maiores nr̄i ne semel quidē, nr̄a aetas saepe iā sensit.sed MISERIVS nihil,q̄ ipsa victoria:q̄ ēt si ad meliores venit tñ eos ipsos ferociores,impotētioresq; reddit:vt,ēt si natura tales nō sint necessitate esse cogant.MVLTA enim victori,eorū arbitrio,p quos vicit,ēt inuito faciēda sunt.An tu nō videbas mecū simul,q̄ illa crudelis esset futura victoria:igitur tunc quoq; patria careres,ne,quę nolles,videres:nō inqes:ego enim ipse tenerem opes, & dignitatē meā.At erat tuae virtutis in minimis res tuas ponere,de R.P.vehemētius laborare.Deinde,q finis isti us cōsilii est:nā adhuc& factum tuū probatur, & vt i tali re,ēt fortūa laudat:Factū,q & initiū belli necessario secutus sis,& extrema sapienter persequi volueris:

¶An non vide.i.an non cognoscebas.q.d.immo aptissime videbas.¶Illa.siue Caesa.siue Pō.¶Igitur.infert ex hac interrogatiōe:q nō debeat carere pr̄ia nūc:qa videat multa q̄ nolit:cū nō curauerit ea tunc:cū videbat:q̄ crudelis esset futura haec victoria.¶Igit careres.i.carere debueras:qd nō fecisti.¶Ne videres q̄ nolles.q̄ iā videbas vsq; tūc salte aio: & cognitiōe.¶Nō.pōit respōsionē : quā posset facere Marcellus.¶Inqes.dices,rñdebis.¶No.subaudi debuerā carere pr̄ia.¶Cū tenerē.opes & di.i.cū hērē oia mea adhuc integra:& nihil diminuta.¶At.cōfutatio huius obiectionis.¶Tuę virtu.erat.i.ptinebat ad virtutē, & magnitudinem ai tui.¶Ponere in mi,minimi facere:& ęstimare.¶Res tuas.i.opes:q̄s dicis te retinuisse tūc:& dignitatē tuā.¶Laborare.curare:solicitū esse.¶De repu.i.pp rēp. ¶Deinde.alia rō q̄re debeat discedere a pposito.Nā qd aliqñ est necesse melius est deponere:& cito & spōte:dicit ergo.¶Qui finis istius cōsilii.i.q̄lis finis est istius tuę deliberationis:& ppositi carendi sp patria.¶Adhuc.hucusq;.¶Factū. qd fecisti ante hac.¶Vt in tali re.idest pro qualitate rei, vt in tali re subaudi laudari potest.¶Factum.declarat ea duo:quae proposuit.¶Necessario.non voluntate:vt supra in prima epistola ad M.ostendit.

PHI. Maiores Minores

¶DESYDE raturum.petiturum:quasi diceret nō omnia sunt misera.¶Sententias.damnat bella ciuilia:a quibus semper alienus fuit.¶Maiores nostri.omnes qui ante nos vixerunt.sicut minores omnes posteros appellamus: in quo Seruius non mediocriter errasse videtur:qui dixit,minores non dicimus nisi quoties graduū deficit nomē, vt pater: filius:nepos,pronepos,ab nepos,vbi isti gradus defecerunt merito iam dicimus minores.sicut etiam non dicimus maiores:nisi quando non amplius ipsis inuenit latinitas nomen.Ci.in Cato.maiore.Nec dubitat agricola q̄uis sit senex, quaerenti cui serat:respondere dus immortalibus:qui me non accipere modo haec a maioribus voluerunt:sed etiā posteris prodesse:& Virgi.Nostrosq; huius meminisse minores.¶Ne se.quidem.hoc est nunquam.¶Nostra aetas saepe.longum esset dicere bellorum ciuilium tempora:vt Syllae,Marii,Ser.Car.Cinnae:Ca.Cae.& Pom.Ca.atq; Scipio.hęc omnia Cice.temporibus bella fuerunt.Quę expositio victorię e bello ciuili:quid afferat mali.¶Meliores.vt mites sint & benigni.¶Impotentiores,crudeliores & q nimium insolentes sunt, & qui sibi ipsi,atq; suis cupiditatibus imperare non possunt, & impotentia crudelitas dicitur & insolentia.¶Tales.aut ferociores,aut ipotentiores.Sane animaduertendum in his duobus:talis:& qualis:ad orationis venustatē satis esse alterum ex his ponere.Virg.Quales apes aestate noua:& talia iactanti,& talibus Ilioneus.Iunguntur etiam,sed raro:vt Virg.Qualis in Eurothae ripis, Talis erat Dido:talem se laeta ferebat.¶Multa.ratio quare coguntur id facere.¶Necessitate.maxime propter illorum importunitatem:quorum auxilio vicerunt.¶An.quasi diceret non praeter opinionem euenit.Nam tu:& ego ita futurum esse iudicabimus.¶Quā crudelis.siue Caesar:siue Pōpeius vinceret.¶Igitur.ex quo videbas futurā esse victoriam crudelē: tunc quoq; carere patria debuisses:ne ea quae nolles:aspicere.vnde quomodo non caruisti tunc patria:minime nunc carere debes.¶Cateris.carere debueras:quod minime abs re factum cognouimus.¶Non inquies.i.responderes:q non debuisses carere tunc patria:& causam afferres talem:ego enim tenerem opes, & posiderem res meas omnes &c.¶At erat. ait Cicero per confutationem obectionis a Marcel.¶At erat tuae virtutis pertinebat ad virtutem tuam hoc: quod sequitur.¶In minimis.minime qdē existimare res tuas:& magni rēpu.facere.¶Deinde q. argumēta ab vtili, & honesto in mutando cōsilio p qualitate tpis.¶Consilii.ppositi tui carendae patriae.¶Et vt in tali re.p qualitate negocii.¶Factum.exponit: quae dixerat repetendo factum, & fortunam, & subaudi laudatur:in vtroq;.necessario. vt in supiore Epistola dixit.¶Per se qui nolue. quod tunc id ostendens.Si Romā veneris:& teipsum Caesa.obsequentē praebueris.

ASCEN.

¶FVISSE desyderaturum.i.expectaturū s̄nias nostras.i.quid nos sentiremus in senatu de iis:quę ipse ex s̄nia sua facere cōstituisset.q.d.id nō esse censendū.¶Oia sunt misera.i.miseranda,non tā quantū ad eos,qui inferunt, q̄ qui ea patiuntur,sed tñ etiam quodammodo quantum ad inferentes,quia cum multos habeant inimicos in ciuitate sua coguntur tyrannū agere,in bellis ciuilibus:quae.s.bella ciuilia,aut potius misera,q̄ contingunt in bellis ciuilibus,maiores nostri,ne qdem.i.non saltem,semel sup.senserunt,aetas nostra sensit iam saepe,Sub Sylla & Mario. Sub Sertorio Carbone, & Perpenna,ac Cinna,sup.Caesare, & Pōpeio,sed nihil sup.est in bellis ciuilibus miserius, quam ipsa victoria:q̄ victoria ēt si venit ad meliores.s.pro republica,tamen reddit.i.efficit eos ipsos ferociores, & impotentiores.i.minus sibi imperantes, & se ab illicitis minus cohibentes post victoriā, vt etiā si non sint.¶Tales.s.feroces, & impotētes: natura.i.per naturam,cogantur esse tales necessitate.¶Enim.i.quia:multa facienda sunt victori etiam inuito arbitrio.i.ad arbitrium eorum,per quos vicit.¶An tu non videbas simul mecum.q̄.i.quantum,crudelis illa victoria esset futura:quasi dicat maxime.¶Igitur careres:idest carere deberes:quoq;:idest etiam tunc,patria,ne videres, quae tu nolles: scilicet videre?¶Inquies.i.respondebis mihi.¶Non supple carerem tunc patria.¶Ego enim tenerem opes supple meas & dignitatem meam.Obiectio.¶At:idest sed,erat virtutis tuae:idest pertinebat ad virtutem tuam,ponere tuas in minimis.i.inter minimi reputanda:& supple laborare vehementius de republica.¶Deniq;,aut potius deinde.i.vt secundo loco obiiciam qui:idest quis finis istius.s.tui cōsilii est?¶Nam & factum tuum probatur adhuc, & fortuna tua laudatur etiam adhuc, vt in tali re:scilicet in qua nihil plene laudabile contingit.¶Factum inquam tuum probatur q secutus sis, necessarie initium belli:scilicet contra Caesarem, & noluetis sapienter:idest in quo fecisti sapienter: persequi extrema:scilicet belli ciuilis, vt illi:qui in Africa perierunt,

HVBER. ¶ FORTVNA. subaudi laudatur. ¶ Statū & famā. qa noluisti videri humilis, & abiecti animi supplicādo victori nec te ipsum interficere, sicut Ca. sed cōsilium fuit medium sicut supra. ¶ Nunc vero. qa dixit adhuc factum tuum pbat &c. immo dicit nunc nō pbabitur factum tuum, qa est alia ratio tēporū, & rerum, & hoc est, quod dicit. ¶ Nunc. hoc tpe. ¶ Eā. patriam. Minus diligere. minus amare, & charam hēre. ¶ Quod deformior est. i. quia est priuata multis suis dignitatibus. Est autem translatio sumpta a muliere. q. d. quēadmodum mulier, vt puta mater tua, quæ tibi fuerit chara: ēt si facta sit deformior, nō debet minus diligi, ita ēt respu. amissis multis ornamentis suis nō debet tibi minus esse chara. ¶ Sed misereri subaudi debes. Nec priuare. s. debes. i. cū sit orbata: & priuata tot viris claris: q perierunt in his bellis ciuilibus. nō debes eā priuare: ēt aspectu tuo: vt nō magis possit videre te viuum: q̄ alios: q mortui sunt. ¶ Deniq. arguit a decoro seruando in mutatione ppositi: re & tpe suadente, & est sensus: sicut hucusq suit magni animi nolle supplicare Cæsa. vide nunc, ne attribuatur tibi pertinaciæ: & obstinationi: spernere id, quod Cæ. liberalitate sua tibi libenter concedit: sine precibus tuis. ¶ Non esse supplicem. quod hucusq facere noluisti. ¶ Victori. ¶ Cæsari. ¶ Vide. considera diligenter. ¶ Superbi. elati & inflati: nō autē re vera fortis: & magni. ¶ Aspernari. respuere. ¶ Liberalitatem. humanitatem, quā tibi præstat in te restituendo. ¶ Et sapientis. est quasi alia obiectio. ¶ Carere patria abesse a patria sua oppressa. ¶ Duri. q. d. potius est duri, & in humani non desyderare patriam suā: q̄ sapientis abesse. ¶ Etsi repu. bli. quia posset dicere Marcellus, cur debeo esse in patria: cum non possim frui repu. q̄ est in potestate vnius solius. Respondet Cic. q si nō possit frui republi. stultum est, nolle saltē frui re sua priuata. ¶ Caput. summa ipsa: & potissima ratio: terret autem ipsum Mar. periculo vitæ. ¶ Ista vita. cōmorandi in externis: & peregrinis locis. cōmodior. quietior: qa non videas multa, quæ nolles videre. ¶ Ne tutior. i. an sit tutior: magis sine periculo q̄ esse Romæ. ¶ Licentia. impunitas gladiatorū interficiendi homines. ¶ Minor vere. minor respectus q̄ Ro. ¶ Mihi. hoc dicit Cice. video pericula tibi esse magis parata in externis locis: q̄ Ro. tantā autem curā habeo salutis tuæ, vt nemo maiorem habeat pręter Marcellum fratrem tuum. ¶ Par. æqualis: vt ab eo non vincar. ¶ Aut proxi. secundus ab eo. ¶ Certe. saltē. ¶ Cōsulere tēporibus. habere rationem tēporum. ¶ Incolumitati. saluti. ¶ Vitæ. dignitati: & conditioni viuendi. ¶ Fortunis. rebus. diuitiis, quæ dissipabuntur te absente.

Supetbus

Certe

Fortuna, q honesto ocio tenueris & statum, & famam dignitatis tuæ. Nūc vero nec locus tibi vllus dulcior esset debet patria: nec eā diligere minus debes, q deformior est, sed misereri potius: nec eam multis claris viris orbatam, priuare ēt aspectu tuo. Deniq;, si fuit magni animi non esse supplicem victori: vide, ne superbi sit, aspernari eiusdem liberalitatem. Et si sapientis est carere patria, duri non desyderare. & si re publica nō possis frui, stultū ē nolle priuata. Caput illud ē vt si ista vita tibi cōmodior esse videat, cogitandū tū sit, ne tutior non sit. magna gladiatorū est licētia: sed in externis locis, minor ēt ad facinus verecundia. Mihi salus tua tātæ curæ est, vt Marcello fratri tuo aut par, aut certe proximus sim. Tuum est cōsulere temporibus, & incolumitati, & vitæ, & fortunis tuis. Vale.

¶ Ex. ix. Epistolarum. Etsi per paucis ante.

¶ Etsi peractis ante diebus dederā nuntio literas ad te pluribus verbis scriptas. Atq ipsi tibi dicē dū erit aliqd, qd non sentias. An q in bello, cum oīum nostrum coniunctum esset periculum, suo, & cæterorum hoīum, minime prudentium cōsilio vteretur. Quæ etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores, imprudentioresq reddit, vt etiam si natura tales non sint, necessitate esse cogātur. Factum, quod & initium belli necessario secutus sis, & sapienter extrema prosequi nolueris. Deniq si magni fuit animi non esse victori supplicem, vide, ne superbi sit eiusdem aspernari libertatem.

PHIL. ¶ HONESTO ocio. duplex est enim ocium: honestum quale studium literarum, quod ocium literarum appellatur, vt Cice. quid dulcius ocio literario? & inhonestum: quale est amatorium. Oui. ocia si tollas: periere cupidinis arcus, significat enim ocium vacationem quandam a labore. ¶ Statum & dignitatem. non supplicando. Cæ. nec illi bellum mouendo: sed medium tenendo cōsilium: vt antedictum est, deformior, sine libertate. ¶ Orbatam. tanquam matrem dixit patriam esse orbatam filiis, & illos intelligit, q in bello ciuili ceciderunt, Methaphora a fœmina. ¶ Deniq. aliud argumentum a decoro sumptum in mutando proposito pro conditione temporum: & rerum. Cæsa. pollicente clementiam. ¶ Liberalitatem. qua te complecti vult: multis in locis de liberalitate Cę. agitur. ¶ Sapientis est ca. pa. exulem esse a patria tyrannis oppressa: perseuerat enim in confutando obiectiones Mar. & est color: qui dicitur snia. Duri: inhumani: & est sensus: vide ne potius sit, duri hois non desyderare in patria viuere, q̄ alibi esse. ¶ Sapientis ca. pa. hoc est abesse a patria. ¶ Etsi repu. alia confutatio. Dicere enim Mar. potuisset, cur non debeo carere patria cum repu. frui nō liceat? Cui respondet Tullius: stultū esse nolle saltem priuata re frui: cum repu. frui: non possit, præstantius est enim aliquid habere, q̄ nihil. ¶ Frui. fructum & voluptatem reip. capere oblectando te ipsum in ea. Nam his frui dicimus, ex quibus fructum, & delectationem accipimus. Non ab re Mar. victorem Cæsa. timebat. Is enim consul erat qui Cę. e Gallia de victa rediens alterum sibi consulatum decernere postulauit, & a Mar. in primis contradictum est, assentiente Pom. Inde decretum est a senatu: vt in vrbem Cæsar, nisi dimisso exercitu non veniret, & ex Marcel. consilio, & authoritate Pom. cum imperio missus Luceriam, vbi tunc legiones erant. Cæsar tunc Rauennam se contulit. ¶ Caput. quasi quid potissimum rationis tuæ. Translatio est, caput enim principale membrum est oīum animantium: vnde totum hoiem ab eo dicimus, & vt capitulum lepidissimum, & lepidum caput: dictum sane. vt ait Varro, quod inde sensus initium capiant, & id totum subiacet arieti: de quo. Mar. Manlius, aries caput est ante omnia princeps sortitus. ¶ Vita. peregrinatio. ¶ Commodior. non videndo: quæ videre nolles: perterrere enim his vult Marcellū: vt redeat. ¶ Gladiatorum. nunc grassatores, & prædones intelligit. ¶ Tantæ curæ est. peruenuste verbum substantiuum datiuo iungimus, quotiescunq: quid honestum quid, vtile, & voluptuosum, & dulce significare volumus aut contrarium: vt magnæ mihi voluptati fuerunt literæ tuæ, & dolori mihi est casus tuus.

Ociū literarium

Ociū amatorium

Frui

Caput

Capitulū

ASCEN. ¶ Fortuna, sup. tua laudat, q tenueris sup. i ocio honesto, qa literario, vtpote Athenis. & statū sup. tuū, & famam dignitatis tuę. Nunc vero, nec vllus locus debet eē, tibi dulcior, pria. i. q̄ pria, nec debes diligere eā minus sup. ppterea q est deformior. s. q̄ prius, sed misereri poti⁹ sup. eius, nec priuare eā orbatā. s. spoliatā. i. multis claris viris: ēt aspectu tuo. s. quo eā aspicias, aut aspectu tui, quo aspiciaris, aut potissimū aspectu tuo. i. facie & pręsentia tua. ¶ Deniq si fuit magni animi: non esse supplicem victori vide. i. animaduerte: ne. i. an sit, aut vide. i. caue, ne. i. vt non sit, superbi, sup. animi aspernari. i. contemnere liberalitatē eiusdem. s. victoris. ¶ Etsi est sapientis carere. s. patienter patria: est duri. i. pertinet ad durum, & immitem: nō desyderare sup. patriam. ¶ Etsi nō possis frui rep. stultum est nolle sup. frui priuata sup. re. Illud. s. quod modo dicetur, est caput. i. principale momentū, vt si ista. s. in ocio, & terra peregrina vita: videatur tibi esse

bi esse

ri esse iucundios: tamen cogitandũ sit supple tibi: ne sit non tutior. s. q̃ esset in vrbe. ¶ Magna est licentia gladiatorum, nam facile possit aliquis Athenas mitti, vnde occidatis, & reuera paulopost a Magio. Chilone familiari suo, pugione interēptus est, sed minor etiam verecũdia ad facinus. scilicet tale perpetrandum est in locis externis. ¶ Salus tua est mihi tantę curæ, vt tim Marcello scilicet. C. aut Lucio fratri tuo, aut par: idest ęqualis in cura tali, aut certe proximus. ¶ Tuum est: idest ad te pertinet. Raro aut nunq̃ legitur tua cum verbo est, consulere: idest consilio prospicere, temporibus: idest ne tempora ista periculosa tibi noceant: & incolumitati, & vitę, & fortunis tuis, ne: scilicet eis noceatur, Vale,

M. Cicero M. Marcello. S. 10

Etsi nihil noui, quod ad te scriberem, habebam, magisq; literas tuas iam expectare incipiebam, vel te potius ipsum: tamen cum Theophilus proficisceretur, non potui ei nihil literarum dare. Cura igitur, vt q̃primũ venias: venies enim, mihi crede, expectatus, neq; solũ nobis, idest tuis, sed prorsus omnibus. Venit enim mihi in mentem, subuereri interdum, ne te delectet tarda discessio. quod si nullum haberes sensum, nisi oculorum: prorsus tibi ignoscerem, si quosdam nolles videre. sed cum leuiora non multo essent, quæ audirentur, q̃ quę viderentur: suspicarer autem multum interesse rei familiaris tuæ, te q̃primum venire, idq; in omneis parteis valere: putaui ea de re te esse admonendum. Sed quoniam, quod mihi placeret, ostendi: reliqua tu pro tua prudentia consyderabis: me tamen velim, qđ ad tempus te expectemus, certiorem facias. Vale.

HVBER.

Etsi. Eiusdem est argumenti, & sententiæ hæc epistola, cuius est superior, mutatis tantum quibusdam verbis, hortatur, enim Mar. vt q̃primum in patriam redire velit expectatus multum a suis. ¶ Nihil noui, præter q̃ quæ a me aliis literis intellexisti. ¶ Magis, potius q̃ tu expectares meas. ¶ Vel potius, correctio. ¶ Te ip. non literas: ipsum habet emphasim, quasi dicat te præsentem, nam aut est, iam literas tuas, aut alium pro te. Non potui nihil dare: idest aliquid dedi: non potui facere, quin aliquid darem. ¶ Cura, da operam: cogita. ¶ Expectatus, idest desyderatus. Virgilius. Expectate venis. ¶ Omnibus, his etiam qui nulla necessitudine tecum coniuncti sunt. ¶ Venit in mentem subuereri: idest interdum aliquantulum vereor, ¶ Tarda decessio. serus decessus ab istis locis, vbi nunc es. ¶ Quod eadem ratio, qua vsus est in præcedenti epistola, cum dixit. ¶ Non est porro tuum, vno oculorum sensu moueri, &c, & est sensus, si haberes tantum sensum oculorum, & non etiam aurium, putarem tibi parcendum: si nolles venire Ro. ne videres multa, quæ nolles, sed cum necesse sit te eadem audire, & vtile sit te esse in patria, putaui te admonendum. ¶ Ignoscerem, indulgerem, parcerem. ¶ Quosdam Cæsarem, & reliquos, qui eum contra rempu. secuti sunt. Non multo leuiora non multo minus acerba. ¶ Suspicare: idest existimarem, & subaudi, cum suspicarer. ¶ Interesse. vtile esse, pertinere ad rem tuam familarem, quam præsens poteris conseruare. ¶ Quam primum venire: idest vt subito venias. ¶ Atq; va. subaudi cum suspicarer, ¶ Valere omnes partes: idest valere ad omnia, vt tu venires. ¶ Admonendum. meis literis exhortandum, & dandum tibi consilium. ¶ Quando: idest quoniam. ¶ Reliqua. quæ non scripsit. ¶ Pro tua prudentia: idest secundum tuam prudentiam: vt es valde prudens. ¶ Ad quos tempus, an cito, an sero sis venturus.

Expectatus

Interesse

Quando

PHI.

Etsi nihil Marcellum iam mutasse sententiam Ci. cognoscebat, & esse iam persuasum Romam venire, q̃ propter his eum hortatur, quamprimum veniat, cum adhuc Cic. aliquantulum vereretur necum delectaret tarda decessio. Postremo eum rogat, quo tempore ipsum expectent, det operam literis suis intelligat. ¶ Vel te potius. Teipsum, cum pondere suo pronomen. ¶ Expectatus, desyderatus, vt expectate venis. ait Maro. ¶ Omnibus. vel ipsis, qui tibi nulla amicitia iuncti sunt. ¶ Subuereri. aliquantulum timere. Sub enim compositiue, quid clanculum, aut diminutiuum significat. Vir. Olli subridens, & Ci. pudor pene subrusticus, alias sub pro interdum imponitur. Virg. Ipse sub ingenti lustrat dum singula templo. Aliquando ante, vel per, vel circa. Vir. Sub noctem cura recursat, & postesq; sub ipsos nituntur gradibus. & in Geor. Sub lucem exportant calathis, hoc est ante lucem. ¶ Nec te delectet. alteram exigit constructionem delecto, alteram oblecto, aliam delector. Sic enim his vtimur. Delectarunt me mirum in modum literæ tuæ, & oblecto me literis tuis, & ego plurimum te ipso delector. ¶ Tarda. corporis est, alias animi, & intellectus, vt huic tardus es. ¶ Ignoscerem: veniam darem: parcerem. Caue dicas indulgere pro ignoscere, nam maximam habent inter se distantiam, cum indulgere sit dare operam alicui rei peragendæ. Incumbere, vigilare, studere, vel in primis concedere rem aliquam, rem mollem, & effœminatam, & quandam quasi clementiam monstrare, qua parentes in liberos suos plurimum errare videntur, nimium illis indulgentes, & delicate tribuentes, & eandem dicit rationem, quam superius dixit de visu, & auditu. ¶ Quosdam. vt Cæ. & suos. ¶ Suspicarer. opinarer, & intellige iterum cum. ¶ Valere. supple cum suspicarer: & existimarem. ¶ In omnes partes, in omnia ad te pertinentia. ¶ Admonendum. adhortandum. ¶ Reliqua. quæ forte scribenda erant. Pro tua prudentia secundum tuam prudentiam. Nam pro loco, in ante & secundum aptissime colamus, vt pro templo, ante templum, pro curia, ante curiam. Sallu. Quod ni maturasset pro curia signum sociis dare. ¶ Pro viribus. secundum vires. Vir. Summis incuruant viribus arcus, pro se quisque viri, pro rostris, pro tribunali, in rostris, fungitur interdum interiectionis officio cum vt pro Iuppiter, pro deum, atque hominum fidem. ¶ Considerabis. consideramus futura, cogitamus præsentia, sed ista confunduntur.

Subuereri

Delecto

Oblecto

Delector

Ignoscere

Indulgere

Pro virib.

ASCEN.

Etsi. Eiusdem fere argumenti est cum superiore, hortatur enim Marcellum, quamprimum domum redire. ¶ Ordo est. Etsi: idest q̃q̃, nihil noui habebam. quod scriberem ad te, & incipiebam magis expectare literas tuas, vel potius teipsum, tamen cum Theophilus: scilicet familiaris tuus, proficisceretur: scilicet Roma ad te, non potui nihil literarum ad te: idest quin aliquid literarum darem ei. ¶ Igitur, quia te tantopere expectamus, cura, vt venias quamprimum. ¶ Enim: idest q̃a, crede mihi, tu venies expectatus: idest desyderatus, & optatus, neq; solum nobis: idest tuis, quia nos tui sumus, sed prorsus: idest omnino. ¶ Omnibus. ¶ Venit enim mihi in mentem: idest cogitando compellor subuereri, idest aliquantulum vereri interdũ, ne decessio: scilicet ab athenis, tarda. i. sera, delectet te, hoc est, ne tædio afficiaris Romam reuerti, quod si nullum haberes sensum nisi oculorum, ego ignoscerem prorsus. i. omnino tibi, si. s. tunc nolles videre quosdã, vt reip. oppressores. ¶ Sed cum ea, quæ audirentur. s. a te, essent non multo leuiora, q̃ quæ viderentur. s. si Romæ esses. ¶ Autem. i. sed, suspicarer interesse. i. ad vtilitatem pertinere, rei familiaris tuæ, te venire. s. domum, q̃primũ, atq; valere. i. vtile esse, in. i. ad, omnes partes, putaui te esse admonendum, de ea re. ¶ Sed quando, aut quoniam, ostendi supple id, quod placeret mihi, tu considerabis reliqua. i. an recte sentiam, pro tua prudentia. i. secundũ prudentiam tuam. ¶ Velim tamen facias me certiorem ad quod tempus, expectemus. i. expectare debeamus te. Vale.

HVBER, Plurimum. Multis epistolis: & in his quas supra vidimus, & aliis quæ non reperiuntur Ci. hortatus fuerat Mar, vt in patriam reuerteretur neq; liberalitatem Cæ. aspernaretur. Deinde gratulatus etiam ei fuerat, ꝙ senatus vniuersus, & boni viri vno consensu supplicassent Cæs. pro restitutione eius. itaq; respondens Mar. dicit se & semper hoc potissimum tempore tanti fecisse authoritatem Ci. ꝙ citius est flexus: & persuasus eius literis, vt mutaret propositum, & Romam veniret, q̃ & consiliis, & precibus. C. M. fratris, qui assidue obsecrabat eum: vt nollet perpetuo abesse, sed vteretur consilio amicorum suadentium: vt rediret. Deinde ostendit se habuisse gratam gratulationem Cicero, quia ex animo facta intelligebat, gratius tamen sibi fuisse: ꝙ inter paucos amicos, q ei fauerent: cognouit Cice. sibi amicissimum: ob quam causam ostendit se potius redire Romam: vt possit esse cum Cicerone & cæteris talibus amicis: quam propter aliquid aliud. ¶ Plurimum valuisse habuisse maximum pondus: & multum potuisse. ¶ Obsecraret precibus. adiuuaret et præeando; quod plus est, q̃ dare consiliū. ¶ Persuadere. i. alium inducere. ¶ Quam effectum. q̃ est persuasum. ¶ Vterer vestro consilio, facerem sicut vos cōsulebatis mihi. ¶ Potissimū. ꝓcipue potius q̃ cōsilio aliorū, q forrasse cōsulebant ei, vt abesset. ¶ Res acta. i. impetrata restitutio mea: qa Ci. ad eū scripserat: sicut et supra ad Seruium Sul. ¶ Gratulatio. ꝙ Cæ. onuerit nō me patuifacere, & ꝙ senatus ꝑ me supplicauerit. ¶ Optimo aīo. i. cū beneuolētia sine simulatione. ¶ In summa paucitate. i. in valde paucis amicis. Erant aūt pauci respectu eorū: q debuerant ei fauere, neq; tñ fauebant. ¶ Necessariorū, necessarii, authore Festo: dicuntur cognati, aut affines, in quos necessaria officia conferunt. ¶ Cupidissimū. amātissimū. ¶ Præstitisse, ondisse. ¶ Singularē ꝓcipuā: plusq̃ oīs aliis. ¶ Reliq̃. cætera, præter te: & alios paucos, qui mihi fauerunt: reliqua igitur. i. fortunæ meæ, & dignitates: & similia. ¶ Eiusmodi. i. talia, & talis conditionis. ¶ Quibus. s. reliquis. ¶ Carebam æquo animo. i. carebam sine sollicitudine: sine dolore. ¶ Tempora conditiones temporū. ¶ Hæc. i. talia ita misera, & mala. ¶ Hoc, hanc rem. s. quæ sequitur. ¶ Statuo, iudico; est aūt ordo: hoc statuo esse eiusmodi, vt quisquam: neq; in aduersa: neq; in secunda fortuna possit viuere sine beneuolentia talium virorum: & amicorum. s. qualis tu es. ¶ Gratulor mihi, gaudeo mihi. ¶ In hoc. in hac re: ꝙ talem habeam amicum. ¶ Præstabo. ostendam. ¶ Re, effectu; non verbis. ¶ Officium, beneficium.

Persuadre — Necessarii

M. Marcellus M. Ciceroni S.

Plurimum valuisse apud me tuam semper authoritatem, cum in omni re, tum in hoc maximæ negotio potes existimare, ꝙ cum mihi C. Marcellus frater amantissimus mei non solum consilium daret, sed precibus quoq; me obsecraret. nō prius mihi persuadere potuit, q̃ tuis est effectum literis, vt vterer vestro potissimum consilio. Res quemadmodum sit acta, vestræ literæ mihi declarant. Gratulatio tua etsi est mihi probatissima, ꝙ ab optimo sit animo: tamen hoc mihi multo iucundius est, & gratius, ꝙ in summa paucitate amicorum, propinquorum, ac necessariorum, qui vere meæ saluti fauerent, te cupidissimum mei, singularemq; mihi beneuolentiam præstitisse cognoui. Reliqua sunt eiusmodi. quibus ego, quoniam hæc erant tempora, facile, & æquo animo carebam. hoc vero eiusmodi esse statuo, vt sine talium virorum, & amicorū beneuolentia, neq; in aduersa, neque in secunda fortuna quisquam viuere possit. Itaq; hoc ego mihi gratulor. tu vero vt intelligas homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi præstabo. Vale.

Ex. xi. Epi. Plurimum valuisse.

¶ Non solū cōsiliū daret, sed precibus quoq; me oneraret.

Si tu. Respondet Ci. particulatim ep'la Metelli:& primũ probat animum Metelli nõ fuisse mutuũ, sicut ille scripserat, & pbat se non habuisse ipsum ludibrio, sicut questus erat in epistola sua, deinde miratur cur gratiam reconciliatam dixerint, q̃ nunq̃ fuerit imminuta. Postea vero ostendit se non oppugnasse eius fratrem capite, & fortunis obdictum, vt ille scripserat, sed defendisse se aduersus eũ, a quo ipse oppugnaretur, dicebat enim frater Metelli Ci. eadem pœna esse afficiendum, qua ipse affecisset ciues Romanos, & multa egerat publ. ce contra ipsum Cice, ostendit autem Cic. se vsum esse potius erga eum officio, & clementi, q̃ iniuria aliqua. Postremo quoniam Metel. ei minatus fuerat, orat ipsum, vt æquum iudicem se præbeat, & existimet ipsum Ci. nihil inique fecisse, si se acerbe, & crudeliter oppugnatum defendit, pollicetur q; seruaturum amicitiam quoad Metel. volet. Si tu. eodẽ genere salutationis vsus ẽ, quo ipse Metel. vsus fuerat. ¶ Quod. s. læsum in ludibrio. ¶ Cuiusmõi, q̃le sit. Sed ta. ostendit in quo putet Metel. existimasse se ludibrio læsum a Ci. quam suspitionem probat esse falsam, cũ potius eũ semper honorauerit, q̃ ludibrio hñerit. ¶ Allatũ nũciatũ. ¶ Propinquos, instituerat Metel. hre orõnem de laudibus Cice. q coniurationem Catilinæ oppressisset, postea vero: cum mutasset propositum, Ci. qui fuerat cupidissimus laudationis Metel. dixerat in senatu Metellum pp̃ter propinquos suos, qui eum rogassent, destitisse ab eius laudibus, de quibus prius instituisset dicere, & addidisset Ci. quanta fuisset expectatio sua de oratione Metel. multi senatores inceperunt ridere, quod Ci. tam grauiter ferret se caruisse testimonio, & laudibus Metel. quod cũ nunciatũ esset Met. existimauit illum risum secutum fuisse propter se: non aũt propter Ci, ideo dixit. ¶ Ludibrio derisione. ¶ Dolerent. q. a inuidebant gloriæ meæ, quã ex ea re mihi parauerã. ¶ Pro consanguineos. ¶ Impetrasse, obtinuisse. ¶ Vt te vt non diceres. ¶ Sta. decreuisses, & proposuisses. ¶ Quod, quam rem: scilicet tuos impetrasse, vt ea taceres, quæ de mea laude statuisses dicere. ¶ Adiunxi. addidi. ¶ Dispartitum. diuisum.

HVBER.

2

M.T.C.Q. Metello Q.F. Celeri Procos. S.D.

Si tu, exercitusq; valetis, bene est. Scribis ad me, te existimasse p mutuo inter nos animo & pro recõciliata gratia, nunq̃ te a me ludibrio læsum iri: quod cuiusmodi sit, satis intelligere non possum: sed tamen suspicor ad te esse allatum, me, in senatu cum disputarẽ, permultos esse, qui R.P. a me conseruatam dolerent. dixisse: a te propinquos tuos quibus negare non potuisses, impetrasse, vt ea, quæ statuisses tibi in senatu de mea laude esse dicenda, reticeres. quod cum dicerem, illud adiunxi: mihi tecum ita dispertitum officium fuisse in R.P. salute retinenda, vt ego vrbem a domesticis insidiis, & ab intestino scelere, tu Italiam & ab armatis hostibus, & ab occulta coniuratione defenderes: atq; hanc nostrã tanti & tam præclari muneris societatẽ a tuis propinquis labefactatã: q, cũ tu a me rebus amplissimis, atq; honorificentissimis ornatus esses, timuissent, ne qua mihi pars abs te voluntatis mutuæ tribueretur. Hoc in sermone cum a me exponeretur, quæ mea expectatio fuisset orõnis tuæ, quantoq; in errore versatus essem: visa ẽ orõ nõ iniucunda, & mediocris qdã est risus consecutus, non in te, sed magis ĩ errorẽ meũ

Allatum

¶ Ab inte. ciuili: q intra vrbẽ esset. ¶ Tu ab armatis ho. quia, vt ostendit Sallu. in Cati. historia, tpe cõiurationis erat Qu. Metellus Celer. in agro piceno p̃tor, cui pmissum erat: vt pro tpe piculo exercitũ compararet. ¶ Atq; hãc so. p̃clara mu. s. cõiunctionẽ præclari officii erga remp. cum tu ab armatis hostibus Italiã, ego vero a domesticis insidiis: & ab intestino scelere vrbẽ defendi ¶ Labef. ctatam. e. commotam: pturbatã: & subaudi adiũxi, vel addidi. ¶ Qui es. s. q timeret re fortasse tu redderes mihi aliq̃ vicẽ, & partẽ mutuę voluntatis in me laudando, cũ te honorificentissimis rebus ornassem. ¶ Mutuę similis amicitiæ: sicut mea fuerat erga te. ¶ Hoc ser, quẽ supra dixi. ¶ Quę. q̃ea. ¶ Expectatio. desyderiũ. ¶ Tuę orõ. de laudibus meis. s. q̃tum expectassem: vt me tua orõne laudares. ¶ In q̃to mœr. ver. es. s. cum a me exponerer in quanto mœrore: & tristitia fuissem: quia tu impulsus precibus tuorũ ppinquorũ tacuisses ea, q̃ de me fuisses dicturus. ¶ Oratio mea. qua iudicabã me cupidum laudationũ de me tuarum. ¶ Est visa. senatoribus audientibus. ¶ Non iniu. i. faceta, & digna risu: quia ostendebã me tantopere doluisse, q caruissem testimonio tuarũ laudationũ. ¶ Et me. ri. est con. & oẽs mediocriter cœperunt ridere. ¶ Non in te. non propter te: quem dixerã impulsum fuisse precibus propinquorum: vt de me taceres: quæ dicenda statuisses. ¶ Sed in mœr. m. sed propter tristitiam meam, in qua dixissem me versatum: quia de me tacuisses.

Labefact?

Si tu &c. Respondet particulatim ep'læ superiori: refellitq; singula fere eius dicta: probans, nec animum, nec amorem Metelli fuisse mutuum, nec se habuisse ipsum ludibrio, nec grãm reconciliatam, nec si fratrem eius ob dictum capite oppugnasse: sed se aduersum eum defendisse: cum dictaret ea pœna Ciceronem affici debere, qua ipse ciues romanos affecisset: videlicet Catilinam: Lentulum: Cæthegum, & cæteros coniuratos. At contra significat se vsum erga fratrem Metelli, omni humanitate, & clementia: seq; Metelli amicitiam conseruaturum: rogans: vt simili in se sit aio. ¶ Ordo est. Si tu, & exercitus valetis bene est. i. recte se res habet. ¶ Scribis ad me te existimasse: pro mutuo inter nos aio: & pro recõciliata gra: te nunquam læsum iri. i. lædendum fuisse: a me ludibrio. i. contumeliosa irrisione, p̃sertim in facto, cum iocus sit in verbis, quod. s. scriptum: aut dictum tuum: cuiusmodi sit: non possum intelligere satis, sed tñ suspicor esse allatũ ad te. i. tibi denunciatum, me dixisse in senatu: cum disputarem. i. disputando assererem, per multos esse, qui dolerent rempu. seruatam sup. esse a me: propinquos tuos, quibus non posses. s. decenter negat, hoc est fratrem tuum, impetrasse a te, vt ea tacere: ea: q̃ statuisses dicenda sup. esse: tibi. i. a te, in senatu de laude mea: hoc est eos impediuisse, ne a te laudares. ¶ Quod cum dicerem, adiunxi illud officium fuisse mihi, in retinenda salute reip. dispartitum. i. diuisum tecum, vt ego sup. defenderem vrbem. s. Romam ab insidiis: & ab scelere intestino. i. quod a ciuibus oriri possit: vtpote ab incendio ædium, ac cæde bonorum, tu defenderes Italiam: & ab hostibus armatis. s. authore Catilina: sub Mallio quodã. Nã Q. Metellus Celer, ad quem hæc scribuntur: tpe belli Catilinarii prætor erat in agro piceno: cui permissum erat exercitum comparare, vt scribit Sallustius: & ab occulta coniuratione. i. ne aliç ciuitates conspirarent: atq; sup. adiunxi hanc societatem nostram tanti. i. tam magni, & tam præclari muneris, vtpote conseruationis reipu. Romanæ, labefactatam. i. debilitatam, & dissolutam a propinquis tuis, fratrem vbiq; tangit, qui cum tu ornatus esses a me rebus amplissimis, atq; honorificentissimis, quia prætura, & authoritate exercitus diligendi, timuissent ne qua pars voluntatis. i. beniuolentiæ mutuæ, tribueretur mihi abs. i. a te. ¶ Cum in hoc sermone exponeretur a me: quę. i. qualis, aut quanta expectatio mea orõnis tuę esset i. q̃topere expectassem orõnem tuam de laude mea. ¶ Et in q̃to mœrore versatus essem, oratio sup. mea visa est, scilicet audientibus: non iniucunda, & risus quidam non mediocris consecutus est: non in te, sed magis in mœrorem meum,

ASCEN.

Medioc

HVBER. Aperte Ingenue

¶ E T quo .i. propter simplicitatem aut ambitionem meam: quia aperte, & synere cõfitebar me cupisse laudari abs te. ¶ Aperte. clare, sine simulatione & insinuatione verborum: vt multi faciunt. ¶ Inge. liberaliter: syncere. ¶ Iam. dicit hanc suam orationem non potuisse sine honore, & laude Met. esse. ¶ Non ho. si non honore. ¶ In te pro te, vel de te. ¶ Hoc, scilicet. ¶ Me ta. vo. idest quis mea facta essent & clara, & magna, ita: vt nõ egerent testimonio, me tamen desyderasse habere te testimonium tuæ orationis. ¶ Quo .i. responsio ad aliam eius epistolæ partem. ¶ Nescio. quia: cum dicis pro mutuo inter nos animos: videris bene intelligere: quid dicatur mutuum, cum animus tuus non fuerit mutuus, vt tu scribis. ¶ Equidem. ponit iudicium suum, & diffinitionem huius dictionis mutui, quantum ptinet ad amicitiã. ¶ Par vo. vt ab eo ameris: quem ames: ab eo tibi benefiat: cui benefacias. ¶ Ego. incipit disputare parem voluntatẽ nõ esse redditam. ¶ Prætermisisse. cum ea habere possem. ¶ Leuior. stultior. ¶ Meæ ratio. vtilitas: & res meæ. ¶ Ita tu. ita postulauerũt, vt ea prætermitterẽ maxime tua causa. ¶ Eius cõ. eius deliberationis & propositi mei, q tua cã prætermisissem puinciam. ¶ In dies sin. per quoslibet dies. ¶ Illud. q. d. verissimum, & certissimũ. ¶ Vt pri. cũ primum. ¶ Deposuerim. recusauerim. ¶ In cõ. in cõuentu, & cõgtegatione ppli. De cõcione [illegible] est alibi plene quot significata habeat. ¶ Traderem. ad te deferrem. ¶ Nihil di. occupatio color rhetoricus: quia maxime dixit, qd se dicturũ negat. ¶ De sor. dediuisione puinciarũ: q fiebat p sortes: vt in penul. epla .i. libri patet. ¶ Suspicari. putare. ¶ Per collegam me. C. Anto. qui mecum consul fuerat. ¶ Me insci. sed potius oia sunt facta me sciente, consentiente: & hortante. ¶ Coegerim. congregauerim. ¶ De te. in laudem tuam. ¶ Honorificam in te. idest fuisse in honorem tuum. ¶ Sed etiam con. conuitiosam: plenam iniuriis. ¶ In col. tuos. contra alios prætores: tantũ enim te extulit, vt alii viderentur vituperari. ¶ Senatusconsultum decretum senatus de prouincia tibi decernenda. ¶ Præscriptione. titulo. ¶ Vt dum .i. donec. ¶ Extabit. durabit qd erit diu: seruabantur diligentissime senatuscon. ¶ Officiũ meũ in te. id qd pro te amicissimo animo feci. ¶ Obscurum. incognitũ, quia illa præscriptio senatuscon. quod egerim iudicabit. puto enim fuisse scriptum. M. C. opera: & causa datam fuisse prouinciã Metel. ¶ Postea ve. commemorat alia beneficia: quę in eum contulit: postq profectus est in prouinciam. ¶ Profectus es. discesisti in puinciã. Cõcionibus: conuentibus ppli. ¶ Quas. qles: & q liberales. ¶ Quæ omnia. a me in te collata. ¶ Cum col. cum diligenter consyderaueris, & in vnam cogitationẽ reduxeris. ¶ Tu ipse in. tumet sis iudex. ¶ Ne. an. ¶ Respondisse satisfecisse, conuenisse. ¶ Mutuo. æqualiter: quia iudicabis tuum aduentũ proximum non respondisse iis, quę pro te feci. ¶ Immimuta. fracta, & immutata, reconciliatur enim quod semel est mutatum. ¶ Quod scri. respõdet pluribus verbis huic parti, pp quã videbar Metel. multum esse cõmotũ. ¶ Illum ani. idest talem animum: qui multum doleat iniuria fraterna. ¶ Probari. laudari. ¶ Mihi. a me. ¶ Fraternam voluntatem, quæ debet esse in mutuo amore.

Contumeliosus Senatuscõsultum Præscriptio

& quod me abs te cupisse laudari, apte, atq; ĩgenue cõfitebar, Iam hoc non potest in te nõ honorifice esse dictum, me in clarissimis meis, atq; amplissimis rebus, tamen aliquod testimonium tuæ vocis habere voluisse. Quod autem ita scribis, pro mutuo inter nos animo: quid tu existimes esse in amicitia mutuũ, nescio: equidem hoc arbitror, cum par voluntas accipitur: & redditur. Ego si hoc dicã, me tua causa prætermisisse prouinciam, tibi ipse leuior videar esse. meæ enim rationes ita tulerunt: atq; eius mei consilii maiorem in dies singulos fructum, voluptatemq; capio. Illud dico: me, vt primum in concione prouinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpisse. Nihil dico de sortitione vestra: tñ te suspicari volo, nihil in ea re per collegam meum me insciente esse factum. Recordare cætera: q cito senatũ illo die facta sortatione coegerim: q multa de te verba fecerim, cum tu ipse mihi dixisti, orationem meam non solum in te honorificã, sed etiam in collegas tuos cõtumeliosam fuisse. Iam illud S. C. quod eo die factũ est, ea perscriptione est, vt dum id extabit, officium meum in te obscurum esse non possit. postea vero q profectus es, velim recordare, quæ ego de te in senatu egerim, quæ in concionibus dixerim, quas ad te litteras miserim. Quæ cũ omnia collegeris: tu ipse velim iudices, satis ne videatur his omnibus rebus tuus aduentus, cum pxime Romã venisti, mutuo respõdisse. Qđ scribis de recõciliata nr̃a gr̃a: nõ intelligo, cur reconciliatã esse dicas: quæ nunq ĩmutata est. Qđ scribis, nõ oportuisse Metellũ fratrẽ tuũ ob dictũ a me oppugnari: primũ hoc velim existimes, aĩum mihi istũ tuum vehemẽter pbari, & fraternã plenã hũanitatis, ac pietatis voluntatẽ, deide siq ego ĩ te fr̃i tuo R. P. cã

ASCEN.

¶ E T q confitebar apette, atq; ingenue .i. simpliciter, & sine dissimulatione: vt ingenuum decet, me cupisse laudari abs te: propter quem risum forte Metellus se ludibrio habitum scripserat, in quo errauit: vnde addit. ¶ Iam hoc nõ potest esse dictũ in te nõ honorifice, me voluisse habere aliquod testimoniũ vocis .i. orationis tuæ, tñ .i. tãetsi, in clarissimis, atq; amplissimis rebus meis, q. d. q laudis nõ egerent. ¶ Quod añt ita scribis: p mutuo inter nos aĩo: nescio qd tu existimas mutuũ esse in amicitia. ¶ Eqdẽ .i. ego qdẽ, arbitror hoc .s. mutuũ eẽ in amicitia: cũ par .i. similis: & æqualis voluntas accipitur, & reddit. ¶ Ego si dicã hoc videlicet me ptermisisse puinciã .s. Hispaniã: tua cã: vt .s. tu eã obtineres: ipse .i. ego, videar tibi eẽ leuior .i. nimis leuis: & incõstans in amicitia, vt iactãtior in dicto. ¶ Rões enim meæ .i. dispositiones: & cõditiones status mei, tulerunt .i. exigerunt: ita .s. vt tibi puinciã permiterem: atq; capio in dies singulos maiorẽ fructũ, & voluptatem: eius consilii mei. ¶ Ego dico .i. affirmo illud, me, vt primũ deposuerim in concione .i. recus[illegible] puinciã, cœpisse statim cogitare: quẽadmodũ ego traderẽ eã tibi. ¶ Ego nihil dico đ sortitiõe vr̃a .i. tua, & collegae, ego tñ .i. dũtaxat, volo te suspicari nihil esse fcm̃ ea re p collegã meũ .s. Caiũ Antoniũ: q meũ cõsul fuit: me insciente, & ita nõ minus p me: q p collegã puinciã sortitus es. ¶ Recordare .i. reduc ad memoriã cætera, q cito coegerim .i. cõgregari fecerim, senatũ illo die: sortitione .s. prouinciarũ facta, q multa verba fecerim de te: cũ tu ipse dixisti mihi oɼonẽ meã fuisse: nõ solũ honorificã in te: sed et contumeliosam in collegas tuos .i. cõpetitores. ¶ Iam: cõtinuatiua est pticula: illud senatuscõsultũ, qđ fcm̃ est eo die: est pscriptione .i. hẽt eã pscriptionẽ .i. titulũ: vt dũ .i. donec: id .s. senatuscõsultũ: extabit .s. scriptũ in publicis actis: offm̃ meũ nõ possit esse obscurũ in te. ¶ Vero .i. sed: velim recorderes: q ego egerã in senatu de te postea q pfectus es: q ego dixeri de te, in concionibus .i. qtum amicabiles ego miserim lr̃as ad te. Quæ cum collegeris .i. ad memoriã reduxeris oia: velim sup. vt tu ipse iudices: ne .i. an: tuus aduentus cũ aduenisti pxime .i. breuissime post Romam: videaɼ rñdisse mutuo: satis oĩbus his rebus .i. officiis meis in te, q. d. scio q nequaq. ¶ Non intelligo sup. id qđ scribis de gr̃a nr̃a reconciliata: cur dicas sup. gr̃am nr̃am reconciliatam, q nunq immiuta est. ¶ Quod scribis non oportuisse Metel. frem tuũ oppugnari a me ob dcm: ego velim existimes primum hoc, istum aĩum tuum .s. in fratrem tam pium: & voluntatem fraternam plenam humanitatis: ac pietatis: probari .i. comprobari, & placere mihi vehementer. ¶ Deinde sup. velim: quod a superiore reperitur, alii addiderunt peto.

¶ Restiterim

HVBER.

¶ RESTITERIM fratri tuo: repulerim fratrē tuū: & ei aduersatus sim. ¶ Cā reip. qua videbaſ offendere Metellū cū iniuste necatos diceret eos: q eā opprimere voluissent: q eius consensu fuissent necati. ¶ Ignoscas: parcas. ¶ Quā q ma. s. est amicus. i. tā amo rēp. q̄ ille q plurimū amat. ¶ Si vero: incipit tueri cām suā: & ondere se potius fuisse oppugnatū, q̄ oppugnasse eius fratrē. ¶ Salutē: vitā. ¶ Impetū defen. furorē, quo in me sæuiebat. ¶ Satis habeas: sufficit tibi. ¶ De iniuria fratris: in me collocata. ¶ Quē: fratrē tuū. ¶ Omnem co. oēs vires: quicquid poterat. ¶ Sui tri. erat enim tribus: cū oppugnaret Ci. ¶ In meā per. in meū interitū: pditionē. ¶ Parare: rebus. ¶ Meditari: animo cogitare. ¶ Egi cum Clo. i. rogaui Clodiam vxorem tuam. ¶ Cuius. i. Mutiæ sororis vestræ. hæc autem Mutia erat nurus Pom. ¶ Studium, amorem. ¶ Necessitudine: amicitia: & coniunctione: quæ erat mihi cum Pom. ¶ Deterrerent: dehortarentur, remouerent. ¶ Ab illa iniuria: quā in me iferebat. ¶ Ille: frater tuus. ¶ In aliquo: ne in minimo quidem. ¶ Improbissimus, cui iure, & merito potuisset inferri iniuria. ¶ Me consulē: q est maximus magistratus. Abeuntē magistratu: discendendo a magistratu: deponente consulatum nam Calē. Ianua. deponebātur magistratus, & fiebant noui. Oui. i. fastorū: Ecce noui præerunt fasces, noua purpura fulget: Et noua conspicuum pondera sentit ebur. ¶ Priuauit po. ha. con. eripuit mihi potestatem habendæ orationis in fine magistratus mei, sicut erat mos. ¶ Cuius fratris tui. ¶ Iniuria, q me priuaret potestate habendæ orationis. ¶ Nam: dicit quare fuerit sibi summo honori. nam Metel. tri. ple. noluit q Cicero aliud diceret: q̄ vt iuraret quæcunq fecisset, se fecisse reip. cā sperans populum idem approbaturum, qd cum iurasset Ci. populus magna voce iuramento affirmauit eum vere iurasse. ¶ Iusiurandum: iuramentum. ¶ Quod, iusiurādū. ¶ Iurauit: iureiurando affirmauit. ¶ Magna vo. vt oēs audirent. ¶ Insigni: notabili: quæ nulli vnquā ciui improbissimo facta fuerat. ¶ Cōmunes ami. qui essent & illius & mei amici. ¶ Agerent cum eo: eū rogarent. ¶ Desisteret, cessaret. ¶ Ab illa mē. ab illo ppōsito persequendi me. ¶ Quibus amicis. ¶ Non esse in te. s. non esse in potestate sua dicebat enim nō licere sibi psequi ea: quæ iniuste fecisset, immo subdit. ¶ Etenim &c. dixerat enim Metel. frater tuus non debere dari facultatem dicēdi aliqd ei, q ciues Ro. sine defensione causæ succendisset: sicut ego fecerā. ¶ Animaduertisset: alios puniuisset. ¶ Causa indicta. i. nō dicta, non: dato termino se defendendi. in carcere enim sunt necati multi: vt ostendit Sallu. ¶ Hominē gra. ironice. q. d. leuissimū & improbissimū hominē, & pessimū ciuem fratrē tuū. ¶ Qui: frater tuus. ¶ Iudicaret: sensus est & ordo: Qui iudicaret eū: q liberasset curiā cæde vrbē incendiis, Italiā bello, esse dignū eadē pœna, qua senatus, oium consensu affecerat: & puniuerat eos, q voluissent incendere vrbē, & trucidare magsatus & senatū, & cōflare maximū bellū. ¶ Senatus affecerat, nō aūt ego sicut ille dicebat. Nā post orationē Ca. in q̄ cēsuerat de cōfessis, sicuti de manifestis rerū capitaliū more maiorum supplicium sumendum, omnes consulares, itemq senatus magna pars sententiam eius laudauerunt. Senatus decretum factum est: sicut ille censuerat. ¶ Vrbem incen. quia Cati. Cethego: Lentu. e eterisq, quorum promptam audaciam nouerat: mandauerat: quibus rebus possent opes factionis confirmarent: insidias consuli maturarent: cædē: incendia: aliaq belli facinora pararent: & reliqua, quæ plenius Sallustius prosequitur.

Mutia

Detetere

Iusiurādi

Insignis

Desistere

restiterim, peto vt mihi ignoscas. tam. n. sum amicus R. P. q̄ q maxime. Si vero meā salutē contra illius impetum in me crudelissimum defenderim: satis hēas, nihil me etiam num tecum de tui fratris iniuria conqri. quē ego cū comperissem oēm sui tribunatus conatum in meam perniciem parare, atq meditari: egi cum Claudia vxore tua, & cū vestra sorore Mutia, cuius erga me studium pro Cn. Pompeii necessitudine multis in rebus perspexeram, vt eū ab illa iniuria deterrerent. Atq ille, quod te audisse credo, pr. Cal. Ian. qua iniuria nemo vnquā in aliquo magistratu improbissimus ciuis affectus est, ea me Cos. affecit cū R. P. conseruassem: atq abeuntem magistratu, cōcionis habendæ potestate priuauit: cuius iniuria mihi tamen honori summo fuit. Nam cum ille mihi nihil, nisi, vt iurarem, permitteret: magna voce iuraui verissimum, pulcherrimumq iusiurandū: quod populus idem, magna voce me vere iurasse iurauit. Hac accepta tā insigni iniuria, tū illo ipso die misi ad Metel. cōmuneis amicos, q agerent cū eo, vt ab illa mente desisteret. quibus ille respondit, sibi non esse integrum. etenim pauloante in cōcione dixerat, ei, q in alios animaduertisset idicta cā dicēdi, ipsi ptātē fieri nō oportere. Hominem grauem, & ciuem egregiū, qui qua pœna senatus, consensu bonorum omnium, eos affecerat, qui vrbem incendere, magistratus, ac senatum

ASCEN.

¶ SI ego restiterim fratri tuo, in qua. i. aliq̄ re: cā reipu. vt ignoscas mihi. Ego eni sum tā. i. tantopere amicus reipub. quā. i. quantopere sup. is est: q maxime est amicus eius. Si vero defenderim salutē meam contra impetum eius crudelissimum in me: habeas satis. s. esse me nihil cōqueri tecū ēt de fratris tui iniuria. quem. s. fratrem tuum, cum ego comperissem parare: atq meditari. i. exercere: omnem conatum tribunatus sui in perniciem meā, egi cum Claudia: seu Clodia, vxore tua: & cum Mutia sorore vestra. cuius studiū. i. fauorem erga me: ego perspexeram: idest cognoueram in multis rebus pro necessitudine Cn. Pompeii. i. quæ erat nobis cum Pompeio, vt deterrerent eum ab illa iniuria. s. mihi inferenda. Atq ille: scilicet frater tuus (quod credo te audiuisse) affecit pridie. i. die præcedente, Calen. Ianuarias, hoc est vltimo Decem, me consulem ea iniuria, qua nemo ciuis improbissimus: idest licet esset improbissimus affectus est, vnquam in aliquo magistratu: idest dum gereret aliquem magistratum: licet infimum affecit inquam me iniuria, cum conseruassem rempu. atq priuauit me abeuntem magistratu: scilicet consulari: potestate concionis: idest orationis ad populum conuocatum habendæ cuius iniuria fuit tamen: idest nihilominus, supple mihi summo honori. Nam cum ille. s. frater tuus: nihil permitteret mihi. s. agere, aut dicere, nisi vt iurarem: scilicet iuste contra coniuratos processisse: ego iuraui magna voce, vt omnes audirent iusiurandum: idest iuramentum verissimum: atq pulcherrimum: idest honestissimum. quod populus idem. s. cui coactus sum iurare: aut quod idem populus iurauit magna voce me iurasse vere. Hic, idest hoc tempore & loco, ego tam insigni iniuria accepta: idest postquam tam insignem iniuriam acceperam tamen: idest nihilominus, nisi illo ipso die ad Metellum: scilicet fratrem tuum, amicos communes: scilicet nobis, qui agerent cum illo: idest rogarent, & monerent illum: vt desisteret ab illa mente: idest voluntate [illegible] iniqua in me, quibus ille respondit non esse integrum sibi. i. se non habere amplius integram potestatem: scilicet desistēdi. Etenim. i. quia: ipse dixerat pauloante in concione. i. oratione, ad populum habita, non oportere potestatem ad dicendum fieri ei ipsi, q animaduertisset in alios. i. acriter puniuisset alios. s. coniuratos, causa indicta. i. non purgata, hoc est, non dato reis ad se purgandum loco. Hominem, ironia est, quæ vt non videatur ex ira nasci, non adiecit particulam o. i. o hominem grauem, & ciuem egregium, videlicet Metellum fratrem. Est (vt dixit) ironia, qui iudicaret dignum eadem pœna, qua senatus affecerat consensu omnium bonorum eos, qui voluissent incendere vrbem.

HVBER. ¶ TRVCIDARE: cedere: interficere: sicut narrat Sallu. eos constituisse. ¶ Conflare: cōcitare: facere. metaphora sumpta a metallis: quæ cōflando cōficiuntur. Iuue. An dubitet totū solitus cōflare Tonantē. ¶ Curiam: senatores. cōtinens p cōtento metonymia. ¶ Itaq;: qa ille sic locutus erat de me. ¶ Restiti: obstiti: a resisto. ¶ Præsenti: q aderat, cum ei respondi. ¶ Disputaui: contendi: feci verba. ¶ Sentiret: cognosceret. ¶ Cum vi.s. cum viro intrepido, & maximi animi. ¶ Ad.iii. nonas.i. tertio die ante nonas iclusiue: hoc est die.iii. Ianua. ¶ Agere: dicere: orare. ¶ Tertio quoq; verbo: quolibet tertio verbo. quisq; enim (vt alio loco plenius diximus) superlatiuis iungitur: & nominibus ordinalibus: vt q̄sq; sapiētissimus. & quintus quisq; iccus. ¶ Appellabat. nominabat me: cōuertebat in me sermonem. ¶ Nec quicq̄. sensus Nihil erat, qđ magis deliberasset, q̄ euertere me quacunq; via posset. ¶ Non iudicio: facit quandā exceptionem: quia iudicio, & disceptatione possumus euertere aliquē. dicit q neq; iudicio: neq; disceptatione deliberauerat eū euertere: quia iudiciū fit visa, & cognita causa: qua Ci. fuisset superior: ergo non iudicio. i. sentētia lata a iudicibus: vel a senatu. ¶ Neq; disceptatione. i. contentione, & disputatione: quia non habebat, quod diceret pro tuenda parte sua. ¶ Sed vi: idest violentia. ¶ Impressione: idest oppressione: impetu. quod quidem est belluarum. Nam (vt inqt Cice. primo officiorū) duo genera sunt decertandi, vnū p disceptationē, alterū p vim. quorū illud est hoium, hoc belluarū. ¶ Euertere: deiicere: psternere. tractū ab ædificiis: q cū diruunt, dicuntur euerti. Virgi. Aut quid in euersa vidi crudelius vrbe? Itē Ci. pri. offi. De diripiēdis aūt euertendisq; vrbibus &c. ¶ Temeritati: stultæ audaciæ. ¶ Virtute, atq; a. i. fortitudine animi. ¶ Fortē in cōsulatu, cū nō timui insidias cōiuratorū: & nullū piculū fugi p rep. defendēda. ¶ Casu, fortuna quadā: qa nihil mihi euenisset aduersi, in quo posset pbari aīus meus. ¶ Qui cō. i. q̄ oratione, & sapiētia. ¶ Te cælarū fuisse de max. rebus, eū non cōicasse tecū res maximas, qa ēt cōicasset hanc rē. vt supra notauimus, dicimus Cælo te hanc rē. Ouidi in hero. Hoc te cęlamus vnū. & iungit ablatiuo, vt hic. ¶ Impartiuit, participauit, communicauit. ¶ Con silii sui, de me persequendo. ¶ Lenis, mitis, benignus. ¶ Expostulem, conquerar. ¶ De iis ipsis re. quas contra me fecit, de quibus posses ēt tu iure accusari: si eas tibi impartiuit, cum tu eas non curaueris prohibere aut si, pbat se non esse commotum in Metellum ob dictum, vt Celer scripserat: sed ob inimicissimum eius in se animum. ¶ Consilio: deliberatione pessima: vt me euerteret. ¶ Commotum: iratum. ¶ Humanitatem: cōsuetudinē. ¶ Si humanitas appellanda est, qa remissio animi accepta acerbissima iniuria potius est appellanda vel stultitia: vel simplicitas quædā: q̄ humanitas. ¶ Remissio animi, mollificatio, pacatio. ¶ Dissolutio: plus est, q̄ remissio. est enim libera relaxatio animi, & negligētia qđā. ¶ Acerbissima iniuria, q̄ nō solū fieret in fortunas meas, sed ēt in salutē. ¶ Nulla, pbat remissionē animi sui. ¶ Assensi his .i. secutus sum tantū in iam eorū, qui mitius contra fratrē sentire videbātur. ¶ Leuissime mitissime. ¶ Addam ēt, plus dicā & adiungā. ¶ Id qđ nō debui curare, qa non tenemur defendere inimicos, quos si nolumus oppugnare, nō tenemur tamen curare, vt subleuentur, quod Cicero de Metello se fecisse dicit. ¶ Non moleste tuli, non dolui, q frater tuus subleuaretur senatuscōsulto. ¶ Atq; etiā adiuui, quod est pro mea parte plus, quantū ego possem, & valerent suffragia mea. ¶ Subleuaretur, fauorem haberet fortasse accusatus fuerat de administratione tribunatus sui, aut aliquid petiuerat, qđ Cic. adiuuit, vt obtineret. ¶ Quia erat tuus frater, non alia causa eum adiuui: nisi tua, quia erat frater tuus.

Quisq;

Disceptatio.

Euertere

Cælo te hanc rem

Lenis

Dissolutio

Leuissime

trucidare, bellum maximum conflare voluissent, eadem dignum iudicaret eum, qui curiam cæde, vrbē incendiis, Italiam bello liberasset. Itaque ego Metello fratri tuo præsenti restiti. Nam in senatu Cal. Ian. sic cū eo de R. P. disputaui, vt sentiret sibi cū viro forti, & constanti esse pugnandū Ad. iii. Non Ian. cum agere cœpisset, tertio quoq; verbo orationis suæ me appellabat, mihi minabatur: neq; illi quicquā deliberatius fuit, quā me quacunq; ratione posset, nō iudicio, neq; disceptatione, sed vi, atq; impressione euertere. Huius ego temeritati si virtute, atq; animo non restitissem: quis esset, qui me in consulatu non casu potius existimaret, quā cōsilio fortem fuisse: Hæc si Metellū cogitare de me nescisti, debes existimare, te maximis de rebus a fratre esse cælatum, sin aliquid impertiuit tibi sui consilii lenis a te, & facilis existimari debeo, qui nihil te de his ipsis rebus expostulem. & si intelligis non me dicto Metelli, vt scribis, sed consilio eius, animoq; in me inimicissimo esse commotum. Cognosce nunc humanitatem meam: si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi, ac dissolutio. Nulla est a me vnquam sententia dicta in fratrem tuum, quotiescunque aliquid est actum, sedens iis assensi, qui mihi lenissime sentire visi sunt. Addam illud etiam, quod iam ego curare non debui, sed tamen fieri non moleste tuli, atque etiam vt ita fieret, pro mea parte adiuui, vt Senatusconsulto meus inimicus, quia tuus frater erat, subleuaretur.

AS CEN. ¶ TRVCIDARE. i. truculenter occidere magistratus. s. annuos, & senatū. i. patres conscriptos. & voluissent cōflare. i. cōfluere bellū maximū, eū, qui liberasset curiam. s. patrum conscriptorū cæde, & liberasset vrbem incendiis, & Italiam bello. Itaq; ego restiti Metello fratri tuo p̄senti. Nam ego disputaui in senatu Calēdis Ianuariis de repu. sic, vt sentiret pugnandum esse sibi cū viro forti, & constanti, quod idem est, ac si dicat Cicero mecum disputat. Cum. i. Metel. frater tuus, agere. i. disceptare, cœpisset ad tertium nonas Ianua. appellabat me tertio quoq; verbo. i. de tribus verbis orationis suæ semp vno, & minabatur mihi. Neq; qcquā fuit deliberatius ei. i. magis deliberate constitutū ab eo. s. fratre tuo, q̄ euertere me, quacunq; ratione posset, non iudicio, neq; disceptatione, sed vi, atq; impressione. i. violento impetu. Si ego non restitissem virtute, atq; aīo temeritati huius. i. huiusmodi inimici, quis esset, q nō existimaret me fuisse fortē. in cōsulatu. s. meo, potius casu, q̄ cōsilio. i. pposito deliberato. q. d. nullus. Si tu nescisti. Metellū. s. fratrē tuū, cogitare hæc de me, tu debes existimare te esse cælatum. i. occultationē tibi factā a fratre. s. tuo, de rebus. s. maximis. Sin aūt. i. sed si, sup. frater, impertiuit tibi. i. cōmunicauit, tecū aliqd cōsilii sui, ego debeo existimari a te lenis, & facilis. i. inconstans, & minime strenuus, q nō expostulē tecū. i. agā tecū iniuriarū de ipsis rebus. i. pp ipsas res. Etsi intelligis me non esse cōmotū dicto. i. solo verbo Metelli. s. fratris tui (vt scribis) sed consilio eius, & aīo inimicissimo in me. cognosce nūc humanitatē meā, si remissio, ac dissolutio. i. fractio animi in iniuria acerbissima est appellāda humanitas. q. d. potius appellabitr ignauia, aut inertia, seu pusillanimitas nulla snia est dicta vnq̄ a me, in. i. cōtra fratrē tuū, quotiescunq; aliqd est actum. s. in fratrē tuū. ego sedens, & ita parū intentus, assensi iis, q visi sunt mihi sentire leuissime. i. facillime, & minimū grauiter in fratrē tuū. Ego addam ēt illud, quod ego nō debui, iā. s. aīo eius cognito, curare, sed tñ tuli fieri. i. vt fieret. nō moleste. i. non grauate. atq; ēt adiuui pro mea parte, vt fieret, videlicet vt inimicus meus, qui erat frater tuus, subleuaretur. i. ab accusatione liberaretur, senatusconsulto. i. decreto totius senatus.

¶ Quare

¶QVARE.conclusit se non oppugnasse Metellum, vt eius frater scripserat:sed repugnasse.nã oppugnare est cõtra pugnare nocendi cã,repugnare vero est contra pugnare defendendi causa.¶Repugn.:ui.restiti.¶Mobili.mutabili.nã scripsit Metel.in epl̃a superiore:Etiam mobili in me,meosq; animo non fore sperabam.respondet igit̃ Cic. huic parti dicens:Se nõ fuisse animo mobili:sed potius ita stabili:vt etiam desertus ab officiis eius,q debuerat eũm defendere cõtra fratrem,a quo iuste oppugnabatur:tamen pmaneret in pristina volũtate erga eum.¶Ab officiis tuis.qui debueras me tueri.¶Minitanti.frequentati vi verbi est pticipium.minitanti:idest prædicenti, & prænũcianti mihi mala: quia

H.V.B.E.
Oppugnate
Repugnare

Quare non ego oppugnaui fratrem tuum,sed fratri tuo repugnaui:nec in te,vt scribis,animo fui mobili, sed ita stabili,vt in mea erga te voluntate,etiam desertus ab officiis tuis,permanerem.Atq; hoc ipso tẽpore tibi pene minitãti nobis per literas,hoc rescribo , atq; respondeo.Ego dolori tuo non solũ ignosco,sed summam etiam laudẽ tribuo.meus enim me sensus,quãtavis fraterni sit amoris,admonet.a te peto,vt tu quoque æquum te iudicẽ dolori meo præbeas:si acerbe, si crudeliter,si sine cã sum a tuis oppugnatus, vt statuas mihi non modo non cedendum , sed etiam tuo, atq; exercitus tui auxilio in eiusmodi causa utendum fuisse.Ego te mihi semper amicum esse volui : me vt tibi amicissimum esse intelligeres,laboraui.maneo in uolũtate,& quoad voles tu,permanebo:citiusq; amore tui,fratrem tuum odisse desinam , quam illi⁹ odio quicq̃ de nostra beneuolentia detrahatur. Vale.

scripserat,Non erit mirãdũ,si vos pœnitebit.¶Ignosco. qa ex fraterno affectu pnenit.¶Summã laudẽ tribuo. vehementer laudo,qa facis qd debet frater p fratre.¶Meus sensus.meus affectus, & motus animi naturalis.¶Quãtauis fraterni amoris:q̃tum valeat amor fratris:nõ ignosco tibi:imo etiã laudo:q; tantopere cõmouearis pro piculo fratris.¶A te peto. & est fere sensus:Sicut ignosco tibi:q; pro iniuria fraterna doleas:ita peto a te vt æqui etiã:& iuste iudices de dolore meo,necvelis iudicare:aut existimare me temere motũ esse ɔtra fratrẽ tuũ.¶Dolori meo:quẽ accepi de acerbissima iniuria a fratre tuo mihi illata.¶Si acerbe.snia est:Peto a te,vt iudices nõ solũ licuisse mihi defendere me:uerum ẽt me fuisse defendendũ tuo auxilio:& exercit⁹ tui in tali cã:vbi agebat̃ de salute mea:qa acerbe crudeliter,& sine cã sum oppugnatus a fratre tuo. Si affirmatiue ponit̃,nõ dubitatiue.¶Acerbe.aspere crudeliter ad psecutionẽ vitæ.¶Sine cã, qa nec ipse fuerat vnq̃ a me offensus:nec qcq̃ etiam fecerã contra rempu.sed potius p repu.¶Statuas.iudices:existimes.¶Non ce.mi. fri tuo.i.nõ repugnandũ ei.nã cedere alicui oppugnanti est ei nõ repugnare.¶Tuendũ.defendendũ:& a te, & ab exercitu tuo.¶Laboraui.curaui:dedi operã.¶Maneo. pseuero.¶In vo.vt sum tibi amicissim⁹.¶Quoad.q̃tũ: q̃diu. ¶Citius.q̃uis odiũ meũ in fratre tuo iustum sit:tñ citius cã & amore tuo eum desinã hẽre odio:q̃ pp odiũ illius quicq̃ diminuat̃ de nostro amore.¶Detraham.diminuam.

Si
Acerbe
Quoad

¶Ex.ii.Epistola.Si tu,exercitusq;.

Quod cum dicerem,illud adiunxi etiam,mihi tecũ ita dispertitum officium fuisse in repu.salute obtinenda.Iã vero hoc non põt in te nõ honorificentissime esse dictũ , in clarissimis me meis,atq; amplissimis rebus,tñ aliqd testimoniũ tuæ volũtatis,atq; vocis hẽre voluisse.Quod ãt ita scribis,pro mutuo inter nos amore,qd tu existimes eẽ in amicitia mutuũ non itelligo.Egi cum Claudia,vxore tua & cum vestra sorore Mutia,cui⁹ erga me studiũ pro Cnæi Põpei necessitudine multis in reb⁹ pspexeram, vt illũ ab illa iniuria deterrerent.Atq; ille(qd te audisse credo)pridie Cal.Ianuarias,qua iniuria nemo,vnq̃ i aliquo magistratu iprobissim⁹ ciuis affectus est.Eteni paulo ante in concione dixerat,ei,q in alios animaduertisset,non dicẽdi cã adiiciendi ptãtẽ fieri nõ oportere hoiem grauẽ, & ciuem egregium.Et si itelligis nõ me ab dicto Metelli.Nulla est vnq̃ a me snia in fratrem tuũ dicta, qñcunq; aliqd est actũ,sed etiã iis assensi; q leuissime sentire mihi visi sunt. Atq; etiã,vt ita fieret,pro mea pte adiuui,vt senatusc̃õsulto,meus inimicus,q tuus frater erat,subleuaretur.Citiusq; amore tui fratrẽ tuum odisse desinã,quã illius odio quicq̃ de nostra beneuolentia detrahã. Vale.

¶QVAre ego nõ oppugnaui frem tuum:sed repugnaui fratri tuo.Oppugnat.n.ille,q prior inuadit, & aggredit̃. Repugnat vero ille,q oppugnãti resistit.expugnat ãt qui quos oppugnat vicit, & capit.¶Nec fui i te(vt scribit)aio mobili.i.variabili:hoc est nõ habui aium mobilem:sed fui aio ita stabili:ut ego desertus ab officiis tuis pmanerem in mea volũtate.i.bñuolẽtia erga te.atq; rescribo,atq; rñdeo hoc ipso tpe tibi pene minitanti nobis p lr̃as.rescribo inq̃ quæ sequunt̃.Ego nõ solũ ignosco dolori tuo:quẽ de fratris aduersitate cepisti:sed tribuo.sup.tibi:etiã summã laudem.Enĩ,i.qa:sensus meus.i.ppriũ ingeniũ & propria natura:admonet me q̃ta.i.q̃ magna sit uis.i. potestas amoris fraterni.Exptus.n.erat in Quintũ fratrẽ suum.peto.i.(qd dicit)quiro:quoq; a te:vt præbeas te iudicẽ æquum dolori meo:si ego sum oppugnatus a tuis:acerbe:si crudeliter: si sine cã:vt statuas.i.in aio tuo inducas:nõ mõ non cedendum:sup.fuisse mihi:sed ẽt sup.me fuisse tuendũ.i. ptegendũ:in eiusmodi cã.s.pro rep.auxilio tuo;atq; exercit⁹ tui. Ego volui te esse semp amicũ mihi:& laboraui vt itelligeres me eẽ amicissimũ tibi.maneo ĩ volũtate, & pmãebo quoad.i.donec voles. & ego desinã citi⁹ amore tui.i.pp amorẽ meũ in te,odisse frem tuũ:q qcq̃ detrahat̃ de bñuolentia nr̃a odio illius.Nõrum est odisse,licet pteritæ sit vocis,etiam pñtis esse signationis:a uerbo odi.nã odio in vsu peritoꝝ nõ est,nisi forte odias semel apud Ci.p oderis scriptũ velis.

ASCEN.

3

Q.Metellus Celer S.D.M.Ciceroni.

HOminis importunissimi contumeliæ,quibus crebris concionibus me onerat, tuis erga me officiis leniuntur : & ut sunt

HOminis.L.Metellus Qu.Metelli frater, de quo in superioribus epistolis vidimus,non solũ Romæ oppugnabat Ci.verũ etiã crebro ad fratrẽ suum scribebat lr̃as cõtumeliosa de Cic.q tñ nunq̃ desistebat ab officio erga Qu.Metellum,sed q̃to magis eius frater Qu. Metellus cõtra Ci.irritare videbat̃,tanto magis Ci. permanebat in voluntate, & quotidie plura faciebat pro Q.Metello: qui tandem cognita iniquitate fratris scribit ad Ci.se paruifacere q̃relas fratris hoĩs importunissimi, & leuissimi : velleq; eum hẽre loco fratris.Postremo dicit quare nõ scripserit de rebus prouinciæ,nisi ad Læliũ.¶Hoĩs.fratris mei. ¶Importunissimi. infestissimi,tædiosissimi,q nulla habita rõne tui,q fueras laudandus,vbiq; dãnat,aut mei,q gero bellũ:quotidie scribit ad me ɔtumeliose de te.¶Contumeliæ.iniuriæ de te.¶Onerat, fastidit,obtundit,iplet.¶Concionib⁹crebris.i.crebris literis plixis:quales sunt conciones.nam concio(vt supra diximus)significat suggestũ,vnde verba fiũt & cõgregationem populi:& orõnem quæ habetur ad populũ.ideo nunc appellauit literas Metelli fratris cõcione,pp prolixitatem:vt supra alio loco literas longi subsellii:vt noster Pompeius dicere solebat.idest cõciones.¶Tuis officiis,quæ quotidie pro me humanissime facis.¶Leniuntur.mitigantur,minoris a me fiunt,minus me mouent.

HVBE.
Importunissimi
Concio
Leniri
Leuis

HVBER. ¶LEVES.contemptibiles:nullius æstimationis.¶Commutata persona.posito te loco fratris mei.¶Duco.pono:puto.¶Meminisse.qa non possum meminisse eius sine molestia:cum video eum ita leuē.¶Bis.fortasse enim bis fuerat oppugnatus:non solum a Cic.sed ab alio.¶Seruaui.tutatus sum:ne damnaretur.¶Meis rebus.quas in prouincia gessi.¶Multitudine literarum.scribendo ad singulos.¶Doceret vos.redderet vos certiores(vt vulgo dicimus) informaret vos.¶Si poteris.hoc dicit propter iniuriam,quam acceperat ab eius fratre.

leues huiusmodi hoïes,a me despiciunt:libenterq; cōmutata psona,te mihi fratris loco esse duco.de illo ne meminisse quidem volo,tametsi bis eum inuitum seruaui.De me,meisq; rebus,ne vobis multitudine literaR molestior essem,ad Lælium perscripsi:de rationibus etiam prouinciæ quid vellem fieri,vt is vos doceret,& commonefaceret.Si poteris, velim pristinam tuam erga me voluntatem conserues. Vale.

¶Ex.iii. Epistola.Hominis importunissimi. De illo quidem meminisse nolo.

ASCEN. HOminis &c.Hoc epistolio Metellus recōciliata gratia for.itan epistola superiore,etiam contempto fratre,cōmendat Ci.rem suam.quā ad Lælium perscri/pserat,dicens.Contumeliæ.i.contumeliosæ de te querelæ,hois importunissimi:videlicet fratris mei,qui cum te/cum in gratia esse,mihi & gratum,& iucundū sit,discordiam interiecere nititur,quibus onerat.i.vsq; ad fastidiū me fatigat,crebris concionibus.i.literis tam plixis,& accurate scriptis:quasi ad populum contra te oraret:leniuntur.i.mitigātur,tuis officiis.i.officiosis dictis:& factis erga me.& hmōi hoies tam frater q̃ alii,sunt leues.i.faciles & incōstantes,despiciuntur a me.& libenter duco.i.reputo te esse mihi loco fratris:persona:scilicet fratris cōmutata:scilicet in tuam,vt tu sis mihi fratris loco. & ille quia leuis, & iniurius in te,sit mihi pro hoste habendus, vt te immeritō habuerat.Ego ne quidem.i.non saltem.volo meminisse.i.mentionem amplius facere de illo. tametsi seruaui eum bis inuitum.i.nolentem seruari:sed sese periculo cōmittere gestientē,siue in foro:siue in bello ignotum est. Ego perscripsi ad Lælium de me,& rebus meis,ne essem molestior.i.plusq̃ decet molestus vobis.hoc est tibi & cæteris amicis,multitudine literarum.vt is doceret vos, & commonefaceret quid velim fieri de rationibus prouinciæ. Velim si poteris,supple id facere,vt supple conserues pristinam voluntatem tuam erga me.

M.C.S.D.Q.Metello Nepoti Procos.

LIteræ.Qu.Fratris,&T.Pomponii necessarii mei tantum mihi spei dederāt, vt in te nō minus auxilii,quā in tuo collega mihi constitutū fuerit, itaq; ad te literas statim misi:p quas,vt fortuna postulabat, & gratias tibi egi,& de reliquo tempore auxilium petii.Postea mihi nō tam meorum literæ,q̃ sermones eorum, qui hac iter faciebant,animum tuum immutatum significabant.quæ res fecit,vt tibi literis obstrepere non auderem. Nunc mihi Qui.frater meus mitissimam tuam orationem,quam in senatu habuisses,perscripsit:qua inductus,ad te scribere sum coactus:& abs te,quantum tua fert voluntas, peto,quæsoq;, vt tu me conserues potius,q̃ propter arrogantiam,& crudelitatem tuorum me oppugnes. Tu tuas inimicitias vt R. P. donares,te vicissi:alienas vt cōtra R.P.confirmes,adduceris? Quod si mihi tua clementia opem tuleris:omnibus in rebus me forē in tua potestate tibi confirmo. Sin mihi neq; magistratum,neque senatum,neq; populum auxiliari propter eam vim,quæ me cum R.P.vicit,licuerit:vide,ne cum velis reuocare tempus omnium reseruandorum,cum qui seruetur non erit,nō possis. Vale.

¶Ex.iiii.Epistola.Literæ Qu.fratris. Tu cōtrariū tuas inimicitias, vt reip.donares te vicisti. Quod si mihi tua clemētia opem tuleris, omnibus in rebus me fore ī tua potestate optime ɔfirmo. Si mihi neq; magistratum,neq; senatum,neq; etiam populum auxiliari propter eam vim,quæ me cum repu.vicit.licuerit.

HVBER. LIteræ.Scribit Cice.ad Quin.Metellum Celerem se primum posuisse maximam spem de restitutione, & salute sua in eo propter literas, quas a Qu.Cicerone fratre suo,& a Tito Pomponio acceperat de optima mente ipsius Metelli.Sed postea intellexisse eum mutasse animum,destitisseq; ipsum tueri.Itaq; eum rogat,vt velit eū seruare dum potest,ne eum velit postea reseruare,cum non poterit.Videtur autem hæc epistola scripta,cum Cic.eiectus fuisset in exilium p Clodium & Clodianos.¶Quin.fratris,scilicet mei.appellabatur.n.Qu.Ci.frater Cic.¶T.Pomponii.is est qui Atticus cognominatus est,ꝙ ab Athenis singularē sapientiam reportarit,vt ostēdit in procemio Catonis maioris de senectute.Necessarii.amici familiaritate coniuncti.¶Constitutum.positum,firmatum.¶Quā in collega.alii Pansam dicunt.ego Lentulum sentio, qui consul cum Metello fauit plurimum Cic. vt restitueretur in patriam:vt in primo lib. visum est.¶Minus au. in meis miseriis,& malis.¶Itaq;.quia tantum spei in te constitueram.¶Gratias egi.dixi tibi gratias de eo, quod fecisses p me.¶Vt fortuna postulabat.vt exigebat fortuna miseri & exulis,quę postulabat,vt essem submissus,& ei gratias agerem,qui mihi bñfecisset.¶De reliquo tempore.de futuro,vt mihi non deesses.¶Non tam meorum,excipit suos,ne faciat eos suspectos aut inuisos Metello.¶Eorum Romanorum.¶Hac.per hanc regionem.existimant quidā eum tunc fuisse Dyrrhachii.¶Immutatum. contra me valde mutatum,vt amplius mihi non faueres.¶Obstrepere lit. literis tibi aliqd dicere,& auribus tuis insonare.¶Non auderem.quia intelligerem te immutatum,& factum mihi inimicū.¶Nunc.nup.Mitissimā.humanissimam.¶Qua.oratiōe tua mitissima.¶Inductus.motus:psuasus.¶Coactus.compulsus,quia aliter visus fuissem ingratus.¶Quantum tua vo.se.i.quātum vis.¶Tuos.amicos & ppinquos,qui non potuerunt esse satis tuti me pereunte.¶Arrogantē.superbam,temerariam.¶Tuorum.intelligit Metellum eius fratrem,de quo in præcedētibus epistolis vidimus. & Clodium qui.tribu.plebis Cic.eiecerat in exilium.vt alibi diximus plenius.¶Me oppu.mihi noceas,mihi sis inimicus.¶Tu.argumentum a maiore ad minus.& est sensus,Tu inquit proprias inimicitias reip.causa deposuisti,& oblitus es.&poteris sustinere,& ɔfirmare alienas ɔtra rempu.q.d.non facies.¶Donares reip.i.reipu.causa deposuisti.¶Vicissi te.superasti aīum tuum,qui te ad vindictam trahebat.¶Alienas.fratris tui & aliorū.¶Contra rempu.qui me oppugnant faciūt contra rempu.quā ego semp defendi,cuius sum pater,& patronus.¶Adduceris.moueberis.q.d.non.¶Quod si.ostēdit q̃ grato animo sit accepturus eius bñficium.¶Opem tulerit.auxiliatus fueris.¶Cōfirmo.certissime promitto.¶Forte in tua potestate.facturus quicquid iusseris.¶Magistratus.ptores,consules:& alios qui honores,& officia habent.quo do est:Si n eq; licuerit magistratus:neq; senatum:neq; populum auxiliari mihi pp eam vim,quæ vicit me cū rep.vide ne cum

Margin: T.Pomponius — Coactus — Arrogans

ne cum velis te reuocare tpſ'oīum ſeruādoꝝ non poſſis: cum non erit q̄ ſeruet. ¶ Si neq; magiſtratus licuerit auxiliari. ſi magiſtratus enī poterunt mihi auxiliari. ¶ Cum rep. quia contra voluntatem reip. illata eſt mihi vis & iniuria.

ASCEN. Literæ &c. Verum eſt, quod Comicus dicit, rerum eſſe viciſſitudinem. in ſuperiori epiſtola, cum Cicero adhuc in ſenatu ſtaret: & Metellus in Hiſpaniis ageret: eguit Metellus opera Ciceronis: quam illi, qua erat humanitate & prudentia præditus non grauate impenſam, nunc cum factione Clodii ob cædem ciuiū exularet Dyrrhachii: repetit dicens ſe maximam ſpem de reſtitutione ſui in Metello poſuiſſe ob literas, quas acceperat ſe itellexiſſe illum mutaſſe animum: & ſe velle deſerere, quod ne faciat, rogat, & vt accuret interea dum poteſt. Ordo eſt: Literæ. Quinti fratris. ſ. mei: & Titi Pomponii neceſſarii mei: dederunt mihi tantum ſpei, vt non minus auxilii fuerit conſtitutum. i. animo conceptum, mihi in te, q̄ in collega tuo. ſ. Lentulo, de quo in prima primi libri epl'a dictum eſt. Itaq;. i. & ita. ego miſi ſtatim literas ad te, per quas: vt fortuna poſtulabat: q̄a (vt dicitur in Hecyra Terentiana) profecto (vt puto) hoc ſic eſt omnibus nobis, vt res dant ſeſe ita magni atq; humiles ſumus, & id eſt ſimul: egi tibi gratias: &. i. ſimul: petii auxilium. ſ. tuū de, ideſt pro reliquo tempore. ¶ Poſtea non tam literæ meoꝝ: q̄ ſermones eorum, qui faciebant iter hac. i. per hūc locum vbi ſum, hoc eſt vt plures volunt per Dyrrhachium: ſignificabāt mihi animum tuum immutatum, quæ res fecit, vt non auderem obſtrepere. i. inuite audituro ſtrepitum facere, literis meis. ¶ Nunc Quintus frater meus: ſcripſit mihi orationē tuam mitiſſimam. i. placatiſſimi animi indicem, quam habuiſſes in ſenatu, qua oratione. i. cuius orationis fiducia, ego inductus, ſum coactus. i. compulſus, ne præter officium facerem, ſcribere ad te, peto abs te, quātum voluntas tua fert: id eſt patitur. ſ. rogari: & quæſo. i. oro. vt ſerues potius tuos, ſcilicet neceſſarios: vt fratrem & Clodium mecum, q̄ oppugnes me propter arrogantiam, id eſt ſuperbam crudelitatem tuorum. ¶ Tu viciſti teipſum. i. iram tuam, vt donares reipu. i. ob amorem: & vtilitatem reipu. inimicitias tuas, ſcilicet quas concepiſti in me, & adduceris, id eſt ſinis aut ſines te adduci, vt confirmes alienas: ſcilicet inimicitias: ut Clodianas, contra rempu. ¶ Quod ſi tuleris mihi opem, clementia tua, id eſt propter dementiam tuam, ego confirmo. i. firmiter promitto, me fore in poteſtate tua in omnibus rebus. ¶ Si neq; licuerit, id eſt licitum fuerit, magiſtratum. i. eos qui publicum gerunt honorem: neq; ſenatum: id eſt ordinem patrū conſcriptorum, auxiliari mihi propter eam vim: id eſt violentiam, quę vicit me cum repub. hoc eſt tribunitiam vim, quā Clodius exercuit, vide ne cum velis renouare tempus omnium reſeruandorum, id eſt iterum ſeruandorum, quod vulgo dicitur ſaluandorum, non poſſis; ſupple reuocare cum is, qui ſeruetur non erit, quaſi dicat cum Clodius effecerit: quod Catilina conatus fuerat.

M. C. S. D. C. Antonio M. F. Imp.

Etſi ſtatuerā nullas ad te literas mittere, niſi commendatitias, non q̄ eas intelligerem ſatis apud te valere, ſed ne iis, qui me rogarent, aliquid de noſtra coniunctiōe imminutum eſſe oſtenderem: tamen cum T. Pomponius homo omnium meorum in te ſtudiorum, & officiorum maxime conſcius, tui cupidus, noſtri amantiſſimus, ad te proficiſceretur, aliquid mihi ſcribendum putaui: præſertim cum aliter ipſi Pomponio ſatisfacere non poſſem. Ego ſi abs te ſumma officia

HVBER. Etſi. Caius Antonius collega fuit Cice. quo tempore coniurauit Catilina contra patriam: quem cum Cice. pactione prouinciæ: vt Sallu. ſcribit in agrum piſtorienſem aduerſus Catilinam cum exercitu miſiſſet, q̄ ei diffidebat, ne in defendenda repub. & opprimenda coniuratione ab eo diſſentiret, ille cū cognouiſſet id a Cice. hac cauſa eſſe factum. alienatus eſt aliquantulum ab eo. & dicebat, ſe comperiſſe Cice. multa in ſe & dixiſſe & feciſſe indigna amicitia ſua. Itaq; his de rebus Cic. eum corripit: & oſtendit longe contra eſſe, quia affecerit C. Antonium multis officiis: quibus ille nullam gratiam reddidit, ſuorum autem in eum officiorum teſtem eſſe Senatum & Populum Romanum: in quibus dicit ſe conſtanter perſeueraturum: ſi modo ille non fuerit penitus ingratus. Poſtremo commendat ei T. Pom. cuius cauſa dicit ſe ſcripſiſſe ea, quę ſcripſit præter cōmendationem, quia fuiſſet conſcius eorum, quæ Cice. contulit in C. Antonium. ¶ Statueram decreueram. ¶ Niſi cōmendatitias. niſi in quibus aliquē tibi commendarem, coactus & compulſus non mea ſponte, quia literas commēdatitias, vt plurimum ſcribimus rogati & coacti ab amicis. ¶ Satis valere. multum pondus habere, & prodeſſe iis, quos commendarem. ¶ Sed ne. ſed ne per intelligerent aliquid eſſe diminutum de noſtra amicitia, quod quidem fieret, ſi. iis, qui me rogarent, recuſarem ſcribere, q̄a dicerent me id facere, q̄a eſſem a te alienatus. ¶ Coniunctione. amicitia, quæ ex coniunctione conſulatus inter nos fuit. ¶ Tamen. licet ſtatuiſſem ſcribere ad te nullas literas, niſi commēdatitias. ¶ Studiorum. beneuolentiæ. ¶ Et officiorum. eorum, quæ pro te fecerim. ¶ Maxime conſcius. maxime gnarus. i. qui maxime ſcit. ¶ Tui cupidus. qui tibi bene vult, vt oſtendat eum eſſe communem amicum, & ideo magis credenda, quæ ei dicet. ¶ Præſertim. licet putauerit credendum aliquid, tamē dicit præcipuam cauſam fuiſſe Pomponium, qui initabat vt ſcriberet. Satisfacere. facere quod vellet. ¶ Aliter. niſi ad te ſcriberem. ¶ Ego. iam incipit exponere mentem ſuam: & eſt ſenſus. nemo debet mirari, ſi ego a te deſydero maxima officia, q̄a ego pro te feci, quæ ad honorem, & commodum tuum pertinebant. ¶ Debeat. pro debet, vel debebit. ¶ Videri mirum ne. id eſt nemo debet mirari.

PHI. Etſi ſtatueram. Cum innumerabilia in C. Antonium M. F. Ci. beneficia contuliſſet, ſane q̄ pro eis ac non debebat ingratum eſſe cognouit. Quare ad eum has literas dedit: quaſi in exprobationem quādam immemoris beneficii, & pro eo quid egerit, quid etiam acturus ſit, ſi non ingratum eſſe ſenſerit, breui oratione demonſtrat. Teſtem vero ſuorum in eum officioꝝ dicit eſſe ſenatum: & Populum Ro. & in calce literaꝝ T. Pomp. familiarem ſuum illi magnopere cōmendauit. Item ille Anto. qui in conſulatu, quo Cic. Catilinam in patriam coniurantem oppreſſit: collega eius fuit, & cum Cice. aliquantulum vereretur, ne in opprimendis coniuratoribus ab eo diſſentiret, & ex hoc ſaluam reddere rempu. non poſſet, in ſortiendo prouincias in agrum piſtorienſem contra Cati. vt inquit Sallu. eum cū exercitu mittendum curauit, quod cum intellexiſſet Antonius hac ratione factum, grauiter, & moleſte tulit, & ab eius amicitia ſe diſiunxit, ac de Ci. non mediocriter cōqueſtus aiebat. multa in ſe, & dicta, & facta a Cic. fuiſſe indigna graui viro: & amico. Ex hoc aūt Ci. has ad eum literas miſit, q̄bus eū vehementer increpat, oſtenditq; longe aliter eſſe q̄ ſenſerat, q̄uo eū plurimis maximiſq; beneficiis ſemp. affecerat, & ab eo nunq̄ ipſe aliq̄d officioꝝ acceperat. Legatus is etiā poſtea Cæ. fuit, de quo Sueto. ſic, Nullam cladem paſſus eſt oībus bellis ciuilibus pręter per legatos ſuos, quoꝝ C. Curio in Africa periit C. Antonius in Illyrico in aduerſarioꝝ deuenit poteſtatem. ¶ Cōmendatitias. q̄bus aliq̄d tibi cōmēdarem. Sed quare tantū cōmendatitias, q̄m has nō ſponte noſtra, ſed rogati ab amicis ſcribere ſolemus, vult enim his uerbis referre q̄ ad eū non ſcriberet, niſi vt aliis oñderet ſe nō eſſe factum ab Antonio alienū, quem ſibi iratum eſſe videbat immerito. ¶ Valere. multi ponderis eſſe apud te. ¶ Satis. ſatis finem amplectitur. Multū finē non habet. ¶ Coniunctione. amicitia

Multum Satis

ASCEN. & consuetudine. ¶ Conscius: qui in primis scit et: articulus est. ¶ Aliqd: pter cõmendatitias. ¶ Satisfacere: nisi scribendo ad te in signũ beneuolentiæ. ¶ Sed ego. expositio est animi & mentis suæ in Antoniũ, & ait ne cui debet mirũ videri si abs te non modo desyderem: sed reputem beneficia. Multa enim pro te gessi quæ honori tuo, & vtilitati conduxerit,

ET si statueram. Diximus supra epistolas Cice. non esse collectas pro rõne temporis. sed personarũ, nam huius epistolæ argumentum contigit lõge ante superiores a Metello: & ad Metellum epistolas: quia quo tẽpore Cicero adhuc consulatum gessit. Vnde Caius Antonius Ciceronis in consulatu collega: cum Ciceronis persuasione rem extra vrbem in agro pistoriensi gereret: eo consilio vt minus periculi ab eo cum foris esset, resp. immineret, & vt melius coniuratos oppimeret, primum id æquo animo tulit, arbitrans & vberiorem & non minus honorificam eam esse conditionẽ, sed vbi consilium Ciceronis resciuit, ægerrime tulit, scripsitque Ciceronem in se multa iniqua dixisse atque fecisse quæ Cicero partim purgat, partim negat, Ordo est. Et si: id est quanquam, statueram nullas: id est non vllas, non mittere ad te vllas literas: nisi commendatitias: id est quibus tibi aliquem commendarem, non ꝙ intelligerem eas valere satis apud te: sed te ostenderẽ. s. renuendo: iis qui rogarent me. s. vt se commendarem tibi, aliquid esse imminutum de cõiunctione nostra. i. vinculo amicitiæ nostræ: tñ cum Titus Pomponius homo maxime cõscius oium studiorum & officiorum meorum in te: & cupidus tui, & amantissimus nostri: proficisceretur ad te: putaui aliquid scribendum mihi, præsertim cum nõ potuissem satisfacere aliter ipsi Pomponio.

desyderem, mirum nemini videri debeat, oia enim a me in te profecta sunt, quæ ad tuum cõmodum, quę ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent, pro iis rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam, tu es optimus testis, contra etiam esse aliquid abs te profectum, ex multis audiui: nam cõperisse me, non audeo dicere, ne forte id ipsum verbum poná, qđ abs te aiũt falso in me solere conferri. Sed ea, quæ ad me delata sunt, malo te ex Põponio, cui non minus molesta fuerunt, q̃ ex meis literis, cognoscere. Meus in te animus q̃ singulari officio fuerit, & senatus & P.R, testis est. tu q̃ gratus erga me fueris, ipse existimare potes. q̃ũ mihi debeas, cæteri existiment. ego quæ tua causa antea feci, voluntate sum adductus, postea q̃ cõstantia.

HVBER. ¶ DESYderem. expetam: tanq̃ quæ minimæ præstes: nã desyderamus quæ absunt. ¶ Omnia enim. ratio quare desyderet ab eo summa officia. ¶ Profecta sunt a me in. collata sunt: peruenerunt. ¶ Ad dignitatem. ad amplitudinem, & existimationem tuam. ¶ Pro iis, quæ a me in te pfecta sunt. ¶ Nullam gratiam red. nullam uicem officii redditam: quia reddere gratiam est facto beneficium acceptũ referre agere verbis: habere animo. ¶ Tu es optimus testis. tu ipse scis. ¶ Aliquid contra. per contrarium aliter q̃ debuisses facere. ¶ Profectum. processisse contra me. ¶ Comperisse. cognouisse: pbasse. Sallustius. Compertũ habeo cõmilitonẽ &c. i. cognitum. ¶ Ipsum verbum. ipsum vocabulum: scilicet cõperisse. ¶ Quod. verbum. ¶ Conferri in me. ascribi mihi. ¶ Falso. contra veritatem: quia aiunt te dicere cõperisse me fecisse quiddam contra te. Ego autem nolo dicere me cõperisse, sed audiuisse. ¶ Ex multis. quia vnus facilius posset fingere & mentiri q̃ multi: nam in ore duorum vel trium constat omne verbum testimonii. Sed quia non dixit quę sunt illa quæ audiuit, dicit se velle eum potius intelligere ex verbis T. Pomponii: quia coram narrabit: q̃ ex literis suis. ¶ Malo. potius volo. ¶ Non molesta. q̃ mihi, qui non minus ægre tulit & doluit q̃ ego, ꝙ ea de me falso diceres: cũ ille sciat: aliter esse. ¶ In te. erga te: pro te. ¶ Singulari egregio: ꝙ pro multis aliis non fecissem. ¶ Ipse, tumet: quasi dicat do tibi optimos & amplissimos testes, q̃ singulare fuerit offm meum in te: de tua autem relatione gratiæ de tanto beneficio te solũ volo testem: tu enim potes existimare: qui scis in nulla re retulisse mihi gratiam. ¶ Cæteri existiment quãtum debeas mihi cæteri qui sciunt quantũ pro te egerim: existiment quantum mihi sis obligatus. Ergo ne videatur Cice. quæ fecit temere fecisse: dicit se iudicio ea fecisse, & perseueraturum in voluntate, si Antonius gratus fuerit. ¶ Adductus volũtate, id est certo iudicio: & mea sponte motus non autem temeritate quadam: neq; tuis in me beneficiis adductus: quæ nulla fuerũt. ¶ Antea superiori tẽpore, ¶ Posteaq; constantia. & postea pseuerãtia & stabilitate subaudi sum adductus, ne viderer eẽ instabilis, si te deseruissem pro quo multa antea feceram.

Reddere gratiam / Agere gratiam / Habere gratiam

PHI. ¶ DESYderem. apto verbo est vsus ad ea, quæ dicit quasi nõ habiturus sit ea: apud Liuium legimus: desyderata sunt decem millia hoium. ¶ Oia enumeratio cur ab eo desyderet summa beneficia. ¶ In te pfecta sunt. ornatissimus loquendi modus nascitur ex hoc verbo in diuersam significationem: vt profecta sunt: hoc est feci. Sic alibi, oia quæ a me profecta sunt: & in te tibi accidisse gratissima. ¶ Quæ ad tuũ. repetitio. ¶ His rebus. pro bñficiis maleficia retulisti. ¶ Idipsum verbum. scilicet comperisse te a me aliquid contra te factum esse. ¶ Malo. volo potius a T. Pomponio intelligas q̃ ex meis literis, ipse tibi oia poterit explicare, quæ ad me delata sunt, te egisse ac dixisse, & tu non ignoras. ¶ Contra: scilicet honorem meũ: vt per cõtrarium: & aliter q̃ facere debuisses. ¶ Nam cõperisse me nõ audeo dicere. Noluit enim dicere comperi, sed audiui e multis: ꝙ est minus suspectum: in quo vocabulo, scilicet comperisse, accusat Antoniũ, qui dicebat se cõperisse Ciceronem contra Antonium fecisse: vnde nunc Cic. dicit. Ego nolo dicere sicut tu me cõperisse: sed audiuisse a multis te contra me aliquid fecisse. ¶ Ex multis: vt veri similius videatur non ex vno: qui non facile probat: quod vult apud iudicem. ¶ Ego. ne id quod egit in Antonium temere egisse videretur: ait se voluntate & ex animo id egisse, atq; in posterum esse facturum, si eum non ingratum esse senserit. ¶ Posteaq; constantia. sup. sum motus, ne instabilis esse iudicarer, si te relinquerem. ¶ Reliqua. quæ a me pro te ipso facienda sunt. ¶ Tua cã. differt a tui causa. Tunc enim tua causa dicimus quando ad tuam: vt ita loquar: petitionem & respectum aliquid alteri contulero: vel boni: vel mali, verum tui causa qñ aliquid tibi præstitero cũ quo loquor, vnde hic tui cã potius q̃ tua causa legendum puto. ¶ Posteaq; cõstantia. primo voluntate ductus multa pro te feci: inde vt in sententia: & constantia permanerem: in te beneficia conferre non destiti.

Tua causa / Tui causa

ASCEN. ¶ SI ego desyderem abs: id est a te: summa officia: sup. id nemini debeat videri mirum: oia. n. quæ pertinerent ad commodum tuum: quæ ad honorem tuum: quæ ad dignitatem tuã: profecta sunt a me in te, & sup. tu es optimus testis nullam gratiam esse relatam mihi abs te. ¶ Audiui etiam ex multis: aliquid esse profectum abs te: contra, id est in contrariũ. Nam non audeo dicere me cõperisse: ne forte ponam idipsum verbum quod aiunt solere conferri falso abs te in me dicẽtes. s. ꝙ dicere soles te comperisse multa mala a me in te profecta: quod vere dicere nõ potes. ¶ Sed malo. i. magis volo te cognoscere ex Pomponio: cui fuerunt non minus molesta. s. q̃ mihi: q̃ ex literis meis: ea quæ delata sunt ad me. ¶ Et. i. simul: Senatus & P. R. testis est: q̃. i. quantum, singulari officio animus meus fuerit in te. ¶ Tu potes existimare, ipse. i. iudicare. i. per teipsum, q̃. i. quantum: gratus fueris erga me: cæteri existiment. i. iudicent: quãtum debeas mihi. ¶ Ego sum adductus. sup. ad ea facienda, quæ feci antea. s. q̃ te ingratum offenderẽ: causa. i. in causa tua: voluntate. i. beneuolentia mea in te: & postea. i. quæ postea feci, sup. sum adductus: constantia. s. mea, ne arguat inconstantiæ.

¶ Reliqua

HVBER.

RELIqua, contra: q̄ pro te facienda a me sunt. Malus studium, maiorem diligentiam q̄ alia: quæ ante feci. Desyderant. exposcunt. Quæ. studium, grauitatem, & laborem. Profundere. abiicere: tractum ab aqua, quæ profundit ex vasis. Perdere, amittere. Sustinebo. tuebor: efficiam. Omnibus meis viribus, quantū per me fieri poterit. Sentiam. aduertam, cognoscam. Ingrata tibi. non grata neq; accepta ea, quæ faciam. Non committam. non faciā, non patiar. Insanire videar, qa insanus videt: qui in inuitū confert beneficiū. Sallu. in proœmio Iugurthinæ historiæ. Frustra aūt eniti, ac nihil aliud q̄ odium quærere, extremæ dementiæ est. Ea. quæ desyderant maius meum studiū &c. Cuiusmodi. qualia. Ipsum. ex quo poteris ea intelligere, ordo est, atq; commendo tibi ipsum Pomponiū, vt tamen abs te petam, vt si aliquid &c. Quāquam. quasi quædam interpositio. Confido. sum certiss. mus. Causa ip. quia est vir, vt dixi, tui cupidus & bonus, qui omnem fauorem meretur. Residet. remanet, fixum est, siquid me amas. Id omne. id est amoris. Negocio. causa, in qua egebit auxilio tuo. Hoc. hac re.

Residet

PHIL.

MIHI crede. huiusmodi interpositiones sniarum, q̄ parenthesis appellantur: plurimū venustatis afferunt, & leporis, si raro in oratione fuerint collocatæ. Desyderant. exposcunt. Profundere. ab aqua, quæ profunditur ex ansis, metaphora. Ac perdere. est quasi expositio p̄cedentis. Nā in profundo est inanis iactura, & p̄ditio. Insanire. si ingrato benefacere conaterꝰ, apud Mimos legitur, beneficium dando accepit qui digno dedit, & econtrario: beneficiū dando perdit, qui indigno dedit, & Sallu. in Iugurth. Frustra autē eniti ac nihil aliud q̄ odium quærere, extrema dementia est. Ea. reliqua, quæ pro te fieri oporteret, ac poscunt studiū meum. Atq; ipsum. commendatio admodum gratiosa. Si quid amoris residet. hoc est siquid me amas.

ASCEN.

SED crede mihi: reliqua. i. ea quæ restant tibi peragenda: desyderant. i. expetunt, studium meum multo maius, s. q̄, quod hactenus impendi, & grauitatem, & laborem, sup. multo maiorem, quæ. s. studium, grauitatem laborem: si non videbor profundere ac perdere: ego sustinebo. i. faciam, vt persistant erga te, omnibus viribus meis. Sin autem. i. sed si ego sentiam esse ingrata. s. tibi. ego non committam. i. non efficiam id, vt ipse. i. egomet. Videat tibi insanire, vt faciūt qui in inuitos grata conferunt beneficia, siquidem ipsorum gratia, & non dei potius ita præcipientis, aut consulentis faciunt. Tu poteris cognoscere ex Pomponio scilicet Tito, quæ & cuiusmodi sint ea: scilicet quæ restant. Atq; ego commendo tibi ipsum Pomponium, ita vt q̄q̄ ego confido te esse facturum omnia causa ipsius, tamen ego petam abs te hoc, vt siquid amoris erga me residet: id est reliquum manet in te, ostendas id omne in negocio Pomponii. Tu nihil potes facere mihi gratius hoc: id est q̄ sit hoc, Vale.

Sed reliqua, mihi crede, multo maius meum studiū, maioremq; grauitatem, & laborem desyderant: quæ ego si non profundere, ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo: sin ingrata esse sentiam, non committam, vt tibi ipse insanire videar. ea quæ sint, & cuiusmodi, poteris ex Pomponio cognoscere, atq; ipsum tibi Pomponium ita commendo, vt quanquam ipsius causa confido te facturum esse omnia, tamen abs te hoc petā, vt siqd residet in te amoris erga me, id omne in Pomponii negocio ostendas. Hoc mihi gratius facere nihil potes, Vale.

Ex. v. Epistola. Et si statueram.

Sed ne iis, que me rogarent, aliqd de tua, & de nostra coniunctione immitutū ostenderem. tamen est Titus Pomponius homo omniū meorū officiorū, & studiorum maxime conscius. Ego si a te summa officia desyderem, mihi nemini videri debeat Alicuius alterius ep̄lę exordiū est, arguitq; Antoniū alicuius ingratitudinis nomine. Oia enim a me in te perfecta sunt, q̄ tuū ad commodum, q̄ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent, quod is rebus nullam mihi abs te relictam esse gratiā, es optimus testis. Sed ea, q̄ ad me perlata sunt maio te ex Pompeio, cui nō minus molesta fuerunt, q̄ ex meis l̄ris cognoscere. Tu vero q̄ gratus erga me fueris, ipse existimare potes, q̄tum autē mihi debeas, cæteri existiment, Sin autem ingrata esse sentiam.

M. C. S. D. P. Sextio L. F. Procos.

CVm ad me Decius libertus tuus venisset, egissetq; mecum, vt operam darem, ne tibi hoc tempore succederetur: quanquā illum hominem frugi, & tibi amicum existimabam: tamen quod memoria tenebam, cuiusmodi ad me literas antea misisses: non satis credidi homini prudenti, tam valde esse mutatam voluntatem tuam.

HVBER.

CVm ad me. Hæc epistola nescio quomodo in hūc librū traducta est, cum scribatur ad eundem Publium Lentulum, ad quem sunt, multæ in primo libro, sed, vt alibi diximus, constat non recte seruatum ordinem in multis aliis epistolis. Sed ita dispositas, & redactas in volumē Tirone Liberto Ciceronis prout ei ad manus veniebant. Erat igit̄, vt in primo libro ostendimus, Publius Lentulus proconsul Cilicię, & Cypri & q̄uis primo scripsisset ad Ciceronem, vt daret operam in senatu, ne ei succederetur, tamen Decius librarius eius amicus eū rogauerat nomine Lentuli, vt daret operam, vt ei succederet̄, quod idem posteaq̄ itellexit ēt a Cornelia eius vxore, quæ cum Terentia Ciceronis locuta erat, dixit Cicero se diligenter ad id operam dedisse. Deinde scribit quemadmodum ex eius gratulatione emerit domū a Marco Crasso, deinde iocatur cum Lentulo de difficultate pecuniæ pro satisfactione eius domus. Librarius. proprie dicitur exscriptor librorū, interdum ponitur pro bibliopola, id est venditore librorum: sed hic puto esse cognomen familię. Egisset mecum. me rogasset nomine tuo. Ne succederetur tibi. daretur tibi successor in prouincia. Frugi. Donatus dicit frugi vtilem & necessarium significare, sicut fruges necessariæ sunt humano generi, Cicero vero in Tusculanis dicit, frugalitatem tris virtutes complecti fortitudinem, prudentiam, & iustitiam, ergo frugi hominem bonum & virtute præditum intelligemus. Amicum tibi. qui non dixisset. nisi ei ita mandasses. Tamen. licet Decius mecum egisset, vt dixi. Quod. quia. Tenebam memoria. memineram. Cuiusmodi. quales, cuius sententiæ. Antea. superiori tempore, priusquam Decius ad me venisset. Non satis credidi. non facile habui fidem. Homini prudenti. Decio frugi, & prudenti viro. Mutatam. vt nunc velles succedi tibi: cum antea scripsisses, vt darem operam, ne tibi succederetur.

Librarius

Frugi

ASCEN.

CVm ad me &c. Hæc epistola scd̄m Vbertinū, & vetusta quædā exemplaria ad Lentulum proconsulem scripta est, habens in superscriptione. P. Lētulo: vbi Aldinum exemplar habet. P. Sextio, qd̄ cur potius sequamur in fine huius particulæ dicam. Docet aūt quid egerit pro Sextio in senatu, dicitq; se emisse domū Crassi, ob quam se ære alieno oppressum ioco dicit. Ordo est. Cum Decius librarius. s. tuus. i. scriptor librorū tuorum, venisset ad me, & egisset mecum. i. rogasset, aut monuisset me, vt darem operam. i. diligenter curarem, ne succederetur tibi. s. in prouinciam, hoc tempore, q̄q̄ existimabam illum. s. Decium hominem frugi. i. non vanum sed sedulum, & amicum tibi, tamen q. i. quia tenebam memoria, cuiusmodi literis misisses antea ad me, quia petentes: vt illi succedatur. Ego non satis credidi, voluntatem esse mutatam, tam valde homini prudenti, videlicet tibi, cui non est committendum, vt dicat, non putabam &c.

HVBER. ℂCORnelia tua.scilicet vxor.⸿Terentiam,vxorem meam.⸿Conuenit.allocuta est, de hac re, vt curarem tibi succe-di.⸿Quinto Cornelio,affine tuo:fratre vxoris tuæ.⸿Vt adessem,quotiescūq; senatus fuit,id est quotiescunq; senatus ha-bitus,& congregatus est,vt adessem in ipso senatu.⸿Plurimum ne,plurimum laboris, id est multum laboraui.⸿Vt coge-rem credere,id est facerem potius eos credere meis verbis,ꝙ velles tibi succedi,q̃ literis tuis,quas ad eos scripseras,vt da-rent operam ne tibi succederetur.⸿Tota res,de eligendo successore.⸿Reiecta. dilata:remissa.⸿In mensem Ianuarium, tunc enim:vt alio loco supradiximus fiebant noui magistratus : & deponebãtur veteres.⸿Facile obtinebatur, facile im-petrabatur:& omnes assentiebantur, vt daretur tibi succes-sor. ⸿Ego. nunc dicit de emptione domus a Mar. Crasso. ⸿Tua gratulatione. priusquam Cicero emisset illam do-mum : iam sparsus erat rumor eum emisse. Itaq; Publius Lē-tulus ex Cilicia per literas suas ei gratulatus fuerat de ea emptione, optaueratq; eam rem ei feliciter euenire, quare Cicero inductus huiuscemodi gratulatione. quam miseras ad me de emptione domus antequam ego emissem.⸿Com-motus,adductus. ⸿Pridem. ante. ⸿Te velle. te optare. ⸿Bene venire. bene succedere mihi. ⸿De Marco Crasso: id est a Mar. Crasso : ab eo : qui a Partis est interemptus.

Sestertius

⸿Eam. ipsam, de qua gratulatus fueras mihi. ⸿Sestertiis. sestertius dicitur: & sestertium, scribitur per S, continet au-tem duas libras & semis. Dicitur enim sestertius quasi semis a tertia, de hoc alio loco plura diximus. ⸿Itaq;. iocatur nunc Cicero : vt quemadmodum erat gloriosus,ita habeat occasionem commemorandi laudes suas: & maxime de op-pressa coniuratione, qua tantum gloriabatur : & multis lo-cis id dixerit, & in libris de temporibus suis non dubitaue-rit exclamare. O fortunatam natam me consule Romam. ⸿Me habere tantum æris alieni id est me tantum pecuniæ debere, me oppressum esse tanto debito. ⸿Vt cupiam con-iurare : ecce quam optime fecit commemorationem de cō-iuratione in laudem suam : nam inter alias causas coniura-tionis Catilinæ dixit Sallu.fuisse, ꝙ ingens æs alienum per omnes terras persoluendum erat : allusit igitur Cicero ad coniurationem Catilinæ, quæ maxime causa æris alieni fa-cta est. ⸿Siquis me recipiat.in coniurationem. ⸿Odio inducti.maleuolentia incitati in me. ⸿Excludunt.expellunt me a coniuratione. ⸿Vindicem,vltorem.⸿Non credunt,non habent fidem.⸿Insidias. dolos : quia non credunt me habere causam coniurandi.⸿Ei.mihi Ciceroni.⸿Fœneratores.qui exercent fœnus & numos ad vsuram mutuant. ⸿Exemerit liberauerit.⸿Ex obsidione coniuratorum,qui decreuerant diripere pecuniam fœneratorum:dicit ergo ꝙ coniurati non credunt Ciceronem egere pecunia,quia habet fœneratores amicos, qui non paterentur egere,fœnus autem(authore No-nio)dictum est:quod pecuniam pariat,crescente tempore: quasi fœtus,& fœtura, græce enim fœnus τοκος dicitur απο

Fœnus

του τικτειν:id est a parere.⸿Sum assecutus hoc.id est hoc feci.⸿Meis rebus gestis.propter ea quæ in cōsulatu meo gessi. ⸿Bonum nomen,id est nomen viri boni & fidelis, & amatoris reipublicæ:& ideo coniuratores non credunt mihi, & ita Ci-cero hactenus iocatus est,tamen cum laude sua.⸿Domum.fecerat Lentulus fieri domum magnificam Romæ:quo tem-pore erat in Cilicia,quam Cicero dicit se vidisse:& sibi placuisse.

Sed posteaquam & Cornelia tua Terentiam conue-nit,& ego cum Quinto Cornelio locutus sum: adhi-bui diligentiam,quotiescūq; senatus fuit, vt adessem: plurimumq; in eo negocii habui,vt Quint. Fusium Tribu. plebis & cæteros,ad quos tu scripseras, cogerē mihi potius credere,quã tuis literis. Omnino res tota in mensem Ianuarium reiecta erat, sed facile obtine-batur. Ego tua gratulatione commotus, quod ad me pridem scripseras velle te bñ euenire, quod de Crasso domum emissem, emi eam ipsam domum millibus numum xxxv, aliquanto post tuam gratulationem; Itaq; nunc me scito tantum habere æris alieni, vt cu-piam coniurare, siquis me recipiat : sed partim odio inducti me excludunt, & aperte vindicem coniura-tionis oderunt : partim non credunt, & a me insi-dias metuunt, nec putant ei numos deesse posse, qui ex obsidione fœneratores exemerit. Omnino se-missium magna copia est. ego aũt meis rebus gestis hoc sum assecutus, vt bonũ nomen existimer. Domũ tuã,atq; ędificationē oēm pspexi,& vehemẽter pbaui.

ASCEN. ℂSED posteaquam : & Cornelia tua : scilicet vxor : conuenit Terentiam : scilicet vxorem meam: & ego locutus sum cum Quinto Cornelio adhibui diligentiam, vt adessem quotiescunq; senatus fuit, & habui in eo plurimum negocii : id est difficultatis : & vt cogerem Quintum Fusium tribunum plebis & cæteros ad quos tu scripseras credere potius mihi quam literis tuis. ⸿Res tua reiecta est, id est dilata omnino est in mensem Ianuarium, sed obtinebatur facile, scilicet vt tibi non succederetur. Quia vero Lentulo successit Appius: & Appio Cicero, non putem Lentulo : sed Sextio scri-ptam. Vbertinus tamen nescio quomodo exponit obtinebatur, vt tibi daretur successor : qui tamen legit prius ne suc-cederetur, id est ne daretur inquit tibi successor, cum legendum esset, vt succederetur secundum illius sententiam. Sed vide sequentia. ⸿Ego tua gratulatione &c. Hoc manifeste arguit ad Lentulum non scriptam esse hanc epistolam. Non enim emit domum Crassi, cum Lentulus esset in prouincia, sed antequam in exilium abiisse : Lentulo autem scripsit ab exilio reuocatus : scribitur ergo ad Sextium. Ordo est. Ego commotus gratulatione tua, ꝙ scripseras pridem ad me te velle bene venire, id est prospere succedere, ꝙ emissem domum de Crasso, ditissimo illo ciue, qui in Parthis postea peri-it, emi eam ipsam domum aliquanto post tuam gratulationem, trigintaquinq; millibus numum, pro numorum. Vber-tinus legit sestertiis, sunt qui numorum scribant : sed cum nomine numerali apta est syncope. ⸿Itaq; scito me habere nunc tantum æris alieni, id est tantum debiti contraxisse, vt cupiam coniurare : id est facere coniurationem, cum aliis debitoribus multi æris in omnes diuites, vt fecerat Catilina cum Lentulo & Cætego aliisq; præcipue: vt Sallustius as-serit ob æs alienum subleuandum. Loquitur autem Cicero ironicos, immo satis dicaciter, & insolenter quibusdam vide-tur quæsisse occasionem taxandæ coniurationis a se oppressæ, si quisquam, scilicet perditorum hominum recipiat me, scilicet in societatem coniuratorum, sed sup. tales homines excludunt me: scilicet a coniuratione facienda, aut a societate sua, partim, id est pro parte, inducti odio: scilicet in me sumpto, eo ꝙ coniuratos persecutus sum : & oderunt aperte, sup. me vindicem: id est vltorem coniurationis, partim: id est pro parte: non credunt: scilicet me cupere coniurare: & metuunt insidias a me, quasi velim eos iudicare, nec putant numos posse deesse ei : qui exemerit : hoc est mihi qui exemerim, id est ea obsidione: id est coniuratorum: qui tam animo diutum domos obsidebant: fœneratores: id est ad fœnus & vsuram dare solitos, & qui dederant Catilinæ, ac sociis eius.⸿Magna copia, id est potestas huius, scilicet coniurationis facien-dæ, aut huiusmodi, scilicet recipientium cupientem coniurare, est homini semissi: id est qui nihil emit: aut molitur : quod pluris sit semissi, id est dimidio assis. ⸿Ego autem assecutus sum meis rebus gestis, vt existimer adeptus bonum nomen, scilicet hominis iusti & potentis. ⸿Ego perspexi domum tuam atq; omnem ædificationem, quia locauerat eam ædifi-candam, & probaui, id est commendaui, eam vehementer.

ℂAntonium

ℭANTONIVM, collegam meum in consulatu: ad quem præcedentem epistolam scripsit. ℱ Omnes desyderant. i. omnes vident deesse mihi, neq; præstari vt debent, desyderantur. n. quæ non fiunt, & fieri debent. ℱ Grauissime, cum summa authoritate cõmoui, induxi: vt ei fauerent. ℱ Oratione mea. meis verbis: quibus eum defendi. HVBER.

ℭEGO defendi Antoniũ. s. Caium: collegã meũ in senatu grauissime & diligentissime: & si. i. q̃q̃, oẽs desyderant. i. oẽs dicunt non extare officia eius in me. Desyderamus. n. quæ absunt, & non extant. Vnde in bello legimus tot sunt desyderata militum milia. i. oc. isa esse: & periisse, & cõmoui. s. ad faciendũ, quod orabam senatu vehementer oratione mea. ℱ Ego vellim sup. vt tu mittas ad me literas crebrius, quod etiã Lentulo non conuenit: qui satis crebro scripserat. Vale. ASCEN. Desyderãda

Antonium, etsi eius in me officia oẽs desyderant, tñ in senatu grauissime ac diligẽtissime defendi: senatumq; vehementer oratione mea, atq; authoritate cõmoui. Tu ad me velim literas crebrius mittas, Vale.

SI tu. Quo tpe Ci. tẽp. a cõiuratione Catilinæ liberauit, Cn. Po. vt scribit Sallu. in extremis terris bellũ gerebat: qd alii interp̃tant i Hispania, ego vero authoritate Plutar. & Ci. puto eũ gessisse bella aduersus Mithridatẽ, quo victo de liberis eius: & Tigrane: & Tigranis filio, authore Liuio li. c. & Plutarcho in vita Põ. tertiũ & vltimum reportauit triũphũ, qd & Ci. oñdit. i. offi. his verbis. Mihi qdẽ certe vir abũdans bellicis laudibus C. Põ. multis audientibus hoc tribuit, vt diceret frustra a se triũphũ tertiũ deportatũ fuisse: nisi meo in rẽpu. bñficio vbi triũpharet esset habiturus. Præterea Liui. li. xc. vii. dicit Cn. Põ. cũ Mithridatẽ sequeret in vltimas: ignotasq; gẽtes penetrauit, Hiberos, albanos, q trãsitũ nõ dabãt, p̃lio vicit, vt̃ igit Pom. gessisse illud bellũ, quo tpe Catilina cõiurauit ꝯtra p̃riã: ad qd bellũ fuerat electus maxime hortãte Ci. egregia oĩone, q hodie ẽt extat: cũ igit scripsisset Pom. ad senatũ ppl̃mq; Ro. q̃ egisset: & se factuq; putaret, dicit Ci. se ex eius l̃ris maximã spẽ pacis accepisse, accusat tñ eũ latẽter ingratitudinis: qd cũ maiori signatione beneuolẽtię ad eũ nõ scripserit, voluisset. n. Cic. q Põ. ei gratulatus fuisset de iis q̃ egisset Rõ ç in opprimẽda cõiuratiõe, excusat tñ eũ, quare putet id nõ fecisse i ne fortasse offenderet aĩum reliquoꝶ, q̃ dolerẽt gl̃a Ci. extollit aũt ipse factũ suũ: vt oñdat necesse se nõ minus ab eo amatũ iri, q̃ Lęlius olim a P. Scipione amatus est. ℱ Publice. ad oẽs, ad senatũ ppl̃mq; Ro. ℱ Vna. simul. ℱ Incredibilẽ. maximam. ℱ Ocii. pacis & getis, pfugato Mithridate: & expulso vltra Colchos & Ethicos. ℱ Quãta. spẽ. ℱ Pollicebar. qa in oĩone pro lege manilia de eligendo imperatore Pom. oñdit Ci. eũ solum esse, qui posset illud i m̃ bellum conficere. ℱ Fretus te vno. te solo confisus. HVBER.

ℭEx. vi. Epistola. Cum ad me Decius.

Cũ ad me Decius librarius. Nõnulli liberius. Alii liberarius legũt. Vt Q. fusium Tribunũ Plebis, cæterosq;, ad quos tu scripseras, cogerẽ mihi potius q̃ tuis l̃ris credere. Oĩs res cotra ĩ mẽsem Ian. reiecta erat. Itaq; nõe me scilo tñ hẽre gr̃ia aliem, vt cuptã cõiurat̃, si q̃sq̃ recipiat. Nec putãt ei numos deeẽ posse, q ẽt obsidiõe fœneratores exemerit, oĩ semissib' magna copia ẽ. Quidã sic, cui semissib' magna oĩ copia ẽ.

7

M. T. M. F. C. S. D. Cn. Pom. Cn. F. Magno Imp.

SI tu, exercitusq; valetis, bñ ẽ. Ex l̃ris tuis, q̃s publice, misisti, cepi vna cũ oĩb' icredibilẽ voluptatẽ. tãtã. n. spẽ ocii ostendisti, quantã ego semp oĩbus te vno fretus pollicebar.

SI tu. Añ bellũ ciuile Põ. ex toto ferme terraꝶ orbe victorias reportauit in p̃mis Syllã secutus est. Tres duces Carinũ Cœliũ & Brutũ cõtra seip̃m sentientes ita deuicit, vt & ciuitates oẽs Põ. cesserint. Carbonẽ in Sicilia persecutus cepit & spectante se iussit. In Celtiberia, quã illi puinciã Metellus tradidit: p̃clarissimas res gessit. Siciliã a Põ. gestam, Perpẽnate occupatã recipit. Inde Mominio suæ sororis viro, in custodia Siciliæ dimisso, in Africã ad superandũ Domitiũ missus ẽ: & cũ illũ appulisset, septẽ millia hostiũ ad Põ. defecerũt: & ibi Domiti' cũ eius vallũ a Põpeianis oppugnaret, interiit, Arabas rex captus, q cũ Domitio sentiebat: Hiẽsali regnũ datũ est. Numidiam paucis post diebus subegit. oẽ belli Africam tp̃s, & victoriæ. xl. dieꝶ fuit. xxvi. annos natus triũphũ egit. In Hispania Sertoriũ supauit. Mox intra. xl. diem pyratas mare, & terrã vastantes subegit. Tigranẽ in deditionẽ accepit. Mithridatem Põti regẽ ita attriuit, vt ad necem veneno asciscendã cõpulerit, de quo Lu. Prælia barbarico vix cõsumata veneno. In oriente. Parthos: Iudæos: Arabas. In septẽtrione Caspios: Colcos, Hiberos: Albanos magno terrore affecit. Inde cũ Cæ. Bellũ ciuile cõseruit, quo supatus: & in Aegyptũ fugiens a Photino iussu Ptolemæi occisus est, ex quadã igit istaꝶ reꝶ gestaꝶ victoria l̃ras ad senatũ miserat, qbus Ci. nũc se dixit maxia voluptate aff. cũ: & illi plurimũ cõgratulat̃. Sed ipse conticio ex illa cõgratulari victoria: quã deuicto Mithridate reportauit. Quo. n. tpe Ci. nefariã cõiurationẽ Catilinæ detexit: & saluã rẽp. reddidit, tũc Cn. Pom. aduersus Mithridatẽ bella gerebat, ad qd maxie hortante Tullio: & p eo orante in senatu electus est: & hanc solam in primis Plutar. in vita Põ. secutus esse vr̃: id p̃terea nobis qd sentimus facte esse p̃babile Ci. li. de offi. i. ait. n. Mihi qdẽ certe vir abũdans bellicis laudibus Cn. Pom. multis audientibus hoc tribuit: vt diceret frustra se triũphũ tertiũ deportatũq; fuisse: nisi meo in rẽp. bñficio vbi triumpharet eẽt habiturus. Qd aũt Sal. dicat Põ. eo tpe quo Ci. p̃rĩã a cõiuratiõe Catilinaria liberauit, bellũ i extremis terris gerere: & multi Hispaniã itelligũt. Ego vero Mithridatis regnũ intelligo. Quod & Plutar. oñdit. & Liui. sic ait. Cn. Põ. cũ Mithridatẽ p̃sequeret, in vltimas, ignotasq; gẽtes penetrauit. Inde tacite quodãmõ cõqueri. & afficit hoĩem ingratitudinis nota, qd nõ idẽ ipse nũc Põ. egerit: ex rebus, q̃s Ci. p rep. gesserat. rem. n. gratissimã Ci. Põ. fecisset: si ita ei cõgratulatus fuisset ex liberata ab eo rep. vt ipse nũc Põ. de adepta victoria cõtra Mithridatem & liberos eius Ci. gratulat. In calce tñ l̃raꝶ excusat hoiẽm: dicitq; se arbitrari id nõ fecisse, ne aliquoꝶ aĩos offenderet, q Ci. gl̃iæ inuidebãt. ℱ Si vale. be. est. Valere & bñ esse ita differebant, qd valere est sanitatem hr̃e. At bñ esse quasi placere est: & rẽ ipsam bñ se hr̃e. ℱ Ex ab, de, a, e p̃positiones eiusdẽ & signationis & cõstructionis sunt, sed differũt iũctura verboꝶ. Nã e & a nunq̃ vocali seq̃nte ponunt. Ex vero & ab vocalibus antepont p̃iter & ꝯsonantibus, si nulla vetabit vocis asperitas: Ex vero & e sunt vt plurimũ tp̃alia: vt ex quo Deucaliõ, & Vir. ex illo fluere. Sic & apud græcos Homerus. De aũt idẽ est qd apud græcos. ℱ Publi. ce. q̃si ad S. P. Q. R. & oẽs Romanos. ℱ Vna. idem est q̃ simul, plerũq; in oĩone geminat, idẽq; signat q̃ cũ: & eñ. Virg. Sic memorat, simul Aenean in regia ducit Tecta: simul diuũ templis indicit honorem. ℱ Ocii pacis, deuicto Mithridate, quem cũ Pompeius prosequeretur: vt inquit Liuius: in vltimas ignotasq; terras penetrauit, Hiberos. albanos, q transitũ non dabant, prælio vicit. ℱ Pollicebar oĩbus. de ea meminit orationem, quam habuit de laudibus Pompeii, q̃ inscribitur de lege Manilia: & eã nos inter. xv. alias exposuimus.

PHI.

Valere

Bene esse

A

E

Ex

Ab

SI tu &c. Quo tpe cõiuratione repressit Romæ Cicero, Cn. Põpeius Mithridatẽ Ponti regẽ deuicit, vñ l̃ras ad senatũ dederat, e qbus nũc Ci. dicit se sperare ociũ a bellis externis. Deinde qa in l̃ris ad se datis Pompe. parũ honorifice meminerit bñ gesta ab ipso Cic. significat se in ea te desyderare gratulationem eius, iucundas tñ fuisse l̃as: p̃sertim cũ putet gratulationem omissam ne offendat maleuolos. Ordo est. Si tu & exercitus tuus valetis, bene est. ℱ Ego cepi vna cũ oĩbus. i. aliis incredibilem voluptatem ex l̃ris tuis: quas misisti publice. i. ad senatũ publice legendas. ℱ Tu. n. ostendisti tantam spem ocii. s. ab externis belli futuri, q̃tam ego pollicebar semp oĩbus, fretus. i. cõfisus & adiutus, te vno. i. solo. ASCEN

HVBER. ¶SED scito. sed scias. ¶Hostes veteres. Lucullum & Crassum notat, quos ex inimicis Pompeius sibi reconciliauerat amicos, qui nunc audita fama victoriæ Pompeii perculsi sunt: doluerüt q; eum esse victorem, erant enim eo tempore si multates inter eos. ¶Iacere. prostratos, esse. ¶Deturbatos. deiectos, vt Virg. puppi deturbat ab alta. ¶Magna spe, quam habebant, si fortuna tibi aduersa fuisset. ¶Ad me. quia Pompeius scripserat ad Ciceronem priuatim & seorsum a senatu, nunc Cicero ostendit eas literas sibi iucundas fuisse: quamuis non significarent illum amorem erga se, quem significare debuerant. ¶Exiguam, paruam. ¶Significationem, demonstrationem. ¶Tuæ voluntatis. parum enim significabas tuum erga me animum, cum non gratulabaris mihi de iis quæ egissem Romæ, & maxima & vtilissima reipublicæ. ¶Nulla enim. reddit rationem quare fuerint sibi iucundæ: etiam sine significatione eius voluntatis, & est sensus: nulla res solet mihi afferre maiorem lætitiam: quam cum sum mihi conscius me bene fecisse, q; si fortasse non reddatur gratia beneficiis meis: tamen libenter sum contentus potius vincere alios officiis, quam vinci ab aliis. ¶Conscientia meorum officiorum. id est cum scio me contulisse officia. ¶Quibus. officiis meis. ¶Si non respondetur mutuo. id est si non redditur par voluntas & gratia. ¶Patior facillime. contentus sum: non ægre fero. ¶Plus officii residere in me. id est esse in me plus officii erga alios, quam reddatur mihi ab aliis, & ita arguit latenter Pompeius ingrati animi, qui non mutue responderit officiis eius erga se. Illud. commendat Cicero factum suum: & dicit q; si Pompeius non amat eum propter ea officia, quæ in eum contulit, non dubitat quin sit eum amaturus propter beneficia nuper in rempublicam collata, quia cum sit bonus ciuis, & amet rempubli. amabit etiam eum: qui pro republica maxima fecerit. ¶Studia fauores, beneuolentia & officia. ¶Conciliatura factura amicos. ¶Ac ne. dicit Cicero quid ex eius literis desyderauerit. scilicet gratulationem de oppressa coniuratione. ¶Ne ignores. vt scias. ¶Quid desyderauerim in tuis literis. quid defuerit literis tuis, vel quid in literis esse optauerim. ¶Aperte. sine circuitione verborum. ¶Mea natura. quæ non solet esse simulata. ¶Nostra amicitia. in qua omnia debent esse aperta. ¶Res eas. res tales, & exponit quid desyderauerit in eius literis. ¶Aliquam gratulationem. aliquam significationem, q; eis rebus gauderes. ¶Causa nostræ necessitudinis: id est amicitiæ: quæ postulabat. vt mihi gratulateris. ¶Reipubl. quam si amas, debueras eius causa mihi gratulari, q; tantum ab ea periculum repulissem. ¶Expectaui. desyderaui, vt expectate venis.

Sed hoc scito: tuos ueteres hostes, nouos amicos vehementer literis perculsos, atq; ex magna spe deturbatos iacere, ad me auté literas quas misisti, quanquã exiguam significationem tuæ erga me uoluntatis habebant, tamen mihi scito iucundas fuisse, nulla enim re tam lætari soleo, quàm meorum officiorum conscientia, quibus si quando non mutuo respondetur, apud me plus officii residere facillime patior. Illud non dubito, quin, si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt. R.P. nos inter nos conciliatura, coniuncturaq; sit, ac ne ignores, quid ego in tuis literis desyderarim: scribam aperte, sicut & mea natura, & nostra amicitia postulat. Res eas gessi, quarum aliquam in tuis literis, & nostræ necessitudinis & reipublicæ causa gratulationem expectaui:

PHI. ¶VETERES hostes nouos amicos, qui nuper facti erant amici, cum antea fuissent inimici, & intelligit Crassum & Lucullum: qui tametsi ostenderent se reconciliatos esse Pompe. maximum tamen erat inter eos odium & maleuolentia. & tunc audita Pompe. victoria grauiter dolebant, & perculsi erant. ¶Perculsos. quia intellexerunt istam te cõsecutum esse victoriam. Perculsum animo. Percussum corpore dicimus. ¶Iacere. ita animum amisisse, vt quasi mortui videantur, est id verbum profusæ significationis. Interdum enim mortuum esse significat. Ouidius, iacet ecce Tibullus: aliquando in longum porrigere. Vt Virgil. Terrasq; iacentes. Plerunq; sordere, vt sine Cicerone lingua latina iaceret, in sua propria significatione notum est omnibus. Virg. Sylrnum pueri somno videre iacentem. ¶Magna spe. quia sperabant te vinci a Mithridate, & te nunquam rediturum. ¶Deturbatos. deiectos. ¶Exiguam. quia parum significabas volũtatem bonam erga me tuam, non gratulando mihi de rebus gestis in republica liberata, sicut gratulari debebas. ¶Nulla enim ratio est: quare iucundæ fuerint eius literæ, tametsi paruam eius voluntatis significationem tulissent. ¶Conscientia. cognoscere me bene fecisse & male esse, vt Socrates aiebat, quem videri & beneficia contulisse. ¶Quibus. scilicet officiis meis. ¶Facile patior. quia video superare amicos meos in benefaciendo. ¶Respondetur. satisfit. ¶Illud non dubito. commẽdat rem suam Cicero, & est sensus. Quod si non amat eum Pompeius ex beneficiis in eum collatis, amabit ex meritis in rempublic. conseruatam. ¶Studia. beneficia quæ in te contuli. ¶Conciliatura. nos amicos factura. ¶Respubli. quã ego liberaui. ¶Quid desyderarim. volebat enim Cicero, quod Pompeius congratulatus ei fuisset rebus gestis ipsis, quæ profecto non minores esse videbantur, q̃ illæ: quas ipse Pompeius gesserat, & hoc defuit in literis Pompeii. ¶Natura & amicitia. tribuit id quod dicturus est naturæ & necessitudini: ne videretur arroganter dictum, vt suis rebus gestis congratulandum putaret. ¶Natura. q̃ est simplex & apta. ¶Amicitia, in qua nihil ficti, nihil simulati eẽ debet. ¶Eas. tales, tã magnificas: & est expositio desyderii sui. ¶Reip. debueras. s. ob amorẽ in rempubli. mihi congratulari, qñ eam tanto periculo liberassem.

ASCEN. ¶SED scito hoc, hostes tuos veteres: amicos nouos: id est qui fortunam sequentes sequentur se iamdudum amicos simulasse: perculsos: id est attonitos & stupefactos vehementer literis: scilicet tuis. Atque iacere deturbatos: id est cum turbatione deiectos, ea magna spe: quam conceperant de interitu tuo. ¶Autem: id est sed, scito has literas, quas misisti ad me, quãquam habebant exiguam: id est exilem & modicam significationem: id est notificationem, voluntatis tuæ: scilicet bonæ erga me, tamen fuisse mihi iucundas. Enim: id est quia, ego nulla: id est non vlla: non soleo lætari vlla re, tam: id est tantopere: q̃: id est quantopere: conscientia meorum officiorum: id est decenter factorum: quibus scilicet officiis meis, si quando, id est aliquando: non respondetur mutuo: id est non satisfit: ab iis, quibus ea impendi: patior facillime: id est æquissimo animo. plus officii residere: id est quasi officiosum esse apud me. Ego non dubito illud, quin si summa studia mea erga te: adiunxerunt parum mihi te: respublica sit nos conciliatura, & coniunctura inter nos. Ac ne ignores, quid ego desyderarim, id est nõ inuenerim, inuenisse cum voluerim, in literis tuis: scribã apte, sicut & natura mea, q̃ nihil simulare nouit, & amicitia nostra: quæ oĩa manifesta esse vult, postulat. Ego gessi eas, i. tam insignes res, s. in oppressione coniuratorũ: quarũ ego expectaui in tuis literis aliquam gratulationem. causa: id est simul, necessitudinis nostræ: & id est simul, reipubli.

HVBER. ¶QVAM. gratulationem. ¶Prætermissam. omissam in literis tuis. ¶Verebare. timebas. ¶Cuius. alicuius, ex iis, q mihi inuiderent. ¶Offenderes. displiceres, faceres quod nollet. ¶Sed scito. q.d. hoc non fuit timẽdũ, qa totus orbis terræ ea

quam ego abs te prætermissam esse arbitror, q; uerebare, ne cuius animũ offenderes. Sed scito, ea, quæ nos pro salute patriæ gessimus, orbis terræ iudicio, ac

¶Quam

cõprobari:& laudat q̄ pro salute reip. gessi. ¶ Cũ veneris. redieris in patriã. ¶ Cõsilio. prudentia, detegendo coniurationẽ & occurrẽdo isidiis & piculis:q̄ mihi & p̃triæ parabant. Sic ipse in primo officio℞. Neq̃.n.in rep. piculũ fuit grauius vnq̃, nec maius odium. Itaq̃ cõsilio, diligentiaq̃ n̄ra de manibus audacissimo℞ ciuiũ delapsa arma ipsa ceciderũt. ¶ Et ma. ani. in cõtẽnẽdis inimicis p rep. & puniẽdis sceleratis. Tibi mul. ma. q̄ Afri. fuit. i. tibi q glia re℞ gestaℵ & bellicaℵ Scipionẽ Africanũ antecellis: me in administratione reipu. nõ multo inferiorẽ Lælio, libenter amicũ accipies. Anteponit autẽ Pom. Scipioni in rebus bellicis, se aũt comparat Lælio: qa negocium suum in opprimẽda coniuratione magis vrbanum & domesticũ fuit: q̄ bellicũ & militare, vt ipse oñ lit. tu. i. officio℞. Lælii. aũt glia magis domi q̄ militiæ claruit. Fuit aũt par amicorum singulare Scipionis Africani & Lælii.

testimonio cõprobari. Quæ, cum veneris, tanto cõsilio, tantaq; animi magnitudine a me gesta esse cognosces, vt tibi multo maiori, q̄ Africanus fuit, me nõ multo minorem, q̄ Lælius, facile & in R.P. & in amicitia adiunctum esse patiare. Vale.

PHI.

¶ A B S te prætermissam. hoc addit in excusationem Põ. ¶ Verebaris arbi. ne tali congratulatione animum alicuius offenderes, q res meas gestas nõ libẽter audiret. ¶ Sed scito cõfirmatio argumẽti, & ait h nõ fuisse timẽdũ, cũ ea q̄ p rep. gessit, ab oĩbus laudarent. ¶ Testimonio orbis. hoc genus testimonii cæcũ diceret: vn añ diximus. ¶ Tanto cõsilio. sapiẽtia q̄ tũc plurimũ vsus est in defendenda & liberãda patria a tot isidiis:a tam magno incendio, a ppetua seruitute, a tã maximis piculis, de qbus ẽt meminit in libr. de offi. pmo his verbis. Neq̃.n.in rep. piculũ fuit grauius vnquã, nec maius odiũ. Itaq; cõsiliis, diligẽtiaq; n̄ra de manibus audacissimorũ ciuiũ delapsa arma ipsa ceciderũt. ¶ Vt tibi. cõparat Põ. Scipioni Africano:& se ipsum Lælio, quod vt olim illi & amici & socii in repub. fuerint. Sic Pompeius & Cicer. & audet Scipioni ante ferre Pompeium in rebus gestis, & seipsum dicere in administratione reipubli. & iure amicitiæ non multo minorem esse q̄ Lælium. Scimus vtriusque res gestas:& duos Scipiones Africanos, duos item Lælios fuisse. Et in repub. & in amicitia: vt Lælii Scipionibus fuere. Cum quatuor apud veteres amicorum paria memorentur de quo meminit in libr. de amicitia Tul. vt vix tria aut quatuor paria:& intellexit, vt arbitror, Theseum & pyrithoum. Achillem & patroclum. Nisum & Eurialum. Damona & pythiam, sed possum his addere pyladem & Horestem. Herculem & philoctetem. Quintum par esse voluerunt Scipiones & Lælios, de quibus in eo libro non pauca diximus. Sed Lælius magis domi claruit q̄ militiæ. quam scilicet gratulationem, ego arbitror esse prætermissam a te, q̄ verebare:id est timebas: ne offenderes: id est læderes, cuius, id est alicuius animum: sed scito ea, quæ nos gessimus pro salute patriæ, comprobari iudicio & testimonio orbis terrarum.

Ex. vii. Ep. Si tu. exercitusq̃.

¶ Si tu, exercitusq; valetis, bñ qdẽ est. Nõnulli sic incipiũt, si tibi est, quomodo tibi, exercitui q̃ vis, bñ ẽ. Sed hoc scito tuos veteres hostes, nouos amicos, vehemẽter litis perculsos, atq; magna ex pte spe pturbatos iacere. illud.n. nõ dubito, qn si te mea sũma erga te studia parũ mihi adiũxerit,

A S C E N.

¶ QVAE, scilicet gesta mea: cum veneris scilicet Romam, tu cognosces esse gesta a me. ¶ Tanto consilio & tanta magnitudine animi, ut patiare facile, me non multo minorem: id est inferioris virtutis q̄ Lælius: nobilissimus amicus Scipoñis: supple fuit adiunctum esse tibi multo maiori q̄ Africanus: scilicet Scipio: ab Africa deuicta sic dictus: fuit & in republ. & in amicitia modeste se Lælio non multo minorem dicit: sed tamen satis iactanter gesta sua commemorat. Vale.

M. T. C. M. Licinio P. F. Crasso S. D.

HVBER.

QVantum. Inter Cic. & Marc. Crassum ex magna gratia incidit simultas, immo & dissensio & odium propter defensionem Gabinii, quam Crassus susceperat contra Cicer. cum eum ante oppugnasset, vt latius est declaratum in primo libro in epistola longa: tandem instantibus Pompeio & Cæsare reconciliata est inter eos gratia: ita vt pene a laribus Cicer. Crassus in prouinciam aduersus parthos profectus sit, ad quem gerentem bella in prouincia Cicer. nunc scribit: se ita pro eius honore & dignitate contendisse in senatu: vt omnes intellexerint suum erga eum studium. ostenditque ea, quæ de se ad eum delata fuerant ex inuidia & maleuolentia quorundam fuisse delata, cum semper omnibus declarauerit se esse erga eum optimo animo. polliceturq; ita operam & studium suum Crasso: vt ne filius quidem eius secessurum dicat, & libenter se omnia facturũ: quæ admonitus fuerit pertinere ad eius amplitudinem, itaque rogat ipsum, vt non solum de rebus magnis, sed etiã de minimis ad se scribat tanquam ad amicissimum.

QVantum meum studium extiterit dignitatis tuæ vel tuendæ, uel etiam augendæ, nõ dubito, qn ad te omnes tui perscripserint. non.n. fuit aut mediocre, aut obscurũ, aut eiusmodi, qd silentio posset pteriri. Nam & cũ coss. & cum multis consularibus tanta cõtentiõe decertaui, quanta nunq̄ antea vlla in causa: suscepiq; mihi ppetuam ppugnationẽ p oibus ornamẽtis tuis: veteriq; nostræ necessitudini iãdiu debitũ, sed multa varietate temporum interruptum officium cumulare reddidi.

Studii in. Decertare Cumulare Pestis.

¶ Studium. voluntas & diligentia. ¶ Extiterit. apparuerit: fuerit. ¶ Aut mediocre: sed maximum. ¶ Aut obscurum. occultum. ¶ Aut eiusmodi. tale vt putavile aut tenue. ¶ Silẽ. præteriri. nam res maximæ & præclarissimæ silentio præteriri non possunt. ¶ Decertaui. contendi verbis. ¶ Contentione. vt verborum & vehementi oratione. ¶ Antea. superiori tempore. ¶ Nunquam. scilicet decertaui. ¶ Suscepi. aggressus sum. ¶ Propugnationem: defensionem. ¶ Perpetuam quam semper seruabo. ¶ Veteri. antiquam: quia, vt dixi in argumẽto: fuerat inter eos antea gratia. ¶ Debitum. quia amicis semper debemus officium. ¶ Interruptum. intermissum. ¶ Varietate temporum. i. mutatione temporum: quibus etiam si voluissem non potuissem reddere officiũ debitũ. Cumulate. ample: ita vt nihil desit.

ASCEN.

QVantum. Inter Cic. & Crassum post amicitiã magnã inciderat simultas magna p̃sertim ob defensione Gabinii: tãdem per intercessionẽ Cæs. & Pomp. sic facti sunt amici: vt Crassus in parthicum bellum iture ea hortis Crassipedis gñi Cic. sit pgressus: ad quem nũc Ci. scribit: se ita pro eo in senatu cõtẽdisse, vt oẽs intellexerint suũ erga Crassum studiũ, oñditq; quæ Crassus audierat nõ esse vera, polliceas se illi cõstantem seruaturũ voluntatem: rogãsq; vt talem erga se seruet: scribat q; de rebus suis omnibus. ¶ Ordo est. Ego nõ dubito qui oẽs tui scripserint ad te: quãtum studiũ meũ extiterit. i. eminuerit aut fuerit dignitatis tuæ: vel tuendæ. i. protegendæ: vel ẽt augendæ. ¶ Enim. i. quia: sup. studiũ meũ non fuit aut mediocre, sed ingẽs, aut obscurũ. i. occultũ, aut eiusmodi. i. tale quod possit p̃teriri. i. aboleri silentio. ¶ Nam ego decertaui. s. p te: & . i. simul cum cõsulibus & cũ multis cõsulatibus. i. qui prius consulatum gesserant, tãta contẽtione, quãta nunq̄. s. decertaui antea in ulla cã, & suscepi mihi. i. ad placitũ meum: ppetuam propugnationẽ. i. decertationẽ pro oibus ornamentis tuis: & reddidi cumulate. i. abũdanter offm debitum veteri necessitudini nostræ. i. coniunctioni quasi necessariæ animorum, & interruptum multa varietate temporum quasi dicat non culpa nostra, sed temporum.

CORã. L. Luceius vir dicẽdi pitissimus Italici ciuilisq́ belli historiã conficiebat: in qua se factuꝵ mẽtionem de Ci. & eius reb⁹ gestis nõ nunq̃ si gñauerat: uerũ cũ Ci. audissimus esset gl̃iae: & uideret Luceiũ hãc rem differre: nõ ausus prae pudore ei corã dicere, hac ep̃la apte ab eo petit: vt suaꝵ reꝵ gestaꝵ cõmentarios cõficiat, & breuiter oñdit q̃ ab eo scribi velit, precipue de coniuratiõe Catilinae oppssa: & de p̃ria ab eo liberata: & de exilio suo i quod p iniuriam & inuidiam passus est: & deniq́ de glorioso ei⁹ reditu in patriam: qui oĩum bonorum consensu restitutus sit: & pene totius Italiae humeris reportatus. laudat autẽ vehementer & ingenium & genus scribendi Luceii: quo se magna cupiditate incitatũ scribit, vt res suae gestae monumẽtis literaꝵ ab eo mandent̃: qd si ille facere noluerit, ostendit Ci. semet de rebus suis scriptuꝵ: licet arrogantia habeatur res suas cõmendare & laudare se, tñ factuꝵ exemplo alioꝵ viroꝵ claroꝵ. Postremo p̃ter excellentiam ingenii Luceii: quo se inflãmatũ dicit, subdit aliam cãm quare tantope festinet, vt donec viuus est: videat res suas scriptas & illustratas & diuulgatas, & sic viuus possit ex gloria tua voluptatẽ cape. ¶ Corã. in p̃ntia, & vt dicimus ad faciẽ, & hoc loco aduerbii uim habet: & ad psonas tñ refert̃, palã ad oĩa: est ẽt sensus: cũ vellem corã: & in p̃ntia tibi eadẽ haec dicere: q̃ nũc scribam audacius: phibitus sum a pudore timiditatis pleno: & nõ satis cõnabili. ¶ Agere tecum. te rogare: uerba tecũ facere. ¶ Conantẽ. tentantẽ: Virgi. Ter conata loq. ¶ Pene subrusticus. pene alienus a viro ciuili: q nõ debet vereri in re honesta: qualẽ a te petiturus sum. Rusticitas aũt p inepta & timida verecũdia accipitur. Ouidius in arte. Et si rusticitas nõ verat ipsa rogat. ¶ Quidã. q. d. nõ satis cũ rõne. ¶ Deterruit. phibuit. ¶ Expromã. pferã: enarrabo. ¶ Nunc. cũ scribo. ¶ Audacius. minus timide q̃ corã egissem. ¶ Ep̃la. quae ad absentes loqtur. ¶ Non erubescit. non hẽt pudorẽ, qa nõ videt eũ, ad quẽ loquit̃, neq́ hẽt sensum. Et iõ audacius loqtur. Ouidius in ep̃lis Phaedrae. Dicere q̃ puduit: scribere iussit amor. ¶ Ardeo. icipit expromere qd velit a Luceio. ¶ Ardeo. iflãmatus sum. ¶ Incredibili. maiori q̃ qspiam credere possit. ¶ Neq́ tepħẽdẽ. hoc dixit Ci. qa meminit in. i. officioꝵ dixisse. Cauẽda est ẽt gl̃iae cupiditas: eripit. n. libertatẽ pro q̃ magnanimis viris oĩs debet esse ꝯtentio: iõ dicit hanc suã cupiditatẽ gl̃iae nõ esse tepħendẽdã: q̃ ex recte factis regnũ in officiis aũt itellexit nõ verae, sed inanis gl̃iae cupiditatẽ: & eam nimiã. ¶ Illustret̃. fiat illustre & omnibus notum.

M. Cicero S. D. L. Luceio. Q. F.

CORã me tecũ eadẽ haec agere saepe conãtẽ deterruit pudor qdã pene subrusticus: q̃ nũc expromã absens audaci⁹. epistola. n. nõ erubescit. Ardeo cupiditate icredibili, neq́, vt ego arbitror, repħẽdẽda, nomẽ vt nr̃m scriptis illustret̃, &

ASCEN. CORam &c. Lucius Luceius vir dicendi pitissimus Italici ciuilisq́ belli historiã scribebat: in qua se factuꝵ mentionem gestoꝵ a Cicerone signauerat: veꝵ cum Cicero audissimus esset gloriae: videretq́ Luceium rem differre stimulat eũ: monetq́, quae & qua forma de se scribi velit, quae si, Luceius recusauerit: ipse de se scripturus sit, magnorum viroꝵ exẽplo. ¶ Ordo est. Pudor qdã, pene. i. quasi: subrusticus. i. aliq̃tũ rusticus & agrestis, rustici aũt verent̃ saepe vbi vereri non debeant, eo q̃ nesciunt quãdo bene faciant, deterruit me conantẽ saepe haec eadem agere. i. tractare tecum, coram. i. in p̃ntia: quae ego absens exponã. i. declarabo nũc audacius. ¶ Enim. i. qa epistola non erubescit, & ita longe audemus plura scripto, q̃ verbo petere. ¶ Ego ardeo, idest vror cupiditate incredibili: neq́ reprehendenda, vt ego arbitroꝵ: quia de re honesta: videlicet vt nomen nostrum illustretur: idest nobilitetur, & clarius fiat.

¶ Celebretur,

HVBER. ¶CELEbretur. diuulgetur, & laudetur. ¶Quod. ut celebres nomen meum. ¶Ostendis promissionibus tuis. ¶Festinationi. accelerationi meæ: qui tibi instem: neq; expectem vt tu sponte facias. ¶Genus. artificiose transfert causam huius festinationis in laudem Luceii. ¶Expectatum. desyderatum. ¶Vicit opinionē meam. s. maius & præstantius est: q̄ opinatus sum. ¶Cepit. allexit: alligauit me. ¶Vel incendit. inflammauit: quod plus est. ¶Rumores nostros. famam quæ est de me: & meis rebus gestis. ¶Monumentis tuis. tuis historiis, quæ sunt futuræ monumenta rerum. ¶Neq; adducit aliquod causas propter quas ostendit se optari laudari a Luceio. Commemoratio posteritatis. idest laudatio: quę est futura de me apud posteros: si de meis rebus scripseris. ¶Spem immortalitatis. ad spem æternæ memoriæ: nam per scripta clarorum virorum, non autem per picturas & statuas nominis immortalitas comparatur. ¶Illa quæ sequitur: quasi maxima. s. ¶Vt vel authoritate. i. fide existimatione: plus eni credimus hominibus doctis & claris q̄ imperitis. ¶Iudicio beneuolentię. capiam enim voluptatem te significasse tuum erga me amorem. ¶Suauitate. Facilitate & promptitudine eleganter exprimendi quæ velis. ¶Perfruamur. capiamus fructum & voluptatem. ¶Neq; tamen. ostendit Ci. non arrogantia. sed opportunitate temporis se adductum esse: vt hanc rem hoc potissimum tempore a Luceio peteret. ¶Oneribus. molestiis & laboribus. ¶Institutarum inceptarum. ¶Italici. quod in Italia gestum est: dictum sociale cōtra Latinos: Ethruscos, Marsos: & Samnites. in quo bello Cato Ethruscos domuit, Sabinus Marsos: Carbo Latinos: Sylla Samnites Strabò vero: Pompeius omnia flammis & ferro populatus non prius cædium finem fecit q̄ Asculi euersionem. ¶Ciuilis belli. non Pomp. & Cæ. bellum, quod fuit post oppressam coniurationem, sed Syllæ & Marii. ¶Ordiri. inchoare. ¶Reliquas. quę post bellum Italicum & ciuile fuerunt. ¶Noluí deesse mihi. nolui culpa mea omittere & esse negligens. Quin. vt non. ¶Malles. potius velles. ¶Contexere. coniungere: tractum a telis, sicut & ordiri. ¶An vt multi: ostendit artificiose ex eo quod dicit alios historiographos fecisse: Luceium quoq; facere debere: vt ciuilem coniurationem a Cice. oppressam a reliquis bellis superet: ordo est, vt cogitares an malles contexere nostra cum reliquis: an tu quoq; malles seiungere ciuilem coniurationem ab hostilibus & externis bellis vt multi græci fecerunt Calisthenes troiçu bellum, Thimæus Pyrrhi &c. ¶Calisthenes. subaudi seiunxit bellum troicum a reliquis bellis. ¶Troicum troianum: gestum aduersus Gręcos. x. annos: qui Helenam a Pari de raptam repetebant: nota est fabula. ¶Calisthenes. philosophus fuit & scriptor historiarum, Aristotelis discipulus: non solum ingenio, sed etiam eloquentiá præstanti, quem, vt scribit Iusti. lib. xv. cum Alexā. Macedo. propter salutationis Persicæ interpellatum morem insidiarum, quæ sibi paratæ fuerant, conscium fuisse, iratus finxisset, truncatis crudeliter membris, abscisisq; auribus ac naso & labiis deforme, ac miserandum spectaculum reddidit, Cum vero cum cane clausum cauea ad metum cæterorum circūferret. Lysimachus eius discipulus miseratus tanti viri, nō culpæ, sed libertatis pœnas pendentis, uenenum ei in remedium calamitatum dedit. Ante vero q̄ Alexandro suspectus fuisset, cum eo militans scripsit bella, quæ Alexan. gessisset: & item alia aliorum: separauit autem bellum troianum a reliquis: vt pote quod magnum & memorabile præter aliqua fuisset. ¶Timæus philo. locrensis patria amicissimus Platonis. ¶Pyrrhi. s. bellū, Pyrrhum autem intellige non Achillis filium: sed Epirotarum regem, qui multa bella aduersus Romanos gesserat, tandem a. M. Curio Dentato ex Italia pulsus, & in Græciā reuersus: dum Argos oppugnaret, ictu regulæ interfectus est. ¶Polybius. is licet græcus: studiosissimus nois Scipionis Africani, eius qui Numantiam Hispaniæ vrbem deleuit, cum historiam scriberet multorū bellorum, Numantinum bellum separato volumine scripsit.

Celebrare

celebretur tuis quod etsi mihi sæpe ostendis te esse facturum: tamē ignoscas velim huic festinationi meæ. genus enim scriptorum tuorū etsi erat semper a me vehementer expectatum, tamen vicit opinionem meam, meq; ita vel cepit, vel incendit, vt cuperem quā celerrime res nostras monimentis cōmendari tuis. non enim me solum cōmemoratio posteritatis ad spē quādam immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas, vt vel authoritate testimonii tui, vel indicio beneuolentiæ, vel suauitate ingenii viui perfruamur. Neq; tamē hæc cum scribebā, eram nescius, quantis oneribus premerere susceptarum rerū, & iam institutarū, sed quia videbam Italici belli, & ciuilis historiam iam pene a te esse perfectam, dixeras autem mihi te reliquas res ordiri, deesse mihi nolui, quin te admonerē, vt cogitares, coniuncte ne malles cum cæteris rebus nostra contexere, an, vt multi Græci fecerūt, Callisthenes Troicū bellū, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinū, qui oēs

Suauitas
Perfrui
Quin
Calisthenes
Timæus
Pyrrhus
Polybius

ASCEN. ¶CELEbretur. i. celebre fiat, scriptis tuis. ¶Quod. i. quam rem, & si. i. q̄q̄, osten. is mihi sæpe te esse facturum, tamē velim sup. vt ignoscas huic festinationi meæ. ¶Enim. i. quia, genus scriptorū tuorū, &. i. q̄q̄ erat semper spectatū, &. i. optatū a me vehementer: tamen vicit. i. superauit, opinionē meam. i. elegātius & melius est q̄ opinabar, & vel cepit. i. affecit quasi captiuum: vel incendit. i. inflammauit: me ita, vt cuperem rumores nostros. i. sermones incertorum authorum, qui habentur de rebus a me gestis, commendari. i. laudari: aut committi: monumentis tuis. i. testimoniis scriptorum tuorum: quæ legentem moneant rerum a me gestarum, q̄: pro per q̄ celeriter. Rarum genus locutionis, præsertim apud Ciceronē, in quo qua pro valde ponatur cum positiuo, nam s'm Vallam dicendum esset q̄ celerrime: nisi fortassis dicas, q̄. i. o quantum celeriter: sicut in Andria Terentii. Reiecit se in eam flens, q̄ familiariter. i. o quantum familiariter, vt exponit Valla, cū possit dici q̄ pro per quam positum, vt hoc loco. ¶Non enim solum commemoratio posteritatis. i. eorum qui post nostram ætatem futuri sunt rapit me ad quandam spem immortalitatis. s. famæ & nominis: sed etiam illa cupiditas, vt viui perfruamur authoritate testimonii tui, vel iudicio beneuolentiæ. s. tuæ in me: vel suauitate ingenii. s. tui in cōtexendis historiis, viui inquam. i. tantisper dum viuimus. Nam non dubitat quin cessante inuidia, vt post obitum inuisorum fieri solet, vitiis defuncto in honore sit. ¶Neq; tamen cum scribebam hæc. i. has literas, eram nescius. i. non ignorabam, quantis oneribus rerum susceptarum. s. a te, vt eas perscribas: & in debitam formam historiæ digeras: & institutarum. i. inceptarum iā, vnde instituere est quasi a primordiis rerum erudire quemq̄: & inde institutum dicitur quasi propositum & inceptum, instituta vero mores a principio alicuius ciuitatis instituti. Institutiones autem sunt formæ, & rationes instituendi ac præceptiones, vt Valla obseruauit, tu premerere: idest quasi obrueris. hoc est quantæ molis sit rem talem perficere. ¶Sed quia videbam historiam belli Italici. i. socialis: quod cum Italis a Romanis gestum est, & ciuilis: quod inter ciues Romanos gestum est, de quo Appianus scripsit, esse iam pene. i. quasi perfectam a te dixeras autem mihi te velle ordiri. i. ex ordine aggredi, aut incipere: reliquas res, nolui deesse mihi. i. honori meo, quin admonerē te, vt cogitares, ne. i. an: malles. i. magis velles, contexere. i. sub vno filo & ductu orationis per modum rhapsodiæ conscribere, nostra. i. res a nobis gestas, cum cæteris rebus: an vt multi græci fecerunt: vt pote Calisthenes, supple fecit seorsum bellum troicum. ¶Timæus supple bellū Pyrrhi Epirotarum regis cum Tarentinis contra Romanos bellum gerentis. ¶Polybius Numantinum supple bellum: qui omnes separauerunt ea quæ dixi bella.

Quā cum positiuo
Instōes
Instituta

HVBER.

¶ PER petuis,cōtinuis.Oui.i.meta. Ad mea ppetuū deducite tpa carmen.¶ Tu.q.sicut supradicti.¶ Ciuilem coniurationem.Catilinæ & Cætegi & aliorū quorundā coniuratione di.it,quā Cice.ingenti animi magnitudine oppressit:quā vellet a reliqua serie historiæ ita separari a Luceio,quasi memorabile & maximū facinus:sicut a predictis authoribus pdicta bella separata sunt a reliquis bellis.¶ Hostilibus.quæ contra hostes gessimus cū hæc coniuratio fuerit inter ciues, neq; bene conueniat cū bellis hostilibus.¶ Externis.peregrinis:sicuti contra Parthos:Carthaginenses, & alios qui extra Italiam sunt.¶ Seiungere.separare.¶ Equidem.dicit se valde optare vt acceleret scribere has suas res gestas:anteq̄ veniat ad locū illius historiæ.¶ Non mul.inter.non esse magni momenti & ponderis,qa tanta erit laus mea si scripseris cū ordo historiæ postulabit,sicut si preueneris, sed expectādo locū ordinis non satisfacies cupiditati meæ, quia(vt ante dixi)vellē id q̄primū videre.¶ Quiddam.aliqd.¶ Ad expe. ad desyderiū & cupiditatē meam.¶ Ad lo.ad obseruationē ordinis:vt prius scribas:quæ gesta sunt ante coniurationē & cōsulatū meum,deinde scribas de coniuratione.¶ Illā cām. illū tractatū coniurationis.¶ Arripere.celeriter capere,& præoccupare.¶ Et simul.alia ratio quare cupiat res suas gestas ab aliis separari a Luceio,quia si ingeniū Lucei versabit solum in vna materia multo vberius & elegantius eam scribet q̄ si in diuersis materiis & generibus historiarū verset.¶ Vno arg.vna & simplici materia cōiurationis.¶ In.u.per mea cōmendanda.¶ Cer.a præuideo & cognosco. ¶ Vberiora.copiosiora.¶ Quā impu.q̄ audacter & sine verecūdia.¶ Tantū one.tatū laboris,vt totā historiā de meis rebus scribas.Duo dicit se facere ipudenter,primū q cātū laboris Luceio imponat:deinde q petat vt ab eo laudetur. ¶ De ne. vt suscipias tantū oneris pro me.¶ Deinde.secūdo.loco.¶ Ornes.laudes, & illustres me tuis scriptis.¶ Quid.s.dicam. ¶ Illa. quæ ego gessi:& te laudari & ornari postulo.¶ Sed tñ. rñsio ab hanc obiectionē:est añe sententiæ exornatio:& est sensus: qui semel verecūdiæ terminos transiuit:necesse est eū valde impudētē esse neq; postea facile erubescere:sic Iu.in sa. Exemplo quodcunq; malo surgit.Q uando recepit eiectū semel attrita de fonte ruborē.¶ Bene.valde:quantitatē enim nunc qualitati significat:nā bonus magnū & multū interdū significat.Hora. At bona pars hominum decepta cupidine falso.¶ Bona pars.i.magna,sic & Persi. At bona pars procerum tacita libabit acerra.¶ Nauiter.diligēter,audacter,magno aio.¶ Itaq; igitur:qa semel terminos verecundię transiuit.¶ Plane.aperte.¶ Etiam atq; etiā.vehementissime.¶ Quā sentis.i.q̄ iudicas esse laudanda.¶ In eo.in ea re:in laudandis meis gestis.¶ Leges.cōditiones.¶ Historię.quę tm̄ res veras scribit, volo enim vt de me ēt plura scribas q̄ gesserim,illud enim est negligere leges historiæ:scribere etiam quæ non sunt vera. ¶ Gratiā. quodā procemio Luceius scripserat se nunq̄ flexurū animum a veritate pp gratiā aut amicitiā alicuius,sicuti nec Hercules pp voluptatē deflexus est a via virtutis,vt scribit Xenophon au. græcus,nunc igitur petit Ci.a Luceio ne aspernetur hanc gratiā sed eā potius sequatur & pp eam velit eū etiā vehementius cōmendare:q̄ veritas exigat:ordo pendet a superioribus,pp copulāq;,sic & rogo ne aspernere grām:de qua in quodā poemio suauissime scripsisti,a qua demonstras te nō magis potuisse affici q̄ illū Herc. Xenophontiū a voluptate:subaudi affici potuisse scribis.¶ Gratiam.amicitię & beneuolentiæ respectū.¶ Affici.potuisse capi & delectari.¶ Xenophon.de quo Xenō.scripsit qui Her.cū exisset in solitudinem, vt inquit Ci.in.i.of.& ambas vias vidisset,alteram voluptatis:alteram virtutis, diu multūq; secū dubitauit vtrā melius esset ingredi. Tandē tñ nō potuit allici a voluptate, vt a via virtutis discederet.¶ Illū.q.d.ab oibus celebratum.¶ Ea.s.gratia ¶ Si me ei.cō.si videbitur hortari te,vt pro me aliquantulū a veritate:& a lege historiæ discedas. ¶ Ne aspernere,ne respuas.¶ Largiare.condones indulgeas.¶ Plusculū.aliquanto plus.

Artipere

Deinde

Bene
Bonus
Bona ps
Nauiter
Etiā atq; etiam

Plusculū

a perpetuis suis historiis ea quæ dixi bella separauerūt tu quoq; item ciuilem coniurationem ab hostilibus,externisq; bellis seiungeres. Equidem ad nostram laudē non multum video interesse : sed ad properationem meam quiddā interest,nō te expectare, donec ad locū uenias, ac statim cām illam totam,& tempus arriperē. Et simul si vno in argumento,vnaq; in persona mens tua tota versabitur:cerno iam animo, quanto oia vberiora,atq; ornatiora futura sint Neq; tñ ignoro,q̄ impudenter faciam,qui primū tibi tantū oneris imponā (pōt eni mihi de negare occupatio tua) deinde ēt, vt ornes me,postulē. quid si illa tibi non tantopere videtur ornanda:sed tamen, qui semel verecundiæ fines transierit,eum bene,& nauiter oportet esse impudētē. Itaq; te plane etiam atq; etiam rogo,vt & ornes ea vehementius ēt,q̄ fortasse sentis , & in eo leges historiæ negligas:grāmq; illam,de qua suauissime quodam in proemio scripsisti,a qua te allici non magis potuisse demōsteas,q̄ Herculē Xenophōtiū illum a voluptate, ea si me tibi vehementius commendabit , ne aspernere amoriq; nr̄o plusculū ēt, q̄ concedit veritas largiare.

ASCEN.

¶ A PER petuis.i.cōtionatis historiis suis:hoc est ea bella seorsum scripserunt,& in Rhaspodia aliorū nō posuerūt vt nostris tēporibus Ant. Sabellicus præter Rhaspodiā ab ordine mundi, scripsit seorsum res Venetorū,tu quoq;.i. ēt tu,itē .i.similiter:seiungeres.i.segregares:cōiurationē ciuilē.s.Catilinæ & sociorū,ab hostibus & a bellis externis:quidē.s.ego q dē,video interesse.i.referre non multū ad laudē nostrā.i.quantū sit ad laudē nostrā:sed quid.iā.i.quædā certa res,interest ad properationē meam,non expectare donec.s.scribendo cætera:venias ad locū,vbi ciuilia bella essent scribenda,& arripere statim causam illā totā.s.suscepti ac oppressi belli ciuilis,& tempus.i.quibus consulibus oppressum sit. ¶ Et simul.i. præter properationē meā,cui sic facilius satisfiat, ego cerno iam animo,Cernere enim pprie ad exteriora pertinet, vnde adiecit.animo,quanto oia futura sint vlteriora atq; ornatiora,si mens tua versabitur tota in vno argumento.i.in vna materia:& in vna persona,significat personā suā,quasi vero collega nihil egerit.¶ Neq; tum ignoro q̄.i.quātū,impudenter faciam,q primū imponam tibi tantū oneris:occupatio enim tua pōt mihi denegare.s.quod pero,deinde q postulē etiam vt ornes me.i.honorifice de me scribas.¶ Quid sup.dicendū sit,si illa.s.quæ peto,non videant tibi ornāda.i.laudibus decorāda tantopere.s.vt ego postulem.q.d.obmutescendū sit,sed tñ oportet eū qui transierit semel fines verecundiæ.i. q semel inuerecunde egerit, aut perfecit, esse impudētē bene.i.multū,& nauiter.i.strenue,alioqui rubore suffunderet. ¶ Itaq;.q.d. quia semel verecundiæ fines transiui,ego rogo te plane.i.manifeste,ēt atq; etiā,vt &.i.simul ornes ea.s.quæ a me gesta sunt, vehementius q̄ sentis fortasse.i.ornanda esse,& negligas in eo leges historię,quarū prima est,oia vere & nihil ad gratiam alicuius dicere,& ne aspernere.i.ne cōtēnas,gratiā illam,de qua scripsisti suauissime in quodā procemio.s.q multos subuertat,& a vero deflectat,a qua demonstras te non potuisse affici.i.moueri a vero magis q̄ Herculē illū.s.nobilissimū, Xenophontiū.i.de quo scribit xenophon.Quomodo.s.vt narrat in primo officiorū Hercules in desertū adductus, vidit duas vias,alterā voluptatis,quæ amœnissima erat:sed mortē habebat in exitu,alteram virtutis,quæ aspera & ardua in principio,immortalitatē promittebat in exitu,grauibus verbis voluptati increpitans virtutem est complexus,potuisse, scilicet affici a voluptate,qui nullo modo affici potuit,si ea.s.gratia,commendabit me vehemētius.s.q̄ deceat,& largiare.i.indulgeas:amori nostro plusculum.i.aliquanto plus,etiam q̄ veritas concedit.

Cerno

Herculis ad voluptatē verba

¶ Quod

HVBER.

¶ QVOD. quamrem. ¶ Adducemus. persuadebimus tibi, laudat materiam rerum suarum: quas dicit esse dignas facultate & eloquentia Lucceii. ¶ Facultate. ingenio & doctrina. ¶ Copia. eloquentia: quæ copia verborũ maxime constat. ¶ A principio. artificiose proponit Lucceio modum quendam & ordinem scribendæ historiæ suæ. ¶ A princi. coniu. quo tpe necessitate designatus sum consul: propter maximũ periculum reipu. ¶ Ad reditum. ab exilio. ¶ Corpus. volumen: translatiue dixit corpus. ¶ Modicum. non paruum: sed mediocre: paulo enim post oppressam coniurationem eiectus est Cice. in exilium: a quo post menses. xvi. restitutus est in patriam. ¶ Illa. sci. s. mea. i. mea cognitione & inuestigatione: qua vsus sum in cognoscendis consiliis coniuratorum. ¶ Vel in explicandis. i. aperiendis: & declarat quibus apparuerit eius scientia. ¶ In remediis incommodorũ. i. in prouidendo periculis postq̃ cognoui causas. ¶ Duces. existimabis. ¶ Comprobabis. collaudabis. ¶ Agendum liberius. loquendum liberius & apertius. ¶ Vt consueuisti. vt es solitus, & hoc dicit Ci. vt magis incitet Lucceium ad loquendum libere, & scribendum quod ipse vult. ¶ Perfidiam. improbitatem. ¶ Insidias quæ paratæ sunt mihi a coniuratis: cum statuissent me interficere: hæc omnia optime notauit Sallu. ¶ Casus nostri. nostræ fortunæ: quia cum patriam liberassem functus amplissimo magistratu, & pater patriæ appellatus essem. Postea in exilium actus sum: & inde reuocatus totius senatus & omnium bonorum magno consensu. ¶ Suppeditabunt. suggerent: subministrabunt, & dabunt. ¶ Varietatem, quia modo felix, modo miser visus sum. ¶ Cuiusdam. certe. ¶ Voluptatis. quia lectores voluptatem capiunt ex varietate rerum. ¶ Vicissitudines. permutationes, quæ sunt vicissitudines fortunæ. ¶ Optabiles in experiendo, quia nemo vellet qui vtitur fortuna secunda experiri eius vicissitudinem. ¶ Secura. sine metu: sine periculo: vnde illud Virgi. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit: & Sene. Quod fuit durum pati, dulce est meminisse. ¶ Cæteris. sensus est, & iunctus superiori fortunæ: vicissitudines ẽt si in experiendo nõ fuerũt optabiles, tamen in legendo sunt iucundæ: cæteris vero quæ nullam propriam molestiam habuerunt, sed alienos casus sine vllo dolore intuentur: etiam ipsa misericordia est iucũda. ¶ Perfunctus nulla propria molestia. i. qui nullam molestiam aut periculum proprium habuerunt. ¶ Intuentibus. considerantibus legendo. ¶ Alienos casus. qui aliis acciderunt. ¶ Iucunda. quia non meminimus exilii Cic. & aliorum incommodorum eius, quia ad nos ea nihil pertinent: ideo ipsa misericordia nobis est iucunda. i. delectat nos misereri. ¶ Quem nostrum. q. d. quemlibet: probat quod dixit misericordiam in alienis casibus iucundam

Quod si te adducemus vt hoc suscipias: erit (vt mihi persuadeo) materies digna facultate, & copia tua. a principio enim coniurationis vsq; ad reditum nostrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse. in quo & illa poteris vti ciuilium commutationũ scientia, vel in explicandis causis rerum nouarum, vel in remediis incommodorum, cum reprehendes ea, quæ vituperanda duces: & quæ placebunt, exponendis rationibus comprobabis. & si liberius, vt consueuisti, agendum putabis: multorum in nos perfidiam, insidias, proditionemq; notabis. Multam etiam casus nostri tibi varietatem in scribendo suppeditabunt, plenam cuiusdã voluptatis, quæ vehementer animos hominum in legẽdo scripto retinere possit. NIHIL est enim aptius ad delectationem lectoris, q̃ temporum varietates, fortunæq; vicissitudines: quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. HABET enim præteriti doloris secura recordatio delectationem, cæteris vero nulla perfunctis propria molestia, casus alienos sine vllo dolore intuentibus, etiam ipsa misericordia est iucunda. Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? qui tum denique sibi auelli iubet spiculum, posteaquam ei percontanti dictum est, clypeum esse saluum: vt etiam in vulneris dolore, æquo animo cum laude moreretur.

Suppeditare

esse. ¶ Ille. vir celeberrimus: qui melior fuerit imperator an philosophus incertũ est: Thebanus patria: aduersus Lacedæmonios pugnans acerrime in prælio vulneratus: postq̃ est in castra relatus: semianimus vocem spiritumq; collegit: & id vnum a circunstantibus requisiuit. Num cadenti sibi scutum ademisset hostis, quod vt seruatum audiuit: allatum velut laborũ gloriæq; socium osculatus est. Iterum quæsiuit veri vicissent: vt audiuit Thebanos: bene habere se rem dixit: atq; velut gratulabundus patriæ expirauit. De hoc Epaminunda, vide plenius apud Iustinum in fine libri sexti.

ASCEN.

¶ QVOD si adducemus te. i. persuadebimus tibi: vt suscipias hoc. s. bellum catilinarium perscribendum, erit vt persuadeo mihi materies digna facultate. i. facili potestate & copia. i. abundantia tua. s. in scribendo. ¶ Enim. i. quia: quoddam corpus modicum. i. quoddam volumen: aut quidam tractatus per se: videtur mihi posse confici. i. compleri a principio cõiurationis vsq; ad reditum nostrum. s. ab exilio: in quo. s. corpore poteris vti: & . i. etiam: illa sententia ciuilium coniurationum. i. quæ lata est in coniurationes ciuiles, sunt qui legant scientia. i. cognitione: vel in explicandis causis rerum nouarũ. i. cur res innouatæ sint a coniuratis. s. ob æs alienum: vel in remediis incommodorũ: quæ. s. secuta fuissent: repete explicãdis, cum & . i. simul: reprehendas ea, quæ duces. i. existimabis vituperanda, & sup. dum comprobabis: explicandis rationibus. i. explicando rationes, sup. eorum, quæ placebunt. ¶ Et si putabis agendũ liberius: vt consueuisti sup. agere in descriptione rerum: tu notabis perfidiam, insidias: proditionem multorum in nos. ¶ Casus etiam nostri. i. varia euenta: aut et si ma: suppeditabunt. i. subministrabunt, tibi in scribendo varietatem plenam cuiusdam voluptatis, quæ. s. voluptas possit retinere vehementer animos hominum in legendo scripto. i. eo quod scriptum est. ¶ Nihil enim est aptius ad delectationem lectoris, q̃ varietatem temporum & vicissitudines fortunæ: quæ. s. vicissitudines, & si. i. q̃q̃, nõ fuerunt optabiles nobis experiendo. i. dum eas experiremur: erunt tamen iucundæ in legendo: idest dum a nobis legentur. ¶ Enim. i. qa: recordatio secura. i. sine timore & cura, doloris præteriti: habet delectationem. ¶ Vero pro sed: etiam ipsa misericordia est iucunda cæteris: nulla. i. non vlla, non perfunctis vlla propria molestia: intuentibus. i. qui vident, casus alienos sine vllo dolore. ¶ Quem enim &c. Probat iucundam esse lectionem alienæ cladis: qui misericordia prosequamur exemplo Epaminundæ Thebani imperatoris fortissimi & philosophi acutissimi, qui contra Lacedæmonios viriliter pugnans letale vulnus accepit: relatusq; in castra quæsiuit: num scutum ademisset hostis: quod vt saluum audiuit osculatus est ipsum tanq̃ socium laboris: deinde suscitando audiens suos vicisse lubens expirauit. Ordo est. Enim. i. quia, Epaminundas ille. s. nobilissimus imperator Thebanorum moriens apud Mantinam: vt Strabo scribit: Mantineam. Est autem locus vbi prælium cum Lacedæmoniis commisit: quem nostrum non delectat cum quadam miseratione. q. d. nullum non: & ita vnumquemq; delectat. ¶ Qui iubet. s. vt narratur in historiis, quæ rem quasi præsentem oculis legentium exhibent: vnde præsenti vtitur tempore: tum deniq;. i. tunc primum: spiculum. i. telum acutum, auelli. s. e corpore suo posteaq̃ dictum est ei percontanti: idest disquirenti: num clypeus ablatus sit, clypeum esse saluum, ita sup. auelli spiculum vt etiam moreretur in dolore vulneris æquo animo cum laude.

Epaminundas

Cuius studium in legendo nõ erectũ Themistoclis fuga, redituq; retinetur? Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet quasi enumeratione fastorum. at viri sæpe excellentis ancipites, variiq; casus habent admirationem, expectationem, lętitiam, molestiam, spẽ, timorem: si vero exitu notabili cõcluduntur, expletur animus iucundissimæ lectionis voluptate. Quod mihi acciderit optatius, si in hac sententia fueris, vt a continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulam rerum, euentorumq; nostrorum. Habet enim varios actus, multasq; actiones & consiliorum, & temporum. Ac non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar, cum hoc demonstrem, me a te potissimum ornari, celebrariq; velle, neq; enim tu is es, qui, qui sis, nescias: & qui non eos magis, qui te non admirentur, inuidos, q̃ eos, qui laudent, assentatores arbitrere. neq; autem ego sum ita demens, vt me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenii gloriam consequatur.

HVBER, Themistocles, Ordo, Annales, Diarium, Historia, Fasti dies, Fasti libri, Fastus

CCVIVS. q.d. cuiuslibet. ¶ Themistoclis. ducis Atheniensium: cuius adolescentis prima gloria & futuræ imperatoriæ virtutis prima indoles apparuit eo prælio: quo duce Melciade Persę sub Dario rege victi fusiq; sunt. Deinde dux belli aduersus xerxem non solũ patriã, sed vniuersam Græciã a barbarorũ periculo & seruitute liberauit: vt apud Iusti. li. ii. scriptũ est. Is postea per inuidiã a suis ciuibus in exilium actus: & deinde cum magna oĩum lętitia reuocatus est. ¶ Ordo series: obseruatio. ¶ Annaliũ. librorũ, qui tantũmodo: q̃ quoquo anno gestũ sit demõstrant de dicta annaliũ: historiarũ: & diarii. Au. G. scribens dicit. Annales tantummodo esse cum res pluriũ annorũ obseruato cuiusq; anni ordine cõponuntur. Cum vero nõ per annos sed per dies singulos res gestæ scribunẽ: diariũ est. Historiã vero aiunt rerũ gestarũ esse vel expositionẽ: vel demonstrationẽ, vel quoquo alio modo dicendũ est. Deniq; historia tanq̃ genus est. Annales tanq̃ spẽs, nam oẽs annales historiæ sunt, sed non cõtra. Taceo qđ dicit Ser. in. i. Aenei. q̃ a nullo viro docto pbatur, qđ de ea dicta sentit. Fasti dies dicebantur, qbus sine periculo ptoribus licebat certa verba fari, s. do dico, abdico: dicti vt voluit Priscia. a fando. Fasti vero libri: teste Festo, in qbus totius anni fit descriptio. Nã fasti dies festi sunt: & est secundæ declinationis: licet Lu. dixerit. Nec meus eudoxi vincetur fastibus annus, pro supbia vero & elatione quartæ est declinationis temp. ¶ Ancipites. dubii: pleni periculis. ¶ Varii. modo psperi mõ aduersi. ¶ Admirationem. auditiũ: & legẽtiũ. ¶ Expectationẽ. spem: vt cũ legimus Ci. in exiliũ actum speremus propter eius excellentiam eum reuocatũ iri. ¶ Lætitiã. lætamur enim cũ videmus virtuti dari pmia. ¶ Molestiã. de infortuniis excellentiũ virorũ. ¶ Exitũ. finẽ. vt viri boni vita exitũ habeat vel felicem vel plenũ miserationis: vt de Pom. de Ci. ipso: cuius caput & manus amputata est. ¶ Quod. vt expleatur animus iucundissima voluptate. ¶ Secernas. seiungas, separes. ¶ Quasi fabulã. tanq̃ fabulam quãdam & comœdiã. ¶ Euentorũ. casuum: successuum. euenta autem secundæ: & euentus quartæ declinationis dr. ¶ Habet enim. dicit historiã suã posse in partes diuidi: sicut & comœdiam: partes aũt principales fabulæ dñr actus: quæ neq; plures neq; pauciores quinq; esse debent. Hora. in arte poeti. Neue mi. quin. nec sit pductior actu Fabula, q̃ posci vult & spectata reponi. Actus aũt vnus interdũ multas scenas habet: actio vero est pars secundaria, quæ qualibet scena continetur: vtputa partus Glycerii. ¶ Consiliorũ. meorũ, qui fuerunt varia pro necessitate rerũ. ¶ Ac non. ostendit Cice. se vero iudicio non assentatione aliqua cupere se laudari potissimũ a Lu. neq; se vereri: vt Lu. cũ habeat se spectum assentationis, cum ille seipsum optime cognoscat, & potius eos inuidos existimet qui eũ non admirentur: & laudent: q̃ eos assentatores a quibus laudetur. ¶ Aucupari. arte quærere: tractum ab iis, qui auibus insidiantur, & q arte vtuntur. ¶ Qui sis ne, qui sis ignarus, & non cognoscas teipsum. ¶ Admirentur. plus est q̃ laudent. ¶ Inuidos. inuidere tibi, cum cognoscas doctrinam tuam merere admirationẽ. ¶ Assentatores. blanditores, adulatores. ¶ Neq; alia ratio ex psona sua, & est sensus: non sum ita demens: vt nisi cognoscerem te eum per quem possem vere laudari: laudes tuas appeterẽ: non potest autem alium veris & sempiternis laudibus celebrare: qui ipse propriam gloriam ingenii non assequatur: quia cito pereunt eius scripta: cuius ingenium & doctrina non putatur excellens.

Euentus, Euenta (margin); Actus, Actio (margin); Assẽtator (margin)

ASCEN, CCVIVS studiũ non tenetur erectũ. i. vigilans & attentũ: in legendo. i. dum legit historiã Themistoclis ducis Atheniẽn. fortissimi cuius adolescentiæ prima gloria & futuræ imperatoriæ virtutis prima indoles apparuit eo prælio: quo duce Melciade Persæ sub Dario rege victi fusiq; sunt. Deinde dux belli aduersus xerxem factus non solum patriã, sed vniuersam Græciã a barbarorũ seruitute liberauit, vt scribit Iustinus lib. ii. Is postea p inuidiã a suis ciuibus in exilium actus deinde cum magna omniũ lætitia reuocatus est. ¶ Cuius inquam studiũ nõ tenet erectũ in legendo fuga. i. per fugã: & reditu. i. per reditũ honorificũ Themistoclis. q. d. nullius non retinet, & ita vniuscuiusq; retinet, & est aptũ exẽplũ pro fuga redituq; Cic. ¶ Etiam ordo ipse, s. series: annaliũ. i. librorũ, quibus singulorũ annos magistratus & gesta p seriem scribuntur: Hoc enim exigit ordo historiæ, vt primũ gesta prima scribantur: Poeseos sæpe cõtra: vnde Flaccus, Ordinis hæc virtus erit & venus, aut ego fallor, vt iam nunc dicat iã nunc debentia dici: Pleraq; differat & p̃sens in tẽpus omittat. i. vt aliqua quo ordine gesta sunt dicat poeta, aliqua longe postea. i. inuento loco breuiter narrandi: retinet nos in legendo mediocriter quasi enumeratione factorum. i. librorũ: in quibus totius anni per ordinẽ festa cũ causis eorũ scribunẽ. Talia enim pro cuiusq; affectione: &, vt dicunt, deuotione libenter leguntur. ¶ At casus ancipites. i. dubii, & varii, viri excellentis hñt sæpe: admirationẽ: lętitiã: molestiã: qa affecti illis dolemus aduersis legendis: spem timorẽ. ¶ Vero. i. sed, si sup. tales casus cõcluduntur exitu notabili. i. insigni: vt de suo exitu ptendit Ci. sed finalem exitũ nõ videbat hæc scribens, animus expletur voluptate lectionis iucundissimæ. ¶ Quod acciderit mihi. i. in historia mea optatius, si fueris in hac snia, si decernas. i. separes a scriptis tuis cõtinentibus. i. continuatis, & perpetuo filo currentibus: in qbus cõplecteris perpetuã. i. non interruptã historiam rerũ gestarũ: hanc quasi fabulã. i. vt fabulosam narrationẽ: quæ a poetis solet interferri ad voluptatẽ legentiũ, rerũ & euentorũ. i. eorũ quæ euenerunt nobis. Vt Valla notat in singulari dicitur hic euentus tus. tui. in plurali hæc euenta torum, sed etiã euentus legimus, & euenta sunt sæpe quæ euenerunt, euentus est modus eueniendi. Enim. i. qa: sup. hæc historia nostra habet varios actus: sicut in comœdiis quinq; solent esse actus: qui tunc finiuntur dũ pscæniũ derelinquitur vacuũ, & multas actiones. s. in foro habitas, consiliorũ & temporũ. i. pro varietate temporũ, & q varios actus hẽt, bene quasi fabulã dixit. ¶ Ac nõ vereor ne videar aucupari. i. captare, qño aucupes captant & inescant aues, fucus aliquo bolo proposito, quãdam assentatiuncula. i. leui assentatione, gratiam tuam: cũ demonstrem hoc videlicet me velle ornari & celebrari potissimũ a te. ¶ Neq; tu es is. i. talis: qui. i. vt: sis nescius: & qui non arbitrere magis inuidos eos, qui non admirentur te, q̃ assentatores eos qui laudent te. ¶ Neq; autem: Valla diceret neq; vero, ego sum ita demens, vt velim me commendari sempiternæ gloriæ, per eum qui non consequatur quoq;. i. etiam, propriam gloriam ingenii in me, commendando. i. laudando, aut commendando gloriæ sempiternæ.

Eucnta (margin); Neq; autẽ (margin)

¶ Neq;

Neq; enim Alexander ille, gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & a Lysippo fingi volebat, sed quod illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat. atque illi artifices, corporis simulachra ignotis nota faciebant: quæ vel si nulla sint, nihilo sunt tamen obscuriores clari viri. Nec minus enim est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neq; pictam, neq; fictam imaginem suam passus est esse, quã qui in eo genere laborarunt. vnus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omneis imagines omnium, statuasq;, superauit. Atq; hoc præstantius mihi fuerit & ad lætitiam animi, & ad memoriæ dignitatem, si in tua scripta peruenero, quam si in cæterorum, quod non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuũ, sicut Timoleonti a Timæo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam authoritas clarissimi, & spectatissimi viri, & in R. P. maximis, grauissimisq; causis cogniti, atq; in primis probati: vt mihi nõ solum præconium, quod, cum in Sigæum venisset, Alexander ad Homero Achilli tributum esse dixit, sed etiam graue testimonium impartitum clari hominis, magniq; videat.

HVBER.

¶ NE q. quod non fuerit desyderaturus a Lu. sempiternæ gloriæ monumenta: nisi nosceret eũ propriam ingenii gloriam assecutum: probat Cice. exemplo sumpto ex facto Alexã. magni, qui vt etiam inquit Hora. in epistlo. Edictum fecit neqs se præter Apellem pingeret: aut alius Lysippo duceret ære: idest ne quisquã faceret eius picturam præter Apellem, aut statuã præter Lysippũ non assentatione aliqua: sed q intelligebat artem eorum fore sempiternæ gloriæ & ipsis artificibus: & præcipue sibi: qui esset a tam celebribus artificibus pictus aut fictus. Apelles autẽ patria Cous pictor eximius fuit: a Quinti. lib. xii. & a Pli. lib. xxxv, & a multis aliis scriptoribus celebratus, de quo vide apud prædictos authores. Lysippus quoq; statuarius optimus: & arte sculptoria clarissim', de quo est etiam videre apud prædictos authores. Martia. quoq; eius meminit, Nobile Lysippi munus opusq; vides. ¶ Atq; ostendit Cice. multo pluris facienda esse monimenta scriptorumq̃ picturarũ aut statuarum: idq; pbat exemplis virorum clarorum: qui tantũmodo monimentis literarum sine pictura & statuis magnam gloriam adepti sunt. ¶ Illi artifices. i. pictores & fictores siue statuarii: scilicet Apelles, & Lysippus. ¶ Simulachra effigies. ¶ Corporis. non autem animi: sicut scriptores: qui non corporis solum, sed etiam animi dotes exprimunt. Hora. Neq; enim melius per ænea signa: q̃ per vatis opus mores animiq; virorũ Clarorum apparent. ¶ Quæ. simulachra. ¶ Vel. i. etiam. ¶ Spartiates. lacedæmonius: a Sparta vrbe Laconiç. ¶ Agesilaus, rex Lacedæmoniorum, qui ab eis dux cõstitutus est aduersus Conona Atheniensium pro Artaxerse rege Persarũ bellum gerente, qui multas & præclaras victorias in Asia adeptus est: & patriæ plurimũ gloriæ peperit. ¶ De quo scripsit Iustinus lib. vi. ¶ Non minus perhibendus, non minus laudandus & commemorandus. ¶ Fictam. sculptam. ¶ Laborarunt, magnam curam posuerunt. ¶ In eo genere, vt pingerentur aut fingerentur. ¶ Vnus. solus: & est ratio quare non minus sit perhibendus sine pictura aut fictura, quia plus valuit in eo laudando solus libellus Xenophontis: quẽ de eo scripsit: q̃ potuissent valere omnes imagines vel pictç vel fictç. ¶ Atq; hoc dicit quare magis sit habiturus gratũ: q scribatur de se a Luceio, q̃ ab alio, quia est habiturus, ab eo non solum fructum præstantis ingenii & eloquentiç: sed etiam testimonium authoritatis viri clarissimi, & in maximis rebus reipu. probati: cuius laudatio est futura multo amplior & grauior. ¶ In cæterorum subaudi scripta si peruenero. ¶ Suppeditatum. subministratum: datum. ¶ Timoleonti a Timæo, subaudi suppeditatũ est solum ingenium. Timoleon vir corynthius iudicio omnium clarissimus, vt enim ait Cornelius nepos: huic vni contigit q nescio an villi alii, vt patriã in qua erat natus a tyranno oppressam liberaret & a Syracusanis: quibus auxilio missus erat, seruitutem depelleret, totamq; Siciliã diu bello vexatã: a barbarisq; oppressam suo aduẽtu in pristinũ restituerit: de eo scripsit Cornelius Nepos, & plenius Plutarchus, eius etiã res gestas scripserat Timæus historiographus græcus: de quo supra. ¶ Herodoto, historiographo clarissimo, qui a Quintil. etiã cũ laude cõmemoratur: qui & facta Themistoclis scripsit, sed isti duo authores potuerunt his de quibus scripserunt solum suppeditare ingeniũ: Luceius vero Cice. non solum ingenium poterit suppeditare: sed etiam authoritatem nominis: quia versatus est multum in republi. ¶ Spectatissimi. probatissimi. ¶ In primis. præcipue & ante alia. ¶ Probati. bonis moribus. ¶ Præconium. cõmendatio, laudatio magna & aperta. ¶ Sigæum pmontoriũ apud Troiam: vbi erat sepulchrũ Achillis: ad quod cũ venisset Alexander magnus: dixisse fertur. O felix Achilles, cui magni Homeri diuino ingenio & ore cani contigit. Præconiũ ergo dicit cõmendationẽ ingenii. ¶ Impartitũ. cõmunicatum & datum: laus enim quæ nobis offertur a viris bonis testimonium est virtutis nostræ.

Apelles

Lysippus

Agesilaus

Thimoleon

Herodot'.

Sigæum.

Præconi[illegible]

ASCEN.

¶ NE q; enim Alexander ille: scilicet nobilissimus Macedonum' rex volebat pingi, scilicet coloribus in tabella aut pepio seu muro: potissimum: idest præcipue: immo sm quosdam: solum ab Apelle nobilissimo & artificiosissimo pictore: causa gratiæ: idest beneuolentiæ, qua prosequebatur Apellem: & fingi: idest sculpi aut fundi seu conflari: & ad viuum in imagine exprimi, a Lysippo optimo plaste & statuario: repete causa gratiæ: sed q putabat artem illorum fore gloriæ, idest ad gloriam, cum scilicet ita fuerit q ipsis: tum etiam sibi, vnde Flaccus in Epistolis. Edictum fecit nequis se pręter Apellem Pingeret, aut alius Lysippo duceret ære. ¶ Atq; illi artifices faciebant simulachra. i. effigias corporis nota: ignotis. i. externis & ignorantibus: quç: scilicet simulachra si vel: idest etiam, nulla sint: tamen clari viri nihilo: idest in nullo sunt obscuriores. ¶ Nec enim Agesilaus ille, idest notissimus: Spartiates: idest Lacedęmoniorum rex, Spartę genitus: nam Lacedæmon & Sparta seu Spartæ vna est ciuitas, perhibendus: idest commemorandus: est minus, qui neq; passus est imaginẽ suam esse pictam neq; fictam, q̃ supple ii, qui laborarunt multum in eo genere: idest qui se fingi & pingi anxie curauerit. ¶ Enim: idest quia, vnus libellus Xenophontis superauit in eo rege laudando facile omnes imagines & statuas hominũ, quod poematis tribuit Horatius dicens. Neq; enim per ahenea signa. Quam per vatis opus mores animiq; virorum Clarorum apparent. ¶ Atq; hoc fuerit mihi præstantius: idest efficacius: & ad lætitiam animi: & ad dignitatem memoriç, si peruenero in tua scripta: idest si a te scriptus fuero: q̃ si sup. peruenero in cæterorum sup. scripta: q non solum ingenium tuum fuerit suppeditatum: idest administratum & impensum mihi: sicut ingenium suppeditatum est Timoleonti a Timæo, qui Timoleontem Corynthium virum lõge clarissimum: vt q patriam tyrannide & Siciliam seruitute liberauerit, descripsit Aut Themistocli ab Herodoto, qui Themistoclem descripsit, vult dicere q non solum historia sua clarior & nobilior erit: q a tali ingenio perscripta sit, vt historiæ Themistoclis & Timoleontis clariores sunt propter ingenia describentium: sed etiam authoritas viri clarissimi & spectatissimi & cogniti in republ. causis maximis & grauissimis: atq; in primis probati, sup. erit mihi suppeditata, vt non solum præconium. i. buccinatio. quod. i. quale, Alexander. s. magnus: cum venisset in Sigæum. i. Sigei maris promontorium, vbi erat sepulchrum Achillis dixit esse tributum Achilli ad Homero, dixit. n. o felix Achilles, cui magni Homeri diuino ingenio & ore cani contigit, sed etiam graue testimonium clari & magni hois, videatur impartitum. i. impensum mihi, quod pulchrum esse docet dicens.

HVBER. ¶ N AEVI Anus, de quo Neuius poeta scripsit: & induxit eũ dicentẽ nõ cupere solũ se laudari sed laudari a laudato viro. ¶ Non impetro, non obtineo. ¶ Hoc est. astute Ci. subdit cãm: quę possit impedire Lucceiũ: quominus de se scribat, si fuerit occupatus, qd' cum nõ sit: vult inferre oino eũ debere suscipere hoc negociũ. ¶ Multi re. dãnauerunt, immo & ipse Cice. in officiis suis dicit Turpe est ẽt de se prędicere. ¶ Exemplo. imitatione, vnde nõ videbor ita reprehendendus: cũ faciã qd' fecerunt multi alii viri clari. ¶ Quod te nõ fu. quod non ignoras, quod optime scis. ¶ In. h. g. scribendi de seipso. ¶ Verecundius. modestius & parcius. ¶ Praetereant, omittant: taceant. ¶ Siquid re. siquod vitiũ est in nobis. nemo enim nisi admodũ excors seipsum vituperat, aut vitia cõmemorat. ¶ Minor fi. sic, minus credatur qd' de nobis metipsis dicimus quia nulli testi de ipso creditur. ¶ Authoritas. existimatio: qa putatur leuis: qui de seipso feri. ¶ Praecones. tubicines. ¶ Gymnicorum. palaestritarum & athletarum. ¶ Magna. alta: vt ab oibus audiri possint, erat enim mos vt declararetur nomen victoris per praeconem, & daretur corona: vt ostendit Virg. in. v. aenei. Victorem magna praeconis voce Colanthum Declarat, viridiq aduelant tpa lauro. ¶ Eorum. victorũ. ¶ Ipsi praecones. ¶ Coronentur. f. accipiant & ipsi coronam: quia bene pnunciauerunt nomina victorum. ¶ Ante. m. l. anteq̃ dimittantur ludi: & finiantur. ¶ Alium prae. a quo ipsi praecones laudentur bene pnunciasse. ¶ Victores. in pnunciatione & declaratione, non aũt in pugna. ¶ Praedicent. qd' esset turpe. ¶ Haec. vitia supradicta. ¶ Cãm. negocium nostrum, vt de me scribas. ¶ Ac ne for. eas causas quas in principio dixit: cur tantopere festinet: atq; instet, id quod Lucceius se facturum ostenderat: quam causam dicit praecipue: vt viuus volitet per ora virorum: & possit perfrui gloria sua: q̃ quidem non frueretur, si de eo scriberet postq̃ esse mortuus. ¶ Alacres. attecti: & valde laeti. ¶ Aio. spe animi. ¶ Cõmentarios. breuem collectionem. ¶ Rerum omnium. quas gessi, vt possis inde sumere materiã. Dicimus autem cõmentariũ in neutro genere in singulari: in plurali melius in masculino. ¶ Perpolies. elimabis: exornabis. ¶ Instituta. incepta.

Gymnici — Cõmentarium — Commentarii — Perpolire

Placet enim Hector ille mihi Naeuianus, qui non tantum laudari se laetatur, sed addit etiam a laudato viro. Quod si a te nõ impetro, hoc est, siqua te res impedierit (neq; enim fas esse arbritror, quieq̃ me rogantẽ abs te non impetrare) cogar fortasse facere, quod nõnulli saepe reprehendunt: scribam ipse de me, multorum tñ exemplo, & clarorũ virorum sed, qd' te non fugit, haec sunt in hoc genere vitia: & vt verecundius ipsi de sese scribant, necesse est, siqd est laudandũ: & praetereant siquid forte reprehendẽdum est. accedit etiã, vt minor sit fides, minor authoritas, multi deniq; reprehẽdãt, & dicãt, verecũdiores esse praecones ludorũ gymnicorũ, qui cum ceteris coronas ĩposuerunt victoribus, corũq; noia magna voce pnunciauerunt, cũ ipsi ante ludorũ missionẽ corona donentͤ, alium praeconẽ adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse pdicent. Haec nos vitare cupimus, &, si recipis cãm nostrã, vitabimus: idq; vt facias, rogamus. Ac ne forte mirere, cur, cũ mihi saepe ostenderis te accuratissime nostrorũ temporũ consilia, atq; euentus literis mandaturũ, a te id nũc tantopere, & tam multis verbis petamus: illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi, festinationis, qd' alacres aio sumus, vt & caeteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant, & nos metipsi viui gloriola nostra pfruamur. His de rebus qd acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi velim. si enim suscipis cãm, conficiam cõmentarios rerum oĩum. sin aũt differs me in tps aliud, coram tecũ loquar, tu interea nõ cessabis, & ea, quae hẽs instituta, perpolies, nosq; diliges, Vale.

ASCEN. ¶ PLACET enim mihi Hector ille Naeuianus. i. quia a Naeuio in fabula inducit, qui non tantũ laetatur se laudari, sed addit etiã a laudato viro. Valla tamẽ in epistola nuncupatoria elegantiarũ dicit, vt ille apud Acciũ inquit. Gaudeo abs te laudari parcr laudato viro, vñ oportet aut idẽ ab Accio dictum esse, aut memoriã Vallae lapsam, cũ Acciũ pro Naeuio citet. ¶ Quod. scilicet abs te laudari: si nõ impetro: hoc est siqua. i. aliqua res impedierit te. ¶ Neq;. n. arbitror fas esse me rogantem nõ impetrare quicq̃ abs. i. a te, cogar fortasse facere id qd' nõnulli reprehẽdunt sępe: hoc est ipse scribam de me, tñ sup. id faciam exẽplo multorũ & clarorũ virorum. ¶ Sed qd' te non fugit. i. qd' bene scis, haec vitia sunt in eo genere. s. se scribentiũ, qa. s. necesse est: sup. vt ipsi scribant verecũdius de se: siquid est laudandũ, & praetereant siqd est reprehendendũ. ¶ Accidit etiã vt minor sit fides: & sup. minor authoritas: & sup. deniq;, vt multi reprehendant & dicant pcones. i. cõmendatores & tubicines publicos ludorũ gymnicorũ. i. palaestritarũ: qui nudi sese exercent, esse verecundiores. s. q̃ rerum suarũ descriptores, qui. s. pcones gymnici: cum. i. postq̃: imposuerunt caeteris victoribus coronas: & pnũciauerunt noia eorũ magna voce cũ ipsi. s. praecones donentͤ. s. si bene functi fuerint officio: corona, ante missionem. i. dimissionem & cõsumationẽ ludorũ, adhibeant aliũ praeconẽ: ne ipsi pdicent sua voce se esse victores. s. suo officio praeconũ. ¶ Nos cupimus vitare haec. s. vitia seipsos describendo, & vitabimus si recipis cãm nostram. i. aggrederis onus describendi res nostras: & rogamus, vt facias id. ¶ Ac ne mirere forte, cur petamus a te id nunc tantope & tã multis verbis: cũ ostenderis mihi sępe te mandaturũ literis. i. descripturũ accuratissime cõsilia temporũ nostrorũ, atq; euentus. i. exitus fortuitos, vnde patet apud Cic. quoq; euentus dici. Respõsio. ¶ Illa cupiditas incẽdit nos, de qua scripsi initio. s. epistolę: videlicet festinationis: q; sumus alacres. i. arrecti & laeti aio: & vt. i. simul, caeteri cognoscant nos ex libris tuis, nobis viuentibus. i. dum adhuc viuemus, & nos metipsi viui. i. adhuc viuentes pfruamur gloria nostra. i. fructũ victimũ & voluptatẽ captamus ex gloria nra. ¶ Velim sup. vt rescribas mihi, qd acturus sis de his rebus: si non est molestũ tibi. s. rescribere. ¶ Si. n. suscipis cãm. i. negociũ hoc perscribendum, ego cõficiam cõmentarios. i. breuiaria & non summaria, omniũ rerũ s. a me gestarũ. ¶ Sin aũt. i. sed si: differs me. i. voluntatem meã aut res meas in aliud tps, ego loquar tecũ corã. i. facie ad faciẽ, qd nunc se dixit erubuisse: tu nõ cessabis. i. nõ eris ociosus interea: & perpolies. i. ad summã politionem perduces: ea q̃ habes instituta. i. incepta, & diliges nos, Vale.

ASCEN. — Hector Naeuianus — Euentus

¶ Ex. xiii. Epistola. Coram me tecum.

¶ Quae nunc exponam absens audacius. ¶ Neq; ita vel agit, vel incendit, vt cuperem q̃ celeriter, rumores nr̃os monumentis illustrari tuis. Neq;. n. me solũ cõmemoratio posteritatis ad speciẽ quãdã imortalitatis rapit, sed etiã illa ipsa cupiditas, vt vel authoritate testimonii tui, vel iudicio beneuolentiae, vel suauitate ingenii viui perfruamur. ¶ Itaq; te plane etiam atq; etiã rogo, vt & ornes ea vehementius ẽt, q̃ fortasse ipse sentis. ¶ Me tibi vehementius cõmendabit, ne aspernere amori: aioq; nostro plusculũ etiã, q̃ concedit veritas: elargiare. ¶ In quo & illa poteris vti ciuilium concitationũ sñia, vel in explicandis causis rerum nouarum, vel in remediis incõmodarum. ¶ Quae & si nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in relegendo tñ erunt iucundae. ¶ Si qd' est laudandũ, ptereant, si qd' est reprehendendũ, taceant. Accidit etiam, vt minor sit fides, minorq; authoritas. ¶ Multi. n. reprehẽdãt, & dicãt, verecundiores esse pcones ludorũ gymnicorũ, q, cũ caeteris coronas imposuerint victoribus, eorũq; noia magna voce pnũciauerint. ¶ Vt & caeteri viuentibus nobis ex lr̃is tuis nos agnoscant.

¶ Quamq̃

HVBER.

QVanq̄. Bellis ciuilibus & Cæsaris tyrannide rep. afflicta: cũ Ci. vehemẽter mœreret, & vt supra ad Seruium Sulpitium scripsit, in villas suas se recepisse: ne videret reip. oppssiones & iniurias. Luceius ad eũ lr̃as cõsolatorias miserat: oñderatq̃ q̃ fortiter ipse ferret cões miserias. Itaq̃ nũc respondens Cice. Luceio idem se ex eius literis maximũ fructũ recepisse: vellemq̃ ita facere: vt ille pcepit, pserim cũ vt ille scripserat: cõscius sit: nullũ officiũ suum reipu. defuisse. Postremo dicit Ci. velle se transferre ad studia lr̃arũ, sicut Luceius monebat, futurũq̃ cũ eo q̃tũ licebit. ¶ Beneuolẽtia cõ. pa. pru, duo dicit, quæ in oĩ cõsolatione exigimus, bñuolentiã & prudentiã. ¶ Fructũ. vtilitatẽ. ¶ Quod te. aliorum

M. Cicero. S. D. L. Luceio. Q. F. 14

QVanq̄ ipsa cõsolatio literaȝ tuarũ mihi gratissima est, declarat. n. summã bñuolẽtiã cõiunctã pari prudẽtia: tñ illũ fructũ ex tuis literis vel maximũ cepi, q̃ te præclare res humanas cõtẽnentẽ & optime cõtra fortunã paratũ, armatũq̃ cognoui. Quã qdẽ laudẽ sapientiæ statuo esse maximã, NON aliũde pẽdere, nec extrinsecus aut bñ aut male viuendi suspẽsas hẽre rõnes. Quæ cogitatio cũ mihi nõ oĩno excidisset (etenim penitus insederat) vi tñ tẽpestatũ, & cõcursu calamitatũ erat aliquantum labefactata, atq̃ cõuulsa: cui te opitulari & video, & id fecisse etiã proximis literis, multumq̃ pfecisse sentio. Itaq̃ hoc sæpius dicẽdũ, tibiq̃ non significandum solum, sed ẽt declarandũ arbitror: nihil mihi esse potuisse tuis lr̃is gratius. Ad cõsolandũ aũt cum illa valeant, quæ elegãter, copioseq̃ collegisti, tñ nihil plus, quã q̃ firmitudinẽ, grauitatẽq̃ animi tui pspexi: quã non imitari, turpissimũ existimo. itaq̃ hoc ẽt fortiorem me puto, quã te ipsum pceptorẽ fortitudinis, q̃ tu mihi videre spẽ nonnullã hẽre, hæc aliqñ futura meliora. casus enĩ gladiatorii, similitudinesq̃ eæ, tũ rationes in ea disputatione a te collectæ, vetabant me R. P. penitus diffidere. Itaq̃ alterũ minus mirum, fortiorem te esse, cũ aliquid speres: alterum magis mirum, spe vlla teneri.

enim exẽpla & maxime eorũ, qui ad nos scribũt: plurimũ valent ad nos cõsolandos. q enĩ vult aliũ cõsolari nõ debet ipse mœrore cõfici: vñ apud Maronẽ Aeneas. Spẽ vultu simulat: premit altũ corde dolorẽ. Dicit quoq̃ Ci. se maximã vtilitatẽ cepisse ex cõsolatione Luceii: qa viro forti & optimis rõnibus, cõtra fortunã armato pfecta sit. ¶ Maximã. s̃m Peripateticos, q maxime virtutẽ expetendã dñt, nõ aũt s̃m stoicos q i sola virtute & laudẽ & summũ bonũ ponũt. ¶ Statuo. iudico. ¶ Pendere aliũ ex alia re expectare præsidiũ, vtputa ex bonis corporis aut fortunæ: sed ex bonis aĩ. ¶ Extrinsecus exterius, i. in bonis externis, q̃ maxime appellant bona fortunæ, qa extra nos. i. extra ptãtẽ nr̃am sunt. ¶ Suspensas. incertas, ad casum accõmodatas: sed firmas & rẽne constitutas. ¶ Quæ co. vt nõ pendere aliunde q̃ ex me ipso, nec suspensas haberẽ viuẽdi rões. ¶ Excidisset: ex aĩo meo oĩno esset elapsa. ¶ Insederat. inhæserat aĩo: & locata erat. ¶ Vi. impetu, & violẽtia. ¶ Tempestatũ. infelicium tpm. ¶ Cõcursu. agmine, & multitudine: quia multæ calamitates simul mihi acciderũt: amisi enim filiã: amisi pr̃iam: amisi libertatẽ: honestatẽ: dignitatẽ &c. ¶ Labefacta. cõmota ¶ Conuulsa. violenter extirpata. ¶ Cui. cogitationi. ¶ Opitulari. subuenire: opem ferre tuis sapientissimis cõsolationibus. ¶ Id. te opitulatum esse. ¶ Proximis, quas a te nuperrime accepi. ¶ Profecisse. pfuisse: & maximũ fructũ attulisse. ¶ Declarandũ. clare & aperte demonstrandũ: q̃ plus est significare. ¶ Ad cõ. dicit nũc Cic. q̃ q̃uis maximũ fructũ accepit ex rõnibus quas elegantissime & copiose Luceius ad consolandũ adduxerat: tñ multo plus pfecit exẽplum fortitudinis animi eius: quã existimat sibi turpe esse nõ imitari. ¶ Hoc. hac re. ¶ Præceptorẽ for. q mihi das pcepta fortitudinis. ¶ Nõnullã spẽ. i. quandã spẽ, & ideo habes cãm fortitudinis. ¶ Casus enĩ scribebat Luceius se spare res aliqñ fore meliores; adducebat casus gladiatorũ, qui modo fugiunt: modo insequuntur, mõ cadunt, mõ surgunt, & modo cedunt: mõ vincunt: adducebatq̃ alias similitudines & rõnes qbus ostendebat sperandum aliqñ fore melius. ¶ Casus gla. qui interdũ cum victi putẽtur, tñ ẽt vincunt. ¶ Similitudines cõparationes. ¶ Diffidere reipu. i. relinquere fiduciã reipu, eam aliqñ fore meliorẽ. ¶ Alterum. vnum. ¶ Te esse for. non est mirandũ q̃ sis fortior me: quia habes aliquã spẽ. ¶ Alterã. aliud. ¶ Mirũ spe vl. te. i. mirũ est q̃ habeas aliquam spem.

Opitulari

ASCEN.

QVanq̄ &c. Bellis ciuilibus &c. Cæsaris tyrannide rep. afflicta, cũ Ci. mœstissimus se in agrũ ne talia videret abstulisset: scripsit ad eũ Luceius cõsolatorias lr̃as: qbus nũc Ci. rñdens ait se magnũ fructum ex illis cepisse, & velle acquiescere, & se ad literarũ studia trãsferre, sicut Luceius monuerat. Ordo est. Quãq̃ ipsa cõsolatio lr̃arum tuarũ est gratissima mihi: declarat enim summam beneuolẽtiã coniunctã pari prudentia: vbi gr̃a ppositionis ablts regit, tñ ego cepi ex literis tuis illum fructũ: vel. i. ẽt maximũ, q̃ cognoui te cõtẽnentẽ pclare res humanas, & paratũ atq̃ armatũ optime contra fortunam. ¶ Quã laudẽ sapiẽtiæ qdẽ statuo maximã. s. non pendere. i. nõ esse suspensum ad salutẽ hñdã aliunde. s. quã a se: nec habere rationes viuendi bñ aut male suspensas extrinsecus: vñ illud Persianũ, nec te quæsiueris extra. ¶ Quæ cogitatio cũ nõ excidisset mihi oĩno. i. cũ adhuc in memoria aliquatenus esset, & enim. i. qa certe: ista insederat. i. sedem occupauerat, penitus. i. penes interiora. s. cordis, tñ erat labefactata atq̃ conuulsa aliquantulũ, vi. i. violentia, tempestatũ. i. malorum tẽporum & concursu. i. subita accumulatione calamitatũ. ¶ Cui. s. cogitationi: ego video te opitulari, & sentio te fecisse ẽt pximis literis & pfecisse multum. ¶ Itaq̃. i. & ita ego arbitror, hoc. s. quod sequitur: dicendũ sup. esse sæpius vbiq̃ nõ solum significandum, i. signis indicandum, sed etiam declarandum. i. manifeste exprimendum, nihil potuisse esse gratius mihi tuis literis. ¶ Autem. i. sed, cum s. ita sit, q̃ illa quæ collegisti. i. citasti & adduxisti seu allegasti eleganter copiose: valent ad consolandum. s. me & quemlibet alium, tum sup. verius est, q̃ nihil plus sup. valet, ad consolãdum me, q̃ q̃ perspexi firmitudinem & grauitatem animi tui, quam. s. firmitudinem animi tui: non imitari, ego existimo sup. esse turpissimum. ¶ Itaq̃. i. & ita, ego puto me fortiorem q̃ teipsum præceptorem fortitudinis: hoc. s. in hoc, aut propter hoc, q̃ tu videre. i. videris mihi habere nonnullam. i. aliquam spem: hæc futura. i. vt sint futura, aliquando. i. aliquo tempore futuro meliora. s. q̃ nunc sint. ¶ Enim. i. quia casus gladiatorum. i. quod adduxisti mihi de casibus gladiatorũ, quorũ nunc hi nunc illi superiores fiunt, & hæ similitudines: tum. i. multo magis, rationes collectæ. i. allegatæ, a te in ea disputatione. s. de mutatione statuum etiam reipu. vetabant me diffidere penitus reipu. restitutioni eius. ¶ Itaq̃ alterum. s. duorum quæ dicere est sup. minus mirum te fortiorem esse sup. tunc: cũ aliquid speres. Alterum supple est magis mirum: videlicet te teneri vlla spe. dico te fortiorem tunc non fortiorem me, quia prius contrarium dixit Cicero: videlicet se fortiorem esse q̃ Luceiũ præceptorem fortitudinis: eo q̃ ipse nihil, ille aliquid speret, quo circa possit hic subaudiri me, vt sit, alterum minus mirũ est videlicet me fortiorem esse, cum. s. ita sit q̃ tu aliqd speras: ego nihil: & hanc expositionem credam esse de mente Ciceronis: vt infra dicam. Ratio tamen superioris dicti subobscura est. Non fortior est qui aliquid audet sine spe, sed potius temerarius: sed intelligemus propterea Ciceronem censere se fortiorem sine spe, non q̃ aliquid tentet aut moliatur: sed q̃ decreuit infractum animum tenere, & in philosophiam eo attentius incumbere: q̃ a foro sine spe reuertendi exclusus sibi videatur. Probat mirum esse Luceium aliquid adhuc sperare: dicens,

HVBER. ¶ QVID est enim ponit,rōnē,quare non deberet hře aliquā spemq̃ oia teip.mēbra sunt oino quassata. ¶ Affectū. dispositum. ¶ Mēbra partes:translatio a corpore qđ hēt mēbra sua,& ita resp. Mēbra aūt reipu,sunt cōsulatus:ptura: ædilitas, & cæteri magratus. ¶ Persequerer,exponere. ¶ Tuis mo,qa ita mones & pcipis. ¶ Domestica.mea incommoda priuata. ¶ Vt cen.vt existimas esse ferenda:in desperatione oium:cū nihil oino speremus. ¶ Das,addis.lu. Da nunc & voluerē sceptro q̃ surgit eburno. ¶ Cōscientiæ nřæ.bonæ:quæ semp recte sensit de repu.valet autē cōscientia bona plurimū ad cōsolandū,q̃ fm stoicos ēt sine alia remuneratione satis pmii p se hēt:vnde illud Virgilianum,Du tibi si quapios respectant numina:siqd Vsq̃ iustitiæ est:& mens sibi cōscia recti Præmia digna ferant. ¶ Te au,te suadēte & cōsulēte. ¶ Præstitimus. hibuimus. ¶ Animo,cogitatione.i.plus q̃ quisq̃ potuisset cogitare. ¶ Aut con.prudētia.i.plus q̃ quisq̃ sciuisset dicere eē pstandū. ¶ Prædicanti.laudanti. ¶ Quarum enim. sensus est, Mea facta quæ suades mihi vt cogitē ad leuandā ægritudinē meā,me non solum delectat cogitare,sed etiam commemorare. ¶ Lenimur.demulcemur:delectamur. ¶ Angoribus. solicitudinibus:quæ animū angunt. ¶ Abducam remouebo. ¶ Ad ea.i.ad studia litterarū. ¶ Quibus.sunt enim studia literarū diuitibus & vtentibus fortuna pspera ornamēto,infelicioribus vero ēt adiumento. ¶ Aetas vtri.iam senilis:quę nō ita patitur cōsuetudinē crebram & conuersationē:sicut iuuenilis. ¶ Valetudo.ambo enim propter ætatem interdū mala valetudine laborabant. ¶ Coniunctione ani. animi enim interuallo lo: orū disiuncti:cogitatione & beneuolentia facile coniungi possunt. ¶ Nonnunq̃.interdum & sæpe.

Quid est enim non ita affectū,vt id nō deletum, extinctūq; omne esse fateare: Circūspice oia mēbra R.P.q̃ notissima sunt tibi:nullū reperies pfecto,qđ non fractū,debilitatū ve sit.quæ persequerer,si aut melius ea viderē,q̃ tu vides,aut cōmemorare possem sine dolore.quanq̃ tuis monitis,præceptisq; oīs est abiiciēdus dolor.Ergo & domestica feremus,vt censes,& publica paulo enā fortius fortasse,q̃ tu ipse,qui præcipis.te enī spes aliqua cōsolatur,vt scribis:nos aūt erimus ēt in oī desperatione fortes,vt tu tamē idem & hortaris,& præcipis.das enim mihi iucundas recordationes cōscientiæ nostræ,rerumq; earum, quas te in primis authore gessimus.Præstitimus enim patriæ non minus certe, q̃ debuimus,plus pfecto,q̃ est ab animo cuiusq̃,aut cōsilio hoīs postulatū Ignosces mihi de me ipso aliquid prædicanti.quarū enim tu rerū cogitatione nos leuare ægritudine voluisti, earum etiam cōmemoratione lenimur.Itaq; vt mones,q̃tū potero,me ab oībus molestiis,& angoribus abducā:transferamq; animū ad ea quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur: tecūq; & ero tantū,quantum patietur vtriusq; ætas,& valetudo:& si esse vna minus poterimus, q̃ volumus, animorum tñ coniunctione,iisdemq; studiis ita fruemur,vt nunq̃ non vna esse videamur. Vale.

ASCEN. ¶ QVID enim est non ita affectū.i.concussum & sauciū vt non fateare id oē deletū & extinctū.q.d.nihil. ¶ Circunspice omnia mēbra reipu,quæ notissima sunt tibi.i. oēs fauentes reipub.& libertati cōmuni ciuium, vt pfecto nullū.s. mēbrū inuenies qđ nō sit fractū & debilitatū.Videtur nō debito ordine id quod alterū includit pponere:nā dices si fractum ergo debilitatū:sed nouimus fractum dici quod est concussum & debilitatū,etiam si non sit ruptum:vt Aenei.secundo,Fracti animo fatisq; repulsi Ductores danaū:fractū ergo.i.concussum,& pro.i.debilitatū. ¶ Quæ.s.mēbra:aut quæ detrimenta reipu.ego psequerer:si aut viderē ea melius q̃ tu vides ea:aut si possem commemorare ea supple sine dolore, q̃q̃ omnis dolor est abiiciendus tuis pceptis & monitis.i. fm præcepta & monita tua. ¶ Ergo nos feremus.i.tolerabimus & patiemur,&.i.simul domestica.s.incōmoda:vt censes.i.iudicas ea ferenda,&.i.simul feremus publica.s. incommoda aut mala:fortasse etiam fortius q̃ tu ipse qui præcipis.s. ea ferenda. ¶ Enim.i.quia,aliqua spes consolatur te: vt scribis, nos erimus forte etiam in omni desperatione:tamen sic erimus fortes:vt tu hortaris & præcipis.Hinc patet exponendū illud fortiorem te esse,sic.me esse fortiorē te.i.q̃ tu sis &c. ¶ Tu enim das mihi iucundas recordationes cōscientiæ nostræ & earum rerum quas gessimus te authore in primis.i.pcipuo. ¶ Nos enim præstitimus patriç.s.conseruandæ in libertate certe.i.indubitate:nō minus q̃ debuimus,& sup.pfecto plusq̃ est postulatū animo aut consilio cuiusq̃ hois. ¶ Tu o Lucei ignosces mihi prædicanti aliqđ de,meipso. ¶ Enim.i.quia,nos lenimur.i.demulcemur & consolamur,commemoratione.i. narratione & recitatione etiam earum rerū:quarū rerū cogitatione tu voluisti leuare.i.liberare aut deonerare nos ægritudine.s.animi:hoc est,ideo dabis veniam prædicanti de me aliquid,qa sicut monuisti vt recordarer a me preclare gesta pro repu.ad leuandam ægritudinem animi:sic eorū prædicatio & commemoratio lenit dolorem aut animū meū. ¶ Itaq; vt mones abducam me quantum potero ab oibus molestiis,& angoribus,& transferam.i.traducam animum.s.meum, ad ea quibus secundæ.i.prosperæ res ornantur,& aduersæ sup.res adiuuantur,non vt maiores fiant, sed vt tolerentur aut minuantur,hoc est ad philosophiam moralem,& ero tecum quantum ætas vtriusq;.s.nostrum,& valetudo patietur,qa & senes & valetudinarii ambo esse corperant. Dicitur autem valetudo quia secunda producitur quasi a valendo,nam a validus fieret valitudo,& si.i.q̃q̃,poterimus minus esse vna.i.simul q̃ volumus:tamen fruemur iisdem studiis coniunctione animorum ita,vt nunquam non.i.semper videamur esse vna. Vale.

¶ Ex.xiiii.Epistola Quanq̃ ipsa consolatio.
¶ Itaq; alterum mirum minus fortiorem te esse,cum aliqd speres.alterum oino mirum,spe vlla tueri te. ¶ Quarū enim tu rerum cognitione nos leuare ægritudine voluisti.

15

L.Luceius Q.F.S.D.M Tullio Ciceroni M.F.

SI vales,bene est:ego valeo,sicut soleo, paululo tñ ēt deterius,q̃ soleo. Te requisiui sæpius,vt viderē. Romæ quia postea non fuisti, q̃ a me discesseras, miratus sum , quod item nunc miror.Non habeo certum,quæ te res hinc

Nonnunq̃ HVBER. SI vales.Quia vt supra diximus Cic.rep.oppssa receperat se rus,Luceius hac epla dicit se laudare eius consiliū si hoc fecit,vt aliquid eorum agat,quæ consueuit legendo & scribendo aliquid,qđ sit aliis pfuturū. Sin vero dedit se lachrymis & tristitiæ reprehendit eum & accusat, q̃ ita moleste ferat casum reip,quasi id quod accidit fuerit ei improuisum.& ostendit eū non debere mœrore luctuq; vacare cum nihil pficere possit lugendo. ¶ Sicut so.s.valere,solebat enim Luceius laborare iterdū podagra. ¶ Requisiui ee hoc in loco repetitionem vel augmētū actus signat vel requisiui.p quiui. ¶ Miratus sum.te nō fuisse Romę posteaq̃ a me discessisti.

ASCEN. SI vales &c.Hac epla dicit Luceius se approbare consiliū Cic.si eo se otio in rus abduxerit vt legēdo & scribendo alios in re literaria iuuet,sin vt se lachrymis dedat dānare,q̃ ita lugeat casum reip.quasi non puiderit futurū.Præterea docet inutile esse,tū res immutari nequeant.Ordo est.Si vales bene est. ¶ Ego valeo,sicut soleo,& etiam paulo.i.modico,deterius.i.minus bene q̃ soleo. ¶ Ego requisiui sæpius vt viderem te. ¶ Ego miratus sum quod item.i.sili miror nunc, te non fuisse Romæ posteaq̃ discesseras a me. ¶ Non hēo certū.i.exploratū aut pspectum,quæ res.i.q̃ occasio retrahat te.

Valetudo

¶ Maxime

HVBER.
Maxime
Solitudo

MAXIME.ꝑcipue:ꝓter aliā cām. Hinc. Roma. Solitudine.loco nō frequētato: vbi nō sit multitudo hoīum. Scribat.cōponas. Quę cōsueuisti.s.agere. Cōsiliū.deliberationē habitādi potius rus q̄ vrbē: vel istic scribēdi & agēdi aliq̄d eorū q̄ cōsueuisti. Isto.cōsilio tuo. Optatis.qa bona tpa optata dicunt. Defatigatio cutis reip.q nōc hmōi studiis pōc recreari. Requiē.cessationē:ociū. Ex ma.oc.post magnas occupationes. Vel er udi.s. aio tuo.nihil pōt esse iucundius. Promat.emittat:pferat. Illustret.clarū faciat:ex scriptis eni q̄ ex ingenio nr̄o pmūt r:clariores efficiunt. Sin aūt laudauit Luceius qd̄ Ci.se rus receperit:si ea fuit cā:vt aliqd scriberet,& ex igenio suo ꝓmeret,qd̄ & alios delectaret,& ipm illustatet.Nōc dicit,q si ē ruti ea cā vt doleat. & lachrymis indulgeat: vehemēter est rephendēdus & accusandus. Sicut.vel post q̄:vel veluti disfecerat.i.cū desperatiōe rerum. Lachrymis ac tri.i.ad lachrymandū & dolēdū, post q̄ hinc discessisti. Angere.p angeris.i.cruciatis. Non pos.n.ac.i.nō possum facere q̄n te accusem. Si con.vt lib.di.i.si pateris & pmittis vt liber & fine respectu dicā qd̄ sentio. Quid modus interrogādi. Tu so.nō vi.i.in tāto nūero hoīum q̄ ꝓuidebāt futura,q̄ acciderunt:vt solus nō videbas? interrogatiue.q.d. imo videbas. Apta.māifesta:oībus nota. Occultis.ēt secretissima, ergo mīro magis apta videbas. Acumen.i.subtilitatē.s.ingenii. Nō in.q.d. immo debes intelligere. Nihil p.quo.q̄.i. ls quotidie q̄ratis, nihil tñ valere q̄relas tuas. Duplicare augeri. Virg.in.buc. Et sol crescentis decedens duplicat vmbras. Postulat.exigit: q̄si rē debitā, qa prudētē decet solicitudines sibi amouere & tollere. Qd̄ si sensus est:si nō possum suadendo efficere, & tibi psuadere vt omittas solicitudines.saltē pero a te hoc grā. Cōtendimus.plus est q̄ petimus. Rogā do.ꝑcibus. Nr̄a cā.pp me. Laxes.liberes. Conuictū.sodalitatē:vel societatē viuēdi. Cōsuetudinē.conuersationē. Vel.c.q̄ vterq; nr̄m vtebat̄ indulgēdo stu.l̄rarū. Tui so.ad p.i. ad consuetudinē tuam solā,q nō es solitus indulgere lachrymis, sed scribere & facere aliqd dignū viro plus q̄ cæteri.q.d.ad eā saltē cōsuetudinem:q.ā tu solus seruare consueuisti. Cupio nō ob.si nō.i.cupio nō eē tibi molestus meis verbis,si nō delectaris monitionibus meis.obtundere aūt tractū ab incude: q̄ sæpe malleis tunditur:ita obtundere est aliquē verbis lædere:& quodammodo ferire. Studio. meis scriptis q̄ ex studio & amore pueniunt. Cupio de.vellem remouere te ab hoc ꝓposito. Ne per. ne perseueres. In in. in tristitia & lachrymis. Duæ.r.c.nā nolle obtundere aliquē: & velle deterrere ab incepto cōtraria sunt,qa nō possumus deterrere q̄n obtundāus:qa id multis verbis fieri necesse est. Cōturbēt incertum faciāt. Ex q.duabus rebus. Obtēpes.morē.geras:obseq̄ris: & facias qd̄ volo. In al.i. ne permaneas in incepto. In altera. vt obtundaris verbis meis. Non offendas. quis enim amice & beneuole non accipit admonitiones amicorum,sed eis obtundit̄, offendit, & rem ingratā amicis facit.

Côtêdere
Côuectus
Consuetudo
Obtûdere

Obtempo

maxime retrahat. Si solitudine delectare, cū scribas, & aliqd agas eorū,q̄ consuesti:gaudeo, neq; rephēdo tuū cōsilium:nā nihil isto pōt esse iucundius,non mō miseris his tpibus,& luctuosis,sed ēt tranqllis, & optatis, ꝑsertim vel aīo defatigato tuo,q nunc requiem q̄rit ex magnis occupatiōibus,vel erudito, q sp aliqd ex se ꝓmat, qd̄ alios delectet,te ipm laudibus illustret. sin aūt, sicut hic dū eras,& lachrymis,& tristitiæ te tradidisti: doleo qa doles,& angerᷓ:nec possū te,si cōcedis, qd̄ sentimus vt liberiꝰ dicā,nō accusarᷓ. Quid.n.tu solus apta nō uidebis?q pp acumē occultissima perspicis:tu nō intelliges te q̄relis quotidianis nihil ꝓficere: non intelliges duplicari solicitudies,q̄s eleuare tua te prudētia postulat:Qd̄ si non possumus aliquid ꝓficere suadēdo, grā cōtēdimus,& rogando,siqd nr̄a cā vis, vt istis te molestiis laxes, & ad conuictū nr̄um redeas, & ad cōsuetudinē,vel nr̄am cōmunē,vel tuā solius, ac ꝓpriā. Cupio nō obtūdere te.si nō delectare nr̄o studio, cupio deterrere,ne ꝑmaneas in incepto,cū duæ res istæ contrariæ me cōturbent,ex q̄bus,aut in altera mihi velim, si potes,obtemperes, aut in altera non offendaris. Vale.

Ex.xv. Epl. Si vales,b,e.ego.v. sicut soleo.

Miratus.n.sum,quod in re nunc mitot. Nisi solitudines delectare,cum scribas. Qui nunc requiem q̄rit ex magnis occupationibus. Sin autem his dum eras,& sicut dixeras, lachrymis,ac tristitiæ te tradidisti,doleo,qa doles,& plangere non possum te. Nam si concedis,quod sentimus,vt liberius dicamus,accusare.quid.n.solus tu aperta non videbis, qui pp acumen ingenii occultissima perspicis? Et ad te coniunctū nostrum redeas, & ad consuetudinem,vel ad nostram communem,vel tuam solius,ac propriam naturā.

ASCEN.

MAxime.i.ꝑcipue hic.i.ab vrbe. Si delectare.i.delectaris solicitudine, cū scribas & agas aliqd eorū q̄ consueuisti.s.agere:plurimi tn̄ textus hn̄t quorū cōsueuisti sup.aliqd agere:sed Vber.legit q̄:gaudeo:neq; rephendo cōsiliū tuū. Nā nihil pōt eē iucūdius isto.s.gn̄e vitę cū l̄ris,& musis,nō mō his tpibus miseris & luctuosis,sed ēt tranqllis, & optatis, ꝑsertim vel aio tuo delugere & in mœrore eē fatigato, q q̄rit nūc magnis occupatiōibus requiem:vel erudito: q semp ꝓmat aliqd ex se,qd̄ delectet alios,& sup.illustret te ipm laudibus. Sin aūt.i. sed si, tradidisti te lachrymis & tristitiæ: sicut dū eras hic.i.Rōę,doleo qa tu doles,& angere.i.angeris,hoc est afficeris angore ai. Si tu cōcedis.i.pmittis, vt dicā liberius qd̄ sentimus.i.ego & reliq amici tui:alioq numerū mutaret. Sed dicūt grāmatici licitū eē in pma psona de uno: mō singulari,mō plurali:mō vtroq; numero loq:verūtn̄ aptior est sermo dū numerus obseruat̄ idē:quocirca multi legunt dicamus:sed pōt:vt dixi:de se dicere dicā,& de se ac aliis sentimus:ꝑsertim cū scribatur ēt ab illis q dicamus legunt: possum non possumus:nō possum nō accusare te,i.q̄n accusem te. Quid eni principiū accusandi sumpta a pticula indignatiua:vt solus non videbas apta.i.manifestaria & euidēter futura:q ꝑspicis occultissima .i.abditissima:pp acumē.s.oculorū tuorū mentaliū, nō eni de exteriore loqtur ꝑspectione. Ēt sup.tu tā prudēs hō:nō intelliges.i.pmittet q nō intelliges te nihil.i.in nullo ꝓficere:cōmodū facere aut remediū mali inuenire:q̄relis quotidianis?q.d.id nō esse vero simile. Tu nō intelliges solicitudines duplicari.i.gēinari:q̄s tua prudētia postulat te eleuare.i.imīnuere:tracta metaphora a bilance:in q̄ res minoris pōderis eleuatur.vnde quia minoris quoq; æstimatur:solet eleuare pro diminuere , de laude ac ptecio alicuius vsurpari. Quod si nos nō possumus ꝓficere suadendo.s.tibi,vt a lugēdo desistas:nos cōtendimus.i.instamus gratia.s.q̄ apud te valemus:& rogādo:si vis sup.facere:qd.i.aliqd,cā nostra vt laxes te istis molestiis:& redeas ad cōuictū nr̄m.i.ad cōmunionē vitę:seu ad cōuersationē nostrā. Et ad cōsuetudinē,i.cōsuetā rationē viuēdi:vel nostrā cōem.i.qua simul vti solemus, vel sup.ad consuetudinē tuā solius.i.vnius,ac ꝓpriā.i.peculiarem tibi. Notū est qa in significatione actiua possessiua genitiui mei:tui:sui,nr̄i:& vestri:q tm̄ passiue sigñant cōstrui nō pn̄t:p illis possessiua pnoīa poni:cū q̄bus vel ptinue vel cōiunctio nis iteruētu cętera q̄ recte i gtō regi pn̄t cōstruunt:vt mea vnius opa tua solius cura &c. Ego cupio nō obtūdere.i.nō heberare te.i.auditū tuū mētalē.i.te nō onerare multis verbis. Si tu nō delectare.i.delectaris studio nostro.i. quo nos delectamur. Ego cupio deterrere te:ne pmaneas in incepto.i.ꝓposito:lugendi ꝓcul a vrbe. Cū istę duæ res contrariæ.s.nolle obtundere & velle eū deterrere ab incepto: cōturbent me:ex q̄bus.s.duabus rebus:ego velim supple:vt aut obtēperes mihi si potes in altera.i.non manendo in proposito:aut non offendaris in altera.s. dum a nobis obtunderetis.

AVBER. OMnis. Cum versaretur Cice. in maximis mœroribus & luctibus propter resp. calamitates. L. Luceius non solum pcedenti epistola eum consolatus est, sed etiam multis aliis, quæ in hoc volumine nõ reperiuntur, neq; hodie extant, sed id ex verbis Ci. intelligimus. ¶ Dicebat aũt Luceius se mirari, vt visum est in pcedenti ep'la: q ab vrbe ab esset, se tñ id laudare, si ea cã faceret vt scriberet, & faceret aliquid eorum q consueuit, sin aũt pp mœrorem & lachrymas se vehementer reprehendere & accusare, hortabaturq; vt in vrbem rediret ad coniunctam & solitam consuetudinem vtriusq;. Itaq; Ci. respondens dicit se cognouisse amorem Luceii erga se: sed eũ nõ intelligere cãm doloris sui: dicit. n. se nõ tantope re angi pp damna: q reip. euenerunt: sed q eorum nullum videat remedium: in qbus qdem miseriis dicit solũ lrarũ studiũ esse sibi relictũ, a qbus nõ medicinã ppetuã malorũ capit, sed aliqñ obliuionẽ: itaq; dicit se eis dare opam: qđ qđe si fecissent ante ambo, dicit q potuissent eẽ vna oi tpe: fuissentq; itẽ le nimico valetudinis Luceii, & mœroris ipsius Ci. ¶ Ex oi. p ti. nulla. n. clausula vl potius nullũ verbũ ẽ in ep'la tua: vñ nõ pcipiã magnũ tuũ erga me amorem. ¶ Ille. amor tuus. ¶ Nõ igno. immo multo añ pfectus. ¶ Iucũdus. delectabilis: plenus voluptatis, & tñ latenter oñdit fuisse iucũdas. ¶ Id. u. iucundus. ¶ Perdidi. s. qa nunq̃ amplius potero dicere aliqd eẽ mihi iucundũ, pp maxiãs calamitates, q̃ mihi acciderũt. ¶ Eã. u. eã solã. ¶ Suspicaris. arbitraris: existimabat. n. Luceius eũ tantopere mœrore pp amissam filiã. pp quã amice & familiariter pbat nõ esse tantope dolendũ. ¶ Re. effectu ipso: qa quis verba nõ viderent accerba, re tñ ipsa me grauiter accusabas. ¶ Vulneris. dãni & doloris: Vir. Aeternũ seruãs sub pectore vulnus. ¶ Ea. remedia. ¶ Quid enim pbat nulla esse remedia, q esse debebant, remedia aũt malorũ nrorũ & dolorũ sunt amici, ad quos possumus confugere cõsolationis cã: sibi aũt dicit pcipuum remedium potuisse esse Luceium, sed nõ potuisse cũ eo esse: supesse igit solas lras: in quibus possit hre perfugium, sed eas quoq; nõ posse oino eũ consolari. ¶ Quã mul. sunt. q. d. paucissimi, vt tu nosti. ¶ Fere oẽs. namq; erant mei amici ẽt erãt tui. ¶ Occiderunt perierunt in bellis ciuilibus. ¶ Obduruerunt, facti sunt duri contra me, vt non amplius misereantur mei: relinquerunt enim me propter mutationem fortunæ: quia vt inqt Oui. Tempore felici multos numerabis amicos. Tpa si fuerint nubila, solus erit. ¶ Tecũ. dicit q cũ ex multis amicis qui partim obduruerunt partim perierunt. Luc. permanserit in fide & beneuolentia, superest vt cum eo viuere posset & vellet, latenter tamen accusat Lu. q eius culpa nõ simul viuant, quia cũ essent ambo in tusculano & puteolano vicini: non tamẽ vna fuerunt, ex quo innuit eos multo minus fore simul nũc: cum locorũ interuallo sunt disiuncti. ¶ Vellẽ optarem. ¶ Vetustus amor. antiquus & iam multis annis inceptus, in quo magna est vis: vt ipse ostendit in Lælio de amicitia. ¶ Paria similia: quia ambo versati sumus, & versamur in studiis literarũ. ¶ Quod vincu. est. i. quæ studia paria sunt vinculum nostræ coniunctionis, qa nihil est qđ magis alliciat atq; attrahat ad amicitiã q̃ morum similitudo & paritas studiorum. ¶ Quid impe. qđ prohibeat: quominus vna esse possumus. ¶ Non fuit. s. vna. ¶ Vicini. ppinqui habitatione, ex quo facilius vna esse poteramus. ¶ Puteolano. rus erat Cice. apud puteolos in campania: & sic tusculanum. ¶ In vrbe. subaudi cum essemus, quod plus est. ¶ Vicinitas nõ re. quia ex diuersis partibus vrbis omnes ad forum conueniunt: ita vt illud habeatur pro vicinitate, forum autem causarũ intelligit. ¶ Casu. infortunio. ¶ Oporteret. deceret. ¶ Flore. esse in fortuna secunda. ¶ Prudenter etiam vi. quia amisimus dignitatem & libertatem: & deniq; rempub. sine quibus vir magni animi vitam optare non debet.

Vulnus

Obduruerunt

M. Cicero L. Luceio S. 16

OMnis amor tuus ex oibus ptibus se oñdit in his literis, quas a te pxime accepi, non ille qdem mihi ignotus, sed tñ gratus, & optatus; dicerẽ iucundus, nisi id verbũ in omne tempus perdidissem, neq; ob eam vnã causam, quam tu suspicaris, & in qua me leuissimis, & amantissimis verbis vtens, re grauiter accusas: sed q illius tanti vulneris q̃ remedia esse debebant, ea nulla sunt. Quid enĩ ad amicos ne confugiã: q̃ multi sunt? habuimus enim fere cõmuneis: quorũ alii occiderunt, alii nescio quo pacto obduruerunt. Tecum viuere possem equidẽ, & maxime vellẽ. vetustus est amor, consuetudo, studia paria, qđ vinculum, q̃ res deest nostræ coniunctioni? Possumusne igitur esse vna? nec mehercule intelligo, quid impediat. sed certe adhuc nõ fuimus, cum essemus vicini in Tusculano, in Puteolano: nã qd dicã in vrbe? in qua, cũ forũ cõe sit, vicinitas non reqritur. Sed casu nescio quo in ea tempora nostra ætas incidit, vt cum maxime florere nos oporteret, tum viuere etiam puderet.

ASCEN. OMnis amor &c. Quia multis verbis consolatoriis damnarat Luceius mœrorem Ci. dicit. Cic. se agnoscere amorem Luceii in se, sed eum non capere cãm mœroris: q̃ erat q nullũ viderat remedium. ¶ Ordo est, Ois. i. totus, amor tuus ostendit se ex oibus partibus in iis lris, quas accepi pxime a te, non quidem ille. s. amor tuus ignotus mihi, sed tñ gratus & optatus, dicerem iucundus, nisi perdidissem id verbum. s. iucundus, quod non nisi rei latæ competit. Ex hoc autem loco accepit Valla dĩam, quam ponit inter iucundus & gratus, allegans hęc Ci. verba, vt Gratum sit vtile & acceptum: licet: non hẽat delectationem annexam, iucũdum tñ voluptuosum. ¶ Præterea signandum q ois pars orõnis verbum dicatur, nam iucundus quod nomen est hic verbum. dr, in omne tpũs. s. futurum. ¶ Neq; sup. perdidi illud verbum ob eam vnã cãm, quam tu suspicaris. s. q resp. amissa sit. Vber. exponit q filia mortua sit, sed de filia nihil meminit in superiori epistola Luceius, & in qua. s. cã, tu vtens verbis leuissimis & amantissimis: accusas me grauiter re. i. in sola ipsa. Nam turpe est viro forti lugere, q̃ neq; vitare potuit priusq̃ euenirent: neq; emendare vbi euenerint: qualia erant incommoda reipu. sed q ea quæ debebant esse remedia illius tanti vulneris. i. atri doloris: sunt nulla. i. non extant. ¶ Quid enim. i. nam quid faciam? ¶ Confugiam ne ad amicos, q̃. i. quantum: multi sunt sup. amici. q. d. nimium pauci ssimi. Et si quæreret Luceius cur id a se petat Ci. addit: ideo peto enim. i. quia nos habuimus fere. s. omnes sup. amicos cões, & ita si scis q̃ pauci sint tibi amici reliqui, facile etiam scias q̃ pauci sunt mihi. ¶ Quorum. i. amicorum communium: alii. s. aliqui occiderunt. i. mortui sunt: ab occido pe. breui: alii nescio quo pacto. i. modo, obduruerunt. i. durissimi facti sunt, vt non misereantur mei, & ita me dereliquerunt. ¶ Equidem. i. ego quidem, possem viuere tecum. Respicit id quod Luceius rogauerat, vt ad coniunctũ suum redeat: & vellem maxime. s. viuere tecum. ¶ Nam sup. amor. noster est vetustus, consuetudo sup. est vetustã: studia sup. nostra sunt paria. i. consimilia, & ita quod vinculum, quæ res deest coniunctioni nostræ? q. d. certe nullum & nulla. ¶ Ergo possumus ne esse vna. i. in vno loco? ¶ Nec mehercule sup. ita iudicante vt verum dico: intelligo. i. non perspicio, qđ impediat. s. nos vnã esse, sed certe. i. quod euidenter scio: nos non fuimus adhuc. s. vna cum essemus vicini in tusculano. s. agro: vbi Cicero erat: & tusculanas scripsit quæstiones: & sup. in puteolano sup. agro, vbi Luceius erat. ¶ Nam quid dicamus in vrbe. i. cum ambo essemus in vrbe. s. Roma: ãi qua cum forum sit commune, in quod oẽs conueniant pręsertim causidici: nam de foro iudiciali intelligit, vicinitas non requiritur: & non erant simul quia nullus erat bonis viris in foro locus. ¶ Sed nr̃a ętas incidit nescio quo casu in ea tpa: vt cum oporteret. i. deceret & iustum esset: nos florere maxime. s. in curia & foro, cum oibus perfuncti essent honoribus, puderet tum. i. tunc: etiam viuere. cum sine dignitate viuant.

¶ Quod

HVBER.

¶QVOD enim interrogatio. ¶ Domesticis or. pp filiã pp rẽ familiarẽ a Terentia male administratã: q̃ deniq; ab eo discessit: & Sallustiũ secuta est. ¶ Forẽsibus. q̃a vt. supra dixit nihil in foro agere debebat &c. ¶ Lr̃æ subiectio: & rñsio ad interrogatione, & subaudi poterãt esse pfugiũ mihi. ¶ Aliud. q̃ vti lr̃is. ¶ Nescio quo nõ. q. d. pter naturã suã, cũ soleant felicibus tpibus ornamẽto, & miseria solatio esse. ¶ Excludere. phibere expellere. ¶ A portu. a quiete, a recreatione: trãslatio sumpta a nauibus, q̃ in portu q̃etẽ hñt. Oui. Tu citius venias portus & aura tuis. ¶ Exprobrare. i. cũ pbro & ɔtumelia obiicere. In q̃. vita. Propagatio. dilatio, nã q̃to diutius viuã: tãto plures miserias expecto, qd̃ q̃dẽ lr̃ę: hoc est phię pcepta: dissuadent, q̃ iubent potius moriẽdũ in libertate & honestate, q̃ viuendũ in seruitute. ¶ Hic nũc. ¶ Domus. q̃a amisi ornamenta domestica, vt añ dixi. ¶ Sũmũ odi. tẽ. subaudi i q̃ vrbe sit summũ odiũ tpm. i. summũ fastidiũ & molestia & earũ, q̃ his tpibus fiunt. ¶ Hoium. s. sit summũ odiũ, q̃a nihil eorũ agunt pro repu. q̃ debent. ¶ Fori. in quo nihil agere libet pp oppssa iudicia & leges. ¶ Curiæ in qua nõ licet cuiq̃ dicere, qd̃ sentiat. ¶ Medicinã. remediũ & medicamen malorũ meorũ: trãslatio sumpta ab ægrotãtibus: q̃bus daẽ medicina ad tollẽdũ morbũ. ¶ Perpetuã. ad oẽ tps. ¶ Exiguã obli. vt interdũ obliuiscar doloris mei, nã saltem dũ lego: non recordor malorũ meorũ. ¶ Q d. quãtẽ. ¶ Egissemus. vt essemus vsi lr̃is. ¶ Q d nõ vẽ. in men. qd̃ nõ cogitabamus. ¶ Motus quot. turbationes & mutationes, q̃ quotidie fiebant i tep. ¶ Valetudo. s. mala. ¶ Mœror. quẽ ex miseriis & domesticis & publicis capio. ¶ Q d. vt neq; tua valetudo me offendat, nec te mœror meus. ¶ Cõsequamur. efficiamus. s. vtẽdo literis: & simul viuẽdo. ¶ Aptius. q̃ lr̃is vti vna eẽ q̃tũ fieri poterat. ¶ Propediẽ. quãprimũ: cito.

Hic

Quod enim mihi poterat esse pfugium spoliato & domesticis, & forẽsibus ornamẽtis, atq; solatiis? literæ credo, q̃bus vtor assidue. qd enim aliud facere possim? sed nescio quo mõ ipsæ illæ excludere me a portu, & perfugio videntur, & quasi exprobrare, qd̃ in ea vita maneã, in qua nihil in sit, nisi propagatio miserrimi temporis. Hic tu ea me abesse vrbe miraris, in qua domus nihil delectare possit, summũ sit odiũ tẽporũ, hoium, fori, curiæ? Itaq; sic literis vtor, in q̃bus cõsumo oẽ tẽpus, non vt ab his medicinam perpetuam, sed vt exiguam doloris obliuionem petam. Quod si id egissemus ego, atq; tu, quod ne in mentem quidẽ nobis veniebat propter quotidianos metus. omne tempus vna fuissemus: neq; me valetudo tua offenderet, neq; te mœror meus. qd̃ quantum fieri poterit, consequamur. quid enim vtriq; nostrum aptius? propediem te igitur videbo. Vale.

Propediẽ

ASCEN

¶ Quod eni pfugiũ, qd̃ dicit refugiũ, poterat esse mihi spoliato. i. violẽter exacto & priuato, &. i. simul: ornamẽtis domesticis. i. q̃bus ornabat dõi meæ: & forensibus. i. q̃bus ornabat prius i foro: & solatiis. s. domesticis: & forẽsibus. q. d. nullũ: qd̃ p locũ a maiore declarat. ¶ Credo sup. q̃ lr̃ę. s. poterãt mihi esse pfugiũ: q̃bus. s. lr̃is: ego vtor assidue, qd eni possum facere aliud. s. q̃ lr̃is incumbere: q. d. nihil, sed nescio q̃uo illæ ipsæ. s. lr̃ę. videnẽ excludere me a portu & pfugio. i. a requie & securitate: & q̃si exprobrare. i. pbro dare q; maneã in ea vita: in q̃ nihil in sit: nisi propagatio. i. extensio, tpis miserrimi. ¶ Tu miraris. hic. i. in hac cõdõne vitæ & tpm: me abesse ea

Ex. xvi. Epi. Omnis amor tuus.

¶ Neq; eã vnã ob cãm, quã in sorte suspicaris. ¶ Quid. n. faciã? ad amicos ne cõfugiã? ¶ Vetustas, amor. cõsuetudo, studia paria, qd̃ vinculũ, q̃res idest vnę ɔiũctiõis: possumus igitur esse vna? Nec me hercle itelligo: qd ipediat? ¶ Q d eni poterat esse mihi pfugiũ. filii. refugiũ hẽt. sic postea & pfugio legunt. ¶ Sed vt exigã obliuionẽ doloris, expectamq;.

vrbe: in qua domus. s. propria nihil possit delectare: & in q̃ sup. sit summũ odiũ, tpm: hoium: fori. s. iudicialis: curiæ. s. senatus. ¶ Itaq; q̃a in vrbe esse nõ licet: ego vtor lr̃is: sic vt q̃bus cõsumo oẽ tps, non vt petã ab iis. s. lr̃is, medicinã ppetuã: sed vt sup. petã exiguã. i. modicã obliuionẽ dolo. ¶ Q d. s. ita vti literis, si ego atq; tu egissemus, qd̃. s. agere ne qdẽ. i. nõ saltẽ, veniebat nobis in mentẽ, pp quotidianos metus, qui vsum rõnis impediebant: nos fuissemus oẽ tps vna. i. simul. Dixi signandũ Ci. libenter vti accusatiuo tpis cõtinui, tã cũ nota cõtinuationis, vt hic oẽ: q̃ sine ea, vt alibi sæpe. Neq; valetudo tua. s. varia & non bona, offenderet. i. læderet me, neq; mœror meus sup. offenderet te. ¶ Q d cõsequamur. i. obtineamus, q̃tũ poterit fieri, qd enim aptius sup. est vtriq; nr̃m: q. d. nihil. ¶ Igitur ego videbo te ppediem. i. mox, ita vt prope sit dies.

M. T. Cicero S. D. Titio.

ETsi vnus ex oĩbus minime sum ad te consolandum accommodatus, qd̃ tantum ex tuis molestiis cepi doloris, vt consolatione ipse egerẽ: tñ cum longius a summi luctus acerbitate meus abesset dolor, q̃ tuus, statui nostræ necessitudinis esse, meæq; in te bñuolẽtiæ, nõ tacere tãto in tuo mœrore tandiu: sed adhibere aliquam modicã cõsolationẽ, q̃ leuare dolorem tuũ posset, si minus sanare potuisset. Est autẽ consolatio peruulgata qdẽ illa, maxime, quam semper in ore, atq; in animo hẽre dẽmus.

HVBER.

ETsi vnus. Cũ vehemẽter doleret Ti. ciuis Roma. amissis liberis: eo tpe, quo resp. erat in ptãte Cæ. Ci. hac epistola eũ consolatus est, adductis multis rõnibus & a lege naturæ: & a qualitate tpm: non esse lugendam mortẽ puerorum, aut adolescentium, qui videntur miseriis erepti. deniq; arguit a tenore vitæ ipsius Ti. & a reliqs rõibus, q̃bus vsus est et Seruius Sul. ad Ci. li. iiii. epistola. v. ¶ Vnus. ego solus. ¶ Accõmodatus. aptus, idoneus. ¶ Q d, q̃a: & est cã quare nõ sit accõmodatus ad cõsolãdum. ¶ Molestiis. angoribus, sollicitudinibus ¶ Longius q̃ t. q̃a propius te attigit casus tuus q̃ meus. ¶ Acerbitate. vehemẽtia: asperitate. i. cũ meus luctus esset minus acerbus q̃ tuus. ¶ Statui. iudi. ¶ Modicã. mediocrẽ. ¶ Le. leuẽ, & mi. facere. ¶ Si mi. potui sana. i. penitus amouere. Peruulgata. q̃ fere oẽs vtuntur. ¶ In ore. vt cum semper dicamus. ¶ In aio. in cogitatione & recordatione.

Acerbitas

PHI.

ETsi. Amiserat liberos Titius ciuis Ro. & Cice. amicus: amissa rep. & q̃m eorum morte plusquam deceret grauem & sapientem virum dolere videretur: has ad eum Ci. literas dedit, eiusdẽ sententiæ cuius illa Sulpi. ad Ci. de obitu filię. ¶ Accõmodatus. aptus & idoneus. ¶ Quod. ratio est quod aptus non sim ad te consolandum. ¶ Longius, q̃m magis te tangit & perturbat q̃ me ipsum casus tuus. ¶ Acerbitate. asperitate. Translatio quę plurimum splendoris affert in oratione parce detorta. ¶ Modicam. mediocrem. ¶ Leuare. mollem & leuem efficere.

Leuare

ASCEN.

ETsi vnus. Cõsolatur Ti. ciuẽ Ro. dolentẽ sup morte liberorũ suorũ, quos sub dominatu Cæ. amiserat docens id perperam ab eo fieri. Ordo est. Etsi. i. q̃q̃. ego sum unus ex omnibus: minime accommodatus. i. aptus ad consolandum te. q. i. quia ego cepi tm̃ doloris ex mœstitiis: vt ipse. i. egomet: egerẽ cõsolatione, tñ cũ do. meus abesset longius ab acerbitate sum: mi. i. maximi luctus q̃ tuus, statui. i. puta. esse necessitudinis nostræ & beneuolentiæ meæ in te. i. pertinere ad necessitudinem nostram & beneuolentiam meam in te, non tacere tandiu in tanto. i. tam vehementi dolore tuo, sed adhibere aliquam consolationem meam, quæ posset leuare. i. imminuere, dolorem tuum: si minus. i. non satis, potuisset sanare. i. penitus abolere, dolorem tuum, dum enim ægritudo sanatur perit: dum homo conualet. ¶ Est autem cõsolatio peruulgata, maxime quidem illa, quam debemus habere semper in ore.

HOMINES nos vt esse meminerimus, ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra: neq; esse recusandum, quo minus ea, qua nati sumus, conditione viuamus: ne ve tam grauiter eos casus feramus: quos nullo consilio vitare possumus: euentuq; aliorum memoria repetendis, nihil accidisse nobis noui cogitemus. Neq; hæ, neq; cęteræ consolationes, quę sunt a sapientissimus viris vsurpatæ, memoriæq;, & literis proditæ, tantum videntur proficere debere, quantū status ipse nostrę ciuitatis, & hæc perturbatio temporū perditorum: cum beatissimi sint, qui liberos non susceperunt, minus autem miseri, qui his temporibus amiserunt, q̄ si eosdem bona, aut deniq; aliqua R.P. perdidissent. Quod si tuum te desyderium mouet, aut si tuarū rerum cogitatione mœres: non facile exhauriri tibi istū dolorem posse vniuersum puto, sin illa te res cruciat, quæ magis amoris est, vt eorum, qui occiderunt, miserias lugeas, vt ea non dicam, quę sæpissime & legi, & audiui, nihil mali esse in morte, in qua si resideat sensus, immortalitas illa potius, quam mors dicenda sit, sin sit amissus, nulla videri miseria debeat, quæ non

HVBER. ¶ HOMInes. mortales. ¶ Telis. ictibus: translatio ab hostibus: tela aūt fortunæ sunt, paupertas: repulsa, priuatio honorū & magistratuū: amissio amicorū & liberorū & ppinquorū & cæterorū huiusmodi. ¶ Qua nati sumus, vt subiaceamus oibus telis fortunæ. ¶ Nullo cō. nulla prudentia: qa multi casus sunt: quos ēt vir prudens vitare non pōt. ¶ Euentis ea. nā si cogitamus qd aliis eueniat: intelligemus nihil noui nobis accidere. ¶ Hæ cō. quas nunc tibi affero. ¶ Vsurpatæ. a sapientissimis, qbus frequenter vsi sunt viri. ¶ Status. conditio. ¶ Perditorū. miserrimorū: de qbus nulla fere est spes. ¶ Beatissimi. qa nullū oino dolorē ex filiis susceperunt, & nesciunt qd sit amittere filios: nec psperis nec aduersis tpibus. ¶ Minus. mi. fecit duos gradus eorū, q nō sunt habēdi infelices talibus tpibus: primū eorū q nunq̄ susceperunt liberos, quos & beatissimos dixit. Deniq; eorū q potius amiserunt eos tpibus miseris q̄ felicibus. ¶ Bona. scda. ¶ Aut ali. i. aut saltē nō penitus deleta.

Dilemma

¶ Quod si facit Ci. dilēma quoddā. i. argumētū diuisum: dicit enim Titiū moueri & dolere: vel ppria cā, vel cā eorū quos amisit. Qd si dolet ppria cā: dicit ei facile nō posse adhiberi cōsolationē. Sin vero dolet cā eorū, quos amisit, qa existimet eos esse miseros: & aliqd mali passos esse, dicit: nihil mali esse in morte: itaq; nihil mali ei accidere potuisse. ¶ Præterea ōndit ea iminere & futura esse: q̄ q reliqrit, nō videat deceptus neq; miser, sed potius btūs.

Desyderiū

¶ Tuū de. i. ppriū desyderiū & amor tui ipsius: desyderiū. n. p uehemēti amore ponit, sic apud Iuue. Cur desyderio Bibulæ Sertorius ardet, interdū p abūtia rei gratæ & optatæ: & p morte. Ci. in Lælio. Ego si Scipionis desyderio me moueri negē: q̄ id recte faciā, viderint sapiētes. ¶ Mouet p. dolore afficit.

Exhauriri

¶ Exhauriri. leuari: penitus auferri. ¶ Vniuersum, totū: qn aliq̄ particula relinquat quotiescūq; cogitabis de rebus tuis. ¶ Istū. tuū. ¶ Illa res. q̄ seqt. s. vt eorū q occiderūt &c. ¶ Occiderunt. perierunt. ¶ Legi apud phos. ¶ Audiui. a viris sapiētissimis & pceptoribus. ¶ Nihil ma. huiuscemodi disputationē tractat Cice. in Lęlio, & plenius i li. i. Tus. quęstionū. ¶ Resideat. remaneat. ¶ Sensus. vt anima omnino non deleatur, quod est verum. ¶ Immortalitas. æternitas quædam viuendi. ¶ Amissus: scilicet sensus. ¶ Debeat. pro debebit.

PHI. ¶ HOMInes. hæc est illa peruulgata snia & diffusa & generalis consolatio: quā dicit: & est argumentū a lege naturæ. Sed interest ne aliqd inter hoies & mortales Fronto Gallianus audiendus est. Ego (inquit) sic existimo lōge itaq; esse amplius plixius fusius in signanda totius ppe multitudine ciuitatis mortales q̄ hoies: namq; multorū hoium appellatio inter modicū ppe numerū cohiberi atq; includi pōt. Multi autē mortales nescio quo pacto & quodā sensu inenarrabili oē fere genus, qd in ciuitate est, & ordinē & ætatē & sexus cōprehēdūt, & ex eo h disputatio ēst orta, qd apud Clodiū Quadrigariū sic legerant, concione dimissa. Mar. in capitoliū venit cū multis mortalibus, inde cū domū pficisceret tota ciuitas eū reduxit. ¶ Ea lege. cōstōne fatorū & sydetū. ¶ Telis fortunę. metaphora a re militari. Sunt enim tela fortunæ: oia incōmoda: & oia mala, q̄ hoibus pnt accidere. ¶ Proposita, tanq̄ signū sagitādi, qd græci σκοπον dicunt. ¶ Nullo cōsilio. tria in hoie spectare possumus, cōsiliū, fcm, & successum, q̄ sunt ai. corporis, & fortunæ, & multi sunt casus, q nullis his rōnibus vitari pnt.

Hic euēt? his. tis. Hęc euēta torum

¶ Euentis. multi nō itelligētes corrūpunt hūc locū, & p euentis legunt euētibus: putātes tā in singulari q̄ in plurali q̄rtæ iflexionis nomē. Sed in singulari est q̄rtæ & masculini generis. In plurali vero secdæ: & vt plurimū gnis neutri. Ci. ad Atticū, sp enim cāæ euētorū magis mouēt, q̄ ipsa euēta. ¶ Vsurpatæ. in frequenti vsu habitæ tā dictis q̄ factis. Ci. in paradoxis, pdicare eni h est vsurpatū a doctissimis. ¶ Memoriæ proditæ. hoc est. scriptæ.

Scribere

Nā scribere multis modis aptissime dr, vt exarare: lrīs cōmēdare, memoriæ pdere, lrīs date: scriptis mādare: lrīs cōmittere: lrarū monumētis tradere. ¶ Status ipse ciui. cū pōdere suo, dixit ipse, q ē ifelicissimus: & tāta calamitate oppssus, vt oino nō sit amplius aliqs stat? ciuitatis, adeo qvt ait. Oēs illi beatissimi atq; fortūatissimi hndi sunt, q his tpibus pditis liberos nō habuerūt, & illos min? miseros dic ē: q cū liberos habuissent illos amiserūt: q̄ si eosdē liberos i flore te tep. pdidissent. ¶ Qd si tuū te desyderiū mouet. mordet: & sollicitat, vt nō pp filiū, q sit extinctus: sed pp teipm, q careas vtilitate & dulcedine filii doleas. Id autē desyderiū si te mouet: nō puto oino tolli posse. Et facit argm qd dr dilēmā siue diuisio, qd fit ex duabus cōtrariis snīis h mō, aut doles pp teipm & ppriā vtilitatē, aut pp liberos. Si qdē pp teipm doles, nō facile cōsolari possem. Si vero pp liberos doles, qūo eos existimes eē miseros pp mortē, dico tibi in morte nihil. m. & miserię. & illis ex h qd mortui sūt, nihil. m. accidere potuisse, ex quo tibi ɔcludo nō esse dolēdū.

Desyderiū

¶ Desyderiū. amor, als p abūtia rei optatę. ¶ Exhauriri. penitus auelli. ¶ Quę ma. amo, ē vt luges filiū nō pp te: sed pp seipm. Qd aūt si mortuus, lætari magis debes, q̄ dolere, cū nihil. m. sit i morte: & nihil boni sit in vita, ¶ Legi & audiui. addere & tertiū poterat: scripsi. Nā primo Tusculanorū h oia vberrima orone tractauit. Legit ēt apud phos, & audiuit a suis pceptoribus. ¶ Si resideat sensus, vt aia nō moriat cū corpore. Et est argm a necessario: vt aut remaneat sensus, aut oino pareat: nō est aliq̄ futura miseria ex morte. Vnū ēt nec morte alicuius dolēdū ē. Prima tusculanarū hæc oia disputant. ¶ Occiderūt. a cædo: mortui sunt.

ASCEN. ¶ A T qs in aio. vt meminerimus nos eē hoies natos ea lege, vt vita nr̄a sit pposita oibus telis fortunę. ¶ Neq; id eē recusandū: quominus. i. vt nō, viuamus ea cōdōe q̄ sumus nati: ve. i. vel, ne feramus tā grauiter eos casus, quos nullo ɔsilio possumus vitare, & cogitem? repetēdis memoria euētis. i. dū repetim? memoria euētus aliorū: nihil noui accidisse nobis. ¶ Neq; hę. i. hmōi, neq; cęterę. s. tales, ɔsolationes, q̄ sunt vsurpatę. i. i vsum adductę, & pditę. i. mādatæ mēorię, & lrīs. i. scriptis, a viris sapiētibus, vident debere pficere. i. pfectū facere, tm̄ q̄tū, status ipse ciuitatis nr̄ę, & hęc pturbatio tpm pditorū: cū illi q liberos nō susceperūt. i. sustulerūt, aut genuerūt, sint beatissimi. ¶ Aūt. i. sed, illi sup. q amiserūt liberos suos his tpib?, sint minus miseri, q̄ si pdidissent eosdē, rep. supplente bōa, aut deniq;. i. saltē, aliq̄, cū iā sit nulla. Qd si desyderiū tuū. i. in filios tuos: mouet. i. afficit te, aut si mœres. i. in mœrore es, cogitatione rerū tuarū, ego puto istū dolorē nō posse exhauriri tibi facile vniuersum. i. simul oēm. ¶ Sin. i. sed si, illa cruciat te, q̄ est magis amoris, vt lugeas miserias eorū q occiderūt. i. liberorū tuorū, vt non dicā ea, quæ legi & audiui sæpe, nihil mali esse in morte. i. in eo qd est esse mortuū, in qua. s. morte, si sensus. i. pceptio & sensio resideat, pmaneat, illa. i. res, quæ dicitur mors, dicenda sit potius immortalitas q̄ mors.

¶ Sentiatur

HVBER.

CSENTIATVR, sensu aliquo percipiatur: nã nemo potest esse miser, q nihil sentiat: sic Ci. in Lælio. Sin autẽ illa vereor, vt idem interitus sit animorũ & corporum: nec vllus sensus maneat, vt nihil boni est in morte: sic certe nihil mali, sensu enim amisso sit homo quasi natus non esset omnino. ¶ Tamen licet etiam nihil mali sit in morte. ¶ Non dubitans, sine dubio. ¶ Misceri, confundi: sine ratione & probare fieri. Vir Interea magno misceri &c. & alibi. Miscet agens telis nemora &c. ¶ Impendere, imminere: futura esse. ¶ Reliquit. s. morte. ¶ Nullo mõ de. i. nullo videatur male sibi consultum esse, sed potius sibi bene euenisse: decepti enim dicũtur quibus aliter euenit q̃ putabant. ¶ Quid est enim probat ea vel misceri vel imminuere. ¶ Quæ qui reli. non videat esse deceptus.

Impẽdere

Decepti

sentiatur: hoc tamẽ non dubitans confirmare possum, ea misceri, parari, impẽdere R. P. quæ qui reliquerit, nullo modo mihi quidẽ deceptus esse videatur. Quid est enim iam nõ modo pudori, probitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus, sed omnino libertati, ac saluti loci: non mehercule quenquam audiui hoc grauissimo, & pestilentissimo anno adolescentulum, aut puerum mortuum, qui mihi non a Diis immortalibus ereptus ex his miseriis, atq; ex iniquissima conditione vitæ videretur. Quare si tibi vnum hoc detrahi potest, neq̃d iis, quos amasti, mali putes cõtigisse: permultum erit ex mœrore tuo diminutum. Relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tui, quæ non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum proprie referetur. in qua nõ est iam grauitatis, ac sapientiæ tuæ, quam tu a puero præstitisti, ferre immoderatius casum incommodorum tuorum, qui sit ab eorum quos dilexeris miseria, maloq; seiũnctus. Etenim eum semper te & priuatis in rebus, & publicis præstitisti, tuenda tibi vt sit grauitas, & constantiæ seruiendum. Nam quod allatura est ipsa diuturnitas, q̃ maximos, luctus vetustate tollit, id nos præripere consilio, prudentiaq; debemus.

¶ Quid loco. i. quis locus. ¶ Pudor, verecundiæ, timori infamiæ, & ignominiæ: est enim virtus pudor. ¶ Rectis. probis. ¶ Bonis ar. quia sunt etiam malæ. ¶ Libertati. quæ oppressa est. ¶ Ereptus. liberatus. Iniquissima sordidissima & fœdissima. ¶ A diis immor. qui recte sciunt consulere homini, vt testatur Iu. Charior est illis homo q̃ sibi. ¶ Hoc vnum hoc præcipuum, & quasi solum. ¶ Detrahi. amoueri ex animo. ¶ Contigisse. euenisse: & notandum contingere de malo dictum: sicut & apud Cice. accidere de bono dicto notauimus. ¶ Relinquetur, supererit: restabit. ¶ Simplex. vnica. ¶ Non co. cum il. non erit communis cum illis: si enim existimabis eis nihil mali accidisse, nullam curã doloris de eis capies: ¶ Referetur, retorquebitur. ¶ Ad te ipsum. cuius causa solum dolebis. ¶ In qua. i. cura doloris propter teipsum. ¶ Grauitatis. authoritates, & constantiæ. ¶ Præstitisti exhibuisti: oñdisti. ¶ Immoderatius. vehemẽtius: sine moderatione. ¶ Qui casus. ¶ Seiũctus. separatus: semotus. ¶ Eum. talem. ¶ Tuenda. seruanda: turpissimum enim non respondere pristinis virtutibus. ¶ Seruiendum. obsequendũ. ¶ Constantiæ vt perseueres eodẽ tenore vitæ: quæ ante præstitisti. ¶ Diuturnitas est alla. i. q longinquitas temporũ est factura: aut obliuiscamur dolorũ: id debemus consilio sapientiaq; anticipare. Sic supra Seruius ad Ci. Nullus dolor est, quẽ tpis longĩqtas nõ minuat ac molliat: hoc te expectare tẽpus tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere.

Cõtingeit

Sciunctus

PHI.

¶ SENTIATVR. nam si non sentitur, non potest dici miseria, quis enim negat? Et hoc in Lælio, vt Sin autem illa vereor, vt idem interitus sit animorum & corporum, nec vllus sensus maneat, vt nihil boni est in morte. Sic certe nihil mali. ¶ Miseri. commoueri & perturbari. ¶ Impendere, instare & ventura esse. ¶ Articulus. & ea intelligit futura & præsentia reipubli. detrimenta: quæ quis morte reliquerit, non pessime cum illo esse actum videatur. ¶ Reliquerit, euitauerit scilicet morte. ¶ Deceptus. male egisse cum fortuna, sed bene sibi cõtigisse q sit mortuus, & ille dicitur deceptus, cui aliter accidit q̃ putabat, vt Vir. deceptam morte fefellit. ¶ Quid loci, quoniam Cæsa. inuaserat omnia, & est ratio superioris sententiæ. ¶ Pudori. articulus. ¶ Non hercule. eorum felicitatem ostendit, qui mortui sunt: & a contrario eorum infelicitatem qui viuunt. ¶ A diis immortalitas. secundum Stoicos, qui dicunt deos habere curam rerum humanarum & omnibus posse recte consulere, de quo Satirus noster, Charior est illis homo, q̃ sibi, Dicunt que vnum deum esse, sed pro qualitate officiorũ mutari nomina, & esse participem vtriusq; sexus. ¶ Simplex. vt solum doleas propter te ipsum. ¶ Ad te ipsum. cuius causa solum doleas. ¶ Referetur. reuoluetur. ¶ In qua. demonstrat hunc etiam proprium dolorem eiiciendum esse. ¶ Qui sese, semotus & disiunctus casus tuorum incommodorum. ¶ Miseria. qua illi mortui liberati sunt, & tu doles eos esse ista miseria liberatos: idest mortuos, quoniã qui mortui sunt, omni sunt miseria liberati & malo, & illuc profecti vbi æuo sempiterno fruantur. ¶ Eum. talem. ¶ Priuatis ac publicis. ¶ Tres sunt æthicæ partes, Monastica, Oeconomica, Politica duas ex his nunc tangit. Oeconomicam quæ in gubernanda re familiari versatur, & optimas de seruis, de liberis, de vxoribus, de vniuersa domorum familia leges ostendit, & politicam quæ reipublicæ administrationem amplectitur: & quo pacto quis cum summa laude in ea se habere possit, plane demonstrat, de quo Plato multa conscripsit. ¶ Priua. ad Oeconomicam. ¶ Publicis. ad Politicam. ¶ Tuenda tibi. conseruanda, quoniam pristinis non respondere virtutibus turpissimum esse videretur. ¶ Ipsa diuturnitas. hanc Sulpitius longinquitatem dixit, & eandem sententiam posuit, vt nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat. Sed hoc te expectare tempus tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere, quod extremum Cice. sit att. Id vero præripere consilio, prudentiaq; debemus, quæ duo sapientię membra sunt.

Deceptus

Partes æthicæ

ASCEN.

CSIN. i. sed si sup. sensus sit amissus. nulla miseria debeat videri, q̃ non sentiat. Recte concludit animos aut animas non mori, aut non pati, si moriat, sed non conuincit q̃ noxiorũ animæ crucient, non enim seq̃tur immortalitatẽ, habet ergo beatitudinẽ. ¶ Hoc tamẽ. Tamen ego non dubitans possum confirmare hoc. s. ea, sup. mala, aut incõmoda misceri. i. conflari, parari, impendere pe. longa. i. iminere reip. quæ. s. mala, is q reliq̃rit. s. moriendo, videatur mihi q̃dẽ nullo modo esse deceptus. i. defraudatus, conditione vitæ, cũ meliorẽ adierit, q̃ hæc esse possit. aut saltẽ malã euaserit. ¶ Enim. i. q̃a, q̃d loci est iã non modo. i. nõ solũ, pudori, probitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus, sed oĩno libertati ac saluti: q. d. nihil. ¶ Mehercule ego non audiui queñq̃ adolescẽtulũ aut puerũ mortuũ hoc anno grauissimo & pestilentissimo, q nõ videret mihi ereptus a diis immortalibus ex his miseriis, atq; iniq̃ssima conditione vitæ, in qua vnus dominaẽ oĩbus, nec locũ probitati relinquit. ¶ Quare si hoc vnũ potest detrahi tibi, nequid. i. vt nihil mali putes contigisse iis, quos amasti. s. liberis tuis, per multũ erit diminutũ. i. detractũ ex mœrore tuo. ¶ Etenim. i. quia: iam. i. tunc cura doloris tui relinquet. Simplex. i. sine respectu liberorũ, vtpote quæ nõ cõmunicabit cũ illis. s. defunctis, sed referet pprie. i. peculiariter & voce ad te. ¶ In qua. s. cura, iã nõ est grauitatis ac sapiẽtię tuę, qua pstitisti. i. exhibuisti a puerili ætate, ferre imoderatius casum incõmodorũ tuorũ, q sit seiũctus. i. separatus a miseria & malo eorũ, quos dilexeras. ¶ Etenim tu pstitisti. s. exhibuisti semper te eũ. i. talẽ, in priuatis & in publicis rebus, vt grauitas sit tuenda tibi, & seruiendũ sit tibi constantiæ vt eam teneas. ¶ Nã nos debemus præripere consilio & prudentia, id quod ipsa diuturnitas, quę maximos luctus tollit, vetustate est allatura.

HVBER, ¶ CETENIM. facit argumentum a minori ad maius dicens: ꝙ si mulieres quæ sunt animi imbecilliores amissis filiis aliquando lugendi finem faciunt, multo magis debent viri consilio & prudentia anticipare id quod necessitate temporis aliquando fit. ¶ Imbecillo. infirmo. ¶ Aliquando. tandem. ¶ Lugendi. mœrendi. ¶ Repræsentare. ad præsens afferre. ¶ Profecissem. profuissem tibi: idest si persuasissem, tibi vt dolorem deponeres. ¶ Quiddam: idest aliquid assecutũ effecisse. ¶ Valuissent. scilicet literæ meæ ad te consolandum. ¶ Functurum esse, subaudi existimabam. ¶ Quem. idest qualem: scilicet beneuolentissimum & amicissimum.

Aliquãdo

PHI. ¶ CETENIM. a minore ad maius argumentum. Quod si fœmina amissis liberis lugendi finem facit: multo magis debent viri: nec expectare tempus vt adimat, sed illum a se consilio & prudentia amouere. ¶ Dies allatura. longinquitas temporis, fœminino autem genere dies: vt pluri mum pro tempore sunt vsi. ¶ Neq; expectare temporis medicinam, vt Sulpitius, Hoc te expectare tempus tibi turpe est. ¶ Profecissem. hoc est tibi persuasissem, vt dolorẽ istum abiiceres. ¶ Quiddam. quid maximum. ¶ Valuissent: scilicet literæ meæ: ad te consolandum potuissent. ¶ Officio functum. fungimur officio vel officium. Teren. Tu illorum officia fungeris. Vtimur consilio & huiusmodi, & abutimur: quod est male vtimur, accusatiuum etiam antiquitus petebant. Teren. abusum meretricem dixit. Potimur: in nostra potestate habemus. Virg. Connubio Aeacide Pyrrhi sceptriq; potitum. Fruimur ad omnem animi delectationem accommodamus. Nec illi hoc audiendi sunt, qui dicunt frui tantummodo ad res diuinas pertinere, cum etiam ad humanas referri possit. Naso. Est aliqua ingrato merito exprobrare voluptas. Hacq; frui. hæc de te gaudia sola feram. Vescimur cibis, vnde antiquitas vesci pro comedere posuit. Virg. Vescitur Aeneas simul & troiana iuuentus. Sed alibi pro vti accepisse videtur: vt Quem si fata virum seruant, si vescitur aura. ¶ Beneuolentissimi & amicissimi. bona iunctura verborum, vt primo beneuolum: inde amicum dicamus. Beneuoli enim esse possumus, & non amici. Sed amici esse non possumus: nisi etiam beneuoli simus, & crescit oratio.

Dies
Fungor
Vtor
Abutor
Potior
Fruor
Vescor

Etenim si nulla vnquam fuit liberis amissis tam imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit; certe nos, quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus, neq; expectare temporis medicinam, quam repræsentare ratione possimus. His ego literis si quid profecissem, existimabam optandũ quiddam me esse assecutum: sin minus forte valuissent, officio tamen esse functum beneuolentissimi, atq; amicissimi: quem me tibi & fuisse semper existimes velim, & futurum esse confidas. Vale.

¶ Ex. xvj. Epi. Et si vnus ex omnibus.

¶ Et q̃si resideat sensus, immortalitas illa potius, q̃ mors dicenda sit. ¶ Hoc tamen non dubitans confirmare possum, eã miseriã parari, & impendere reipub. quã qui reliquerit. ¶ Relinquitur enim simplex illa tã cura doloris tui, quæ non cũ illis communicabitur, sed ad te ipsum proprie perfertur, nonnulli defertur.

ASCEN. ¶ CETENIM si nulla mulier sit tam imbecillo: idest debili animo, amissis liberis: quæ non fecerit aliquando: idest tandem modum. i. finem lugendi, certe nos debemus anteferre id consilio, quod dies: idest diuturnitas est allatura, neque expectare medicinam temporis, quam possimus repræsentare: idest in præsens exhibere, ratione. i. per rationem. ¶ Si ego profecissem. quid. i. in aliquo, his literis, ego existimabam me esse assecutum, quiddam optandum. ¶ Sin: idest sed si, forte hæ literæ valuissent minus: idest non satis: tamen existimabam me esse functum officio: scilicet hominis beneuolentissimi atq; amicissimi, quem velim vt existimes me & fuisse semper, & confidas esse futurum.

HVBER, NOn obliuione. P. Sextius Ci. amicissimus, cũ Clodius Ci. insequeretur: & rogatione sua ex vrbe eiiciẽdum iudicasset: p eo acerrime vna cũ Milõe aduersus Clodiũ & Clodianos pugnauit: adeo vt etiã grauiter vulneratus in templo Castoris pro occiso relictus sit. Deinde accusatus ꝙ homines emisset, coegisset, parasset, cũ id pro salute Ci. fecisset: Ci. post reditũ suum elegantissima oratione defendit: quæ adhuc extat, tandem tamen iniquitate iudicum damnatus in exiliũ eiectus est, quẽ Ci. hac ep'la consolatur, excusans intermissionẽ literarũ ad eũ suarũ, ostendẽs non fuisse propter obliuionem veteris amicitiæ, sed cum propter calamitates reip. tum pp acerbissima incommoda ipsius Sextii, quem semper & amasse & tutatum fuisse fatetur: hortaturq; vt forti magnoq; animo ferat hunc casum memor alius etiã viris clarissimus & Ro. & alius ciuitatibus similes casus euenisse. Deinde laudat pietatẽ eius filii erga patrem, ex quo dicit eum debere magnam consolationem accipere, ꝙ talem habeat filium, magnam etiã amicis, quos habet fidissimos. Postremo Ci. pollicetur omnem operam & officiũ suum ipsi Sextio. ¶ Intermissione con. idest cessatione meæ consuetudinis scribendi libenter ad amicos. ¶ Priora. cũ erã in exilio. ¶ Ruinis. cladibus: translatio sumpta ab ędificiis. ¶ Iacuerunt. prostrata fuerunt. ¶ Posteriora. quæ secuta sunt reditum meũ. ¶ Retardarunt. retinuerunt, fecerunt vt differrem ad te scribere. ¶ Interuallum. spatiũ, distantia temporis. ¶ Mecum. intra me, in animo meo. ¶ Alienũ institutis. meis contrarium esse meæ consuetudini & voluntati.

M. Cicero S. D. P. Sextio P. F.

NOn obliuione amicitiæ nostræ, neq; intermissione consuetudinis meæ; superioribus temporibus ad te nullas literas misi, sed ꝙ priora tempora in ruinis R. P. nostrisq; iacuerunt, posteriora autem me a scribendo tuis iniustissimis, atq; acerbissimis incommodis retardarunt. Cum vero & interuallum iam satis longum fuisset, & tuam virtutem, animique magnitudinem diligentius essem mecum recordatus: non putaui esse alienum institutis meis, hæc ad te scribere.

ASCEN. NOn obliuione. Quo tẽpore Clodius Ci. acerrime persequebatur, eiiciendũq; vrbe satagebat. P. Sextius Ci. vna cũ Milone aduersus Clodiũ & Clodianos astitit, non verbis modo sed armis, ita vt grauiter vulneratus in æde Castoris pro occiso derelictus sit. Deinde accusatus factionis, eleganti oratione, q̃ adhuc extat a Ci. defensus est, postmodo tñ in exiliũ missus, quo ad eũ nunc scribit Cicero consolans eũ, & primo se purgat, ꝙ non sæpius scripserit, deinde filii ipsius Sextii pietatem laudat, & operam suam Sextio pollicetur, hortaturq; demũ forti ac constanti sit animo. ¶ Ordo est. Ego nullas: idest non vllas, non dedi ad te vllas literas tẽporibus superioribus, non obliuione: idest non propter obliuionẽ amicitiæ nostræ, neq; intermissione: idest per tẽpus interruptione consuetudinis meæ, qua consueui ad amicos scribere, sed ꝙ priora tẽpora: scilicet postq̃ prætermisi scribere ad te, iacuerunt in ruinis repub. & nostris, posteriora autẽ scilicet tempora retardarunt me a scribendo, iniustissimis atq; acerbissimis incommodis. ¶ Cum vero &. i. simul, interuallum iam satis longum fuisset, & recordatus essem mecum diligentius virtutem tuã & magnitudinem animi non putaui esse alienum institutis: idest a moribus meis, scribere ad te hæc: scilicet quæ sequuntur.

¶ Ego lon.

HVBER.

¶ EGO long. repetit & beneuolẽtiam & officiũ suum erga Sextiũ. ¶ In inui. i. in odiũ. ¶ In cri. in causam, in iudiciũ. ¶ Tui fa. puto intelligi Milo. cũ quo Sexti. senserat cõtra Clo. ¶ Periculo cõ. qa si dãnatus fuisset Milo, necesse erat, vt Sexti. in eodem esset periculo. ¶ Accuratissime diligentissime. ¶ Proxime. nupertime. ¶ Recẽti. nouc. ¶ Institutã dispositã. ¶ Offendissem. inuenissem. ¶ Ac. q̃. ¶ Inuidia annonæ. quã cõtraxeras ex liberalitate annonę, quã pplo distribuendam curaueras. ¶ Inimici. Clod. & cæteri qui Clo. fauebant. ¶ Iniquitas to. iu. quia oẽs iniq̃ iudicarunt. ¶ Multa vi multi defectus vt pote mali magistratus & similia. ¶ P. tuo. subaudi filio. ¶ Testimonio. testando te fecisse causa reip. q̃ fecisses. ¶ Sancte. syncere & constanter. ¶ Hominem. q. d. subiectũ telis fortunæ. ¶ Virum. i. fortem, & munitũ ad ferenda aduersa. ¶ Idest, declarat Cice. quid per hominem & virũ intelligat. ¶ Cõmunẽ incer. id enim hominis est. ¶ Et do. for. id ad virũ ptinet. ¶ Prestare. supare. ¶ In nr̃a ci. i. Ro. ¶ Multis for. & Curio Camillo, Africano supiori, Africano posteriori: & aliis mltis: quos Vale. li. v. ca. iii. cõmemorat. & Ci. i orone p. P. Sextio. ¶ In cæteris. s. ciuitatibus. ¶ Quæ potitæ sunt rerũ. i. quæ impa uerunt: sicut apud Athenienses accidit Aristidi, Themistocli: Theseo: Alcibiadi: & Phocion, apud lacedæmonios Lycurgo: apud Carthaginẽses Annibali: lege Vale. libro p̃dcõ: & orone Ci. p hoc Sextio. ¶ Vtinã. dicit Ci. rẽpu. Romanã talẽ nũc esse, vt nõ debeat Sextius multũ dolore, q ab ea absit cũ in ea nihil sit, qđ possit quẽpiã hoiem prudẽtẽ delectare. ¶ Vtinã ne scriberẽ. i. vtinã nõ possem hoc vere scribere. ¶ Debitũ te. i. vereor, ne nõ videar testari eius virtutes: sicut debeo. Refricẽ. renouẽ, tractũ a vulnere: qđ plerũq̃ fricãdo renouat. ¶ Tua esse te. i. apud te hic. ¶ Aio cogitatiõe. ¶ Intuemur. cernimus. ¶ Amor in te. i. quo te prosegt. ¶ Nã Ci. in orone p̃dcã sic inqt. Neq̃ hic vnq̃ puer, q his lachrymis: q̃ sit pietate declarat, amisso pr̃e suo pp me: me ipm icolumẽ videbit. ¶ Et nos. s. debemus eẽ magnæ cõsolatiõi. ¶ Pẽdemus. põderamus, æstimamus. ¶ Nõ ex fortuna, non ex rebus externis. ¶ Ex vir. quã eũ ẽt exul retineas, nõ minoris æstimamus te exulẽ: q̃ si esses in p̃ria. ¶ Merito iuste: sed ob inuidiã & iniquũ iudiciũ inimicorũ tuorũ. ¶ Adiũ. a. i consolationẽ tuam. ¶ Turpi. flagitio aliquo. i. cũ aliq̃ turpitudine dep̃hensi sũt. ¶ Non ca. qui vt dictum est, vitari non potest. ¶ Delicto suo siquid peccassent. ¶ Iniuria ali. quæ ab aliis infertur.

Refricare

Ego te P. Sexti & primis temporibus illis, quibus in inuidiã absens & in crimem uocabare defendi & cum in tui familiarissimi iudicio ac periculo tuũ crimẽ coniungeretur quã potui accuratissime te, tuãq; causam tutatus sum: & proxime recẽti aduẽtu meo cum rem aliter institutã offendissem, ac mihi placuisset, si affuissem, tñ nulla re saluti tuæ defui cũq; eo tẽpore inuidia annonæ inimici non solũ tui verũ ẽt amicorum tuorũ iniq̃tas totius iudicii, multaq; alia R. P. vitia plus, q̃ cã ipsa. veritasq; valuissent: Publio tuo neq; opera, neq; consilio, neq; labore, neq; gr̃a, neq; testimonio defui. Quãobrem oĩbus officiis amicitiæ diligenter a me, sancteq; seruatis, ne hoc qdẽ p̃termittẽdum esse duxi, te vt hortarer, rogarẽq;: vt & hoiem te, & virũ eẽ meminisses, idest vt & cõmunem, incertumq; casum, quẽ neq; vitare quisq̃ nostrum, neq; p̃stare vllo pacto põt, sapienter ferres: & dolori fortiter, ac fortunæ resisteres: cogitaresq;, & in nostra ciuitate, & in cæteris, q̃ rerũ potitæ sunt, multis fortissimus, atq; optimus viris iniustis iudiciis taleis casus incidisse. Illud vtinã ne vere scriberẽ, ea te R. P. carere, in qua neminẽ prudẽtem hoiem res vlla delectare possit. De tuo autẽ filio vereor, ne, si nihil ad te scripserim, debitũ eius virtuti videar testimonium nõ cepisse: sin autem oĩa, quæ sentio, p̃scripserim, ne refricẽ meis literis desyderiũ, ac dolorẽ tuũ, sed tñ prudẽtissime facies, si illius pietatẽ, virtutẽ, industriã, vbicũq; eris, tuã esse tecum duces. NEC. n. minus nostra sunt, q̃ aĩo complectimur, q̃ q̃ oculis intuemur. Quãobrem & illius eximia virtus, summusq; in te amor, magnæ tibi consolationi debet esse, & nos, cæteriq; qui te nõ ex fortuna, sed ex virtute tua pendimus, semperq; pendemus, & maxime animi tui conscientia, cum tibi nihil merito accidisse reputabis, & illud adiunges, HOMINES sapienteis turpitudine, non casu: & delicto suo, non aliorum iniuria

ASCEN.

¶ EGO o Publi. Sexti defendi te: &. i. simul, p̃mis illis tpĩbus qbus absens. s. ab vrbe, vocabare. s. ab inimicis tuis: in inuidiã. i. odiũ: & in crimẽ. i. criminationẽ & accusationem de crie: & i. simul, cũ tuũ crimen coniungeretur in iudicio ac periculo familiarissimi tui. s. Milonis: qui in simili cã si fuisset cõiunctus, etiã Sextius conuictus fuisset qa de similibus debet idẽ esse iudiciũ: tutatus sum te: & cãm tuã: vt. i. q̃tum potui accuratissime: & proxime recenti aduentu meo. s. cũ offendissem. i. præter spem inuenissem: rem. i. litem tuã, institutam aliter, ac. i. q̃ placuisset, si affuissem tñ nulla re. i. in nullo auxilio defui saluti tuæ. i. in omni re affui & auxilio fui. ¶ Cumq;. i. & cum. s. ita fuerit, & inuidie annonæ. i. quã contraxisti ex liberali largitione annonæ, non solũ inimici tui. s. Clodii: verũetiã amicorũ tuorum & sup. iniquitas iudicii, quo condemnatus es, & multa alia vitia reip. idest eorũ, qui remp. tractabãt: valuissent plusquam causa ipsa & veritas: nunquam defui, Publio tuo. s. filio: neq; opera. i. diligentia, neq; consilio. neq; labore, neq; gratia qua apud alios valebam: neq; testimonio quod de illo perhibebam. ¶ Quãobrem omnibus officiis amicitiæ seruatis diligenter & sancte. i. inviolabiliter a me: ne quidem: idest non saltem, aut non etiam: duxi. i. æstimaui hoc. s. quod modo faciam, esse prætermittendũ. vt hortarer & rogarem te, vt meminisses te esse hoiem & virum. i. vt ferres sapienter, casum cõmunẽ & incertũ, quem quisq; nostrũ: neq; potest vitare neq; p̃stare vllo pacto. i. modo: hoc est vim fortunæ, in quam non habemus potestatem. ¶ Et resisteres fortiter dolori ac fortunæ: & cogitares taleis casus vt exilia, incidisse iniustis iudiciis. i. per iniusta iudicia: multis fortissimis atq; optimis viris, & in nostra ciuitate, vt Furio Camillo. vtriq; Africano. Cice. &c. & in cæteris: scilicet ciuitatibus: quæ potitæ sunt rerum: scilicet imperio, vt Themistocli, Aristidi: Theseo: & Alcibiadi apud Athenien. apud Lacædemonios Lycurgo, apud Carthagi. Annibali. ¶ Illud autem vtinam ne scriberem vere, te carere ea repu. in qua vlla res neminem prudentem hominem possit delectare. ¶ Autem: idest sed, ego vereor ne si nihil scripserim ad te de filio tuo, ego videar non cepisse testimonium debitum, idest non exhibuisse conueniens testimonium virtuti eius. ¶ Sin autem. i. sed si, ego perscripserim omnia quæ sentio, vereor supple vt refricem: idest renouem meis literis desyderium ac dolorem tuum, quia graue esset tam excellentis filii præsentia carere. ¶ Sed tamen facies prudentissime: si vbicunq; eris, duces: idest reputabis, pietatem, virtutem: industriã illius esse tuam tecum. ¶ Nec enim minus nostra sunt quæ cõplectimur animo. i. quæ contemplamur, quã quæ intuemur oculis. s. exterioribus. Ergo intueor dicitur inspicere. ¶ Quãobrẽ &. i. simul eximia virtus illius. s. filii tui, & summus amor in te: debent esse tibi magnæ cõsolationi. i. ad magnã consolationem, & nos cæteriq; q pendimus. i. æstimauimus, & pendemus. i. æstimabimus semp te non ex fortuna tua sed ex virtute tua, & maxie amici conscientiæ tuæ sup. debemus esse tibi consolationi, cum reputabis nihil accidisse tibi merito. i. iuste & ob peccatum tuũ, adiungeã &. i. etiam illud homines sapientes commoueri turpitudine: idest si aliquid turpe admiserint, non casu.

HVBER. ¶ COMMoueri: angi: & cruciari: pturbari. ¶ Monitus me. ve. a. i. quẽ vetus amicitia nr̃a faciet memorem tui. ¶ Obser. f. t. i. reuerentia qua me prosequitur. ¶ Leuãd. iuuãdum. ¶ Proficiam. te ipsa faciam. Frustra. sine effectu, incassum.

Frustra.

ASCEN. ¶ E T commoueri delicto suo: non iniuria aliorum. ¶ Ego monitus memoria veteris amicitiæ nostræ: & virtute atque obseruantia. i. reuerentia, erga me: filii tui: nullo loco deero: neq; ad consolandum, neq; ad leuandũ fortunã tu. i. infortunium tuum ¶ Tu si forte scripseris qui. i. aliquid ad me perficiam ne arbitrere scripsisse frustra. Vale.

commoueri. Ego & memoria nostræ veteris amicitiæ, & virtute, atq; obseruantia filii tui monitus, nullo loco deero neq; ad consolandum, neq; ad leuandam fortunam tuam. tu si quid ad me forte scripseris, perficiam ne te frustra scripsisse arbitrere. Vale.

Ex. xvii, Epi, Nõ obliuione.

¶ Cum tem aliter institutã offendissem, ac mihi non placuisset, si affuissem, tamen nulla re saluti tuæ defui.

M. Cicero S. D. T. Fabio. 19

ETsi ego met, q te consolari cupio, consolandus ipse sum, ꝑpterea qđ nullã rẽ grauius ãdiu tuli, q̃ icomodũ tuum: tñ te magnopere non hortor solũ, sed & ꝑ amore nr̃o rogo, atq; oro, te colligas, virũq; ꝑbeas, & quã cõditione oẽs hoĩes, & qbus tẽporibus nati sumus, cogites. Plus tibi virtus tua dedit, q̃ fortuna abstulit, ꝑpterea quod adeptus es, qđ non multi hoĩes noui; amisisti, qđ plurimi hoĩes nobilissimi. Ea deniq; videt̃ conditio impendere legum, iudicioꝝ, tẽpoꝝ, vt optime actũ cũ eo videatur esse, q q̃ leuissima pœna ab hac R. P. discesserit. Tu vero q & fortunas, & liberos hẽas, & nos, cęterosq; necessitudine, & beneuolẽtia tecũ cõiunctissimos: quiq; magnã facultatẽ sis habiturus nobiscum, & cũ oĩbus tuis viuẽdi; & cũ vnũ sit iudiciũ ex tã multis, qđ reprehendat, idq; vna sn̄ia, eaq; dubia, potentiæ alicuius cõdonatũ existimet: oĩbus his de causis, debes istam molestiam q̃ leuissime ferre. Meus animus erit in te, liberosq; tuos semꝑ quẽ tu esse vis, & qui esse debet. Vale.

HVBER. ETsi. T. Fabi. vir nouus aliogn magno ingenio sua virtute atq; industria & magnas fortunas & amplas dignitates assecutus fuerat, sed postea occupata rep. a Cæ. priuatus dignitatib' oĩbus in exilio viuebat in summo mœrore. Itaq; Cicerõ hac epi. cõsolat̃, hortat q vt forti aĩo ferat incõmoda sua, cũ ea miserit, q̃ multi alii viri nobilissimi, & ꝑterea ꝑp cõditionẽ tpm: qbus pñt existimati felices, q nõ grauiori pœna mulctarent̃, q̃ mulctatus esset ipse Fabi. deinde q adhuc remãsissent ei fortunę suæ & liberi & amici: cũ qbus aliqñ sit habiturus facultate viuendi, & cũ oẽs bñ de eo iudicẽt, vno excepto: cuius tñ snia reprehendat̃. ¶ Cõsolãdus sum. cõsolatione egeo. ¶ Colligas te, te diligentius cõsideres. ¶ Virũ. forte, Tereu. Fac te virũ ꝑbeas. ¶ Qua cõ, q nati sumus: vt subiaceãus oĩbus telis fortunæ, vt sæpius diximus. ¶ Quibus. q malis & miseris tp̃ibus nati sumus. ¶ Dedit. acquisiuit. ¶ Fortũa ab. q a virtute adeptus es laudẽ & gl'iam, fortuna vero abstulit tantũmõ pr̃ia, & dignitatẽ. ¶ Nõ. m. pauci. ¶ Noui. nõ illustrati a maioribus suis. ¶ Nobi. q aut' in ꝑcedenti ep̃la vidimus: huiuscemodi casus multis viris clarissimis acciderũt. ¶ Ea. talis. ¶ Quã le. minima & non valde graui, acerba. ¶ For. res tuas ¶ Facultatẽ. cõmoditatẽ. ¶ Nobiscũ. q sumus tibi bñuolẽtia coniuncti. ¶ Et tam. m. s. iudiciis aliorũ. ¶ Vnũ solũ. i. Cę. ¶ Qđ repꝛhendat̃. q solus de te male iudicat, q iuste mulcteris exilio, cũ alii aliter sentiãt. ¶ Vt. sicut, tanquam. ¶ Quod. iudicium. ¶ Vna sen. sententia solum. ¶ Dub. incerta ¶ Alicuius. non nominat: sed innuit Cæ. ¶ Istam mo. tuum dolorem. ¶ Quem. qualem.

PHI. ETsi ego, Fabi, ciuis to. sed hõ ingenuus, Ci. amicus, cum grandes diuitias & amplissimũ patrimonium sua virtute comparasset: magnas etiã dignitates cõsecutus fuisset: & occupata re p. oĩbus dignitatibus a Cæ. priuatus: id exiliõ maxĩa cũ molestia vagaret̃, eũ hac ep̃la Ci. consolandũ putauit: & eo vtitur scribendi modo: quo in hmõi consolationibus vti consueuit. Nam principio illius incõmodo se dolere oñdit. Inde mœroris adhibet medicinã: multasq; inducit cãs & rõnes, qbus illam animi molestiã oĩo deponendam esse cognoscat, & eũ vehementer hortatur, ocm aduersam fortunam patienter ferat: cũ ea q̃ sibi multis acciderant mala sit ipse ꝑterea res suas liberos & amicos ad commoditatem viuendi ꝑ conditione tpm habiturus. ¶ Colligas. compescas dolorem tuum: & ne te abiicias atq; ꝑsternas. ¶ Virũ. emphaticos: intelligit enim fortem & rerum humanarum contemptorem. ¶ Qua cõ. hac. s. vt oĩbus telis fortunæ ꝑposita sit vita nr̃a & oẽs res nr̃ę, q̃ modo huc modo illuc transportantur. ¶ Quibus tpibus. malis & perditis. ¶ Hoĩes no. ingenuos accipimus. Sed proprie, nouum dicimus q nunquam fuit: Item recens: mirum & magnum, vt Pollio & ipse facit noua carmina. ¶ Non multi. pauci adepti sunt: quod tu: scilicet virtutem & amplas fortunas & dignitates. ¶ Quæ: scilicet amiserunt: ꝑuto dignitates & honores in rep. ¶ Ea. talis. ¶ Nobiliss. patricios dicit. ¶ Legum articulus: erant hæc omnia vnius voluntati subiecta: quæ voluntas pro ratione valeat. ¶ Vt optime actum. vt illud est Sulpitii: non pessime cum his esse actum. ¶ Fortunas. diuitias: & res tuas. ¶ Facultatem viuendi. commoditatem & opportunitatem: remanserant enim Fabio fortunæ: liberi, & amici, cum quibus viuendi facultatem habere poterat. Id autem verbum in omnes res honestissime diffundi potest, vt facultatem dicendi eloquẽtiam dicamus, facultatem agri colendi agriculturam, & huiusmodi. ¶ Reprehendatur. q solus Cæsar te male iudicat exilio. s. puniendum esse te: plus est corrigere q̃ reprehendere. Nam qui reprehendit non statim corrigit. Et est in hoc sensus q omnes de Fabio bene dicent præter vnum. s. Cæsarem cuius tamen sententia reprehendatur. ¶ Vnum iudicium. vnius Cæsaris qui te iudicat exilio puniendum. ¶ Ex tam multis. aliorum iudiciis, qui bene de te sentiunt. ¶ Vt. tanq̃ ¶ Alicuius. Cæsarem, intelligit.

Nouus

Facultas

Corrigere

Reprehendere

ASCEN. ET si egomet. Consolat̃ Titum Fabiũ, hoĩem quidem nouũ: sed qui ꝑstanti virtute & industria ad summos honores ante Cæ. tyrannidẽ euectus fuerat: sed Cæsare regnãte in exilio degebat in mœrore. Hortatur ergo vt forti animo ferat cõta damna, cũ sint q grauiora patiant̃. Nam fortunas & liberos atq; amicos adhuc incolumes habebat: & ꝑp Cæ. potentiam nõ ob peccatũ aliquod exulabat. ¶ Ordo est, Et si egomet qui cupio consolari te: ꝑ videtur vacare: aut me aut ipse: sed ad emphasim vtrunq; ponit: consolandus sum. s. ab aliis: propterea q nullam rem tuli. i. passus sum, iam diu grauius. i. molestius: q̃ incommodum tuum tñ ego non solum hortor te magnopere: sed etiam rogo pro amore nostro atq; oro supple. ¶ Vt colligas te. i. vires animi tui, metaphora tracta a mercede facta: sic vt fragmenta nullius sint momenti & ita ꝑstrata iacent, vt nullus colligere velit, & ꝑbeas. i. exhibeas supple te virũ: & cogites qua conditione: quia ea vt aliquãdo moriamur, & multa si diu viuimus patiamur, & qbus tẽporibus nati sumus, quia pessimis, in qbus oĩbus nobis necesse est pati plurima: virtus tua dedit tibi plus. s. veri boni & honoris q̃ fortuna abstulit propterea q adeptus es. sup. id, qđ nõ multi hoĩes noui. i. q primi in familia sua ad eũ honorẽ peruenerant: sup. adepti sunt: hoc est summos quosq; magistratus: amisisti sup. id qđ multi nobilissimi: videlicet administrationẽ reip. ¶ Deniq. i. vt qđ summũ est dicã, ea. i. talis, q pessima conditio legũ, iudiciorũ: tpm, videt̃ impẽdere, i. imminere, vt videat̃ actũ esse optime cũ eo. i. optime cõtigisse ei, qui discesserit

qui discesserit ab hac,s.tam misera repu.pœna leuissima:quale est exilium.¶ Tu vero qui habes & fortunas.s.diuitias:& liberos:& nos & cæteros coniunctissimos tecum necessitudine & beneuolentia,& qui sis habiturus magnam facultatem .i.commoditatem viuendi nobiscum.& cum omnibus tuis:& cum vnum sit iudicium ex tam multis qd̕ repi ehendatur,s. de exilio tuo:cum de omnibus electis in exilium tu vnus iniuste electus iudiceris:id potius dicam q̄ q̄ vnius Cæsaris iudicio exulet:sed tamen propter Cæsarem id pronunciatum innuit dicens,& id.s.iudicium existimetur condonatū,i. indulgenter datum:vna sententia.s.Cæsaris,cui contradicere non audebant:& ea.s.sententia dubia.i.non satis euidente, potentia.i.ppter potentiam alicuius,videlicet Cęsaris, Valla dixisset cuiusdā,tu debes de his oībus causis.i. ob has oēs causas,ferre.i.tolerare,q̄ leuissime.i.facillime,istam iniuriā.s.exilii tibi illatā.¶ Animus meus erit in.i. erga te & liberos tuos semper,sup.talis:quem,i.qualem,tu vis sup.eum esse,& qui.i.qualis,debet esse,q.d.beneuolentissimus. Vale.

Alicuius

M. Cicero Rufo S. D. 20

ETsi mihi nunq̄ dubium fuit,quin tibi eēm carissimus: tñ quotidie magis id pspicio:ex eaq; id,qd̕ mihi ostēderas qbusdam literis, hoc te studiosiorē in me colēdo fore,q̄ in puincia suisses(etsi meo iudicio nihil ad tuū puinciale offm̄ addi pōt) quo liberius iudicium esse posset tuū. Itaq; me & superiores lr̄æ tuæ admodū delectauerunt, qbus & expectatū meū aduentū abs te amanter videbā, & cum aliter res cecidisset,ac putasses, te meo cōsilio magnopere esse lætatum : et his proximis lr̄is magnum cepi fructum & iudicii, & officii tui. iudicii,qd̕ intelligo te, id qd̕ oēs fortes,ac boni viri facere debent,nihil putare vtile esse,nisi quod rectū,honestumq; sit. officii,qd̕ te mecum,quodcunq; cepissem consiliu, polliceris fore. quo neq; mihi gratius,neq; vt ego arbitror,tibi honestius esse quicquam potest. Mihi cōsilium captū iā diu est. de quo ad te,non quo cælandus esses,nihil scripsi antea,sed quia communicatio consilii tali tpe, q̄si quædam admonitio videtur esse officii, vel potius efflagitatio ad coeundam societatem vel periculi, vel laboris. cum vero ea tua sit voluntas, humanitas, beneuolentia erga me, libenter amplector talē animū,

HVEBR.

ETsi mihi. Titus Rufus Cic. quæstor fuerat in Cilicia ante Caium Cœlium, quem Ci. discedens quæstorem reliquerat, vt lib.ii. ad Cœlium Rufum scriptum vidimus,& vltima eiusdem libri epistola. Cum igitur, vt multis in locis diximus, Cice. ex prouincia Romam reuersus incidisset in discordias ciuiles,& dissensionem Cęsaris,& Pom. studiosus repu. hortatus fuerat hunc T. Rufum, vt adhæreret partibus Pompeii,& resp. quod idem latenter hac epistola facit, ostendens id esset viri boni & fortis: neq; eum aliter facere debere: quod si instituerit facere, hortatur vt ad se veniat.¶ Quin. vt non.¶ Extat. apparet, eminet.¶ Studiosiorem. diligentiorem.¶ Quam in prouincia. in Cilicia vbi fueras quęstor meus.¶ Ad officium prouinciale.i.ad id, quod in prouincia mihi tribuisti sicut debebas.¶ Nihil addi. quia officio tuo erga me cumulatissime satisfeci. ¶ Quo. propter quod.¶ Liberius, largius, & apertius.i.licet nihil posset addi ad id,qd̕ fecisti erga me in prouincia, vt iudiciū tuum & bona voluntas in me posset esse clarior & manifestior.¶ Expectatum. desyderatum.¶ Amanter. cum amore.¶ Cecidisset. pro accedisset.¶ Ac q̄.¶ Consilio, quod dedissem tibi.¶ Iudicii. opinionis certæ & ppositi cuiusdā.¶ Officii. debiti.¶ Iudicii. declarat vtrūq; : cum & ex iudicio & ex officio eius magnum fructum accepit.¶ Fortes. magni animi.¶ Boni. iusti, quia iustitia ipsa est, ex qua viri boni dñr.¶ Rectum. honestum,& cum virtute, id.n. solum a viro bono debet existimari vtile.¶ Officii. subaudi magnum fructū accepi.¶ Quod. qa.¶ Polliceris fore.i. qa promittis te futurum mecum quicquid deliberassem facere.¶ Quo. qua te, q̄ sis futurus mecū.¶ Tibi ho. qa laudaberis esse secutus id qd̕ ego deliberauero, neq; dissensisse a consilio meo.¶ Mihi. dicit Ci. se iandiu accepisse cōsilium suū,& deliberasse quid sit agendū,de quo dicit se hucusq; nihil scripsisse ad T. Rufum, non qd̕ eum cęlare voluerit cōsilium suū,sed ne cōicando videret eum vel potius petere & efflagitare:vt idē ille faceret, & Ci. decreuisset facere:nā cum alicui amico dicimus qd̕ constituerimus facere, videmur quodāmodo eū admonere,vel petere,vt idem ipse faciat.¶ Cōicatio. participatio tecū.¶ Tali tpe. ita misero, quo non possumus sine labore & periculo aliqd deliberare, vt ostendit epl̄a.ii. lib.iiii. ad Sulpitiū. Quo cum miserior res nunq̄ accidit:tum ne deliberatio qdem difficilior, nihil.n. cōstitui pōt, qd̕ non incurrat in magnā aliquā difficultatem.¶ Quasi quędā.i. quodāmodo tacita.¶ Admonitio. significatio.¶ Coeūdam. cōiungendā.¶ Cum vero. dixit Ci. se antea voluisse ad eum scribere de cōsilio suo, ne videretur eum petere iō societatem laboris & periculi.¶ Nūc vero dicit, q̄ cū ex eius literis cognouerit eius voluntatem & beneuolentiā prōptam ergo se, qa scripserat Rufus se esse factutū quicqd Cic. placuisset, libēter eius talem aīum amplectit̄, & hortatur vt ita faciat, qd̕ si fecerit, de se habiturū magnam grām.¶ Ea vo. ea dispositio animi, vt sis futurus mecū quicqd consilii ceperim.¶ Amplector. accipio & gratum habeo.¶ Talem ani. talem dispositionem animi tui.

amplector

ASCEN.

ETsi mihi &c. Titū Rufum q Ci. q̄stor.i. publici ęris q̄sitor & receptor fuerat, añ C. Cœliū, quē discedens q̄storem reliq̄rat, cohortat̄ vt Pōpeianis ptibus adhęreat. Reuersus.n. e puincia Ci. offendit ciuiles discordias inter Cæ.& Pompeiū. Simulq; docet viri fortis & ciuis boni ptiū esse fouere ptas cās & resp. fauentes, dicitq; si eo sit aīo ad se veniat. Ordo est. Etsi.i. q̄q̄, nunq̄ fuit dubium mihi qn eēsem charissimus tibi, tñ ego pspicio id quotidie magis:& qd̕ ostēderas mihi qbusdā lr̄is, vz te fore hic.i. in vrbe mecū, studiosiorē.i. diligentiorē in me colendo, q̄ fuisses in puincia, extat.i. appet & eminet, vt res q̄ extant.i. extra sunt, & non intus latent, & si meo iudicio nihil pōt addi ad offm̄ tuū puinciale.i. qd̕ in prouincia mihi impendisti, quo.i. p qd̕, aut pp qd̕, iudiciū tuū.s. de me colendo possit esse liberius.i. aptius & largius.¶ Itaq; &.i. simul lr̄æ tuæ supiores.i. q̄s prius misisti, & qbus signāsti te hic studiosiorē mei fore, delectarunt admodū.i. valde me, qbus &.i. cum, videbā aduentū meū, expectatū amanter.i. vt fit ab amante, abs te, & cū res cecidisset.i. accedisset alr̄, ac.i. q̄ putasses, videbā te lętatū magnope consilio meo, &.i. simul, cepi magnū fructū.i. voluptatem, & iudicii & officii tui, his lr̄is pximis.i. vltimo missis.¶ Iudicii in quā fructū capio, q̄.i. qa, ego intelligo te sup. facere id qd̕ oēs fortes & boni ciues facere debent, videlicet putare nihil esset vtile, nisi rectū.i. iustum & honestū.¶ Officii sup. fructū capio, q̄ tu polliceris te fore mecū, qd̕cunq;.i. qcqd consilii cepissem.¶ Quia qcqd resoluit in qd̕cunq;:& nō in qdcūq;, id.n. nō dr̄: iō qd̕cūq; dum ponit pro qcqd gtm regit tanq̄ substantiuū vt hoc loco, dum pro qdqd̕ adiectiue construit̄, vt si dicat̄ qd̕cūq; consiliū &c.¶ Quo.s. otiō aut facto: quo q̄ neq; pōt esse gratius mihi, neq;, vt ego arbitror, honestius tibi.¶ Consiliū est captū.i. initū mihi iādudū.i. a plusculo tpe, decreui.n. ptes Pompeianas sequi, de quo.s. consilio meo: nihil scripsi ad te antea, non qd̕.i. de quo, aut lege non q̄ cælandus.i. occultandus esses. Noue id dcm̄ vr̄, nam potius dicendum fuit, non qd̕ cælandum te, aut tibi esset, sed quia cōicatio consilii tali tempore vr̄ esse quædam admonitio officii, vel potius efflagitatio.i. aspera expostulatio ad coeundam.i. conciliandam societatem, vel periculi vel laboris.¶ Vero.i. sed cum voluntas humanitas: beneuolentia tua sit ea.i. talis erga me, ego amplector.i. accipio libenter talem aīum.i. se vltro offerentem.

Quin Extat Quo Amanter Extat Cęlandus

HVBER. ¶ SED ita.cum hac conditione:subaudi amplector talem animum.⸿ Non enim. parenthesis est.⸿ Nō dimittā pudorē, non impudēter a te petam, sed modeste.⸿ Habebo gratiam.debebo:ero obligatus.⸿ Ignoscam, dabo veniam.⸿ Alterū.s. si feceris.⸿ Timori.s.nō potuisse negare.⸿ Alterū.s.si feceris.⸿ Res ma.quā constitui facere.⸿ Quod re.sit ap.sic supra ad Seruiū Sulpi.si qd rectissimū sit quærimus, perspicuū est:si qd maxime expediat obscurū:sin hi sumus; q esse debemus: vt nihil arbitremur expedire:nisi qd rectum honestūq; sit,non potest esse dubium:quid nobis faciendū sit. Eundem igit sensum hoc loco Cic.prosequit.⸿ Quę,consilia mea.⸿ Eodē mō,quo.s.mihi placet.⸿ Continuo.statim.⸿ Poteris.s.venire ad me.⸿ Quicquid statueris.i. quicquid deliberaueris.s. vel se qui consilium meum:vel non sequi.⸿ Sin id quod opto, subaudi statueris, vt sequaris consilium meum.

Continuo

sed ita (non enim dimittā pudorem in rogando meū) si feceris id, quod ostendis, magnam habebo gratiam: si non feceris, ignoscam: & alterū timori, alterum mihi te negare non potuisse arbitrabor. Est enim res profecto maxima. quid rectum sit, apparet, quid expediat, obscurum est, ita tamen, vt si nos ii sumus, qui esse debemus: idest studio digni, & literis nostris, dubitare nō possimus, quin ea maxime conducant, quæ sunt rectissima. Quare tu, si simul placebit, statim ad me venies, sin idem placebit, atq; eodem modo nec continuo poteris: omnia tibi vt nota sint, faciam. Quicqd statueris, te mihi amicum: sin id, quod opto, etiam amicissimum iudicabo. Vale.

ASCEN. ¶ SED ita: non enim dimittam pudorem meum: idest verecundiam meam in rogando: hoc est non rogabo te impudenter: si feceris id quod ostendis: scilicet te facturum: habeo sup. tibi magnam gratiam: si non feceris, ignoscam: idest veniam dabo: & arbitrabor te non potuisse negare alterum: scilicet nō facere quod ostendis, hoc est non sequi partes Pompeianas mecum: timori, scilicet quem de Cæsaris potentia conceperis: & alterum: scilicet si feceris arbitrabor te non potuisse negare mihi.⸿ Enim: idest quia, res est Profecto: idest reuera: maxima: idest maximi momenti.⸿ Apparet, s.euidens est, quid sit rectum.i. decens & honestum, quid expediat.i. vtile sit: & eutum est obscurum, quia licet Cęsar videretur potentior: quia tamen iniquiorem habebat eum, incertum erat an victor euasurus esset: tamē ita est, s.obscurum, vt si nos sumus ii, qui debemus esse.i. digni studio.s.philosophico: & literis nostris: non possimus dubitare, quin ea conducant.i.vtilia fiant, maxime quę sunt rectissima.i.æquissima & decentissima.⸿ Quod si placebit simul.i. pariter tibi. Alii legunt, Quare tu &c. venias statim ad me.⸿ Sin.s.sed si, idem placebit, atq; eodem modo.s.quo mihi, nec poteris sup.facere aut sequi continuo.i. statim, faciam vt omnia sint nota tibi.⸿ Quicquid statueris.s.facere, siue timori siue amori cedere: ego iudicabo te amicum mihi.⸿ Sin.i. sed si sup.statueris id quod opto.i.sequi partes Pompeianas, iudicabo te etiam amicissimum mihi. Accurate inuitat hominem ad partes suas, vt si eas secutus non sit, amicus tamen maneat, & se deferre erubescat.

HVBER. QVomodo. Vt in præcedenti epistola diximus: Rufus fuerat quæstor Ci. in prouincia: cum esset facienda ratio pecuniarum prouincialium inter quæstorem & proconsulem vel imperatorem Ciceronem, Cic. reliquerat id negocium seruo scribæ & cancellario suo, & ipsi Rufo, sed postea scripserat se Rufus fuisse deceptum in rationibus, & factum esse contra vtilitatem & authoritatem suā, itaq; Cice. hac epistola se excusat, quod Rufus neq; a se, neq; a seruo suo scienter sit deceptus. Deinde respondet ad quædam alia, quæ ad hanc pecuniam pertinebant. Hæc epistola q̄uis sit inuoluta satis & obscura, & a multis prætermitti soleat: quia parum habet suauitatis, tamen dabo operam, vt q̄ optime fieri poterit, declaretur.⸿ Quomodo, quacunq; ratione. idest etiam si cum maximo incommodo meo fuissem id facturus, & vt vulgo dicimus, si quatuor pedibus ad te venire necesse fuisset.⸿ Constitueras. decreueras, constituerat enim se venturum in quendam locum ad Ci. neq; venit.⸿ Commouere, esse mihi impedimento & perturbationi, si venisses, nam scripserat Rufus se non venisse, ne esset incommodus Ci. Ci. autem dicit: q si venisset, præposuisset eius voluntatem omni commodo suo.⸿ Antelatum, præpositurum.⸿ Scriba: idest cancellarius, nomen est officii.⸿ Exploratum. certum, hoc dicit se certo scire scribam suum nihil fecisse contra Rufum in rationibus referendis. Nam de cęteris dicit non audere affirmare.⸿ Rationibus, calculationibus pecuniarum prouincialium.⸿ Duntaxat. solummodo.⸿ Referendis, reddendis, computandis.⸿ De cæteris affirmare non possum. parenthesis est.⸿ Scientem. q sciret: nisi fortasse fecerit per ignorantiam.⸿ Rem. vtilitatem.⸿ Existimationem. authoritatem, reputationem.

Scriba.

Duntaxat

M.Cicero.S.D.Rufo.

QVoquo mō potuissem, te cōuenissem, si eo, quo cōstitueras, venire voluisses. quare & si mei commodi causa commouere me noluisti, tamen ita existimes velim, me antelaturum fuisse, si ad me venisses, voluntatem tuam commodo meo. Ad ea, quæ scripsisti, cōmodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesset, a quo mihi exploratum est in rationibus duntaxat referendis (de cæteris rebus affirmare non possum,) nihil eum fecisse scientem, quod esset contra aut rem, aut existimationem tuam:

ASCEN. QVomodo potuissem &c. Cum facienda esset ratio pecuniarum prouincialium inter quæstorem Rufum & imperatorem Cice. Ci. id muneris reliquerat seruo scribę, & cancellario, vt aiunt, suo: & ipsi Rufo, aut potius, vt hic dicet fratri eius, obeundū: quod cum obiisset: scripsit Rufus se in ea ratione læsum. Cice. ergo hac epistola purgat se & seruum dicens, neutrius culpa læsum. Deinde respondet ad quædam alia Rufo in eadem epistola obiecta, præsertim de centum sestertiis prætermissis. Est autem epistola subobscura, q res nota erat Rufo, nec scriptam pluribus opus erat fuisse, nec operæ precium erat, vt aliis innotescat, quinetiam Cice. scindendam & annihilandam censet: vnde sunt qui ab eius lectione supersedeant, aliis negata placent. Ordo est. Ego conuenissem te: idest venissem ad te, quomodo potuissem, si voluisses venire eo quo constitueras: scilicet venire.⸿ Quare & si, idest q̄q̄, noluisti me cōmouere: idest disturbare causam cōmmodi mei, alii legunt: causa: vt sit noluisti commouere: idest impedi[illegible]: causa commodi mei: idest propter commodum meum, tamen velim existimes: idest iudices de ea re sic me antelaturum: idest prælaturum fuisse, commodo meo voluntatem tuam, si venisses ad me.⸿ Ad ea, idest quantum ad ea, quæ scripsisti, equidem, idest ego quidem, possem scribere commodius ad te de singulis rebus, si Tullius scriba, idest cancellarius & rationum scriptor meus adesset, idest præsens esset mihi, a quo: scilicet Tullio scriba meo exploratum est mihi, idest certum & euidens, duntaxat.i. solummodo, in rationibus referendis: idest in reddendis & recognoscendis supputationibus, non possum affirmare de cæteris rebus, qa in aliis non erat scrutatus curam eius, exploratum inquam est mihi, eum nihil fecisse scientem, idest quod scierit, quod esset contra aut rem, idest vtilitatem, aut existimationem, idest authoritatem tuam.

¶ Dein,

HVBER.

¶ DEIN. p deinde: dicit Ci. q̃ si seruaret̃ ius & vetus mos antiquus referendaꝝ rõnũ: nunq̃ retulisset rões cũ Rufo: nisi fecisset grã cõiunctiõis & amicitię: qa veteri more nõ tenebat̃ impator aut p̃ses puincię referre rõnẽ cũ q̃store, sed postea lege Iulia id cautũ est: vt relinq̃rent̃ rões in puīcia in aliq̃ ex p̃mis vrbibus puīcię, vt appet lib. ii. ad Caniniũ Sallustiũ in epl̃a, q̃ incipit L̃ras a te. sed copia ipsaꝝ rõnũ q̃ relinquebant̃ in puīcia, deferebat̃ Ro. & deferebat̃ ad ęrariũ Rõa. ita vt vnũ exẽplũ eẽt in puīcia: alterũ Romę in ęrario: vt paulo infra videbit̃. ¶ Dein. p deinde, & subaudi scito vel possum scribere me nõ fuisse relaturũ rões. ¶ Cõtulissem. simul calculassem & tractassem. ¶ Quid igit̃. ponit obiectionẽ sibi ipsi & eã soluit. ¶ Ad vt. in vrbe, & est solutio obiectiõis. i. cũ fuissem in vrbe, si cõsuetudo pristina maneret, fecissem rõnẽ cũ q̃store vrbano, nõ aũt cũ meo puīciali. ¶ Q̃ñ. i. q̃m: & ẽ ordo, fecissem id in puīcia q̃ lege Iulia necesse erat relinq̃re rões in puīncia, & referre easdẽ totidẽ verbis ad ęrariũ, vbi seruabat̃ publica pecũia & thesaurus Romanorũ, nã ab ære dr̃ ærariũ. ¶ Totidẽ ver. vt nihil additũ, nihil ve iminutũ eẽt, vt solet fieri in exẽplarib⁹, q̃ fideliter extrahunt̃ verbũ de verbo. ¶ Ita. ea eã. ¶ Adducere. traherẽ. ¶ Ad meũ ar. ad id qđ ego vellem. ¶ Tribui. tm̃ authoritatis dedi. ¶ Totũ. vt tu vtaris eo sicut tibi placeret. ¶ Adiunxisti. dedisti sociũ, vt ipsi duos cõponerẽt rões. ¶ Adhibui. apposui. ¶ Præter le. qa solum eas legi, nihil aliud addidi. ¶ Ita. nulla re addita, sicut frater tuus oñderat mihi librũ rationum, ita oñderat mihi seruus meus scriba, nulla re addita, aut iminuta. ¶ Si ho. nũ Ci. oñdit se fecisse q̃cq̃d debuerit facere in ip̃m Rufum. ¶ Tullio. scribæ, q̃ fuerat semper mecũ in puīcia, & nouerat optime oĩa. ¶ Cõfectas. cõclusas. ¶ Cõsolidatas. calculatione hinc inde cõfirmatas, alii codices hñt consultas. i. consyderate deliberatas. ¶ Deponeremus. relinq̃remus sub fide, vñ & depositũ dr̃ q̃cq̃d sub fide alicui tradit̃, vñ supra ad Caniniũ Sallustiũ epl̃a p̃dicta, rões mei q̃stus nec verũ fuit me tibi mittere, nec tñ erant cõfectæ, eas nos Apameæ deponere cogitabamus, de Apamea & Laodicęa dictũ est eadẽ epl̃a. ¶ Necesse erat. pp legẽ Iuliã, q̃ ita cogebat. ¶ Deferre. Romã. ¶ Prolata. i. tãq̃ si fuissent lata in ærariũ. Nã postea q̃ deposuerat eas Apameæ, nihil poterat imutari. Et idẽ erãt q̃si fuissent delatæ in ærariũ, itaq̃ frustra expectasset Rufum. ¶ Quãobrẽ. scripserat q̃tũ coniicimus Rufus, q̃ cũ Valerius fuisset præs & fideiussor pecuniæ Ci. intellexerat vale. a Volusio quodã reuelatũ fuisse fideiussione, q̃ Ci. negat esse veꝝ, qa dicit se intellexisse a viris pitis & p̃cipue a Camillo quodã & pito & sibi amicissimo, obligationẽ nõ posse transferri a Valerio ad Volusiũ, sed Valeriũ & Valerianos fideiussores teneri, & esse obligatos. ¶ Docuerunt. demonstrauerunt mihi. ¶ In his. s. peritis. i. inter eos. ¶ Nomẽ. obligationẽ, debitum pprie, sicut & Ci. in topicis, & Sueto. vius est, & Asconius interp̃tatur. ¶ Prædes. fideiussores, de hoc noie diximus li. ii. in epi. q̃ incipit, l̃ras a te, & eodẽ loco de Sestertio. ¶ Noie. cã. ¶ Mancipis. mãceps (vt scribit Festus) dr̃ qui quic̃q̃ a populo emit, conduciturq̃, qa manu sublata signat se authorem emptionis esse &c. Mancipes ẽt sunt publicanorũ principes, q quæstus sui cã decimas redimunt. ¶ Laboro. curo.

Deinde

Quando

Aerarium

Depõnere

Depositũ

Nomen

Prædes

Manceps

deinde si rationẽ referẽdaꝝ ius vetus, & mos antiquus maneret, me relaturũ rões, nisi tecũ p cõiunctiõe nr̃æ necessitudinis cõtulissem, cõfecissemq̃, nõ fuisse. Q̃d igit̃ fecissem ad vrbẽ, si cõsuetudo pristina maneret: id, q̃ñ lege Iulia relinquere rões in puīcia necesse erat, easdẽq̃ totidẽ verbis referre ad ęrariũ, feci in puīcia, neq̃ ita feci, vt te ad meũ arbitriũ adducerẽ, sed tribui tibi tantũ, q̃tũ me tribuisse nunq̃ pœnitebit. totũ enim scribã meũ, quẽ tibi video nunc esse suspectũ, tibi tradidi. tu ei M. Mindiũ fratrẽ tuũ adiũxisti. rões confectę me absente sunt tecũ: ad quas ego nihil adhibui p̃ter lectionẽ. ita accepi librũ a meo seruo scriba, vt eundẽ acceperi a fratre tuo. Si honos is fuit, maiorẽ tibi habere non potui: si fides, maiorẽ tibi habui, q̃ pene ipsi mihi. si puidẽdũ fuit, neq̃d aliter, ac tibi & honestũ, & vtile esset, referret̃: nõ habui, cui potius id negocii darẽ, q̃ scribę meo. Illud q̃dem certe factũ est, qđ lex iubebat, vt apud duas ciuitates, Laodicensem, & Apamensem, q̃ nobis maximæ videbantur, q̃m ita necesse erat, rationes cõfectas, & consolidatas deponeremus. Itaq̃ huic loco primũ rñdeo, me, q̃q̃ iustis de causis rões deferre pperarim, tñ te expectaturũ fuisse, nisi in puīcia relictas rões pro latis haberẽ. Quãobrem de Volusio quod scribis, nõ est id rationũ. docuerunt enĩ me periti hoĩes, in his, cũ oĩum pitissimus, tũ mihi amicissimus C. Camillus, ad Volusiũ transferri nomen a Valerio non potuisse, sed p̃des Valerianos teneri. neq̃ id erat H-S XXX, vt scribis, sed XIX. erat. n. curata nobis pecũia Valerii mãcipis noĩe: ex q̃ reliquũ q̃đ erat, in rõnib⁹ retuli. sed sic me & liberalitatis fructu priuas, & diligentię, & (q̃đ minĩe tñ labore) mediocris ẽt prudẽtiæ.

ASCEN.

ASCEN. NOui quod ad te scriberem &c. Consimili fere argumento cum superioribus ostendit Cicero magnum impendere periculum ex bellis ciuilibus, siue Pompeius siue Cæsar victor futurus sit, Deinde consolatur Torquatum fere iisdem rationibus: quibus in superioribus: & præcipue in prima epistola. ¶ Ordo est. ¶ Nihil noui erat, supple mihi, quod scriberem ad te, & tamen siquid, supple noui esset, sciebam te solere fieri certiorem: idest te edoceri a tuis: scilicet familiaribus: & necessariis. ¶ Autem: idest sed, etsi; idest q̃q; dicere de rebus futuris est semper difficile, presertim de contingentibus, qualis est exitus belli, ad quem fortuna multum potest; tamen tu possis: idest quilibet possit: accedere; scilicet ad veram cognitionem: propius; idest aliquantum: aut multum prope: coniectura: idest per coniecturam, tunc, supple cum: idest quando res est eiusmodi, cuius: idest vt eius exitus possit prouideri. ¶ Nos videmur nunc intelligere tantum: bellum nõ diuturnum: supple futurum: etsi idest licet: id ipsum: scilicet bellum non futurum diuturnum videatur nonnullis idest aliquibus, aut quibusdam: secus: idest aliter, hoc est, etsi videatur quibusdam diuturnum fore: vbi etsi construitur cum subiunctiuo verbo. Equidem: idest ego quidem, cum: idest quando scribebam hæc: putabam iam aliquid: scilicet de bello finiendo, actum: non, supple id scribo, quo: idest q; legam: aut quo: idest per quod, sciam certo: sed quidest quia, coniectura erat, haud; idest non difficilis: hoc est quia facile poteram per coniecturam consequi: quod sequentibus probat: vnde non subscribam tollentibus negationem, nam cum omnis Mars: idest author victoriæ, belli: sup. sit communis: idest neutri parti adiuratus, & cum exitus præliorum sint semper incerti, tamen magnæ copiæ dicuntur esse hoc tempore paratæ vtrinq;: idest ab vtraq; parte, ad pugnandum, ita vt vtrunq; scilicet exercitus vicerit, non sit futurum mirum: idest mirandũ: vtercunq;: idest quicunq; duorum: vicerit: quia vterq; exercitus optime instructus erat, illa opinio optima, quam dicturus est; confirmatur: idest augetur, & roboratur in singulos dies magis & magis: opinio autem est, etiam si: idest quamuis, intersit: idest differentiæ sit aliquantum inter causas armorum: quia Pompeiani iustiorem causam, eo q; a repu. stabant: habebant tamen non multum interfuturum: idest differentiæ futurum, inter victorias: eo q; vtraq; pars victoria insolenter vsura videbatur. ¶ Nos sumus experti propemodum: idest quasi, alteros, scilicet Pompeianos. ¶ Nemo est quin cogitet de altero: scilicet Cæsare: scilicet quin insolenter sit vsurus victoria, cum sit metuendus, iratus, eo q; est iratus ob negatum triumphum, & imperii prorogationem, victor. i. si fuerit victor, eo q; victoria insolentiores facere solet, armatus: idest cum sit victurus vi armorum præditus. ¶ Si ego videor augere dolorem tuum hoc loco, i. dicto huius loci, quem. s. dolorem debebam: aut, debeam, leuare. i. minuere. fateor me nullam, i. non vllam, non inuenire vllam consolationem malorum communium: idest reip. præter illam, quam dicet, quæ tamen est maxima, si possis suscipere, i. in vsum tuum conuertere eam, & q̃ ego vtor quotidie magis: videlicet conscientiam voluntatis rectæ, esse maximam consolationem rerum incommodarum. i. nociuarum hoc est: siquis sibi conscius sit: q; ad mala quæ euenerunt non præbuerit consensum, nec vllum malum esse magnum præter culpam. i. non adsit culpa, de qua. s. culpa quando. i. quoniã, nos absumus tantum: vt etiam senserimus optime: quia pacem qualemcũq; potius q̃ bellum suscipiendum, & euentus consilii nostri: quo duximus Cæsari resistendum: reprehendatur magis q̃ consilium. s. nostrum: quia licet male euenit, bene tamen consuluimus, vnde Sappho Ouidiana ægre ferens consilium suum damnari ab illis, qui dicunt. Exitus acta probat, addit, careat successibus opto Quisquis ab euentu facta notanda putat,

Et i.

¶ Præstitimus.

CPRAEstitimus, effecimus, s. ptis, & ciuibus viris. ꝩ Nō su. nō assumo, nec capio. ꝩ Maioris ia. q̄ sit meū, qa dixit ad Marcellū: in tanta mala reip. te frāgūt: nō ita abūdo ingenio, vt te cōsoler. ꝩ Virtutis, fortitudinis. ꝩ Cuiuis, cuilibet ēt: q nō sit valde doctus. ꝩ Docere: pbare: oñdere rōnibus. ꝩ Eius. Cæsa. ꝩ Snia, iudiciū, vel deliberatio. ꝩ Nō est du. qui nō dubito, qn sentiat te omnino restituendū in patriam. ꝩ De illis, Pompeianis. ꝩ Non arbitror te expectare, quia tu ipse scis: qd sentiā. ꝩ Reliquum est, cum non debeas desperare de salute tua: reliquum est: vt nihil debeat te cruciare, nisi q absis a tuis: & præcipue a filiis tuis, qui sunt iucundissimi pueri. ꝩ Ab his pueris, filiis suis. ꝩ Festiuius, iucūdius: lætius. ꝩ Vt scripsi antea, in prima epistola. ꝩ Videre q̄ audire, quia vt supra dixit, oculi augent dolorem. ꝩ Obiecti, suppositi. ꝩ Literæ, studium literarum: vt sæpe supra dixit. ꝩ Longinquitas temporis. quia vt supra scripsit Seruius Sulpitius. Nullus est dolor, quem longinquitas temporis non minuat atq; molliat. ꝩ Me vidisse. s. mala tempu. futura. ꝩ Quamuis. qualibet. ꝩ In qua conditione, etiam cum aliquo dāno nostro. ꝩ Casu non diuinatione mea. non enim ita euenit: quia diuinauerim, sed casu, idest quia, ita fortuna tulit. ꝩ Inani laude, quo dicat aūt alios prævidisse hęc futura. Deinde, alia consolatio, quę ad vtrunq; pertinet, dicit Cice. q si esset moriturus non videt tempu. ita florentem, vt pigeat eam relinquere, magis enim inuiti deserimus res pspeias, & quibus delectamur q̄ aduersas. Hora. Siquid mirabere pones inuitus. ꝩ Cōe tecum. qa hæc consolatio ita ptinet ad me, sicut ad te. ꝩ Ad exitum vitæ. ad mortem. ꝩ Non auellar. nō obstrahar, nō separabor. ꝩ Ab ea. a tali. ꝩ Qua doleam esse carendum, quia est miseriam, & nullus est dolor carere rebus miseris. ꝩ Sine vllo sensu, quia in præcedenti epistola dixit. ꝩ Si non ero, sensu omnino carebo. ꝩ Aetas senilis. quæ magis contēnit mortē, vt Anchises apd Virg. Acta. cui su naturali functa. ꝩ Cursu suo, est enim vita hominis, quasi cursus quidam, vt Paulus apostolus. Omnes quidē currimus, sed vnus accipit brauium. ꝩ Vim, violentiā. s. mortis. ꝩ In eo in eare, in senecta: vt ipse in Catone maiore inquit. Nihil est tam naturale q̄ senibus mori. ꝩ Is vir. ꝩ Pompeius. ꝩ Vel ii uiri. correctio est, quia alii multi interierant, non q Pom. in pugna sit interemptus, sed qđ mortuus est tēpore belli in ęgypto a Ptolemæo iussus interfici, bellum aūt pro toto tēpore quo pugnatꝛ, & geruntꝛ prælia accipitur vt bellū Troianū fuit decē annoꝝ. Prælium vero est ipse conflictus. ꝩ Impudentia, temeritas.

HVBER

Sententia

Bellum

Prælium

+

& qđ pstitimus, qđ debuimus: moderate, qđ euēit, feram⁹. Sed hoc mihi tñ nō sumo, vt te cōsoler de cōibus miseriis, q̄ ad cōsolādū maioris igenii, & ad ferēdū singularis virtutis indigent. Illud cuiuis facile est docere, cur pcipue tu dolere nihil dēas ei⁹. n. q tardior i te leuādo fuit, q̄ fore putaremus, nō ē mihi dubia de tua salute snia. de aliis aūt non arbitror te expectare qd sentiam. Reliquū ē vt te angat, qđ absis a tuis tandiu, res molesta, pſertim ab iis pueris, qb⁹ nihil pt eē festiuius. Sed, vt antea ad te scripsi, tps est hmōi, vt suā qsq; conditionē miserrimā putet: & vbi qsq; sit, ibi esse minime velit. Egdē nos qđ Rōæ sumus, miserrimū eē duco, nō solū qđ i oībus malis acerbi⁹ ē videre, q̄ audire: sed ēt qđ ad oēs casus subitoꝝ piculorum magis obiecti sumus, q̄ si abessemus. & si me ipm cōsolatorē tuū ñ tm̄ līæ, qbus sp studui, quātū longinquitas tpis mitigauit. Quāto fuerim dolore meministi, i quo prima illa consolatio est, vidisse me plus, q̄ cæteros, cum cupiebam quāuis iniqua conditione pacem. Quod etsi casu nō diuinatione me factū est: tamen hac inani prudentiæ laude delector. Deinde, quod mihi ad consolationem cōmune tecum est: si iam vocer ad exitum vitæ, non ab ea R. P. auellar, qua carendum esse doleam, præsertim cum id siue vllo sensu futurum sit. Adiuuat etiam ætas, & acta iam vita, quæ cum cursu suo bene confecto delectatur, tum vetat in eo vim timere, quo nos iam natura ipsa pene perduxerit, Postremo is vir, vel etiam ii viri hoc bello occiderunt, vt impudentia videatur, eandem fortunam, si res cogat,

ASCEN. Sumere sibi

CET q̄n. i. qm̄ pstitimus. i. exhibuimus, & effecimus quod debuim⁹: feram⁹. i. patiamur, moderate. i. tpato aio id, sup. qđ euenit, lꝫ malū sit. sed tñ ego nō sumo. i. nō attribuo, & arrogo mihi, vñ rectius dicatꝛ vir sibi multa sumens: q̄ vir præsumptuosus, vt vulgo dicūt, hoc, vt consoler te de miseriis, cōibus, quæ. s. miseriæ cōes indigent maioris ingenii, sup. q̄ meum sit, ad consolandū. s. vt consolentur, passiue, hoc est, vt de eis consolemur, & indigent singularis virtutis ad defendendum. i. vt ferātur. ꝩ Facile est cuius. i. cuilibet, docere illud cur tu nihil debeas dolere pręcipue. i. pter cæteros. ꝩ Enim, idest quia: sententia de tua salute, eius. s. Cæsaris, qui fuit tardior in leuādo te. s. ab exilio, aut timore, q̄ putaremus fore. i. futurum esse, non est dubia mihi. hoc est, est mihi perspecta: scio enim q te saluum esse cupit. ꝩ Autem. i. sed: non arbitror te expectare, quid sentiā de illis. s. Pompeianis, si forte vicerint, quia omnes sciunt te Pompeio semp fauisse. ꝩ Reliquū est. i. id solum restat, vt q absis tādiu a tuis, angat. i. cruciet, & torqueat te, appositorie res molesta. i. quod est res molesta, pſertim, sup. abesse: ab iis pueris. i. filiis, quibus nihil pōt esse festiuius. i. lætius: & lepidius. ꝩ Sed, vt scripsi antea ad te: tempus est huiusmodi. i. tale, vt quisq; putet conditionem suam. i. statum vitæ suæ, miserrimā, & vt quisq; minime. i. nequaq̄, velit esse ibi, vbi sit. ꝩ Equidem. i. ego quidē, hoc est certe, duco. i. existimo, miserrimum. i. rem miserrimam esse, q sumus Romæ, non solum q. i. quia, in omnibus malis acerbius est videre, sup. est q̄ audire: sed etiā q nos q Romæ sumus, sumus magis obiecti ad omnes casus periculorum subitorum q̄ si abessemus. ꝩ Et si literæ. i. scientiæ philosophicæ literis commendatæ, quibus studui. i. operam diligentem dedi semper, non sup. mitigauerunt tantum. i. in tantum, aut tantopere, meipsum consolatorem tuum. Valla diceret tui, nisi quodammodo possessio importetꝛ, quantum longinquitas. i. plixitas temporis mitigauit meipm &c. tu meministi. i. memoria tenes, sup. in quanto dolore fuerim, in quo. s. dolore, illa est prima consolatio me vidisse prius q̄ cæteri, sup. viderint. Aliter diceret q̄ cæteros, cum cupiebam pacem conditione q̄uis. i. q̄umuis, iniqua, sup. id qđ etsi. i. q̄q̄. factum est casu, idest alea belli, non diuinatione mea: hoc est Cæsarē victorem fore, tñ ego delector hac inani. i. friuola laude prudentiæ. i. puidentiæ, q ita fore prævidebam. ꝩ Deinde, sup. consolatur me, aut mihi consolationi est id, est qđ est mihi cōe tecum ad consolationem, videlicet q si ego vocer iam ad exitum vitæ. i. ad mortem, ego non auellar. i. abstrahar inuitus ab ea. i. eiusmodi rep. qua. i. cuiusmodi doleam carendū esse. i. q carere debeam. pręsertim cum id sit futurū sine vllo sensu. Vt iterum Epicurice loqui, forte q Torquatus eius sectę erat. Epicurei. n. dictitabant omnem sensum hois in morte perire. Nam Epicurus impie dictitabat se genus humanū liberasse duob⁹ maximis malis, timore. s. deorū in vita, cum doceret deos non curare mortalia, & cruciatu post hanc vitam: cum doceret animos cum corporibus interituros more pecudino. ꝩ Aetas. s. senilis adiuuat me, & vita iam acta idest consumata fere, quæ. s. vita cum. i. ita sit, q delectatur, cursu suo confecto. i. consumato, bene. i. decenter, tam. i. multo magis, vetar timere vim in eo. i. in morte, quo. i. ad quam, ipsa natura perduxerit iam pene nos. ꝩ Postremo. i. vltimo loco: me cōsolatur, q is sup. s. Pompeius occidit. i. occubuit. ꝩ Vel ēt ii. i. tales viri, occiderunt. i. cæsi & mortui sunt, hoc bello. s. ciuili, vt impudentia videatur, vel vt videatur impudentiæ recusare eandem fortunam, quam illi passi sunt, si res cogat.

Me q̄ cęteri

Epicurei

Paradoxa

HVBER. ℂ RECVS Are. nō accipere. ⸿ Propono mihi aīo cogito. ⸿ Impēdere. imminere. ⸿ Desino. ſ. mutuere. ⸿ Id impēdeat. id immineat: id ſit futurū. ſ. mors. ⸿ In quo. in q̄ morte. ⸿ Finis do. qa vt dicit Hora. Mors vltima linea rerū eſt. ⸿ Plura q̄ fuit ne. qa ſcia te eſſe vi fortiſſimi, & es in ea vrbe, vbi hęc optime tradunt. ⸿ Loquacitas. naturalis loquēdi abūdantia. ⸿ Beneuolentia. qua te cōplector: ex abundātia. n. cordis os loquit. ⸿ Seruiū. Sul. ⸿ Leuationi. diminutioni curarū: & recreationi.

Cōgreſſus ⸿ Congreſſus. cōſuetudo: cōſeruatio. ⸿ Tū. i. &. ⸿ Suſtentes. fortem prabeas, nō ſinas te cadere aio. ⸿ Quæ cum fa. vt ſtudioſe & diligenter curem omnia, quæ ad te pertinebunt. ⸿ Imitabor be. tuam erga me. i. oſtendā me beneuolū in te ſicut q fuiſti in me. ⸿ Non aſſequat. non ęquabo. ſ. ſtudio, & diligentia mea. ⸿ Merita. officia mihi præſtita. i. nunquā potero facere tantum quantum tu de me meritus es.

ASCEN. ℂ EQVidē. i. ego quidē: ppono mihi oia ſ. mala obeunda: nec vllū malū eſt, qd non putē impendere. i. in perniciē meā imminere, ſed cū plus mali ſit in metuēdo. ſ. in metu mortis: q̄ in illo ipſo, qd timet, hoc eſt q̄ in morte ipſa: deſino: ſop. metuere, pſertim. i. pcipue, cū id impendat. i. immineat, videlicet interitus, in quo nō mō. i. non ſolū: nullus dolor ſit futurus, verū ēt. i. inſup: finis doloris ſit futurus. ⸿ Sed hæc, ſup. ſunt ſatis multa: vel fortaſſe plura q̄ fuit neceſſe. ⸿ Aūt. i. ſed, non loquacitas mea. i. auiditas loquēdi: ſed beneuolentia mea: facit epſtas longiores. ſ. q̄ alioq eſſent. ⸿ Ego tuli moleſte, Seruium. i. Sulp. diſceſſiſſe Athenis, non. n. dubito qn ſolitus ſit eſſe tibi magnę leuationi. ſ. de miſeriis aī: cōgreſſus & ſermo quotidianus: tū. i. ſimul: hois familiariſſimi. ſ. tibi: tū. i. ſimul: viri optimi, & prudentiſſimi. ⸿ Velim, ſup. vt tu ſoſtentes te tua virtute, vt debes: & vt ſoles. ⸿ Ego curabo ſtudioſe: qp. & diligenter, oia quæ arbitrabor, te velle: qęq. i. & quę arbitrabor: ptinere ad te, & ad tuos, quæ. ſ. omnia cū faciā, imitabor beneuolentiam tuam erga me: nō aſſequar. i. non æquiparabo: merita: ſcilicet tua: erga me: conferendo: ſcilicet paria in te, quia id non potero. Vale.

HVEBR. QVotieſcunq. A. Cæcinna vir præſtantiſſimi ingenii Pompeianorum partium ſtudioſiſſimus: ſcripſerat quæ ſuis temporibus eſſent geſta & laudauerat multos ciues: qui reipu. ſtudioſi fuiſſent: multos qui eam oppugnaſſent notauerat, damnauerat, & pcipue Cæ. qui contra eam arma mouiſſet: & oppugnaſſet. Quamobrem Cę interdixerat ei patriam, ſicut & multis aliis. Cum igitur vehementer angeret & cruciaret Cæcinna deſyderio patriæ & ſuorū Cice. hac epiſtola eū conſolat fere eiſdē rōnibus: qbus conſolatus eſt Torquatū, oſtendens eū nō poſſe eſſe diutius in his malis. Poſtremo pollicet oia ſua ipſi Cæcinnę & eius filius. ⸿ Video. a. f. q. paren' heſis eſt: qa potuiſſet dicere Cæcinna filiū ſuū raro videri a Cice. & ideo raro pmitti ſtudiū ſuum. ⸿ Studiū. diligentiā: & voluntatē. ⸿ Sine exceptione. i. nō excipiēdo laborē, aut occupationē aliquam meā: aut tpa aliquod: qa nolo q habeat reſpectū alicuius rei. ⸿ Gratiam. quę eſt mihi apud Cæſarē & alios, ſubaudi polliceor. ⸿ Cū hac exceptione. i. non abſolute ei pmitto: ſed ſolū inquantū poſſum: qa imminuta eū aliquātulū authoritas mea. ⸿ Liber tuus. quē miſiſti mihi videndū. ⸿ Cuſtodit. ſeruatur: ne exeat in manus alicuius. ⸿ Meliores. i. melioris conditionis. ⸿ Video magnę eſſe curę. ſ. res & fortunas tuas. ⸿ De ſtudio. quo ſcilicet multorum, quibus res tuæ ſunt curę. ⸿ Filium. tuum. ⸿ Fieri pōt. i. eſt poſſibile. ⸿ Ea, eas res tuas. ⸿ Perturbatiore. ſ. q̄ ego. ⸿ Quid ſentiam. quid iudicem, quid in animo habeam. ⸿ Curſus. diſpoſitio. ⸿ Is. talis. ⸿ Iſta. mala, & aduerſa. ⸿ Et cę. qui ſunt exules ſicut tu.

recuſare. Equidem mihi omnia propono: nec vllū eſt tantum malum, quod non putem impendere: SED CVM plus in metuendo mali ſit, quā in illo ipſo, qd timetur, deſino: preſertim cum id impendeat, in quo non modo dolor nullus, verum finis etiam doloris futurus ſit. Sed hæc ſatis multa, vel plura potius, quā neceſſe fuit. facit autem non loquacitas mea, ſed beneuolentia lōgiores epiſtolas. Seruium diſceſſiſſe Athenis moleſte tuli. non enim dubito, quin magnæ tibi leuationi ſit ſolitus eſſe quotidianus congreſſus, & ſermo cum familiariſſimi hominis, tum optimi, & prudētiſſimi viri. Tu velim te, tu debes, & ſoles, tua virtute ſuſtentes. Ego, quæ te velle, quæq; ad te, & ad tuos pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſe, diligēterq; curabo. quæ cum faciam. beneuolentiam tuam erga me imitabor, merita non aſſequar. Vale.

Ex. iiii. epiſtola noui quid ad te.

ℂ Sed hoc mihi tamen non aſſumo vt, te conſoler cōmunibus miſeriis.

M. T. C. A. cæcinnę. S. D.

QVotieſcunq; filiū tuū video (video aūt fere quotidie) polliceor ei ſtudiū qdē meum, & operā ſine vlla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut tēporis: grām, aūt, atq; authoritatē cum hac exceptione, quantum valeā, q̄tūq; poſſim. Liber tuus & lectus eſt, & legitur a me diligenter, & cuſtodit diligētiſſime. Res, & fortunæ tuæ mihi maximæ curæ ſunt. quæ quidem quotidie feliciores mihi, & meliores vident: multiſq; video magnæ eē curæ: quorū de ſtudio, & de ſua ſpe filium ad te perſcripſiſſe certo ſcio. His autem de rebus, quas coniectura conſequi poſſumus, non mihi ſumo, vt plus ipſe proſpiciam, q̄ te videre, atq; intelligere mihi perſuaſerim. Sed tamen quia fieri poteſt, vt tu ea perturbatiore animo cogites puto eſſe meum, quid ſentiam, exponere, Ea natura rerum eſt, & is temporum curſus, vt non poſſit iſta aut tibi, aut cæteris fortuna eſſe diuturna:

ASCEN. QVotieſcunq. A. Cęcinna Pompeianę factionis vir inſignis: ſcribendo temporis ſui geſta laudauerat Pompeianos, & carpſerat Cæſarem, quamobrem Cæſ. ei vrbem interdixerat: cuius cum deſyderio angeretur: conſolatur eum Ci. dicens. ⸿ Quotieſcunq. video filium tuum: video autem fere. i. quaſi quotidie: ſup. toties polliceor ei quidem. i. certe: ſtudium meum: & operam ſine vlla exceptione: aut laboris: aut occupationis, aut temporis. ℂ Autem. i. ſed, ego polliceor ei gratiam atq; authoritatem, ſed. meam, apud Cæ. ſ. cum hac exceptione. i. cum hac clau ula exceptiua: aut reſtrictiua: quantum valeam: quantūq. i. & quantū poſſum. ⸿ Liber tuus. ſ. de geſtis tui temporis: & i. ſimul: lectus eſt: & legitur a me diligenter: & cuſtodit diligentiſſime. ⸿ Res. i. negocia: & fortunæ. i. diuitiæ tuæ, ſunt mihi maximæ curæ, quæ. ſ. res: & fortunæ: quidem: idest certe, videntur mihi quotidie faciliores, & meliores: faciliores quidem reſidet eſt negocia, meliores autem fortunæ, & ego video: idest animaduerto: ſup. res & fortunas tuas eſſe multis magnæ curę. ⸿ De quorum ſtudio ſcio certo filium: ſcilicet tuum: perſcripſiſſe. i. complete ſcripſiſſe ad te: & de ſpe ſua. ſ. quam habet de reſtitutione tui. ⸿ Autem. i. ſed: ego non ſumo. i. attribuo, aut arrogo mihi, vt ipſe. i. ego perſpiciam plus de his rebus, quas poſſumus conſequi. i. intelligere futuras: coniectura. i. per coniecturam, plus inquam, q̄ perſuaſerim mihi te videre atq; intelligere. ⸿ Sed tamen: qa fieri poteſt: vt tu cogites ea: animo perturbatiore: ſcilicet quam ego, puto eſſe meum: id eſt mei officii. ⸿ Exponere: idest declarare tibi, quid ſentiam. ⸿ Ea natura rerum: & is curſus temporum eſt: vt iſta: ſcilicet aduerſa fortuna: non poſſit eſſe diuturna: aut tibi, aut cæteris.

ℂ Hæcrete

HVBER.

¶ HAERERE. permanere, fixa esse. ¶ Tam acerba. vt priuet te patria, & aspectu tuorum. ¶ Extra ordinem. i. præter ordinē, & numerū aliorū. ¶ Accedunt. adiūgunt. ¶ Hęc enim ornaméta. s. dignitas: & virtus, est aūt parēthesis. ¶ Præcipua tua, quæ sunt tua peculiaria: & non cōia cum aliis. ¶ Ingeniū, vim innatā ad oia percipienda. ¶ Virtutē. hic accipit virtutē p animi fortitudine, vt sæpe supra vidimus: est aūt ordo, quare tua præcipua pp eximiū ingeniū atq; virtutē accedunt ad eā spem, quā habemus &c. ¶ Cui. ingenio & virtuti, nā supra ad Mar. dixit, Seu, mihi crede, etiā is qui omnia tenet, fauet ingeniis. ¶ Hic. Cæ. ¶ Tribuit, pbet aucto. & ho. ¶ Punctū. momētū punctus enim & punctū, vtrūq; enī dr̄, res est minima, itaq; ponitur p momento, & particula t̄pis vel hor̄. Hora. in epi. Nihil proprium cuiq; puncto qd̄ mobilis horę. Nunc pce nunc pcio, nūc vt. nunc mo. iu. Per. do. &c. ¶ Bono tuo. ingenio. ¶ Se violatū. se offensum: q̄a scripsisti contra eū. ¶ Quod ipsum. quæ ipsa. s. q̄ putet se violatū a te. ¶ Lenit. mitigatur, q̄a quotidie æquiori aio fit, qd̄ in eū scripsisti. ¶ Opinionē in. quā habet de ingenio tuo. ¶ Ita natus. ex tali genere ortus. ¶ Educatus. nutritus. ¶ Eas causas. i. naturā rerum, cursum tempor̄, & opinionem: quā Cæ. hēt de ingenio tuo. ¶ Vetustas. antiquitas, q̄ maiorē debet hēre vim, q̄ nouitas amoris, ponit autem tria, q̄bus ōndit se id facere debere vetustatē amoris sui in ipsum Cæ. consuetudinē suā in oēs amicos, quibus semp solitus est libenter esse paratus, & postremo beneficia sibi accepta a Cæci.

Punctus
Punctum

neq; hærere in tam bona causa, & in tā bonis ciuibus tam acerba iniuria. Quare ad eam spem, quā extra ordinem de te ipso habemus nō solum propter dignitatem, & virtutem tuā (hæc enim ornamenta sunt tibi ēt cum aliis communia) accedunt tua præcipua, ppter eximium ingenium, summamq; virtutem: cui meher cule hic, cuius in potestate sumus, multū tribuit. itaq; ne punctum, quidem temporis in ista fortuna fuisses, nisi eo ipso bono tuo, quo delectatur, se violatum putaret. quod ipsum lenitur quotidie: significaturq; nobis ab iis, qui simul cum eo viuunt, tibi hāc ipsam opinionem ingenii apud ipsum plurimum, profuturā. Quapropter primū fac animo forti, atq; magno sis: ita enī natus, ita educatus. ita doctus es, ita etiam cognitus, vt tibi id faciendum sit. deinde spem quoq; habeas firmissimam propter eas causas, quas scripsi. a me vero tibi oīa, liberisq; tuis paratissima esse cōfidas velim. id enim, & vetustas nostris amoris & mea consuetudo in meos, & tua multa erga me officia postulant. Vale.

ASCEN.

¶ NEq; tam acerba iniuria: vt est exulare a patria, sup. possit hærere. i. firmiter inesse: in tam bona cā, & in tam bonis ciuibus. ¶ Quare tua, sup. ornaméta præcipua. i. peculiaria pp eximium ingenium summāq; virtute, sup. tuā, cui me hercule. s. ita iudicante: vt ex aio loquor, hic. s. Cæsar: in cuius potestate nos sumus, tribuit multū, accedūt. i. addunt: ad eā spem, quam habemus de te ipso, extra ordinē. i. singulariter non solum. i. nedum pp dignitatem, & virtutem suam hæc enim ornaméta. s. dignitas. & virtus, sunt tibi cōia etiā cum multis. ¶ Itaq. i. & ita, q̄a Cæ. tibi tantū tribuit: fuisses neq; dem. i. nō salutē punctū. i. minimā partē t̄pis in ista. s. aduersa fortuna: nisi. i. Cæ. putasset se violatū eo ipso bono tuo. i. eximio ingenio in scribenda historia, quo delectat̄, quod. s. se violatū putare ingenio tuo, lenit̄. i. minuit̄ quotidie, & significat̄ nobis ab iis. qui viuunt simul cū eo. i. Cæsare, hanc ipsam opinionē ingenii profuturā sup. tibi plurimū apud ipsum. i. Cæs. ¶ Quapropter fac primū: sup. vt sis aio forti atq; magno. ¶ Eni. i. q̄a: tu es natus ita, educatus, ita doctus, ita, & cognitus ēe ita, vt id faciendū tibi. i. vt te deceat ita facere: hoc est forti, & magno animo esse. ¶ Deinde: sup. fac, vt habeas quoq;. i. &: spem firmissimam, ppter eas causas, quas scripsit. ¶ Vero. i. sed: aut pro vero, velim, sup. vt confidas omnia paratissima esse tibi, & liberis tuis a me. ¶ Enim. i. quia, &. i. simul, vetustas amoris nostri, & consuetudo mea, in. i. erga meos, & multa officia tua erga me: postulant id: scilicet vt mea omnia sint tibi tuisq; liberis paratissima. Vale.

M. Cicero A. Cæcinnæ. S.

NOn vereor, ne desyderes officiū meū, qd̄ tibi p nr̄a & meritorū multorū, & studiorū, & partiū cōiunctione deesse nō debet: sed tñ vereor, ne literarū a me officiū requiras: quas tibi & iā pridē, & sæpe misissem, nisi quotidie melius expectatis gratulationem, q̄ confirmationem animi tui cōplecti lris maluissem. nūc aūt, vt spero, breui gratulabimur:

HVBER.

NOn vereor. Cum Cic. iādiu intermisisset lr̄as suas ad A. Cæcinnā, sperans quotidie se ei gratulatorē fore restōne & reditu eius in patriā: postea q̄ vidit iē longius q̄ putabat ptrahi, eū hac epist. vel consolari, vel confirmare statuit: diuinans eū breui reditturū in patriā, a ceptis auguriis suis, & a natura temporum, & a natura Cæ. q̄ est clementissima, & pna ad indulgēdū, dicit aūt Cæ. hactenus distulisse eius restitutionē, ppter alios: q̄bus cū esset iratus nō potuisset eis denegar̄ reditū in patriā, si cōcessisset Cæci. a quo magis fuerat offensus. Postremo cōsolatur eum a conscientia rectorū cōsiliorū, & factorū, & pollicetur Cæcin. & eius filio omne studiū, & operā suā apud Cæ. & familiares Cæ. a q̄bus dicit se quotidie magis amari. ¶ Desyderes. requiras, tanquā desit tibi. ¶ Meritorū. beneficiorū, quę mutua inter nos fuerūt. ¶ Pro coniunctione. respectu cōiunctionis. ¶ Studiorum voluntatū. ¶ Partium. Pompeianarū & reipu. quia ambo studimus iisdem partibus. ¶ Sed tamen. licet non debeat tibi deesse ppter supradictas causas. ¶ Officium literarū, vt scribam ad te sæpius, sicut est officium amici. ¶ Melius. i. aliquid de rebus tuis. ¶ Complecti. cōprehendere. ¶ Gratulationē. lætitiam quandam de rebus tuis melioribus.

ASCEN.

NOn vereor &c. Purgat primo loco, q̄ ad Aulum Cæcinnam diu non scripserat, q̄ sperarat ob reditum Cæcinnę ei gratulatorias potius q̄ consolatorias ppediem scripturum. Deinde pmisso ex augurali scientia cito reditu, cur reconciliatio eius tantum dilata sit: docet: videlicet, q̄ Cæsar. nollet vna cū Cæcinna reliquis Pompeianis, a quibus magis offensus erat, tam cito ignoscere, qd̄ tñ fieri decuisset, vtpote in pari fere cā. Tum consolatur Cæcinnam a conscientia rectorum consiliorum, pollicetur q; demum Cæcinnæ, & eius filio oēm quam possit operam. Ordo est. Vereor ne: idem esset si diceret, vt desyderes officium meum, hoc est ne ducas me non functum esse officio meo in te, aut confirmando, aut iuuando, desyderamus enim quæ non ad sunt, quod. s. officium, non debet deesse tibi, pro coniunctione nostra. i. pp coniunctionem nostram, & studiorum. s. literariorum præsertim auguralis scientiæ, & partium. s. bellicarum, quia vterq; Pompeium secutus fuerat. Sed tñ vereor ne requiras. i. exigas a me officium literatum. i. epistolarum ad te missarum, quas. s. literas: ego misissem tibi pridem: etiam Esedi. Sic q̄ vidi exemplaria habent omnia, sed commentarii nihil exponunt, videtur aūt loci nomen: cuius tñ Strabo, & plerīq; alii non meminerunt, neq; si maxime locus esset recte dici videretur, nam si quo mittantur literæ significaret: diceret Esedum, si vnde Esedo, nisi sit Esio legendum, quod oppidum Italiæ est, vnde sunt qui Essedis. i. vehiculis legendū putent, aut e sede, sicut e vestigio. i. statim, vt sedens scripserit literas, locus certe obscurus est, sit certius qd̄ inuenero in tabula dicam in vocabulo Esedum, nisi ego expectaus quotidie melius. s. quiddā de te, maluissem cōplecti literis. i. scribere, gratulationē. s. de reditu tibi cōcesso, q̄ confirmationē. i. corroborationem animi tui contra dolorē de exilio contractum, nunc, vt spero, gratulabimur. s. tibi breui. i. inter paucos dies.

HVBER. ℂARGVMENtum epistolæ.materiã epi.gratulatoriæ.⸿ His præsen. quas nunc ad te scribo.⸿ Minime imbecillem, non infirmũ & debilem,sed fortem, & constantem.⸿ Et si nõ sapientissimi.s.mei: q nõ sum sapientissimus.⸿ At.i. certe vel saltem.⸿ Nec is enim subaudi puto cõfirmandũ.⸿ Vt.tanq̃.⸿ Afflictum deiectũ: & prostratũ mœrore.⸿ Orbatũ. priuatũ.⸿ Omni spe.quia adhuc multæ, & magnæ spes tibi.supersunt.⸿ De mea.s.incolumitate.i.salute, tunc cum ego etiã erã in exilio:sicut tu tunc es.⸿ Ii.Clodius & alii scelerati,qui ei fauebant.⸿ Qui nõ putarunt.i.cupidi euertendæ reipu.putauerunt eam nõ posse cadere:si ego essem incolumis.⸿ Me stante,me incolumi.⸿ Cadere,ruere:euerti.⸿ Hospitibus:peregrinis.⸿ In qua tu eras.illis:enim tẽporibus,qbus Cic.exulauit, Cęcinna erat in Asia,ex qua multi hospites,qui ad Cice.veniebant,dicebant ipsum Cę. nihil dubitare de eius salute,& de glorioso, & celeri eius reditu in patriam, quod idẽ dicit nũc se facere de Cæcina:affirmat enim fore,vt celeriter redeat in patriã.⸿ Disciplinæ. scientiæ auguralis.⸿ Vetustæ. antiquæ,quę ab Ethrusis habuit originẽ:vnde & Thusci peritissimi fuerunt,quorũ libris,& cerimoniæ deoꝝ,& omnia dubia explicabant, author est Vale.Ma.lib.i.c.i.& Lu.Hęc ꝓpter placuit tuscus de more vetusto Acciri vates. Oui.i. Fa. Augur erat,nomẽ longis intercidit annis.Nup ab ethruscis venerat exul humo.⸿ A patre.tuo : qui fuit peritissimus augur.⸿ Acceperas. didiceras.⸿ Non fefellit, sed certissimã tribuit tibi cognitionẽ meæ salutis:fefelli aũt dixit:qa multi fortasse nõ bene periti artis fallebant,vnde Vir.Ni frustra augurium vani docuere parentes.⸿ Diuinatio nostra.quã faciemus de salute tua,& de celeri reditu tuo in patriã,diuinationem non sum cõsecutus per disciplinã auguralẽ, sicut tu, sed per libros sapientissimorũ hominũ,qui scripserũt da varietate & mutatione teporũ,rerũ, & fortunæ,& consecutus sum magna experientia tractandę reip.& denique ex magna varietate nostrorũ temporũ.⸿ Cum.partim.⸿ Monimẽtis. scriptis.⸿ Tum.partim & præcipue: nã plus significat q̃ cũ.⸿ Vsu.experientia.⸿ Tractandæ.gubernandæ.⸿ Nostrorũ. meorũ:quibus interdũ florui: interdum fui in summa felicitate &c.⸿ Cõfidimus. credimus, & damus maiorem fidem.⸿ Obscuris. difficilibus iudicatu, de exitu bellorũ Cæsa. & Pompeii.⸿ Ex euentis.ex iis,quæ euenerunt: non autẽ quia ita præuiderim esse futura:quia enim post factũ dicit se aliquid præuidisse:creditur fingere magis quia euenerit, q̃ qa ita euenisse pręuiderit.⸿ Seiungeret.separaret.⸿ Frãgi.imminui, quia si ipsi duo cõiuncti essent:& consueuissent, obtinuisset multũ contra senatum,ita q potestas senatus multũ fuisset imminuta.⸿ Ciuile bellũ. sicut excitatũ.⸿ Salutare,qa ambos hortabat ad pacẽ.⸿ Hunc.Cæ.⸿ In.t.inter rogatos.⸿ In pa.sine bello.⸿ Tãtas.o.tantas vires, qa oia solus põt.

itaq; in aliud tẽpus id argumentũ epistolæ differetur. His autem literis animum tuum, quem minime imbecillum esse & audio,& spero,& si nõ sapientissimi,at amicissimi hominis authoritate confirmandum etiam atq; etiam puto:nec iis quidẽ verbis, qbus te consoler vt afflictum, & iam omni spe salutis orbarũ,sed vt eũ, de cuius incolumitate non plus dubitem, q̃ te meminì dubitare de mea. Nam cum me ex R.P.expulissent ii,q illam cadere posse,stante me,non putauerũt: memini me ex multis hospitibus,q̃ ad me ex Asia,in qua tu eras,venerant,audire,te de glorioso,& celeri reditu meo confirmare. Si te ratio quædam Etruscæ disciplinæ,quã a patre nobilissimo,atq; optimo viro acceperas,nõ fefellit:nec nos quidem nostra diuinatio fallet: quã tum sapientissimoꝝ virorũ monimentis,atq; præceptis,plurimosq;,vt scis,doctrinæ studio, tũ magno etiam vsu tractandæ R.P. magnaq; nostrorũ temporũ varietate consecuti sumus.cui qdẽ diuinationi hoc plus confidimus,q ea nos nihil in his tam obscuris rebus,tamq; perturbatis vnquã omnino fefellit, Dicerẽ, q antea futura dixissem,ni vererer,ne ex euentis fingere viderer.sed tñ plurimi sunt testes,me & initio,ne cõiungeret se cũ Cæsare,monuisse Pompeium,& postea, ne seiungeret.coniunctione frangi senatus opes,disiũctione ciuile bellum excitari videbam. Atq; vtebar familiarissime Cæsare, Põpeiũ faciebã plurimi:sed erat meũ consiliũ cũ fidele Pompeio,tum salutare vtriq;. Quæ præterea ꝓuiderĩ ꝑtereo. nolo enĩ hunc de me optime meritũ existimare,ea me suasisse Pompeio quibus ille si paruisset,esset hic qdẽ clarus in toga,& princeps,sed tantas opes,quãtas nunc habet,nõ haberet.

ASCEN. ℂITA q.i.& ita:argumentũ.i.materia epistolæ.s.gratulatoriæ,differetur in aliud tempus.⸿ Autem.i. sed : ego puto animum tuum,quem & audio,& spero esse minime.i.nequaq̃,imbecillem:idest fragilem:aut infirmum:confirmandum esse his literis:etiam atq; etiam:authoritate hominis, & si id est q̃q̃:non sapientissimi,at.i.tamen:aut certe:amicissimi : quasi dicat authoritate mea, sed modestius de se tanquam de alio loquitur.⸿ Nec quidem.s.puto animum tuum confirmandum:iis.i.eiusmodi verbis, quibus consoler te : vt afflictum & orbatum iam omni spe salutis,talis enim non erat, sed vt eum, de cuius incolumitate : idest salute non dubitem: idest non debeam dubitare, plus q̃ memini te dubitare : idest cum dubitares de mea, Valla diceret dubitasse.⸿ Nam cum ii

Memini ⁏ expulissent me ex republi.idest administratione eius,qui putarant:idest putauerant illam:scilicet rempubli.non posse cadere:me stante ; idest tantisper,dum ego starem in ea,memini me audire,iterum cum præsenti ponit memini, iuxta regulam Agretianam:ex multis hospitibus qui venerant ad me ex Asia,in qua tu eras,te confirmare: idest q tu confirmares,& assereres firmiter,de reditu meo:scilicet in vrbem ab exilio glorioso:& celeri.⸿ Si ratio quædam disciplinæ.i.diu obseruatæ : videlicet auguralis apud Ethruscos repertæ. Vnde Lucanus, Hæc propter placuit tuscos de more vetusto Acciri vates. Et Ouidius. Augur erat, nomen longis intercidit annis.⸿ Nuper abethrusca venerat exul humo &c. quam acceperas a patre,sup.tuo viro nobilissimo, atq; optimo,non fefellit:cum diceres me cito rediturum, nec quidem nostra diuinatio fallet nos.s.de reditu tuo:quam.s.diuinationem,hoc est diuinandi peritiam,nos consecuti sumus:idest obtinuimus,tum.i.partim,monimentis, atq; pro.i.præceptis, virorum sapientissimorum,& plurimo studio doctrinæ:scilicet auguralis,vt tu scis:tum.i.partim:magna varietate temporum nostrorum,in qua multa experiri licuit.⸿ Cui quidem diuinationi nos confidimus plus:hoc.i.propter hoc,q es,nihil fefellit omnino nos vnq̃ in his rebus tam obscuris:tamq;.i.& tam perturbatis.⸿ Dicerem.i.recitarem tibi,quæ dixissem antea futura:ne.i.nisi:vereret ne viderer fingere: sup.ea, ex euentis:iis,quæ euenerunt.⸿ Sed tamen plurimi sunt testes, me &.i.simul, cõmonuisse initio.i.ab initio belli : Pompeium ne coniungeret se .s. affinitatem cum Cæsare, & postea ne seiungeret.i. separaret se a Cæsare, quia, sup. videbam opes senatus.⸿ Frangi coniunctione .s. duorum principum virorum,& bellum ciuile excitari, disiunctione.i. dissensione eorũ.⸿ Atqui.i.sed quomodo:ego vtebar Cæsare familiarissime,& faciebam Pompeium plurimi.⸿ Sed meum consilium erat tum.i.simul:fidele Pompeio tum.i.simul:salutare vtriq;.s.tam Pompeio q̃ Cæsari:ego prætereo quæ viderim.i.prænouerim,pręterea.i.pręter iam dicta.⸿ Enim.i.quia:ego nolo hunc.s.Cæsarem:meritum optime de me: existimare me suasisse Pompeio ea:quibus si ille:scilicet Pompeius paruisset:idest obediuisset,hic: idest Cęsar esset quidem clarus in toga: idest in senatu Pacifico,sed non haberet tantas opes quantas nunc habet,

ℂEundum

HVBER

CEVNDVM in Hispaniã.vt Pom.iret in His.quæ prouincia erat ei decreta,quod si Pom.fecisset:dicebat Cæ.se ven turum ad vrbem sine exercitu.⸿Ratione.respectũ.⸿Absentis. Cæ. vt ei deceruecet̃ consolatus sequentia anni. ⸿Licet. ab.hoc.n.ipse p amicos suos petiuerat.⸿Vt liceret.vt pmitteret̃ & cõcederet̃ etiã cõtra cõsuetudinẽ.⸿Ipso cõsule.Paulo Aemi.qui Cæsa.mille & quingentis sestertiis facile corruperat,& in partes suas traxerat,cum ante aduersaret̃ ei.⸿Ante ferrem,præponerẽ.i.cũ mallem etiam pacem cum incõmodo nostro,q̃ gerere bel.⸿Iustissimũ.sic su.ad.T.Mel.q̃uis cota cõditione pacẽ accipere malui,q̃ viribus cũ valẽtiore pugnare.⸿Mouebat̃,meis monitis.i.assentiebat̃ meis suasionibus.

Eundum in Hispaniã cẽsui.qd̃ si fecisset,ciuile bellum nullum oĩno fuisset. Rationem haberi absentis nõ tã repugnaui vt liceret,q̃ vt,quando ipso Cos.pugnan te populus iusserat,haberetur. Causa belli orta est.qd ego prætermisi aut monitorum, aut querelarũ? cum vel iniquissimam pacem iustissimo bello anteferrem. Victa est authoritas mea non tam a Pompeio (nã is mouebatur) q̃ ab iis,qui duce Põpeio freti, peroppor tunã,& rebus domesticis,& cupiditatibus suis belli vi ctoriam fore putabant. Susceptum bellum est, quie scente me:depulsum ex Italia,manente me,quoad po tui.sed valuit apud me plus pudor meus,q̃ timor. ve ritus sum deesse Pompei saluti, cum ille aliquando nõ defuisset meæ.Itaq; vel officio, vel fama bonorũ, vel pudore victus,vt in fabulis Amphiaraus, sic ego pru dens,& sciens ad pestem ante oculos positam sum p fectus. quo in bello nihil aduersi accidit non prædicẽ te me.Quare,quando,vt augures,& astrologi solent, ego quoq; augur publicus ex meis superioribus præ dictis constitui apud te authoritatem augurii,& diui nationis meæ: debet habere fidem nostra prædictio. Non igitur ex alitis volatu, nec ex cantu sinistro osci nis,vt in nostro disciplinę est,nec e tripudiis solistimis,

⸿Putabant vi.il.i.putabant quod si Põp.fuisset victor po tuissent ipsi augere rem familiarẽ suam: & cõsequi oĩa quæ cupiebant.⸿Quiescente me,i.nihil agente,nec faciente ver ba de hoc bello.⸿Manẽte.remanente.⸿Domi.eũ non exi tẽ ad illud bel.vt su.ad.M.Mar.epi.quæ incipit, Et si itaq; neq; tu multũ interfuisti,& ego id semp egi, ne interessem. ⸿Pudor.verecũdia,pudebat enim me nõ sequi Pom.& eius salutem nõ tueri,qui meæ saluti nõ defuisset: cum me in exi lium eiectum restituẽdũ curauit.⸿Aliquãdo, aliquo tempo re.⸿Itaq; dicit Cice.se honestis & excusabilibus causis mo tum profectũ fuisse ad illud bellũ: sciens, & cognoscens oẽs Pompeianos succubituros.& cõparat se Amphiarao vati fi lio Oeclei:vnde & Oeclides dicit̃ ab Ouid. & a Statio. Hic cum sciret se esset periturũ in bello thebano latebris se occu luerat,id nemine sciente præter Eriphylẽ vxorẽ: quæ cor rupta a Polinice monili aureo Argię vxoris suæ:indicauit maritum,qui cõpulsus pfectus est ad bellũ Thebanum: licet sciret se esse piturũ,& ibi hiatu terrę absorptus est: vt late scribit Sta. Dicit ergo Cic. se imitatum fuisse Amphiara um, quia licet videret exitum belli: & sibi & Pompeianis aduersum: tamen ad id profectus est.⸿Prudens. per me in telligens.⸿Sciens.per alios.⸿Pestem,cladem.⸿Prædictis. superioribus diuinationibus,quas feci ante hæc bella.⸿Cõ stitui,collocaui.⸿Augures,qui ex garritu auium futura prę dicebant, hæc scientia nunc omnino interiit. ⸿Astrologi, qui ex cursu motuq;,& natura astrorum plerunq; futura de prehendunt: sed interdum etiam fallunt: dicit ergo Cice. ⸿Non igitur.i. nõ facio tibi diuinationem meam rebus tuis ex volatu vel garritu auium,vel ex aliis rebus, quas obser uant augures.⸿Sed habeo alia signa multo certiora.s.natu ram,& mores Cæ.& naturam temporum ciuilium.⸿Ex volatu alitis.Vir.& præceptis omnia pennę.⸿Oscinis,uolucris, qui uoce:& ore dat augurium. Nam volucres, ex quibus capitur augurium,aut dñt oscines:quod ore canant,aut præpe tes:idest volantes:q volatu dent augurium.⸿Disciplina.scientia augurali.⸿Ex tripudiis,.ex salutationibus quibusdam: quæ quadam obseruatione in sacris fiebant: vnde cum in dedicatione capitolii: vt scribit Liuius: nunciato aduentu hostium, cæteri omnes acceptis armis: relicto sacrificio eis occurrissent, solus senex inuentus est saltans, quæ res effe cit, vt piaculum admissum non esset, vnde natum est prouerbium, saluares est, saltat senex. Tripudium autem dr̃,quasi tritio pedum. ⸿Solistimis. terrenis:a solo: q in solo fierent hmõi tripudia, alii dicunt locum esse vbi aues versantur, quod non satis probo. Solistimus autem dr̃,sicut legitimus:vbi additio nihil significat.

Oscines aues
Præpetes
Tripudiũ
Solistim?
ASCEN.

CEGO censui:dicit quæ negauit se dicturum Pompeio: eundum: sup.fuisse in Hispaniam:quod si fecisset.i.si iuisset in Hispaniam:bellum ciuile nullum fuisset.⸿Ego non iam:idest tantopere:pugnaui:idest quasi pugnãdo asserui:vt liceret ra tionem:idest respectum beneuolum in consulatu conferendo absentis.s.Cæsaris:quia Cæsar.absens petiit consolatũ sibi deferri:quod illi lege negatum est,quã sup.pugnaui:vt haberetur.scilicet ratio absentis,postquã licuit,quãdo ipse popu lus iusserat:ipso consule,scilicet Paulo Aemilio:pugnãte:idest acceriter decertante pro eo:qa Cęsar eũ pecunia in senten tiam suã traxerat.⸿Causa belli orta est,eo q cõsulatus:& prorogatio imperii Cæsari negata.⸿Quid aut monitorũ aut querelarum ego prætermisi:quasi dicat nihil:cum anteferrẽ bello iustissimo pacem,vel.i.ẽt,iniquissimã.⸿Authoritas mea est victa:idest oppressa:non tam a Pompeio:nam is mouebatur.s.authoritate mea:q̃ ab iis qui freti duce Pompeio, vt Cato,Marcellus:Seruius &c.putabant victoriã belli fore peropportunã.i.valde accõmodatam:& :idest simul,rebus domesticis suis:&.i.simul cupiditatibus suis.⸿Bellum est susceptum.s.contra Cæsarem,me quiescentem:bellũ sup.est de pulsum ex Italia:qa in Epirum:& deinde in Pharsaliã translatum:me manente.s.in Italia,quoad.i.quãdiu potui:sed pu dor meus valuit apud me plus q̃ timor.hoc est plus feci pter pudorẽ: q ne deessem Pompeio me traxit ad bellum: q̃ ti mor quem de infelici exitu cõceperã,retraxit,nam:sup.veritus sum deesse saluti Pompeii:cũ ille:scilicet Pompeius, nõ de fuisset aliquando meæ.s saluti:qa eo rogante reductus sum.⸿Itaq; ego victus,alii legunt inuitus:vel officio.s.Pompeio debito,vel fama bonorũ.s.virorum:q Pompeiũ sequebant̃:vel pudore,ego vt Amphiaraus:aut Amphiaraus,sup.profe ctus est,ad bellũ thebanũ cum argiuis:vt in fabulis.s.sicut habetur in fabulis:q coactus est ire ad id bellum vnde præui derat se non rediturũ.;Cũ.n. Amphiaraus Oeclei filius esset diuinandi peritissimus:& vidisset si ad id bellũ,quod Argiui Thebanis inferebant,iret se non rediturũ,occuluit se:sola vxore Eryphile noie conscia, q̃ corrupta a Polinice monili au reo Argiæ vxoris eius:indicauit maritũ,atq; ita cõpulsus ad bellũ profectus est:in quo præuiderat se periturũ,periitq; : nã vt Ouidius tangit:& ad longũ in Thebaide Statius narrat:hiatu terræ ibi absorptus est,pfectus sum sic prudens:& sciẽs ad pestem.i.pernitiem,ante oculos:scilicet mentales positam:in quo bello nihil aduersi accidit me non prædicente:idest quod non fuerit a me prędictũ.⸿Quare quãdo.i. quando quidẽ:aut qñ.i.quoniã:vt augures.⸿Astrologi qui solent:ego quoq;.i.etiã:augur publicus:qa in augurũ collegio sacerdos:cõstitui apud te ex pdictis meis superioribus,q.s.vera com perta sunt,authoritatẽ augurii.s.scientiæ auguralis:& diuinationis meæ pdictio.i. prophetia nostra debet hr̃e fidem.i. credulitatẽ passiue.⸿Igit̃ ego nõ auguror tibi ex volatu alitis.i.auis,nec ex cantu sinistro.i.sinistra pte:aut aduerso:osci nis.i.ore canentis auis.⸿Vt est in disciplina nostra.s.augurali,nec ex tripudiis solistimis.i.solotenus,aut sup solum factis,

HVBER. ¶ SOMNIIS, quæ vt scribit Vale. lib. i. certis interdum imaginibus velata sunt: sicut pbat exemplis, de generibus eorum, q̃ vidimus in somniis, scribit abunde Macro. ¶ Obseruem, inspiciam. ¶ Illis: scilicet signis: quę ex cantu, vel ex volatu auium capiuntur, & ex cæteris, quæ supra dixit. ¶ Via. ratione. ¶ Hæc sunt: scilicet signa. ¶ Clemens. dicitur qui etiam remittit de eo quod posset persequi iure. ¶ Querelarum tuarum. nam Cæcinna querebatur, illo libro, qđ cum Cæsar esset tam mitis: & clementis ingenii: inductus esset ad occupandam rempu. ¶ Delectaꝛ Cæsa. ¶ Cedit. indulget, obtemperat. ¶ Incensis officio, quæ ex officio: & debito proueniunt, sicut sunt, quæ pro te a me & cæteris amicis tuis fiunt ex officio, quia ita tenemur. ¶ Non inanibus. vanis: sine causa. ¶ Ambitiosis. quæ ex ambitione proueniunt: non autem ex officio. ¶ Ethruria. Tuscia, vnde est tuæ gentis origo. ¶ Consentiens, potens nobiscum, vt tu restituaris. ¶ Mouebit, flectet ipsum Cæsarem. ¶ Cur hæc, ponit obiectionem, quam posset facere Cæcinna: quare his rationibus: q̃s supra dixit adhuc nō sit reuocatus. ¶ Profecerunt, valuerunt. ¶ Quia responsio obiectionis. ¶ Iustius, quia non solum fauisti Pompeio cōtra eum: sed etiam scripsisti in eum. ¶ Quæ spes ab irato. quid ergo sperare ab eo posses, si mihi iratus est. ¶ Eodem. responsio obiectionis: & dicit cur spes sit habenda, quia Cæsa. sperat se posse laudari aliquando ab eo, a quo notatus fuerat: & vituperatus, & idem ingenium ei aliquando profuturum: a quo ante sit læsum. ¶ Acutus. subtilis ad intelligendum. ¶ Parte Italiæ minime contemnenda: idest Ethruria egregia regione, & industria hominum præstanti, erat enim Cæcinna Ethruscus gente. ¶ Parem. cuivis summorum tuæ ætatis: idest qui sis par cuilibet eorum, qui in ætate tua sunt summi. ¶ Nolit. sensus est: cum Cæsa. intelligat se non posse diutius prohibere te patria, & necesse esse, vt te aliquando restituat: nolet, ne videatur magis facere ex necessitate temporis, q̃ ex beneficio suo. ¶ Dixi de Cæ. idest de signis quæ ex Cæsa. capiebam. ¶ Melius animatus q̃ paratus: idest maiori animo & voluntate defendendæ reipub. q̃ apparatu armorum & militum. ¶ Qui audeat dicere nos malos ciues, qui audeat dicere male fecisse: & esse ciues malos: quamuis. n. fortuna nobis male responderit: tamen nemo audet reprehendere id, quod fecimus, licet sit inimicus causæ Pompeianæ. ¶ Admirari. cum quadam admiratione laudare. ¶ Appellat, nominat. ¶ Nisi honorificentissime: idest cum summo honore: quod quidem signum magnæ est grauitatis, nam fere oēs solent de inimicis suis maledicere. ¶ At. obiectio: quasi dicat quid prodest quod eum honorificentissime appellet: si in eius personam multa acerba fecit, quia eum oppugnauit: & persecutus est ad mortem.

aut somniis tibi auguror, sed habeo alia signa, quæ obseruem. quæ etsi non sunt certiora illis, minus tamen habent vel obscuritatis, vel erroris. notantur autem mihi ad diuinandum signa duplici quadam via: quarum alteram duco e Cæsare ipso, alteram e temporum ciuilium natura, atque ratione. In Cæsare hæc sunt: mitis, clemensq; natura, qualis exprimitur præclare illo libro querelarum tuarum. accedit quod mirifice ingeniis excellentibus, quale est tuum, delectatur. præterea cedit multorum iustis precibus, & officio incensis, non inanibus, aut ambitiosis voluntatibus. In quo vehementer eum consentiens Etruria mouebit. Cur hæc igitur adhuc parum profecerunt: quia non putat se sustinere causas posse multorum, si tibi, cui iustius videtur irasci posse, concesserit. Quæ est igitur, inquies, spes ab irato? Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, e quo sit leuiter aspersus. Postremo homo est valde acutus, & multum prouidens intelligit te hominem in parte Italiæ minime contemnenda facile omnium nobilissimum, & in cōmmuni. R. P. cuiuis summorum tuę ætatis vel ingenio, vel gratia, vel fama P. R. parem, non posse prohibere a R. P. diutius. Nolet hoc temporis potius esse aliquando beneficium, q̃ iam suum. Dixi de Cæsare. nunc dicam de temporum, rerumq; natura. Nemo est tam inimicus ei causæ, quā Pōpeius animatus melius, q̃ paratus susceperat, qui nos malos ciueis dicere, aut homines improbos audeat. in quo admirari soleo grauitatem, & iustitiam, & sapientiam Cæsaris: qui nunq̃ nisi honorificentissime Pompeium appellat. At in eius personam multa fecit asperius.

ASCEN. ¶ AVT ex somniis: sed habeo alia signa, quæ obseruem. ¶ Quæ scilicet signa. etsi: idest q̃q̃, non sunt certiora illis: scilicet auguralibus, quod dicit, quia illi scientię iuratus erat: habent tamē minus, vel obscuritatis, vel erroris: hoc quoque astrologi prætendere solent: scientiam videlicet esse certissimam: sed multos per errorem propter obscuritatem labi, & cum vix quisquam sit qui non erret: dcum excusant: qui astris imperet. ¶ Autem. i. sed: signa notantur mihi ad diuinandū quadam via duplici, quarum: scilicet viarum: ego duco alteram a Cæsare ipso: scilicet capite rei: alteram a natura: & ratione temporum ciuilium. ¶ Hæc scilicet signa reconciliationis tuæ sunt in Cæsare natura mitis & clemens, qualis exprimitur præclare illo libro querelarum tuarum: accedit: idest additur: quod Cæsar delectatur mirifice: ingeniis excellentibus: quale est tuum. ¶ Præterea Cæsar cedit voluntatibus multorum iustis: & incensis officio, non inanibus, aut ambitiosis. ¶ In quo: scilicet proposito ethruria: scilicet patria tua, consentiens: scilicet reductioni tuæ: mouebit: supple eum vehementer. ¶ Igitur: supple dices: cur hæc: scilicet signa quæ in Cæsare sunt, profecerunt adhuc parum, scilicet ad te restituendum. Responsio. ¶ Quia Cæsar putat se non posse sustinere causas multorum, si concesserit tibi, cui videtur posse irasci iustius: scilicet q̃ illis: cum tamen minus irascatur. ¶ Igitur, inquies: quæ spes est ab irato, scilicet Cæsare, Responsio. ¶ Cæsar intelligit se hausturum laudes suas eodem fonte: scilicet ingenii tui: e quo sit aspersus: idest sparsim notatus, leuiter: idest modice. ¶ Postremo homo, scilicet Cæsar, est acutus valde, & prouidens multum, intelligit, supple se, non posse prohibere diutius a republi. te hominem facile nobilissimum omnium in parte Italiæ contemnenda minime, videlicet in Ethruria, & intelligit te in republi. communi: scilicet Romanis, & Ethruscis municipibus, hoc est Romana. Alii legunt in communi republi. te parem: cuiuis: idest cuilibet: summorum: scilicet virorum ætatis tuæ vel ingenio vel gratia vel fama Populi Romani: & nolet hoc: scilicet restitutum esse reipub. esse aliquando: idest tandem, potius beneficium temporis, quia prohibere diutius non posset, q̃ suum, si cum posset, prohibere noluerit. ¶ Dixi de Cæsare, dicam nunc de natura temporum & rerum, duas enim has diuinandi vias præscripsit. ¶ Nemo est tam inimicus ei causæ, quam Pompeius susceperat: scilicet tuendam: ense: suppl. animatus melius, q̃ paratus: idest instructus, qui audeat dicere nos: scilicet Pompeianos, ciues malos, aut homines improbos, in quo: scilicet verecundiæ genere, ego soleo admirari grauitatem, & iustitiam: & sapientiam Cæsaris, qui: supple nunquam appellat: idest nominat, Pompeium nisi honorificentissime. ¶ At: idest sed dices, supple q; Cæsar fecit in: idest aduersus personam eius. ¶ Pompeii, multa asperius: idest valde, aut nimis aspere. Responsio.

¶ Armorum

HVBER.

CARMORVM. diluit obiectionem dicens Caesa. ea fecisse contra Pompe. non natura sua, sed natura bellorũ, & victoriae: quę faciunt, vt interdum insolentiores simus, q̃ deceat. ¶ Ista sunt armorum. i. ista ex armis proueniunt. ¶ Nos, me Cic. & alios, qui fuimus sibi aduersarii. ¶ Legauit sibi, legatum suum fecit: licet fuisset Pompeianus. ¶ Brutũ. M. Brutum. ¶ Praefecit Galliae. scilicet fecit praefectum & praetorem Galliae: nam ei a Caesa. magna fides hēbatur: qui hanc praeturã assecutus erat quartum in annum consul futurus cõpetitori Cassio praelatus, author Plutarchus in vita Caesaris. ¶ Marcellum. M. de quo supra libro quarto. ¶ Restituit, concessit reditum in patriã: vt supra libro quarto ad Seruium Sulpitiũ epistola quae incipit. Accipio excusationem, & epistola Seruii quae incipit, Et si non iucundissimum. ¶ Quo, quorsum: ad quid. ¶ Spectant pertinent. ¶ Haec. quae dixi. ¶ Nec manens, permanens in eodem statu. ¶ Nec muta. nec tacens, sed loquens pro te. ¶ Feret, patietur. ¶ Vt non in causa pari: idest vt cũ Brutus: Marcellus, Cassius & Seruius fuerint in eadem causa: & Caesar, eis placatus sit: in eadem causa nõ placetur: & mitigetur etiam tibi: & eandem habeas fortunam, quam ipsi habuerunt. ¶ Deinde, subaudi non faceret ratio. ¶ Notati. infecti. ¶ Nulla ignominia. nulla infamia: qui nihil mali admiserunt. ¶ In quam. ciuitatem. ¶ Tot condemnati scelerum idest tot homicidae: & alii scelerati viri. ¶ Quo nõ vterer, idest quod non dicerem tibi, si de eo haberē aliquod dubium, sed potius consolarer te ex conscientia tuorum cõsiliorum, & factorum. ¶ Explorata. certa, non dubia. ¶ Non minus laudandum. quia non est magni animi offerre se tantum his rebus, de quibus nullum omnino videt esse periculum. sed obiicere se periculis cum ratione vtilitatis. ¶ Posse accidere vt vince. idest possibile, vt ita possemus vinci, sicut vincere. ¶ Non debere. subaudi vterer ea consolatione: scilicet te non debere esse paratum &c. ¶ Literae. idest studia literarum, ¶ Recentium nouorum. ¶ Externos. peregrinos vt puta Grȩcos, Carthaginenses, Athenienses: Thebanos, quibus pessimi, & infelicissimi casus euenerunt, sicut Annibali: Themistocli: Cimoni: Epaminundȩ, & aliis q̃plurimis. ¶ Quasi. tanq̃, & quodãmodo. ¶ Communis, generalis omnibus, cum videmus neminem esse immunem casuum fortunȩ. ¶ Turba. turbatione. ¶ Hic Ro. ¶ Perdita. amissa. ¶ Quam bona. q̃ prospera: q̃ si esset in flore. ¶ Hoc genere. s. consolationis. ¶ Huic filio, habebat enim filium Romae: cui Cice. dicit se pollicitũ esse oẽm operam. ¶ Animi. q̃tũ ad consilia: & cogitationes. ¶ Corporis. eũdo in senatũ ad Cae. & ad alios p eo, & agẽdo reliqua: quae opus essent. ¶ Detuli. praestiti.

armorum ista & victoriae sunt facta, non Caesaris. at nos quemadmodum est complexus? Cassium sibi legauit: Brutum Galliae praefecit, Sulpitium Graeciae: Marcellum, cui maxime succensebat, cum summa illius dignitate restituit. Quo igitur haec spectant? Rerum haec natura, & ciuilium temporum non patietur: nec manens, nec mutata ratio fieret, primum vt nõ in causa pari eadẽ sit & conditio, & fortuna omnium: deinde vt in eam ciuitatem boni viri, & boni ciues nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot, nefariorum scelerum condemnati reuerterunt. Habes augurium meum. quo, siquid addubitarem, non potius vterer, q̃ illa consolatione, qua facile fortem virum sustentarem, Te, si explorata victoria arma sumpsisses pro R P. (ita enim tum putabas) non nimis esse laudã dum. sin propter incertos exitus, euentusq; bellorum posse accidere, vt vinceremur putasses: non debere te ad secundam fortunam bene paratũ fuisse, aduersam ferre nullo modo posse. Disputarem etiam, quanto solatio tibi conscientia tui facti, quantae ve delectationi in rebus aduersis literae esse deberent. commemorarẽ non solum veterum, sed & horum etiam recentiũ vel ducum, vel comitum tuorum grauissimos casus, etiã externos multos claros viros nominarẽ. LEVAT. enim dolorem communis quasi legis, & humanae conditionis recordatio. Exponerem etiam quemadmodũ hic, & quanta in turba, quantaq; in confusione rerum omnium viueremus. necesse est enim minore desyderio perdita R. P. carere, q̃ bona. sed hoc genere nihil opus est. incolumem te cito, vt spero, vel potius, vt perspicio, videbimus. Interea tibi absenti, & huic, q adest, imagini animi, & corporis tui, constantissimo, atque optimo filio tuo studium, officium, operam, laborem meum iampridem & pollicitus sum, & detuli: nunc

ASCEN.

CISTA. s. quae duriora sunt: sunt facta armorum, & victoriae, non Caesaris. ¶ At, i. sed, econtrario, quẽadmodum est complexus nos, s. Pompeianos, q. d. humanissime: quia legauit, s. legatum constitute sibi Cassium, p̃fecit Galliae Brutum: a quibus duobus potissimum postea occisus est: p̃fecit, sup. Graecię Sulpitium, s. Seruium: restituit Marcellum, cui maxime succensebat. i. irascebatur cum summa dignitate illius. s. Marcelli, qui tñ patriam videre nõ potuit a familiari suo Athenis interfectus. ¶ Igitur quo. i. ad quid: spectant haec? ¶ Natura rerũ & temporum ciuilium. s. bellorum: quae tandem sedari debent, non patietur: nec rõ manens. s. in pectoribus hoium: nec muta. i. quae non est scripta, sed in animo locata, feret. i. patietur: primum. i. id primum non patietur: nec feret, vt non sit eadem & conditio, & fortuna omniũ in cã pari, deinde: vt viri boni, & nulla ignominia notati, non reuertantur in eam ciuitatem: in quam reuerterunt. ¶ Ergo vtrũq; di: & reuertor & reuerto, sed reuertit quis, quasi se hoc sponte sua, reuertitur quodammodo ab alio, sed vt ex hoc loco patet cõfunditur: tot. s. ciues cõdemnati, sup. crimine scelerũ nefariorum, hoc est in ciuitatem Romanam Tu hẽs. i. intelligis auguriũ meũ, quo. s. augurio, nõ vterer potius si addubitarem qd. i. aliqd, q̃ illa cõsolatione, quã sustentarem, ne labat aio, facile virũ fortẽ. ¶ Consolatio aũt est: te nõ esse nimis laudandũ, si sumpsisses arma, victoria parta p rep. tu eni putabas tũc. s. cũ arma sumeres ita s. p rep. arma te sumere, & a repu. victoriã statutã. ¶ Sin. i. sed si: putasses posse accidere, vt vinceremur pp incertos exitus, & euentus belloȝ, te nõ debere fuisse paratũ bene. i. decẽter, aut multũ: ad fortunã secundã. i. psperã, & sup. nullo. i. non vllo, non posse ferre vllo mõ aduersam. s. fortunã. ¶ Etiã siquid addubitarẽ de augurio meo, disputarẽ. i. disputãdo adducerẽ contra te, q̃to solatio cõscientia. s. recta. facti tui. sup. deberet esse tibi: ve p vel, q̃tę delectationi: literȩ. i. scientiȩ: & doctrinȩ tuȩ, deberent esse tibi in rebus aduersis, qa maximȩ. Turpe eni est hoi docto id non posse facere, qd faciendũ ex phiȩ p̃ceptis didicerit, ac aliis faciendũ esse subinde p̃ceperit: p̃sertim in moralibus, q̃ nõ discimus, vt sciamus: sed vt boni efficiamur. ¶ Cõmemorarẽ, sup. ẽt grauissimos casus non solũ veterũ. s. ducũ. ¶ Sed etiam horum recentiũ, vel ducũ, vel comitũ tuorũ, etiã noiarem multos claros viros externos: vt Lacedaemonios: Thebanos, Athenięses. ¶ Enim. i. qa recordatio quasi cõis legis, & cõditionis humanȩ: leuat. i. minuit: aut mitigat dolorẽ. ¶ Etiã exponerẽ tibi quẽadmodũ viueremus: hic. s. Ro. & in q̃ta turba: & in q̃ta cõfusione rerũ oium. ¶ Enim. i. qa, necesse est, carere sup. cũ minore desyderio, repu. pdita: q̃ bona. i. salua, & locuplete, sed nihil opus est sup. tibi hoc genere. s. cõsolationis: nos videbimus, vt spero, vel potius, vt pspicio, te ciro. i. ppediem incolumẽ. ¶ Interea ego iampridẽ. i. iã a pluseulis diebus, & pollicitus sum, & detuli. i. exhibui, tibi absenti, & huic imagini animi tui, & corporis tui. s. filio tuo cõstantissimo. s. in paterna pietate: aut virtute, & optimo, q adest. i. p̃sens est nobis: studiũ: officium, operã, laborẽ meũ. ¶ Nũc sup. deferã: vel est.

Reuertor & reuerto

HVBER. ℭHOC amplius. tanto magis, subaudi polliceor. ꝩ Amplectitur fouet: capit in numerum suorum. ꝩ Familiares eius. sub audi amplectuntur me. ꝩ Sicuti neminem: idest ita: vt neminem alium sic amplectantur. ꝩ Apud quem. scilicet Cæsarem. ꝩ Quicquid valebo. quicquid potero. ꝩ Tibi pro te, in fauorem tuum. ꝩ Cũ fortitudine, constantia, & fortitudine, ꝩ Spe optima, quæ solet maxime sustinere homines. ꝩ Sustentes, tuearis: te fortem præstes.

ASCEN. ℭHOC amplius: ꝙ Cęsar amplectitur me amicissime quotidie magis, quidem: idest certe: familiares eius. s. Cęsaris sup. amplectuntur me: sicuti neminem: idest ita, vt neminem tantopere, apud quem: scilicet Cæsarem, quicquid valebo, vel authoritate, vel gratia, ego valebo tibi: idest ad vtilitatem tuam. ꝩ Tu cura: vt sustentes te: cum. s. ita sit, ꝙ sustentes te fortitudine animi tui, tum. i. tunc magis decet: ꝙ sustentes te spe optima. s. de reditu habenda. Vale.

hoc amplius, ꝙ me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur: familiares quidem eius, sicuti neminem. apud quem quicqd valebo vel authoritate, vel gratia, valebo tibi. Tu cura, vt cum fortitudine animi tui te, tum etiam spe optimorum sustentes. Vale.

ℭEx. vi, Epistola. Vereor ne desideres.

ℭExponere ẽt quẽadmodũ hic, & quãta in turba, quãtaq; in confusione rerum oĩum vixerimus. ꝩ Tu cura, vt cum firmitudine te animi, tum etiam spe optima sustentes.

A. Cæcinna M. Ciceroni S.

QVod tibi nõ tam celeriter liber est redditus, ignosce timori nr̃o, & miserere tpis. Filius, vt audio, ptimuit (neq; iniuria) si liber exisset qñ nõ tã interest, quo animo scribatur, q̃ quo accipiaẽ, ne ea res inepte mihi noceret: cũ p̃sertĩ adhuc stili pœnas dem. qua qdem in re singulari sum fato. Nam cum mẽdum scripturæ litura tollatur, stultitia fama multetur: meus error exilio corrigitur: cuius summa criminis est, ꝙ armatus aduersario male dixi. Nemo nostrũ est, vt opinor, qn vota victoriæ suæ fecerit: nemo, quin etiã cum de alia re immolaret, tamen eo qdem ipso tpe, vt q̃ primũ Cæsar superaretur, optarit. hoc si nõ cogitat, oĩbus in rebus felix est si scit & persuasus est: quid irascitur ei, qui aliquid scripsit cõtra suam voluntatẽ: cum ignorit oĩbus, q multa deos venerati sint contra eius salutẽ? Sed, vt eodem reuertar, causa hęc fuit timoris: scripsi de te parce medius fidius, & timide, nõ reuocans me ipse, sed pene refugiẽs.

HVBER. QVod tibi. Eiectus fuerat in exilium Cęcinna, vt supra diximus: quia non solum secutus fuerat partes Pompeianas, sed etiam quia scripserat contra Cæsarem: petierat autem Cic. sæpe eum librum a Cæcinna. Itaq; Cęcinna se excusat, ꝙ tardius hic liber redditus sit Ci. quia eius filius, ad quem miserat: non ausus fuerat eum edere, ne fortasse noceret patri, si in alicuius ex inimicis suis manus peruenisset. Postea vero ostendit, q̃ difficile genus scribendi aggressus sit, & praecipue, cum non ausus sit laudare, qđ debuerat, neq; etiam reprehendere, quę reprehendenda fuerant. Postremo orat Ci. vt eius defensionem suscipiat, neq; respiciat filiũ suum: quoniã est adolescens, & imperitus reg; neq; expectet dum rogeẽ: sed sponte faciat quicqd putabit interesse ipsius Cęcinnę. ꝩ Tam celeriter. tam cito, vt volebas. ꝩ Miserere tẽporis. indulge cõditioni tẽporis. ꝩ Filius. meus, ad quem miseram librum. ꝩ Pertimuit. sensus, & ordo est, filius meus timuit ne ea res noceret mihi inepte: si liber exisset ex manibus suis. ꝩ Inepte. stulte. ꝩ Ea res. s. dare librum. ꝩ Quando, quoniam. ꝩ Non tam interest. non tam refert. ꝩ Quo aĩo. multa enim bono animo simpliciter scribũtur, quæ interdũ in malam partem accipiuntur. ꝩ Dem pœ. patiar pœnas. ꝩ Stili. scripturę. ꝩ In qua re. s. ꝙ dem pœnas stili. ꝩ Sum fato singulari. sum infortunio præcipuo: & qđ nulli alii euenit: nisi mihi. ꝩ Mẽdũ. vitium. dicit enim & hoc mendum, & hæc menda fœminini generis. ꝩ Tollaẽ litura. nam quoties aliqua scriptura habet menda. solet tolli menda linendo, & fœdãdo ipsam scripturã. ꝩ Stultitia. subaudi cum stultitia multetur fama. i. patiatur pœnas fama. qa de stulto oẽs libere loquunẽ. ꝩ Fama. i. infamia: maledicendo in ea. ꝩ Meus error. quẽ admisi scribendo male de Cęsa. ꝩ Corrigitur. multaẽ. ꝩ Exilio. quia eiectus sum e patria. ꝩ Cuius. erroris. ꝩ Summa est. i. vniuersa cã & oĩum rõnũ collectio. ꝩ Armatus. cum pugnarẽ aduersus eũ. ꝩ Aduersario. Cæsari. ꝩ Maledixi. scribẽdo. ꝩ Nemo. pbat se fuisse oĩum infelicissimum, qa punitus sit ob minorẽ culpã: q̃ alii: dicit eni oẽs fecisse vota diis: vt Cęsar vinceret, & tñ de hmõi votis nemiñẽ eẽ multatum: se añt multatũ sol. scriptura. ꝩ Nostroꝝ. ciuiũ Romanoꝝ. ꝩ Quin. qui non. ꝩ Victoriæ suæ, vt essent victores. ꝩ Cum. qñ. ꝩ Immolaret. sacrificaret diis. ꝩ De alia re pp aliã rem. ꝩ Quin op. i. q nõ optaret: & a deo peteret: vt optandũ est: vt sit mens sana in corpore sano. ꝩ Hoc. ꝙ multi fecerint vota cõtra eũ. ꝩ Felix in oĩbus rebus. qa felix est, q nulla re angitur. ꝩ Si scit, si intelligit. ꝩ Et est psuasus. & firmiter credit. ꝩ Quid. cur. ꝩ Ignori pepercerit. ꝩ Venerati deos. i. cũ veneratione pcati deos. ꝩ Contra sa. qđ plus est: q̃ scripsisse ꝯtra voluntatẽ. ꝩ Eodẽ. ad id qđ primo inceperã. ꝩ Parce. modice: minus q̃ debuerã. ꝩ Nõ te. me. nõ trahens me volũtate mea a tua laudatione. ꝩ Sed pene. fere. ꝩ Refugiens. timore quodã recedens: vt Quamquam aĩus meminisse horret: luctuq; refugit: & item Virg. Trepidusq; repente refugit Attollẽs iras.

ASCEN. QVod tibi &c. Excusat ꝙ libros a Cic. expetitos ei nondum exhibuerat: eo ꝙ filius eos edere nõ ausus fuerat: ostendit q: q̃ difficile genus scribendi aggressus sit: ac demum Ciceronis patrociniũ implorat. Ordo est. Ignosce timori nostro: ꝙ liber. s. de historiis belli ciuilis: nõ est redditus tibi tam cito. s. vt volueras, & miserere tpis. s. calamitosi: & suspecti, vt audio filius pertimuit. i. multũ timuit, si liber exisset. s. in manũ Cæsaris: neq; iniuria: qñ. s. qñ qdem: non interest. i. refert: tam. i. tantopere: quo aĩo scribatur. i. descriptio rerũ fiat, q̃. i. q̃topere interest: quo. s. aĩo accipiatur, si ab iis, de qbus scriptũ est: pertimuit inquã: ne ea res. i. editio libri: noceret mihi inepte: quia potuissem cauere: p̃sertim cum dem adhuc pœnas stili. i. patiar adhuc incõmoda, & addã male: ob stili immaturitatem: in qua qdem re, ego sum fato. i. infortunio singulari, nã cum mendũ. i. vitiũ: aut erratũ scripturæ tollatur: litura. i. delectatione eius: qđ male scriptũ est, & cũ stultitia. i. scribentis: multeẽ. i. puniatur: fama. i. per infamiã: error meus, quo dicor nõ bene scripsisse: corrigitur exilio, cuius criminis summa. i. principalis rõ est: qđ armatus. i. cũ essem armatus p rep. cõtra Cæsarẽ male dixi aduersario. s. Cæsari, quẽ iure belli cõcster ficere licuisset si potuisset: nedũ verbis lacessere. ꝩ Nemo nostrorũ. i. de nr̃is, dr̃ ẽt nemo nr̃m. i. de nobis: est vt opinor: qn fecerit vota victoriæ suæ: qa ẽt cũ immolaret de alia re. i. ob aliã rem: tñ optaret qdem. i. certe eo ipso tpe: vt Cæsar superetur q̃primũ ꝩ Si sup. Cæsar non cogitat hoc. i. oẽs contra se vota fecisse, ipse est felix in oĩbus rebus, qa in bello vĩ superauit, & post bellum vbi nulla cura angitur, si scit sup. oẽs contra se vota fecisse: & persuasus est. i. firmiter credit. i. ad qđ, irascitur ei: qui scripsit aliqd contra voluntatem suã cum ignorit. i. veniam dederit: oĩbus, qui venerati sunt. i. venerando pcati deos, multa contra salutem eius. ꝩ Sed vt reuertar eodem. s. quo cœperam, hoc est ad purgandum: quod non celerius est tibi liber redditus: hæc cã fuit timoris. ꝩ Scripsi medius fidius: idest ita me Iouis filius iuuet Hercules: aut deus fidei ita me iudicet. vt verum dicam: scripsi de te: idest de gestis temporis, parce: idest modice, & timide: quia non audebat Cæsarem taxare: ipse non reuocans. i. excitans me ad pristinos animos, sed pene refugiens.

Mendum
Menda

ℭHoc

HVBER

HOC genus scripturę, vituperandi aliquem. Liberum. sine respectu & timore. Incitatum. quasi etiam stimulatũ. Latum. amplum. Solutum. ostendit vituperandi genus nõ esse liberũ: licet qbusdã videatur esse, discurrit aũt per tria gña scribendi: primũ cõtra alios: deinde de seipso: postremo de aliorũ laudibus: quorũ nullũ liberũ esse oñdit, nisi alios laudare: qđ tamẽ et oñdit esse difficile, quia siue minus, siue plus dicas, nõ deest cã rephensionis, vt patet in textu. Solutũ. in libertate. In petulãtia. in dicacitate, ne fortasse nimiũ maledicas. Impeditum. i. est inuolutum. Assequatur. comparet. Arrogantiæ. quia de seipso prædicare arrogantiæ est, & vt inqt Seuerinus, Laus in pprio ore sordescit. De quo. s. de aliena laudatiõe. Detrahas. minus dicas. Infirmitati. imbecillitati ingenii, qđ non potuerit assequi tantas laudes. Vel inuidiæ. quod pp inuidiam nolueris dicere. Assignet. attribuat. Gratius. s. id, qđ scripsi. Non attingere. qđ non poterã facere pclare. i. nullam omnino facere mẽtionem de eo, qđ non possem pclare exequi, sicut Sallu. Nam de Carthagine melius silere puto: q̃ parum dicere. Secundum. beneficiũ, secundum munus, quod tibi in hac re facere poteram. Quã peritissime. i. doctissime: & elegantissime. Facere. s. scribere de te. Sustinui. repssi, cõtinui. Quemadmodũ ex similitudine quadam ostendit Cæcinna imperfectionem suorum scriptorum dicit enim q̃ sicut scalæ: quibus alii gradus male sunt fixi: alii desunt, alii incisi sunt, potius ruinam, q̃ ascensum parant, & nihil tutum habent, sic scripta sua, quibus propter timorem multa sunt imminuta, multa sublata, multa ve posita: quidem nihil habent dignũ auditu & quod satis probari possit. Male hærentes. male fixos. Struas. efficias, & est secunda persona pro tertia, & struas pro struet eleganter positum, tempus pro tempore. Non pares. Non parabis. Ascẽsum. cuius causa maxime efficiuntur scalæ. Sic. adaptatio similitudinis. Victum. fatigatum. Et fractũ. penitus debilitatum. Quid. quasi dicat nihil. Dignũ auribus. dignum auditu. Probabile. qđ probari: & placere possit. Veni ad nomẽ Cæsaris. i. cũ fuit mihi nominandus Cæsar. Contremisco. pter timorem. Non illius. dicit se non tremere pter timorem pœnæ quem expectat a Cæsare, sed propter timorẽ eius iudicii, de quo voluntate, & proposito scriptorũ, ne fortasse in aliã partẽ accipiat: q̃ scripserit Cæcinna: & iudicet aliter, q̃ ipse senserit. Pœnæ. punitionis. Totũ Cæsarem. i. totũ animũ Cæsaris. Loquet secũ. dicit intra se eaq̃ de eo scripsi. Hoc probabit. aliud dicet bene scriptum esse. Suspitiosum est. quia potest trahi ad vituperiũ suum. Quid sit. ratiocinat secum Cęcinna, & dicit, se non posse non timere iudicium Cæsaris: quia si etiam mutet id, quod est suspiciosum, veretur ne peius sit. Age laudo: scilicet Cęsarem, vel laudo aliquem. i. scribo de laudibus alicuius. Non offendo. s. cum laudo aliquem. Cum offendam: idest quamuis offendam. Quid si. ratio est quare offendat: cum tamen non offendat: quia fortasse non vult Cæ. Cęcinnam aliquem laudare. Armati: idest mei, qui adhuc gero bellum cum eo. Victi. s. mei, idest qđ faciet, cum ero victus. Auges timorem. facis me magis timere. In oratore. in libro, quẽ de oratore scripsisti. Caues. prouides tibi. Per Brutũ. quem facis loqui de Cęsare, times ne tu videaris de eo locutus esse. Socium. nam quod multis peccatur, multum est. quæris ergo socium Brutum, ne videaris solus eum offendisse.

Genus autem hoc scripturæ nõ modo liberum, sed incitatum, atq; elatum esse debere, quis ignorat? Solutũ existimatur esse, alteri maledicere: tamen cauendum est, ne in petulãtiam incidas. Impeditum, se ipsum laudare, ne vitium arrogantiæ subsequatur. Solum vero liberum, alterum laudare, de quo quicquid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut inuidiæ assignetur. Ac nescio an tibi gratius, opportuniusq; acciderit. Nam quod præstare non poteram, primum erat non attingere secundum beneficium, quamperitissime facere, sed tamen ego me quidem sustinui, multa minui, multa sustuli: cõplura ne posui quidem. QVEMADMODVM igitur, scalarum gradus si alios tollas, alios incidas, nonnullos male hærẽtes relinquas, ruinæ periculum struas, non ascensum pares; sic tot malis tum victum, tum fractum studium scribendi, quid dignum auribus, aut probabile potest afferre? Cum vero ad ipsius Cæsaris nomen veni, toto corpore contremisco, non pœnæ metu, sed ipsius iudicii. totum enim Cæsarem non noui. quem putas animum esse, vbi secum loquitur? hoc probabit. hoc verbum suspiciosum est. quid si muto? at vereor, ne peius sit. Age vero, laudo aliquem, num offendo? cum porro offendam, quid si non vult? armati stylum persequitur, victi & non dum restituti quid faciet? Auges etiam tu mihi timorem, qui in oratore tuo caues tibi per Brutum, & ad excusationem socium quæris.

ASCEN.

CAVTEM. i. sed qs ignorat, hoc genus scripturæ, quo publice gesta scribunt, debere esse non mõ. i. non solum liberũ. s. ab omni formidine, & fauore, sed sup. etiam incitatum. i. stimulatum, & vehemens, atq; latum. i. diffusum, quasi dicat, nemo. Male dicere alteri putat esse solutũ. i. liberũ legibus: tñ cauẽdum est ne incidas in petulantiã. Laudare seipsum, putatur esse impeditũ, ne vitium arrogantiæ subsequatur, verum. i. sed, solum laudare alterum putatur liberum, de quo. s. gñe laudandi, qcqd detrahas, necesse est sup. vt assignetur, aut infirmitati, aut inuidiæ. At nescio an ceciderit tibi o Cicero, gratius. i. vtilius & opportunius. s. q̃ paret, q̃ si prolixe te laudarim. Nam primũ. i. prima lex, aut primũ decorũ erat, non attingere, quod non poterã. s. perficere pclare, quales putat laudes Ciceronis, sm sup. erat facere beneficium, q̃ peritissime. i. callidissime, hoc aũt fit dissimulanter laudando, nam qui in laudem propensior est minus pficit, q̃ deuinctum putatur, sed tñ, ego quidem sustinui me. i. personam historiographi iussi: minui multa, & me quidem. i. non saltem posui. i. attigi complura. Quemadmodũ &c. Probat se in ea perturbatione nõ potuisse seruare decorum scribendi: dicens. Igitur quẽ admodũ si gradus scalarum tollas. i. auferas: alios. i. quosdam, & incidas alios, & relinquas nonnullos male hærentes. i. infixos, tu struas periculũ ruinæ, & non pares ascensum, sic studiũ scribendi tum. i. partim. victum, tum. i. partim fractum, tot malis. i. aduersis rebus. Quid potest afferre dignũ auribus, aut probabile, q. d. nimirum nihil. Vero. i. sed cum veni ad nomen ipsius Cæsaris, ego contremisco, plus est, q̃ si dicat ego contremui. q. d. adhuc timorem perseuerare, toto corpore non metu pœnæ. s. inferendæ a Cæsa. sed iudicio, aut metu iudicii ipsius. i. pp iudicium faciendum de ipso Cæsare, non enim noui totũ Cæsarem. i. animum eius: aut pp iudicium, quod de scriptis meis facturus sit Cæ. Nã quem animum putas esse sup. scriptori: vbi loquetur secũ, dicens, sup. Cæ. pbabit hoc verbũ, hoc verbũ est suspiciosum. i. quod in malã partẽ interpretari possit, qđ sup. erit si ego muto hoc. s. verbum, at vereor ne sit peius. s. qđ in illius locum inferetur. Age vero, est in deliberando adhortantis, & disputantis contra remorsum conscientię, si ego laudo aliquẽ, nõ. i. nunqđ, offendo. q. d. nõ, alii textus habent nõ, & in idẽ redit. Vero. i. sed cum. i. quãuis, offendã, qđ sup. fiet, si nõ vult. i. nõ admittit genus scribendi. Ipse persequitur stilum armati. s. adhuc contra se, & ita publici hostis, quid faciet sup. de stilo victi, & nondum restituti, quasi dicat multo magis persequetur. Tu etiam o Ci. auges mihi timorem, qui caues. i. prospicis tibi in oratore tuo, i. in libro de oratore per Brutum, & quæris socium ad excusationem. s. scripti tui.

HVBER. ¶ VBI. sensus est. si tu patronus, & defensor omnium times loqui de Cæsare, quid oportet me facere: qui nullius sum patronus, sed verus cliens tuus & a te sæpe defensus. ¶ Sentire. existimare, iudicare q̃si dicat oportet me multo magis timere. ¶ Calumnia. vexatione, calumniari enim interdum significat per fraudem, & rationem subdolosam vincendi causa litibus alium vexare. ¶ Tormento. cruciatu. ¶ Cæcæ. occultæ. ¶ Ad coniecturam. ad existimationem. ¶ Alieni sensus alienæ interpretationis, & intellectus. ¶ Euadere. effugere: ne quenquam offendam, & periculum incurrem. ¶ Minus. non. ¶ Sentimus. cognoscimus cũ damno nostro. ¶ Auferret. a te postquam legisses reciperes: & promitteres, & susciperes onus corrigendi. ¶ Hoc est. declarat quam correctionem vellet fieri libro suo a Ci. scilicet vt totus fieret: nouus. ¶ De itinere asiatico. habebat Cæcinna quędam negocia in Asia: vt in sequenti epistola videbimus: ad quæ perficienda cupiebat pficisci: quo. quidem itinere dicit se super sedisse, qa Cicero ita iusserat. ¶ Feci vt imperasti: idest supersedi eo itinere sicut tu voluisti. ¶ Quid horter quasi dicat nihil; quia scio non esse opus. ¶ Tempus: idest ita infelix. ¶ Constitui. cœpi consilium & deliberationem aliquam. ¶ Nec expe. filium meum: idest ne respicias filiũ, & speres: vt ipse pro me agat. ¶ Omnia. dicit filium suum variis rebus impediri: quominus possit omnia cogitare, quæ debet pro patre. ¶ Aetate. quia puer est, & imperitus rerum. ¶ Studio literarum. quo est occupatus. ¶ Tenes. intelligis. ¶ Capiatur. delectetur, & maxime inuescetur. ¶ Hora. in sermo. Te coniux aliena capit meretricula Dauum. ¶ Proficiscantur. exeant & initiũ capiant. ¶ Per te. opera tua: est autẽ sensus, oportet vt oĩa incipias, & finias. ¶ Tui muneris tui officii. ¶ Vt facias rogatus. vt facias precibus, vel meis, vel filii mei, nam vt ipse Ci. in Lælio. certandum est beneficiis, nec expectandum rogemur. ¶ Magnum: scilicet ꝙ rogatus facias, de differentia magni, & ampli diximus lib. primo epistola tercia ad P. Lentu. ¶ Sed totum tuum onus. subaudi persuaseris, est autem ordo: perficies: scilicet omnia de me: si persuaseris tibi non esse tuum munus, vt facias, si fueris rogatus. id q̃q̃. &c. sed persuaseris tibi totum onus esse tuum &c. ¶ Nisi forte. modestissimus est excusationis modus. ¶ Stulte. insipienter. ¶ In miseria. quæ facit hominem minus consideratum. ¶ Aut impudenter in amicitia: idest nimis audacter fretus amicitia nostra. ¶ Vtriq; rei: scilicet stulticiæ in miseria, & impudentiæ in amicitia. ¶ Cõsuetudo tuæ vitę. i. vita tua, quæ consueuit esse humanissima. ¶ Laborare pro amicis, suscipere negocia, & causas, amicorum causa. ¶ Non iam sic sperant: idest non habent spem amici tui, vt eos defendas: sed quod plus est: imperant tibi. ¶ Ne exeat. ille liber e manibus tuis. ¶ Aut. subaudi si vis, ꝙ exeat. ¶ Ita corrigas. ita amoueas omnia errata. ¶ Ne noceat mihi. etiam si venerit in manus inimicorum.

Vbi hoc oĩum patronus facis, quid me veterem tuum, nunc oium clientem sentire oportet? In hac igitur calumnia timoris, & cæcæ suspicionis tormento, cũ plurima ad alieni sensus coniecturã, non ad suum iudiciũ scribantur, q̃ difficile sit euadere, si minus expertus es ꝙ te ad oĩa summum, atq; excellẽs armauit ingeniũ, nos sentimus. Sed tamen ego filio dixeram librum tibi legeret, & auferret: aut ea conditione daret, si reciperes te correcturũ, hoc est, si totũ aliũ faceres. De Asiatico itinere, quãquã sũma necessitas premebat, vt imperasti, feci. Te p me qd hortem [illegible] Vides tẽpus venisse, quo necesse sit de nobis cõs[illegible] Nihil est mi Cicero, ꝙ filiũ meũ expectes. adolescens est: oia excogitare vel studio, vel ętate, vel metu nõ potest. Totũ negociũ tu sustineas oportet. in te mihi ois spes ē. tu p tua prudẽtia, qbus rebus gaudeat, qbus capiat Cæsar, tenes. a te oia pficiscant. & p te ad exitũ pducant necesse est, apud ipsum multũ, apud eius omneis plurimũ potes, vnũ si tibi psuaseris, nõ hoc esse tui muneris, si qd rogatus fueris, vt facias (quanquam id magnum, & amplũ est) sed totum tuum esse: omne onus perficies: nisi forte aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono. Sed vtriq; rei excusationem tuæ vitæ consuetudo dat. nam ꝙ ita consueuisti pro amicis laborare, non iam sic sperant abs te, sed ẽt sic imperant tibi familiares. Quod ad librum attinet, quem tibi filius dabit, peto a te, ne exeat: aut ita corrigas, ne mihi noceat. Vale.

¶ Ex. vii. Epi. Quod tibi non.

¶ Nec ea res mihi inepte noceret, cũ pserti adhuc fili pœnas debet. ¶ Qua qdē in re singulari sum tanto. Nã cũ emendandum scripturæ litera tollatur. ¶ Nemo nostrum est, vt opinor, quin vota victoriæ suæ fecerit. ¶ Tñ cauendum est, ne in petulantiã incidas inpudicam. ¶ Quid si hoc omitto? Age vero laudo aliquem?

ASCEN. ¶ VBI tu patronus: idest defensor hominum: scilicet reorum, facis hoc. i. q̃ris socium ad excusationem, quid oportet me veterem clientem tuum: nunc clientem omnium: quia omnium egentem patrocinio, sentire? ¶ Igitur cum plurima scribantur in hac calumnia timoris: & in tormento suspicionis cæcæ idest occultæ: ad coniecturam sensus alieni, non ad iudicium suum: idest propriam: q̃: idest quantum, difficile sit euadere: scilicet culpam, si ei minus: idest non satis expertus quasi dicat difficillimum, sed nos sentimus, ꝙ ingenium summum & excellens, armauit: idest muniuit, te ad omnia: scilicet quę velis scribenda, & obeunda. ¶ Sed tamen ego dixeram filio sup. vt legeret tibi librum: & auferret: scilicet lectum, aut daret: scilicet tibi, ea conditione si reciperes: idest promitteres te correcturum, hoc est si faceres totum alium: hoc per modestiam dicit. ¶ Ego feci de itinere Asiatico: idest quod in Asiam mihi assignasti, vt: idest quemadmodum, imperasti, q̃q̃: idest tametsi: summa necessitas: idest penuria rerum premebat me. ¶ Quid horter te, sup. facere pro me. tu vides tempus venisse, quo sit necesse constitui de nobis, aut reducendo, aut perpetuo exilio damnando. ¶ O Ci. nihil est quod: idest propter quod expectes filium meum; idest officium filii mei: ipse est adolescens: non omnia potest excogitare: vel studio: aut quia aliis rebus adhuc studet: aut quia nondum satis studuit: vel ætate, qa per ętatem non licuit. Senibus enim maior est rerum experientia: vel metu. i. quia metuit Cæsa. vt quem patri iratum scit: oportet sup. vt tu sustineas totum negocium sup. meũ, aut de me restituendo. ¶ Ois spes est mihi in te, tu tenes. i. intelligis pro tua prudentia. i. pp prudentiã tuã, qbus rebus Cæ. gaudeat: & qbus capiatur. i. afficiatur: oblectetur vehementer: ita vt captus videatur, necesse est sup. vt omnia. s. quæ pro me fiant. ¶ Proficiscantur. i. originem capiant, & veniant, & perducant ad exitum. i. optatum finem per te. ¶ Tu potes multum apud ipsum. s. Cæsarem, & potes plurimũ apud amicos eius: quod Cicero ipse scripserat epistola superiore his verbis. ¶ Nunc hoc amplius, ꝙ me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur: familiares quidem eius sicuti neminem. ¶ Si persuaseris tibi vnum. s. hoc quod sequitur: hoc non esse muneris tui. i. non pertinere ad munificentiã tuam, vt facias si fueris rogatus, quid. i. aliquid, & supple aliter non quanquam id. i. facere quod rogatus fueris, est magnũ & amplum, sed persuaseris tibi, omne onus esse tuum, tu perficies. s. votum meũ de reditu, nisi forte ego impono tibi onus nimis stulte in miseria. i. eo ꝙ sum miser, & miseris vicina est stulticia. i. nimia affectio felicioris status aut nimis impudēter: idest inuerecunde in amicitia: idest, eo quod sum tibi coniunctus vetere amicitia, licet autem amicorum deberent omnia esse

nia esse communia, impudentis tamen esset omnia expostulare. ¶ Sed consuetudo tuæ vitæ, qui facilis, & beneficus in omnes esse soles, dat vtriusque rei: scilicet & stultitiæ, & impudentiæ, excusationem. ¶ Nã quidest quia, tu consueuisti laborare pro amicis ita: idest tam attente, & accurate, vt omnia pro ipsis audeat, vt patuit de Milone, & aliis multis, quos in causa difficillima defendit, & absolutos reddidit, familiares: scili. et tui, non sperant, iam sic: scilicet te, pro se facturum, quod tamen magnum esset, nam non speramus nisi de quibus spes sit, sed imperant etiam tibi, sic: idest & stulte, & impudenter, & tamen feliciter, quia quæ imperant impetrant. Est ergo epistola imitatione digna, & ideo a Cicerone Ciceronis libro cum Ciceronianis collecta, & perpetuitati donata. Nam non est dubium longe plures, aut responsiuas, aut a Ci. scriptas fuisse, sed eas duntaxat conseruatas, in quibus aut dicendi maior est venustas, aut ad eas, quæ conseruatæ sunt, intelligendas maior opportunitas. ¶ Quod attinet ad librum. s. historiarum bellorum ciuilium, quem filius dabit tibi: peto ne exeat a te, aut vt corrigas ita ne noceat mihi. Prius autem dictum est. Sed tñ ego filio dixeram librum tibi legeret: & auferret, aut ea conditione daret si reciperes te correcturum: hoc est si totum aliud faceres. Modestius ergo in sua psona de libro statuit in filii: nam non auferendum: sed sic duntaxat corrigendum, vt non noceat, monet.

M. Cicero A. Cæcinnæ. S. D.

CVm esset mecum Largus, homo tui studiosus locutus Cal. Janua. tibi præfinitas esse: quod omnibus in rebus perspexerã, q̃ Balbus, & Oppius absente Cæsare egissent, ea solere illi rata esse, egi vehementer cum his, vt hoc mihi darent, tibi in Sicilia, quoad vellemus, vti esse liceret. qui mihi cum suessent aut libenter polliceri, si quid esset eiusmodi, quod eorum animos non offenderet, aut etiam negare, & afferre rationem, cur negarent: huic meæ actioni, vel rogationi potius non continuo responderunt: eodem die tamen ad me reuerterunt, mihique hoc dederũt, vt esses in Sicilia, quoad velles, se præstituros: nihil ex eo te offensionis habiturum. Quãdo quid tibi permittat, cognouisti: quid mihi placeat, puto te scire oportere. Actis his rebus, literæ a te mihi sunt redditæ: quibus a me cõsilium petis, qd sim tibi author, in Sicilia ne subsidas, an vt ad reliquias Asiaticæ negociationis proficiscare. Hæc tua deliberatio non mihi conuenire visa est cum oratione Largi. Ille enim mecum, quasi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari, ita locutus erat: vt autem quasi concessum sit, ita deliberas. Sed ego siue hoc, siue illud est, in Sicilia censeo commorandum. Propinquitas locorum vel ad impetrandum adiuuat crebris literis, & nuntiis, vel ad reditus celeritatem, re aut impetrata, aut, quod spero, aliqua ratione confecta.

HVBER. CVm esset. Cæcinna: vt supra diximus: vrbe prohibitus edicto Cæsaris erat in Sicilia, consulue rat autem Ci. censeret ne ei diutius commorandum in ipsa Sicilia, an in Asiam proficiscendum quasi permitteretur ei esse in ipsa Sicilia, si vellet, cum per edictum Cæsa. non liceret esse vltra calen. Januarias. Id enim tempus præfinitum ei fuerat a Cæsare. Cic. qui interrogauerat Balbum: & Oppium intimos Cæsaris, qui eius mentem nossent: & exequerentur: scribit quid ei liceat facere, quantũ audiuit ab illis. Deinde dat consilium suum, vt commoretur in Sicilia potius q̃ eat in Asiam: & adducit rationes huius consilii. Postremo pollicetur se commendaturum eum, Ti. Furfano, & cæteris familiaribus suis, cum primum Muti na redierit. dicit ex petitione amicorum Cæcinnæ scripsisse literas commendatias ad Furfanum pro ipso Cæcinna, quorum exemplum infra scribit. ¶ Studiosus: tui amator. ¶ Præfinitas. assignatas, determinatas. ¶ Quod. quia. ¶ Rata. firma, stabilita. ¶ Illi. Cæsari: idest Cæsarem approbare omnia: quæ illi egissent. ¶ Egi cum his. rogaui eos. ¶ Darent. concederent: facerent mihi hanc gratiam. ¶ Liceret tibi. permitteretur tibi: daretur tibi licentia. ¶ Esse. commorari. ¶ Quoad. quousque, quandiu. ¶ Qui mihi. subaudi ipsi. ¶ Non offenderet: idest q̃ si non consueuissent mihi promittere: & concedere libenter, siquid esset, qd non displiceret eis. ¶ Et Afferre rationem, quod signum grauium virorum: & amicorum. Huic rogationi. quam de te feceram: vt liceret tibi esse in Sicilia. ¶ Non continuo. non statim, vt solebant, petiuerunt esse enim spatium ad respondendum. ¶ Tamen. licet non continuo respondissent. ¶ Eodem die. quo de te rogaueram. ¶ Dederunt. vel dixerunt: vt Virgi. Sed tamen iste deus qui sit, da Tytire nobis: idest dic: vel permiserunt, & concesserunt, nam supra dixit: vt darent hoc mihi. ¶ Præstaturos. effecturos. ¶ Nihil offensionis habiturum: idest quod nemo te offenderet. ¶ Ex eo. scilicet quod moreris in Gallia, quandiu voles. ¶ Quando. quoniam. ¶ Oportere. decere. ¶ Quid placeat mihi, quid censeam tibi esse faciendũ. ¶ Actis his rebus. impetrata a Balbo: & Oppi cõmoratione tua in Gallia. ¶ A te. noie tuo. ¶ Sim author tibi. consulam tibi: & di sum tibi author huius rei: & huic rei. Ter. in acel His rebus qs author. ¶ Subsidas. remaneas. Virgili. Ima galea subsedit Acestes. licet eo loco alii sensus afferãtur. ¶ Reliquias: idest ad ea: quæ ex negotiatione, quam habes in Africa tibi restãt agenda, vt epistola superiori de Asiatico itinere &c. ¶ Deliberatio. vtrum remaneas in Sicilia: an proficiscare in Asiam. ¶ Conuenire. concordare, consentire: vt illud Ouidianum. Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur Maiestas & amor. ¶ Ille. Largus locutus est mecum: tanquam non permitteretur tibi remanere in Sicilia, tu vero petis consilium, quasi sic in tua potestate remanere. vel non. ¶ Siue hoc. q̃ tibi sit concessum. ¶ Siue illud. quod non liceret tibi diutius commorari: vt locutus est mecum Largus. ¶ Censeo. iudico, cõsulo. ¶ Propinquitas. ratio quare censeat commorandum in Sicilia: & est duplex, quia propter propinquitatem crebriores literas. & nuntios mittere poterit ad impetrandum reditum: deinde: quia impetrato celerius poterit Romam redire ex Sicilia: q̃ ex Asia. ¶ Impetrandum. obtinendum: scilicet reditum tuum a Cæsare.

Dederunt

author

Subsidas

ASCEN. CVm esset mecum &c. Cæcinna vrbe prohibitus: & in Sicilia ad calendas vsque Januar. manere permissus, consuluerat Ciceronem, an contra prohibitionem Cæsaris in Sicilia amplius maneret: an in Asiã proficiscatur, Cicero itaque cum amicis Cæsaris se egisse significat, vt illic manere possit, licet non bene impetrarit, consulit tamen, vt potius immoretur, pollicetur que se commendaturum Cæcinnam familiaribus Cæsaris: & pro eo ad ipsos scripturum. ¶ Ordo est, Cũ Largus homo studiosus tui. i. studens multum saluti, & vtilitati tuæ: esset locutus mecum: calendas Januarias esse præfinitas. i. limitatas: & pfixas tibi, ne amplius esse in Sicilia, q. i. qa, ego pspexerã. i. cognouerã, ea q̃ Balbus, & Oppius egissent, Cæsare absente, solere esse rata. i. firma, & approbata illi. i. Cæsari, ego egi vehemẽter cũ iis: vt darent. i. concederent tibi hoc, vti liceret tibi esse in Sicilia, quoad. i. quandiu vellemus. ¶ Qui. s. Balbus, & Oppius, cum consueuissent, aut polliceri mihi libenter siquid esse eiusmodi: quod nõ offenderet animos eorum, aut ẽt negare. ¶ Et afferre rationem cur negarent, potius. i. libentius, non responderunt huic rationi meæ, ipsi tamen reuerterunt eodem die ad me, & supple dederunt. i. permiserunt: aut concesserunt mihi hoc: vt esses in Gallia quoad velles, & supple se præstaturos, dicit ergo vtrunque præstaturus, & præstiturus, te nihil offensionis habiturum sup. esse, ex ea te,

Præstaturus

HVBER. ¶ T. Furfano, is erat ea tempestate prætor in Sicilia. ¶ Legatis, qui dabãtur prætoribus: consulibus, proconsulibus, & imperatoribus. ¶ Mutinæ. quæ vrbs est Italiæ non longe a regione Lepidi. ¶ Similium tui. i. doctorum, & bonorum. ¶ Studiosi. amatores. ¶ Venient in mentem, cogitabo. ¶ Mea sponte. per me ipsum. ¶ De eo. s. quod ignorabo. ¶ Admonitus. factus certior, vel a te: vel ab aliis. ¶ Vincam studia omnium, i. ero omnium studiosissimus, & diligentissimus pro te. ¶ Corã. verbis, &: vt ita dixerim, præsentialiter. ¶ Ita. vt nihil sit opus literis meis, i. & si ita diligenter de te ei dicã: vt nõ sit necesse me scribere ad eum literas commendatitias de te: tamen, vt tuis morẽ gererem: scripsi literas: quas ei redderes. ¶ Earum. literarum mearum. ¶ Exemplum. copia, exemplũ autem posterius: exemplar prius, vnde exemplum sumitur.

Quamobrem censeo magnopere cõmorandum Tito Furfano Posthumio familiari meo, legatisq; eius item meis familiaribus diligentissime te cõmendabo, cum venerint: erant enim omnes Mutinæ, viri sunt optimi, & tui similium studiosi, & mei necessarii. Quæ mihi venient in mentem, quę ad te ptinerẽ arbitrabor, ea mea spõte faciam. Siquid ignorabo: de eo admonitus, omnium studia vincam. Ego etsi coram de te cum Furfano ita loquar, vt tibi literis meis ad eum nihil opus sit: tamen quoniam tuis placuit, te habere meas literas, quas ei redderes, morem eis gessi. earũ literarũ exemplum infrascriptum est. Vale.

ASCEN. ¶ QVANDO: idest quoniam, tu cognouisti, quid permittatur tibi: puto oportere te scire quid placeat mihi, his rebus actis, idest postquam hæ res essent actæ, literæ sunt redditæ mihi a te, idest quæ missæ erant a te, quibus petis consilium a me, q: scilicet tibi author: idest approbator, & consultor ne: idest an: subsidas: idest locum maneudi capias in Sicilia prouincia, an vt proficiscare ad reliquas negociationis Asiaticæ, i. quam in Asia obeunda susceperas. ¶ Hæc deliberatio tua non est visa mihi, conuenire cum oratione: idest sermone Largi. ¶ Ille enim locutus erat mecum ita, quasi non liceret tibi commorari diutius in Sicilia, tu autem deliberas ita, quasi concessum sit tibi. ¶ Sed siue hoc: scilicet quod tu intuisti: siue illud quod Largus dixit, est: ego censeo commorandum tibi in Sicilia. ¶ Nam sup. propinquitas locorum adiuuat, vel ad impetrandum: scilicet reditum, crebris literis, & nuntiis, vel ad celeritatem reditus: tę aut impetrata, aut confecta: idest transacta: quod spero: aliqua ratione, Quamobrem censeo magnopere commorandum. supple esse: in Sicilia. ¶ Ego commendabo te diligentissime Tito Furfano Posthumio familiari meo, & legatis eius: item: idest similiter: familiaribus meis, cum venerint: scilicet in vrbem. ¶ Erant enim: scilicet cum hæc scriberem omnes Mutinæ: idest in ea vrbe Italiæ non longe a Bononia, viri sunt opti. & studiosi similium tibi, ingeniosi, & necessarii mei: idest mihi necessitate coniuncti. ¶ Ego faciam mea sponte, idest etiam non rogatus a te, ea, quæ arbitrabor pertinere ad te. ¶ Si ego ignorabo quid: idest aliquid: scilicet pertinens ad te, ego admonitus: idest cum fuero admonitus, vincam. i. superabo, studia omnium. ¶ Ego etsi loquar cum Tito Furfano scilicet Posthumio de te, coram: idest in præsentia eius, vt nihil opus sit tibi literis meis ad eum. tamen quoniam placuit tuis: scilicet necessariis, & amicis, habere literas meas, quas redderes ei, ego gessi ita his: scilicet tuis morem. idest illis, obsecutus sum: exemplum earum literarum est scriptum infra: idest id, quod sequitur.

M. Cicero T. Furfano Præt. S. D. 9

CVm A. Cæcinna tanta mihi familiaritas, cõsuetudoq; semp fuit, vt nulla maior esse possit. Nã & patre eius claro homine, & forti viro plurimum vsi sumus: & hunc a puero, q & spem mihi magnã afferebat summæ pbitatis, summæq; eloquentiæ, & viuebat mecum coniunctissime nõ solũ officiis amicitiæ, sed ẽt studiis cõmunibus, sic semper dilexi, vt non vllo cum homine coniũctius viuerem. Nihil attinet me plura scribere, quam mihi necesse sit eius salutem, & fortunas, qbuscunq; rebus possim, tueri, vt vides. Reliquũ ẽ, vt cũ cognouerĩ pluribus rebus, quid tu, & de bonorũ fortuna, & de R. P. calamitatibus sentires, nihil a te petam, nisi vt ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cæcinnam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me a te fieri intelligo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

HVBER. CVm Aulo. Hac epistola Cice. commendat. T. Furfano Cæcinnam, ostendens causam esse sibi iustissimæ commendationis, & ex amicitia, quæ sibi fuit cum eius patre viro claro, & ex consuetudine, & familiaritate, quam cum eo habuerit vsque a pueritia, & postremo ratione communium studiorum. Itaq; rogat Cicero. T. Furfanum, vt ad id: qđ sua sponte esset facturus erga Cæcinnam, tantus cumulus accedat eius commendatione, quanti scit se fieri ab ipso Furfano, id fore sibi gratissimum. ¶ Consuetudo. conuersatio, ¶ Et spem. rhetorice de puero spem dixit, non autem facta. ¶ Eloquentiæ. in eo futuræ. ¶ Probitatis. virtutis. ¶ Studiis communibus. literarum, quibus ambo operam damus. ¶ Attinet. opus est. Necesse est. pro amicitia, quæ mihi cum eo est ¶ Salutem. vitam, incolumitatem eius Cæcinnæ, ¶ Fortunas. res, patrimonium. ¶ Tueri. defendere. ¶ Reliquum est. restat. ¶ Bonorum. ciuium. ¶ Fortuna. statu: conditione. ¶ Sentires. iudicares, quia cognoui te existimare indignum esse bonos viros aduersa fortuna vexari. ¶ Voluntatem. beneficiendi Cæcinnæ. ¶ Cumulus. augmentum. ¶ Accedat. adiungatur. ¶ Quanti: idest quanti me facis, & quantum me amas, tanto plus causa mea augeas voluntatem, quantum per teipsum ¶ Habiturus esses. erga ipsum bene dispositum.

ASCEN. CVm Aulo &c. Commendatio est, quam in fine superioris epistolæ promisit. ¶ Ordo est. Tanta familiaritas, & consuetudo fuit mihi semper cum Aulo Cæcinna, vt nulla possit esse maior. ¶ Nam nos vsi sumus plurimum patre eius homine claro, & viro forti, & semper dilexi a puero, hunc: scilicet Aulum, q idest quia: &: idest simul, afferebat mihi spem summæ eloquentiæ, & idest simul, viuebat mecum coniunctissime, non solum officiis amicitiæ, sed etiam studiis communibus: scilicet eloquentiæ, & postea auguralis scientiæ, sic inquam dilexi, vt cum nullo homine viuerem coniunctius. ¶ Nihil attinet: scilicet ad rem, me scribere plura, q necesse est mihi tueri: idest protegere, salutem, & fortunas eius, quibuscunq; rebus possim, vt vides. ¶ Reliquum est, vt cum: idest postquam, cognouerim: idest cognouerim pluribus, rebus, quid tu senties de fortuna bonorum: scilicet virorum, & de calamitatibus reipub. nihil petam a te, nisi vt tantus cumulus accedat commendatione mea ad eam voluntatem, quam habiturus es tua sponte erga Cæcinnam: quanti ego intelligo me fieri, idest æstimari a te, quasi dicat quicquid pro me facturus sis pro illo facias, ¶ Nihil gratius potes facere mihi, q̃ hoc: idest habere Cæcinnam tibi q̃ commendatissimum.

¶ Ego Trebatius

HVBER.

EGo. Trebatius ciuis Romanus eadē causa:qua Marcellus:Sulpitius:Figulus,& plerigꝫ alii:& patria,& fortunis suis carebat,phibebať aūt eo magis a Cæsare redire in patriam:quia nō statim discesserat a bello Pom. sed diutius perseuerauerat:licet semp maluisset pacem:q̄ bellum. Itaqꝫ Ci. declarat: q̄ cupidus sit satisfacere,& eius liberis q̄cūqꝫ re possit.Deinde dicit:qđ si posset tantū gr̄a,& authoritate, q̄tum deberet posset in ea patria, de qua est optime meritus: non passus esset Trebatiū diutius carere p̄ria,& fortunis suis:pollicetʳ aūt,quicqd pōt apud Cæsarem, & eius familiares. Postremo,excusat q̄re antea ad eū nō scripserit,qđ neqꝫ putabat eū cōsolandū.q fortiter,& sapienter ferret fortunā,neqꝫ erat qđ polliceret,qđ nunc se habere dicit.

M.C.Trebatio S.D.

EGo quāti te faciā,semperqꝫ fecerim,quanti me a te fieri intellexerim,sum mihi ipse testis. Nam & consilium tuum,vel casus potius diutius in armis ciuilibus commorandi,semper mihi magno dolori fuit:& hic euentus,q̄ tardius,q̄ est æquum,q̄ & ego vellem,recuperes fortunam,& dignitatem tuam,mihi non minori curæ est,q̄ tibi semper fuerit casus mei. Itaqꝫ & Posthumio,& Sestio,& sæpissime Attico nostro,proximeqꝫ Theudæ liberto tuo totum me patefeci:& his singulis sæpe dixi,quacunqꝫ re possem,me tibi,& liberis tuis satisfacere cupere:id quæ tu ad tuos velim scribas,hæc quidem certe quæ in potestate mea sunt:vt operam,studium,consilium,rem,fidem meam,sibi ad omneis res parata putent. Si authoritate,& gratia tantum possem,quantum in ea R.P. de qua ita meritus sum,posse deberem:tu quoqꝫ is esses,qui fuisti cum omni gradu amplissimo dignissimus,tum certe ordinis tui facile princeps. Sed quando eodem tempore,eademqꝫ de causa nostrū vterqꝫ cecidit:tibi & illa polliceor,quę supra scripsi,q̄ sunt adhuc mea:& ea,q̄ præterea videor mihi ex aliqua parte retinere tanquā ex reliquis pristinę dignitatis.neqꝫ enim ipse Cæsar,vt multis rebus intelligere potui,est alienus a nobis:& oēs fere familiarissimi eius,quasi deuincti magnis meis veteribus officiis,me diligenter obseruant,& colunt. Itaqꝫ siquis mihi erit aditus de tuis fortunis,idest de tua incolumitate,in qua sunt omnia agendi,quod qui[d]em quotidie magis ex eorum sermonibus adducor,vt sperem:agam per me ipse,& molior. singula persequi non est necesse:vniuersum studium meum,& beneuolentiam ad te defero

¶ Sum testis mihi.i.scio.¶ Quāti faciā.q̄ti existimē.¶ Vel casus potius,correctio,q.d.quodā casu,& infortūio potius cōmoratus es in bellis ciuilibus:q̄ consilio:qđ dolui.¶ Euentus.hoc mala fortuna.¶ Qđ q[uia],& est declaratio huius euētus.¶ Aequū.iustū:& debitū.¶ Recipes.recuperes.¶ Minori curę.minori molestiæ.¶ Quā fuerint casus mei tibi.i.q̄ fuerint tibi infortunia mea,cum iniuste eiectus sum e patria.¶ Posthumulento & Sextio,hi oēs amici erāt Trebatio,qbus Ci. apuit:quo aīo esset in ip̄m Trebatiū.¶ Proxime.nuprime.¶ Patefeci.me totū indicaui:oēm aīum meum apui:vt ita dixerim:pectus meū.¶ Singulis.oibus:ad vnū oibus separatim.¶ Satisfacere.officiū meū præstare,facere qđ a me expectas.¶ Id.s.me cupere satisfacere tibi,& tuis liberis,quacunqꝫ re possim.¶ Hæc.s.quæ sequūtur,operā,fidē:&c.¶ Quæ in potestate mea sunt.q possum p̄stare.¶ Parata.eleganter per neutrū genus adiectiuum respondeť pluribus substātiuis:vnius,vel diuersi gn̄is,vt hic,& Sallustius in Iugurthio. Plerosqꝫ velocitas,& regio hostibus ignara tutata sunt:& multis aliis locis inuenit similis cōstructio.¶ Ita meritus sum.pp immortalia mea in ea bn̄ficia.¶ Is.talis.¶ Qui.q̄lis.¶ Cū.s.c.¶ Tū.maxime.¶ Ordinis senatorii.¶ Princeps.primus.¶ Eadē cā.defendendæ patriæ.¶ Cecidit.ex gradu dignitatis suę delapsus est.¶ Illa,q̄ supra scripsi,opam.cōsiliū,rem,fidem.¶ Ex aliq̄ parte.nō integere neqꝫ plene in potestate mea.¶ Ex reliqs pristinæ dignitatis.i.ex iis,q̄ mihi de pristina dignitate sunt relicta.¶ Pristinæ prioris,solitæ.¶ Neqꝫ.n.alienus a persona Cæ.a q̄ dicit nō e a se alienū.¶ Deuincti.astricti,obligati.¶ Casu.q[uia] eis p̄stiterā bn̄ficia nulla tali intentione & causa.¶ Obseruant,respiciūt,reuerentur.¶ Siqs aditus erit.si potero ipsum adire,& alloq.¶ Incolumitate.salute,vt restituať tibi,& patria,& pristina dignitas.¶ Qđ.quā rem:vt p̄ tua incolumitate agam.¶ Adducor:persuadeo.¶ Per me.mea,sponte.¶ Et moliar.i.enitar,& oibus viribus vtar:o rōo est itaqꝫ siquis aditus erit mihi ipse agam per me,& moliar de tuis fortunis.i.de tua incolumitate,in qua sunt omnia agenda,quod quidem,vt sperem,adducor magis ex sermonibus eorum.¶ Persequi.dicere ¶ Singula.pro te facturus sum.¶ Vniuersum stu.totam diligentiam & fauorem meum.Defero ad te.tibi attribuo.

ASCEN.

Si mihi non tecum & multæ, & iustæ causæ amicitiæ priuatim essent, repeterem initia amicitiæ ex parētibus nřis: quod faciendū iis existimo, qui paternam amicitiā nullis ipsi officiis prosecuti sunt. Itaque contentus ero nostra ipsorū amicitia, cuius fiducia peto a te, vt absentem me, quibuscunque in rebus opus fuerit, tueare, si nullum officium tuum apud me interiturum existimas. Vale.

HVBER. Si mihi. Cum abesset Bithynius ab vrbe: rogauit Ciceronem hac epistola, vt absentem quibuscunque rebus posset tueretur, idque eum facere debere ostendit ex amicitia non solum parentū ipsorum, sed multo magis ex amicitia vtriusque ipsorum, multis, & iustis causis confirmata. ¶ Si non. idest nisi. Et iustæ. honestæ: vtpura causæ virtutis & morum & similitudinis studiorum. ¶ Repeterem. reuocarem: resumerem. ¶ Ex parentibus nostris, qui inter se fuerunt amicissimi. ¶ Quid. quam rem: scilicet vt repetantur initia amicitiæ a parentibus. ¶ Sunt prosecuti nullis officiis, idest qui paternæ amicitiæ nulla propria & sua officia addiderunt: sicut nos addidimus per ipsam amicitiam paternam multis officiis prosecuti sumus. ¶ Nostra ipsorum. idest nostrorum meipsorum: neque nunc per amicitiam paternam aliquid a te petam. ¶ Cuius: scilicet amicitiæ nostræ ipsorum. Fiducia, bona est: confidentia malaelicet Virg. fiduciā pro confidentia posuerit; Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri. ¶ Officium, beneficium: quod in me fit collatum. ¶ Intermoriturum, periturum, tanquam conferatur in ingratum.

Fiducia Cōfidētia

ASCEN. Si mihi &c. Commendat se & sua Bithynius Ciceroni, non ille pi de quidem ac docte, dicens. ¶ Si causæ amicitiæ, & multæ & iustæ, non essent mihi tecum repeterem initia amicitiæ ex parentibus, idest progenitoribus nostris: quod: scilicet petere initia amicitiæ ex parentibus: idest progenitoribus nostris: ego existimo faciendum iis, qui ipsi idest in propriis personis, aut per se nullis officiis prosecuti sunt: idest continuauerunt amicitiam paternam. ¶ Itaque: idest & ita: quia aliter inter nos est ergo contentus ero amicitia nostra ipsorum, idest quæ nobis est propria. Sic dicimus: nostra omnium, mea vnius &c. cuius scilicet amicitiæ nostræ, ipsorum fiducia. i. per cuius fiduciam, ego peto a te vt tueare, i. protegas me absentem in quibuscunque rebus opus fuerit, si existimas nullum officium tuum intermoriturum, i. periturū & obliuioni perpetuæ dandum apud me. Vale.

Nřa ipsorum

M.T.C.M. Bithynico S.D. 17

Cum cæterarū rerū causa cupio esse aliquā do rēpu. cōstitutā, tum velim mihi credas accedere id etiam, quo magis expetam promissum tuū, quo in litteris tuis vteris. Scribis enim si ita sit, te mecum esse victurum. Gratissima mihi tua voluntas est, facisque nihil alienū a necessitudine nostra, iudiciisque patris tui de me summi viri. Nam sic habeto, beneficiorum magnitudine eos, qui temporibus valuerunt, aut valeant, coniunctiones esse tecum, q̄ me, necessitudine neminem. Quamobrem grata mihi est & memoria tua nostræ coniunctionis, & eius etiam augendæ voluntas. Vale.

HVBER. Cum cæterarum. Scripserat Bithynius ad Cice. se cupere cum eo viuere, si aliqñ respubli. quę diu agitabatur, constitueretur: Itaque Cice. rescribit se vehementer cupere, vt respubli. tandē cōstituat, & in bonū statum reducatur & aliarum causa, & hac præcipue: vt possit exigere a Bithynio promissum, vt se cum viuat. Deinde dicit Cice. eē aliquos, qui quia plurimum potuerint, sint coniunctiores Bithynio magnitudine officiorum q̄ ipse Cice. necessitudine vero & beneuolentia neminem esse coniunctiorem. ¶ Cæterarum, aliarum multarum. ¶ Constitutam. firmatam: in statu suo collatam. ¶ Aliquando, tandem: aliquo tempore. ¶ Tum, præcipue. ¶ Accedere, adiungi ad illas cæteras res. ¶ Id, quod sequitur: scilicet. ¶ Quo. i. vt. ¶ Expetam, exigam a te. ¶ Quo. s. promisso. ¶ Si ita sit, scilicet. Vt respu. sit constituta. ¶ Tua voluntas: viuendi mecum. ¶ Alienum non est, no. i. nihil facis cōtra necessitudinem nostram. i. nihil facis, quod sit contra amicitiam nostram cum patris mecum viuere. ¶ Nam sic. sentius est crede eos, qui habuerunt gratiam, aut authoritatem, his temporibus: contulisse in te maiora beneficia: q̄ ego qui non valui: sed necessitudine, & beneuolentia neminem esse tibi coniunctiorem. ¶ Necessitudine neminem. subaudi coniunctiorē esse. ¶ Eius. coniunctionis. ¶ Augendæ voluntas. idest cupio tam augere.

¶ Ex Epistola. Cum cæterarum.

¶ Cum cæterarum rerum causa cupio aliquando esse rē publi. constitutam. ¶ Nam sic habeto, magnitudine beneficiorum [illegible] temporibus valuerūt, vel valeant, tecū esse con[illegible] q̄ me necessitudine neminem.

ASCEN. Cum cæterarum &c. Respondet epistolæ Bithynii, non quidem superiori sed alteri: quæ non extat, significans gratā sibi eum eo consuetudinem, si respu. vigeret, fore. Ordo est. Cum. s. ita [illegible] cupio causa cæterarum rerum rēpu. constitutam, sup. esse, aliquando. s. tandem. cum. i. multo magis, velim credas mihi, id etiam accedere. i. addi: aut accidere. i. contingere, vt respu. sit constituta. i. stabilita. quo. i. ideo: vt expetam. i. exigam a te magis promissum tuum, quo. s. promisso vteris in litteris tuis, non tamen eo, vt dixi in superioribus. ¶ Scribis enim si sit ita: te esse victurum mecum. Voluntas tua est gratissima mihi: & facis nihil alienum. i. diuersum a necessitudine nostra, & iudiciis patris tui viri summi, de me. i. quæ habuit de me. ¶ Nam habeto sic. i. teneto id ratissimum, eos qui valuerunt temporibus. i. quibus tempora fuerunt secunda, aut qui valeant. s. modo temporibus: esse coniunctiores tecum magnitudine beneficiorum q̄ me: quia cum illis tempora essent prospera potuerunt facile in te conferre beneficia q̄ ego, sed, sup. neminem sup. esse coniunctiorem tecum q̄ me necessitudine. i. vinculo necessariæ coniunctionis ex parentibus contractæ. ¶ Quamobrem: idest simul, memoria tua: scilicet actiua: coniunctionis nostræ: passiue: idest quam habes de coniunctione nostra: est grata mihi, & voluntas eius. s. coniunctionis nostræ etiam augendæ est mihi: idest habeo eam. Sæpe Ci. vni substantiuo potissimum verbali adiungit, aut duos genitiuos, & loco alterius pronomen possessiuum: quorum alter passiue: alter siue alterum actiue aut passiue significat, vt studium Sexti iuris ciuilis, prior genitiuus actiue, posterior passiue accipitur.

¶ Simul

HVBER.

SImul ac. Interrogauerat Lepta. Cic. vtrum praecones, & haruspices possent per leges fieri decuriones municipiorum, de quo Cice. scribit se consuluisse Balbum iurisconsultum: exponitq; eius sententiam: deinde facit eum certiorem quid audierit de rebus hispanis, erant enim eo tempore in Hispania exercitus Cae. & Pom. deinde qa Lepta laudauerat opus Cice. de oratore: dicit Cice. vehementer gaudere: dicitq; se cupere: vt Leptae filius Lepta eo delectetur: & postremo hortatur eum, vt filium ad ediscendum Hesiodum inducat: & praecipue quatuor eius carmina: quae in fine epistolae subdit. ¶ Simul ac postea q̃, cum primum. ¶ Quaesiui. interrogaui. ¶ E Bal. pro ex Balbo: iuriscon. qui nouit qd leges statuẽt. ¶ Codicillos. breues literas, vt lib. iiii. in epla Sulpitii de morte Marcelli. Puer Acydini obuiam mihi venit cum codicillis: est enim diminutiuum a diminutiuo: codex enim facit codiculus: ide codicillus: Iurisconsulti pro genere quodam testimoniorum accipiunt.

Simul

Codicilli

Codicul'

M. T. C. Leptae. S. D. 18

SImul vt accepi a Saleuco tuo literas, stati quaesiui e Balbo per codicillos, quid esset in lege. rescripsit eos, qui facerẽt praeconiũ vetari esse in decurionibus, q fecissent non vetari. Quare bono animo sint & tui, & mei familiares. Neq; enim erat ferendum, cum qui hodie haruspicinam facerent, in senatu Ro. legerentur, eos qui aliquando praeconium fecissent, in municipiis decuriones esse nõ licere. De Hispaniis noui nihil. Magnũ tamen exercitum Pompe. habere constar. Nam Caesar ipse ad nos misit exemplum Patieri literarum, in quo erat, illas vndecim esse legiões. scripserat. n. Messalla. Q. Salasso. Q. Curtium fratrem eius iussu Pompeii inspectante exercitu interfectum, q consensisset cum Hispanis quibusdam, si in oppidum nescio qd Pompeius rei frumentariae causa venisset, eum comprehendere, ad Caesaremq; deducere. De negocio tuo, quod sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens, non desinam cum illo communicare,

Praecones

Tubicines

Cornicies

¶ Quid esset in lege. i. quid lex statuerit de eo, quod petisti ¶ Qui facerent praeconiũ. q nunc essent praecones in municipiis, praecones aũt qui publice aliquid ore & verbis denunciãt, vt apud Vir. in. v. Aenei. Victorẽ Aeneas pconis voce Cloanthũ Declarat, idẽ tubicines: & cornicines dñr, q sonitu tubae populũ ad se dicẽt. Iuue. Quondã hi cornicines: & municipalis arenę Perpetui cõites, notęq; p oppida buccae, dñr aũt a prae & cano, q ante canant, & denũcient quod est faciendũ, hi autem viles erant: vñ nũc dicit rescriptum esse a Balbo: qui exercerent pręconiũ: vetari p leges esse in decurionibus: decuriones aũt authoribus Festo, & Nonio: a numero militię cui praeerãt dicti sunt q decis equitibus pręessent, sicut centuriones. Erant tamen decuriones alii vrbani: alii municipales. Vrbãus decurio turmę ꝑerat, quae duobus & triginta eqtibus cõstabat, neq; vero belli solum sed domi quoq;. Decurio dicit nomen quoddã ꝓpositurę turmę significas: vt Sueto. in Domitiani vita. Saturnus Decurio cubiculariorum. In municipiis aũt decurio idẽ credit qui & senator. nam qui in senatu, & conciliis reipu. municipalis interesse poterant. Decuriones erãt: vt Cice. in orone p. P. Sextio. Recita quęso Sexti q. I decreuerint Capuę Decuriones. Romanum aũt & municipalem decurionem differre: declarat Pli. iunior epistola quadam li. i. puto aũt veteris dictos Decuriones, vt sensit Pomponius iuriscon. de verborum signi. q initio cum deducerent Coloniae consilii publici gratia decima deductorum conscribi solita sit. Decuriones igitur in hoc loco non pro equitibus, aut qui praeessent decem equitibus accipiunt, sed pro iis, qui in senatu & conciliis reipu. municipali interessent, vt declarat Cice. ipse hac epistola: decurias aũt nobiliorum, centurias inferiorum dici Pedianus voluit, ergo. ¶ Esse in Decurionibus. i. esse in senatoribus municipalibus. ¶ Qui fecissent. subaudi pręconiũ, nam quidam frustra, & falso addunt: qui haruspicinã fecissent: cum haruspicina superfluũ esse constet: hoc enim sentit Ci. rescripsisse Balbum eos, qui nunc facerent praeconiũ, prohiberi esse in decurionibus: qui vero alias fecissent & nunc nõ facerent nõ prohiberi. ¶ Familia. amicos: propter quos fortasse quęsiuerat hoc Lepta a Cice. ¶ Neq; eni arguit a minori ad maius: q si illi, qui impraesenti faciunt haruspicinam: possunt elegi senatores in vrbe Roma, multo magis poterunt eligi Decuriones, qui in municipiis praeconum fecissent: & in praesenti non faciant, cum minus sit, esse Decurionem in municipiis q̃ senatorem Romanũ. Haruspicinã facerent. i. qui essent haruspices. Haruspicina erat diuinandi disciplina per inspectionem extorum & viscerum animaliũ: quae non satis honesta putabãt: ergo dicit, non erat tolerandum cum illi eligerentur in Senatu Ro. qui facerent hoc tempore haruspicinam i q illi nõ possent esse Decuriones in municipiis, quia antea fecissent praeconiũ. ¶ Legerentur. eligerentur. ¶ In senatu Ro. vt possent esse Ro. senatores. ¶ Aliquãdo. aliquo tpe nõ nũc. ¶ Nõ li. vetari p leges. ¶ Esse decurio mu. q minus ẽ q̃ eligi in senatu Ro. ¶ Cõstat. appet, manifestũ est. ¶ Illas. s. legiões Põ. ¶ Inspectãte exer. cõspectu totius exercitus. ¶ Cõsensisset. cõiurasset. ¶ Nescio qd. ita solemus dicere, cũ ignoramus nomẽ. ¶ Causa rei fru. i. causa puisiõis frumẽti. ¶ Cõprehẽdere. capere: ligere. ¶ Quo. nescio. ¶ Est spon. p Põ. i. quo Põpeio fide iussisu, fideiusserat eni Lepta simul cũ Galba quodã pro Põ. de re pecuniã. & quaerebat se liberari illa fideiussiõe scripserat q; ad Ci. vt id cõmũicaret cũ Galba, qd se facturum dicit. ¶ Cõspõsor simul spõsor.

Decurio & Centuria

Haruspicina

ASCEN.

SImul vt &c. Interrogauerat Lepta Ciceronem vtrum praecones possent per leges fieri Decuriones municipiorum. De quo dicit se consuluisse Balbum iurecõsultũ: exponitq; eius sententiã: deinde scribit quid audierit de rebus Caesaris & Pompeii in Hispania, & hortatur vt filius Leptae ediscat librũ de oratore: & carmina illa Hesiodica, quę ponit. Ordo autẽ est Simul vt accepi literas tuas a Seleuco: statim quęsiui e Balbo. s. Iuriscõsulto, p codicillos. i. p literulas: quid esset in lege. s. quid iuris esset, de eo quod quaesiuisti. ¶ Rescripsit eos, qui facerent pręconium. i. pcones publicos adhuc officium exercẽtes, vetari esse in decurionibus. i. in numero Decurionum, eos, sup. q fecissent. s. praeconium, & non amplius facerent, non vetari. ¶ Quare & tui & mei familiares sint bono aio. ¶ Neq; enim erat ferendum. i. tolerandum. eo q esset iniquum, cum sup. ii. q facerent hodie haruspicinã. i. q essent haruspices. i. inspectatores oblatorum: legerent Romae in senatu. i. vt sint in numero senatorum: & non licere eos q fecisset aliquãdo pconium esse Decuriones in municipiis. i. vrbibus Italiae, quorum ciues essent munerum Romanorum capaces. ¶ Nihil noui: sup. est: de Hispanis, cõstat tamẽ Põpeium habere magnum exercitum. ¶ Nã Cęsar ipse misit ad nos exẽplum. i. diploma, aut duplum, literarum Patiatu. i. qs Patiatius ex Hispania miserat, in quo. s. exẽplo erat, illas legiones. s. quas Põpeius in Hispania habebat esse vndecim. ¶ Enim. i. qa, Messala scripserat Quinto Salasso. P. Curtium fratrẽ eius interfectum iussu Põpeii, exercitu inspectãte, q. i. qa, ipse interfectus cõsensisset cum qbusdã Hispãis, si Põpeius venisset cã rei frumẽtarię. i. ad obtinẽdum frumẽtum, in nescio qd oppidum. i. in oppidum, cuius nomen i gnoto, cõprehendere eum. s. Põpeium, & deducere ad Caesarem, qui inimicus eius erat, quod. i. quia, sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus. i. qui tecum sponsor pro eodem est, homo non parum, i. multum diligens in re familiari, non desinam cõmunicare cum illo de negocio tuo.

HVBER. ¶ EXPE diri.explicari & liberari.¶ Oratorem.alii volunt esse oratorē quē ad Bru.scripsit:ego sentio esse libros de oratore,de qbus facit mentionē epistola penultima primi libri,quos dialogo scripsisse dixit,& magnopere cōmendauit:sicut ēt hic,vtrunq; tamen opus elegantissimū.¶ A te probari tibi placere.¶ De dicendo.de arte dicendi.¶ Cōtulisse.posuisse.¶ Aliquando sum.i.alicuius pretii.¶ Detrahatur.diminuatur.¶ Leptam.filium tuum.¶ Etsi.q̄q̄.¶ Maturitas ætatis,qa iudicium potest esse maturum adolescentibus,propterea q̄d per ætatem nō sunt multa experti.¶ Abest.deest ei.¶ Personare huiusmodi voci.idest audire assidue huiusmodi voces.¶ Nā quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.¶ Partus.quia nup peperit,nec propter id licuit mihi honeste discedere.¶ Satis firma,satis ualida.¶ Teneor.impedior venire.¶ Procuratoribus Dolobellæ.

Pensio

qui gerunt negocia Dolobellæ, aberat enim eo tempore Dolobella,& mandauerat Ciceroni, vt a procuratoribus suis exigeret primam pensionem rerum suarum: pensio aūt a pendendo dicitur,quę datur pro vsu alicuius rei: vt agri aut domus.¶ Et me hercu.alia causa:quare moratus sit diutius Romę,dicit enim Cicero se non ita delectari peragrare loca multa,& ire peregre,sicut ante delectatus est:est eni magis iuuentutum:q̄ senum.¶ Aedificia mea me delectant.i.delector esse domi meæ.¶ Ocium domus.quies domestica.¶ Quæ.domus.¶ Cedat.idest sit inferior, quia non minus ocium est mihi domi meæ,q̄ in meis villis.¶ Maius omni regione desertissima.idest ociū maius,q̄ vbi fere nulli habitant,loca enim minus habitata plus habēt ocii.¶ Interpellatione.intermissione temporis.i.assidue.¶ Quare.concludit Cicero ex supradictis causis: quod potius veniet Lepta Romam:q̄ Cicero eat ad eum.¶ Ediscat.non solum cognoscet,sed & memoriæ mandet,id enim significat ediscere.

Ediscere

Hesiodus

¶ Hesiodum.poetam:quem quidam volunt antiquiorē fuisse Homero:scripsit autem de agricultura apud gręcos, quem noster Virgilius in georgicis,cum magna laude imitatus creditur superasse.Fuit autem ex Ascrauico Boetiæ admodū paruo & aspero, vt scribit Strabo, vnde & Maro noster,Ascræumq; cano,Romana per oppida carmē & alib.Ascræo quos ante seni.¶ Habeat in ore.idest assidue memoret,& pronunciet carmina,quæ sequuntur, quia maxime hortantur ad amplectendas virtutes.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ, καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν.
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.

Horū aūt carminū:vt fere verbū de verbo interpretemur hic est sensus.Virtutis sudorem dii immortales anteposuerunt,longa aūt & ardua via ad ipsam,& aspera primū,vbi enim in cacumen ventum est:facilis est:quæ dura,& aspera extiterat ea carmina multi varie traducunt versibus,sed non interpretantur verum sensum poetæ,nos igitur ita traduximus.Virtutem posuere dei sudore parandam.Arduus est ad eam,longusq; per ardua callis.Asper & est primum,sed vbi alta cacumina tanges,Fit facilis quæ dura prius fuit inclyta virtus.

siquid expediri possit,quod uidebatur mihi ille confidere.Oratorem meum tantopere a te probari uehementer gaudeo.Mihi quidem sic persuadeo,me quicquid habuerim iudicii de dicēdo,in illum librum cōtulisse.qui si est talis,qualē tibi uideri scribis,ego quoque aliquid sum:sin aliter,non recuso, quin quātum de illo libro,tantundem de mei iudicii fama detrahatur.Leptam nostrum cupio delectari iam talibus scriptis,& si abest maturitas ætatis,iam tamen personare aureis eius huiusmodi vocibus nō est in vtile.Me Romæ tenuit omnino Tulliæ meæ partus. Sed cum ea (quemadmodum spero)satis firma sit,teneor tamen dum a Dolobellæ procuratoribus exigam primam pensionem.Et mehercule nō tam sum peregrinator iam,q̄ solebam.ædificia mea me delectant, & ocium domus est,quæ nulli villarum mearum cedat,Ocium omni desertissima regione maius.Itaque ne literæ quidem meæ impediuntur,in quibus sine vllo interpellatore uersor.Quare(ut arbitror)prius hic te nos,q̄ istic tu nos videbis.Lepta suauissimus ediscat Hesiodum,& habeat in ore.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ, καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν.
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.

¶ Ex Epistola Simul accepi.

¶ Quare bono animo sint, & tui, & mei familiares.Neq; enim referendum erat.¶ Nam Cęsar ipse ad nos misit exemplum Platieci literarū.¶ Ocium omni desertissima regione maius.Itaq; ne literæ quidem meæ impediuntur, in quibus sine vlla interpellatione versor.

ASCEN. ¶ SI quid possit expediri.i.transigi:& absolui:qd ille.s.Galba videbatur mihi:confidere.s.q̄ aliqd possit expediri.¶ Ego gaudeo vehementer,oratorē meū.i.opus de oratore,siue qd ad Brutū scripsit:siue potius alterū, pbari.i.approbari tantopere a te,quidem.i.certe:ego persuadeo mihi sic:me cōtulisse in illum librum qcqd habuerim iudicii de dicendo.i.de arte loquendi,qui.s.liber:si est talis,qualem tu scribis,sup.eū videri tibi,ego quoq; sum aliqd.¶ Sin autē.i.sed si,aliud,sup.est.i.si non est talis:ego non recuso quin quātū detrahat de illo libro.i.de laude illius libri,tātundē detrahatur de fama iudicii mei.¶ Ego cupio Leptam nostrum.s.filium,tibi p naturā:mihi p curā,& amorē:delectari iā talibus scriptis:etsi.i.q̄q̄,maturitas ætatis abest.s.ab illo,tn̄ nō est inutile aures eius psonare huiusmodi vocibus. Vnde errant q barbaris & ineptis vocibus vtentes rhetoricē,aut poeticē:aut ēt grāmaticē doceant.¶ Partus Tulliæ meæ.s.filiæ,tenuit oino Romæ.¶ Sed cum ea sit satis firma,quēadmodū spero:tn̄ ego teneor.s.Romę:dum.i.donec:ego exigam a procuratoribus Dolobellæ mariti eius:pmā pensionē.i.pretiū p vsu rerum eius,quod a pendendo dum reponitur pensio.dicitur.¶ Et me hercule,ego iam non sum tam.i.tantopere:peregrinator:quam.i.quantopere:aut quantū solebam,ædificia mea delectant me,& ocium domus:quæ nulli villarum mearum cedat,quæ nulla inferior sit:eū ociū maius omni regione desertissima.¶ Itaq;.i.& itame quidem.i.non saltem:literæ meæ impediantur.s.strepitu:aut vulgo,in qbus.s.literis:ego versor sine vllo interpellatore.i.obturbatore.Interpellator enim est q in medio opere aliquem compellit ac turbat.¶ Quare vt arbitror:nos sup.videbimus te hic.i.Romæ,vbi nos sumus:priusquam tu videbis nos istic.s.vbi tu es.Vbi inuenitur differentia,quam ponit Valla inter hic,& istic &c.¶ Lepta suauissimus.s.filius tuus ediscat.i.memoriter ediscat.Hesiodum.s.poetā græcum,qui opera,& dies & deorum generationem scripsit, & habeat in ore,sup.illud carmen Hesiodicum,quod de verbo ad uerbum translatum subieci,conferat qui uelit latina græcis, sed græcorū penitus ignarus sciat της esse articulum,quo latini carent δε significare autem,sed sequēte uocali colliditur,& dicetur p daretes δ'ἀρετῆς:vertitur ergo Tis daretis,aut daretes virtutis autē,idrota sudorem,thei.i.dei,& ita cōsequenter.Carmine aūt sic vertit Vber.Virtutem posuere dei sudore parandam,Arduus est ad eam,lōgusq; per ardua callis.Asper & est primum,sed vbi alta cacumina tanges,Fit facilis:quæ dura prius fuit inclyta virtus.

¶ Maculam

HVBER.

MAculam. Macula quidam ciuis Romanus inuitauerat Lęptam: & Ci. ad villam suam: itaq; Cic. eam laudat: erat autem in Falerno Campanię loco optimi vini feracissimo: deinde, quia Lępta cupiebat esse in familiaribus Cæsa. & ob eã causam parauerat munera, & Cæ. & cæteris, qui apud eum plurimum poterant, hortatur Cice. Læptam: vt neq; curet esse apud Cæsa. nec faciat ea munera, & adducit rationes, pollicetur tamen: siquid fuerit: in quo sit spes, se tentaturum, & facturum, quod poterit. ¶ Functum officio non finiuisse officium quoddam, quod gesserat vt quidam male interpretantur, sed fecisse officium, & debitum suum. ¶ Falernum eius, vbi habet villam: inter sex. n. loca, quæ scribit M. Varro præcipuis quibusdam rebus abundare: affirmat Falernum vini feracissimum esse: quæ vt facilius memorię mandētur, infrascripto epigrāmate meo placuit complecti, quod iam multis annis scripseram ad Octauianum Vicomercatũ, nunc iuriscõsultorum Mediolanẽsium decus: & ornamentum maximum, quem mihi discipulum fuisse: & morum elegantia & literarum doctrina facit, vt me nõ pœniteat. Sex cognosce suis insignes fructibus agros: Carminibus vates quos celebrasse leges. Dat Cererem Campanus ager: dat vina falernus: Cassinas oleæ dicitur esse ferax. At de tusculeo molles tibi sumere ficus, De[q;] Tarẽtino dulcia mella potes. Præcipuos Tyberina dabunt tibi flumina pisces. Has tibi: quem malis: dat lupus inter aquas. Pisce lupo melius multi nil esse probarunt: Inter si pontes vixerit ille natans. Diuersorio, idest iucundo: & grato hospi[tio]: diuersorium enim locus quilibet dicit: quo homines de via quiescendi: aut reficiendi corporis causa ad tempus diuertere solent: nam diuortia: & diuerticula alia dicitur: vt supra alio loco diximus. ¶ Si modo satis tecti est: idest si habet tãtum tecti, quãtum sufficit ad recipiendos comites nostros: quos nobiscum ducemus. ¶ Cætera: idest per cætera: vel secundum cętera. Virgilius. Cętera graius. Horatius in epistolis. Hæc ego dictabam post templum putre vacunæ [illegible] num. nomen villæ apud Sinu[essam]. Hora. in episto. Sicut Sanumq; Petrinum, [illegible] & villa Iulia. comparat nunc villam Iuliam falerno, & Petrino, quas villas dixit eẽ aptas diuersorio: Iuliæ autem [illegible] amœnitatem, no[n diuer]sorium. solum esse [illegible] commorationis: idest habitationis: & permãsionis. ¶ Regiorum. quæ Cæ. paras: sed inuidiose dicit regiorum: quoniam & illud nomen erat inuisum Romanis. ¶ Curatione improprie dixit: quia proprie: vt voluit Donatus: curatio est medicorum: cura reliquorum. ¶ Tantis. tam magis. ¶ De tota re, idest neq; de dandis muneribus: neq; de quærendo locum apud ipsum Cæsarem. ¶ Tanta est multitudo intimorum: idest tam multos habet apud se intimos, & familiarissimos. ¶ Effluat. euitatur ab ipso Cęsare. ¶ Aditus subaudi ab ipsum Cæsarem. ¶ Qui. s. nouus.

Falernum

Diuersotium

Diuortia

Diuerticula

Petrinum

Curatio

Cura

M.T.C. Lęptę. S.D. 19

MAculam officio functum esse gaudeo. eius falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio. Si modo tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. cæterũm is quidẽ mihi locus non displicet, nec ea re Petrinũm tuum deserã. Nam & villa, & amœnitas illa cõmorationis est, non diuersorii. De curatione aliqua munerum regiorum cum Oppido locutus sum, nam Balbũ, postea q̃ tu es profectus, nõ vidi, tantis pedum doloribus afficitur, vt se conueniri nolit. omnino de tota re, vt mihi videris, sapientius faceres, si non curares. Quod enim eo labore assequi vis, nullo modo assequere. tanta est. n. intimorum multiudo, vt ex his potius aliquis effluat, q̃ nouo sit aditus, præsertim qui nihil afferat, præter operam, in qua ille se dedisse beneficiũ putabit, si modo ipsum sciet non accepisse. Sed tamen aliquid videbimus in quo sit spes. aliter quidem non modo nõ appetendum, sed etiam fugiendum puto. Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoq; veniat. Vale.

Ex Epistola, Maculam officio functum.

¶ Cæterum qui mihi locus non displicet. ¶ De curatione aliqua munerum regionum cum Oppio locutus sum. ¶ Omnino de tota re, vt mihi videt, sapientius faceres: si nihil curares. Quod enim eo labore assequi vis, nullo modo assequere. Tanta est enim multitudo intimorum, vt ex his aliquis potius affluat, q̃ nouo sit aditus. ¶ Aliter non modo qdem non appetendum, sed fugiẽdum etiam puto. Ego me in Asturæ diutius arbitror commoraturum.

¶ Nihil afferat. nihil præstet Cæsari. ¶ In qua, opera. ¶ Non accepisse. s. operam tuam: qui putabit se sibi obligatum si nõ acceperit operam tuam quam ei allaturus esses, est enim hæc natura potentum: & diuitum virorum: vt ostendit Cicero libro secundo offic. ¶ Videbimus. experiemur. ¶ In quo sit spes, in quo speremus posse aliquid tibi prodesse. ¶ Aliter, si non erit spes. ¶ Sed etiam fugiendum. quia turpius est repelli, q̃ non tentasse. ¶ Asturæ. oppidum est non longe a Terracina: & eius cognomine fluuius ¶ Quoad. quousq;. ¶ Ille. Cæsar.

Astura

ASCEN.

MAculam &c. Macula ciuis Romanus inuitauerat Læptam: & Ciceronem in villam suam. Itaq; Cicero eum laudat, Dehortatur autem Læptam ne se insinuet in amicitiam Cæsaris, & Cæsarianorum per munera. ¶ Ordo est. Ego gaudeo Maculam, proprium est ciuis Romani, esse functum officio: idest fecisse: vt, dicunt debitum suum: falernum eius: idest hospitium, quod habet in falerno agro vicino Campaniæ, optimi vini feracissimo, visum est semper mihi idoneum diuersorio, i. vt sit nobis diuersorium: modo, i. dummodo, satis tecti, i. ædificii est, supple in eo, ad recipiendum comitatum nostrum. ¶ Cæterum. i. sed, quidem. i. certe, locus, non displicet mihi, nec deseram ea re. i. propter eam rem, Petrinum tuum, scilicet hospitium, apud Sinuessam, vnde Horatius in epistolis Sinuessanumque Petrinum. ¶ Nam & villa: idest domus in agro, & amœnitas illa, scilicet quæ est præcipua in falerno Maculę, est commorationis, id est ad commorandum apta, non diuersorii, idest ad tempus illic agendi, vt in diuersorio solemus, & ita Petrinum non deseret, pro vocabulo illa legit Vbertinus Iulia, sed non recipitur. ¶ Ego locutus sum cum Oppio amico Cęsaris, de curatione munerum regiorum, quæ Cæsari parasti: tanquam regi donanda. ¶ Nam non vidi Balbum posteaquam, tu es profectus, idest discessisti hinc, & ita non potui cum eo loqui, supple Balbus afficitur tantis doloribus pedum, vt nolit se conueniri. i. visitari. ¶ Tu faceres omnino de tota re sapientius, vt videtur mihi, si non curares, & ita nihil faceres. ¶ Tu enim nullo modo assequere, i. obtinebis: id supple quod vis assequi eo labore. i. vt sis de familiaribus Cæsaris. ¶ Enim. i. quia, multitudo intimorum. s. amicorum Cæsaris est tanta, q aliquis effluat. i. dematur, vt liquore vase nimis pleno, potius ex iis. s. qui sunt, q̃ aditus. i. accessus sit nouo, præsertim qui nihil afferat præter operam. i. laborem: & industriam suam, in qua ille, scilicet Cæsar, putabit se dedisse beneficium, si modo sciet se non accepisse ipsum. s. beneficium operæ tuæ. ¶ Sed tamen nos videbimus. i. experiemur aliquid, in quo sit spes, aliter quidem puto, non modo non adpetendum, sed etiam fugiendum. ¶ Ego arbitror me cõmoraturum diutius Asturæ, idest in eo oppido non longe a Terracina, quoad. i. donec, ille, scilicet Cæsar veniat, quandoque, idest aliquando, Vale.

Petrinum

HVBER. Dederam. Toranus eandem causam secutus: quam Cæcinna, & plerique alii: cum exilio mulctaretur: essetque: vt puto in Sicilia, sicut & Cæcinna: decreuerat inde discedere: quod Cicero suadet ne faciat propter opportunitatem loci vicini: ex quo facile poterit intelligere quicquid de restitutione sua actum fuerit: & subito discedere. Deinde quia Cæsari ex Hispania redeunti volebat Toranus se offerre, idque Cicero ei dissuadet. Deinde consolatur eum: vt forti animo ferat communem casum. ¶ Triduo. ante tribus diebus superioribus. ¶ Pueris. seruis. ¶ Eo. propter id: quia dedi literas pueris Planci ad te deferendas. ¶ Vt. sicut. ¶ Antea. superiori tempore. ¶ Monebo. dabo consilium. ¶ Ibidem: idest ibi: scilicet vbi tu es. ¶ Opperiri: expectare: vt Virgilius: Reginam opperiens: scribitur autem gemino p. & est deponens: nam operio actiuum simplici p. scriptum regere significat. ¶ Præter periculum: excepto periculo. ¶ Hyemalis. tempestuosæ. ¶ Minime portuosæ. quæ non habet multos, & idoneos portus. Incommodissimum est enim nauigare per ea loca. vbi non reperiuntur portus. ¶ Quod. periculum. ¶ Vitaueris. si expectaueris ibidem. ¶ Ne illud quidem non negligendum. non contemnendum, est autem liprote: idest illud quoque plurimi faciendum. ¶ Quamuis subito, idest valde subito: ponitur enim pro quantumuis. ¶ Proficisci. discedere istic. ¶ Aduenientibus. Cæsarianis. ¶ Gestias. vehementer cupias. Est enim gestire motu quodam corporis lætitiam animi significare. Virgilius. Incassum videas studio gestire lauandi. ¶ Offerte te. obuiam dare, occurrere. ¶ Nostro. familiari: & amico. ¶ Opportuniore. commodiore rebus tuis. ¶ Quocunque, aduerbium est, in quemcunque locum. ¶ Opus erit: scilicet te conferre. ¶ Ille. Cæsar. ¶ Recipiet se. redierit: scilicet in patriã. ¶ Omnia, quæ de te agentur, & ad te pertinebunt. ¶ Hoc. scilicet q͂ sis tibi. ¶ Prorsus. omnino. ¶ In hac causa. quam secutus est simul cum Pompeio: & multis aliis. ¶ Communem: cuius nemo est expers: aut immunis. ¶ Ita viximus. cum ea honestate: & rectitudine: est autem consolatio a conscientia: qua Cicero sæpe vtitur. ¶ Id ætatis sumus: idest in ea ætate sumus, est autem ornatus quidam dicendi modus: quasi dicat: ita sumus iam senes: vt fortem animum omnibus rebus præstare debeamus: quæ nostra culpa non acciderunt: senes enim magis debent contemnere mortem: q͂ iuuenes: propterea quod parum vitæ superest eis: qui vere possint. ¶ Hic, Romæ.

Opperior
Operio
Gestire
Quocunque

M. T. C. Toranio. S. D. 21

Dederam triduo ante pueris Cn. Planci literas ad te: eo nunc ero breuior, teque, vt antea consolabar, hoc tempore monebo. Nihil puto tibi esse vtilius, q͂ ibidem opperiri, quoad scire possis, quid tibi agẽdum sit. nam præter nauigationis longæ, & hyemalis, & minime portuosæ periculum, quod vitaris, ne illud quidem negligendum, quamuis subito, cum certi aliquid audieris, te istinc posse proficisci. Nihil est præterea cur aduenientibus te offerre gestias. Multa præterea metuo, quæ cum Milone nostro communicaui. quid multa? loco opportuniore in his malis nullo esse potuisti, ex quo te, quocunque opus erit, facillime, & expeditissime conferas. quod si recipiet ille se, ad tempus aderis, sin (quoniam multa accidere possunt) aliqua res vel eum impediret, vel morabitur, tu ibi eris, vbi omnia scire possis. Hoc mihi prorsus valde placet. De reliquo, vt te sæpe per literas hortatus sum ita velim tibi persuadeas, te in hac causa nihil habere, quod tibi timendum sit, præter communem casum ciuitatis. qui & si est grauissimus: tamen ita viximus, & id ætatis iam sumus, vt omnia, quæ non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes valent, summaque pietate desiderãt, & diligunt, & colũt. Tu & cura, vt valeas, & te istinc ne temere commoueas. Vale.

¶ Ex epistola. Dederam triduo ante pueris.

¶ Vt omnia, quæ nõ nostra culpa accidant, fortiter, atque constanter ferre debeamus. ¶ Tu cura, vt valeas, & te istinc, vbi es, temere ne commoueas.

ASCEN. Dederam &c. Toranus eandem cum Cæcinna causam secutus: & cum eo in Sicilia exulans decreuerat inde discedere: a quo Cicero eum dehortatur: suadetque ne Cæsari ex Hispania redeunti obuius fiat: fortitudinis eum admonet. Ordo est. Dederam triduo ante, scilicet q͂ hæc scriberet pueris: idest seruis Cnei Plancii, literas ad te, eo, idest eam ob rem: ego ero nunc breuior: & vt consolabor te ante, scilicet in dictis epistolis: ita supple monebo te hoc tempore. ¶ Ego nihil puto esse vtilius tibi: q͂ operiri: idest expectare ibidem: scilicet vbi nunc es: quoad: idest donec, possis scire: quid sit agendum tibi: nam præter periculum nauigationis longæ: & hyemalis: & minime portuosæ, idest vbi paucissimi sunt portus, quod: scilicet periculum tu vitaris: idest vitaueris opperiendo, & manendo in Sicilia, ne quidem, idest non etiam, aut non saltem illud, scilicet quod dicam, est negligendum te posse proficisci, idest discedere istinc, idest ab isto loco vbi es, quamuis. i. quantumuis cito, cum audieris aliquid certi. ¶ Præterea nihil est, idest nulla est causa, cur gestias, idest nimium cupias, ita vt gesta cupiditatem iudices, offerre te aduenientibus, scilicet Cæsarianis ex Hispania. ¶ Præterea ego metuo multa, quæ communicaui cum Milone nostro, scilicet amico. ¶ Quid supple scribam: tibi multa. ¶ Tu nullo loco opportuniore potuisti esse, in his malis, idest durantibus his malis, quam supple vbi es, tu conferas, idest traducas te facillime, & expeditissime ex eo, scilicet loco quocunque erit opus, idest vtile, aut expediens, quo. idest ad quem locum, si ille scilicet quem metuis, hoc est Cęsar, recipiet, idest tanquam in locum tutiorem conuertet se, tu aderis ad tempus. ¶ Sin, idest sed si, quoniam multa scilicet impedimẽta possunt accidere, aliqua res impediet eum vel morabitur, idest retinebit, cum tu eris ibi, vbi possis scire omnia. ¶ Hoc, scilicet consilium placet mihi prorsus, idest omnino valde. ¶ De reliquo, vt sum hortatus te sæpe per literas, velim supple vt persuadeas tibi ita, te nihil habere in hac causa, quod sit timendum, præter communem casum ciuitatis, scilicet Romanæ qui scilicet casus communis, etsi est grauissimus, tamen nos viximus ita, & sumus iam id ætatis: idest in ea ętate, vt debeamus ferre fortiter omnia, quæ non accident culpa nostra. ¶ Omnes tui, scilicet necessarii, & amici, valent hic, scilicet Romæ & desyderant te summa pietate. i. charitate cum obseruantia, quam debent inferiores maioribus, vt liberi parentibus, & nos omnes deo, & diligunt. & colunt te. ¶ Tu cura, & idest simul, vt valeas, & idest simul, ne commoueas te istinc, idest a loco vbi nunc es, temere, idest inconsulte. Vale.

¶ Et si cum

HVBERTI.

ET si cum. Consolatur Cice. hac ep'la Toranum: vt forti animo ferat ea, quæ acciderunt: præsertim cum ipsi soli prę uiderint qd esset futurum: siue Pompe. siue Cę. victurus foret, ostenditq; fuisse timendum: cum aliquid caueri potuit. Nunc vero cum nulla spes rebus euersis supersit, omnia ferenda moderate: pręcipue cum mors sit omnium extremum, & finis laborum & miseriarũ. Postremo addit consulationem sibi assuetam rectæ conscientiæ. ┌ Calamitosissimi perni tiosissimi. ┌ Belli. Africani: nam mortuo Pom. Cato in Africam se contulit ad Iubam: contra quem postea pugnauit Cæ. ┌ Cõfectũ, finitum. ┌ Cõmemorabam: referebam: dicebam. ┌ Assensorem: quia idẽ dicebas quod ego. ┌ Nos solos. duos, me & te. ┌ In eo bello. ciuili: quod gerebatur inter Cæ. & Pom. ┌ Exclusa. eiecta: quia nulla erat spes pacis. ┌ Ipsa victoria. vtriusq; futura esset, siue Cæ. siue Põ. ┌ Interitũ, maximã cladem: & perniciem ciuiũ. ┌ Domitiũ. Cn. Domitiũ dicit, & Lentulum. qui Ci. timidum appellant: quia bellũ timeret: dicit autẽ Ci. se non timuisse bellũ: sed euentum belli: & ne ea acciderent, quæ acciderunt. ┌ Erã plane. s. timidus. ┌ Idẽ. ego. ┌ Ad oẽm euentum. i. ad omnia, quæ euenerint. ┌ Caueri. vitari, aut prouidere. ┌ Dolebam negligi, dolebam, q̃ nõ prouideretur aliquid, & quod non curaretur. ┌ Euersis. prostratis, tractũ ad ædificiis. ┌ Consilio. prudentia quia nullus est adeo sapiens: qui amplius possit prouidere. ┌ Vna ratio: vna via: vnus modus. ┌ Ferre moderate: quicquid erit: tale illud Maro. Quicquid erit superanda oĩs fortuna ferenda est. Extremũ. Hora. Mors vltima linea rerum. ┌ Mihi sim conscius. scio. ┌ Quod licuerit: quantum potuerim. ┌ Consuluisse. prouidisse. ┌ Hac amissa. dignitate reipu. oppressa: & perdita. ┌ Eadem cogitares. eandẽ consolationem acciperes. ┌ Recordare. i. recordaris: & in memoriã redigis. ┌ Etiã si acciderit se. i. et si aliter: euenerit, q̃ volebas: & sentiebas. ┌ Conferre solicitudines nostras. vt enim Ci. superius dixit ad Lucceium. Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem. Virg. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit: idem: Iuuat euasisse tot vrbes Argolicas, mediosq; fugã tenuisse per hostes. ┌ Conferre: simul colloqui. ┌ Tum. eo tẽpore. præter interitum vniuersę. i. pręter id quod omnibus accidit: & præter cõmunem calamitatẽ, & perniciẽ reipu. ┌ Futurum præsto: idest paratũ, & promptum.

M. T. C. Toranio. S. D. 21

ET si cum hæc ad te scriberẽ, aut appropinquare exitus hujus calamitosissimi belli, aut iam aliquid actum, & confectum videbatur: tamen quotidie commemorabam te vnum in tanto exercitu mihi fuisse assensorẽ, & me tibi: solosq; nos vidisse, quantum esset in eo bello mali, in quo spe pacis exclusa, ipsa victoria futura esset acerbissima, q̃ aut interitum allatura esset, si victus esses, aut si vicisses, seruitutem. Itaq; ego, quem tum fortes illi viri, & sapientes Domitii, & Lentuli timidum esse dicebant, & erã plane (timebam enim ne euenirent: ea, quæ acciderunt) idem nunc nihil timeo, & ad omnem euẽtum paratus sum. Cum aliqd videbatur caueri posse, tum id negligĩ dolebam. nunc vero euersis omnibus rebus cum consilio profici nihil possit, vna ratio videtur qcqd euenerit, ferre moderate, PRAESERTIM CVM OMNIVM RERVM MORS SIT EXTREMVM: & mihi sim conscius, me, quoad licuerit, dignitati reip. cõsuluisse, & hac amissa, salutem retinere voluisse. Hæc scripsi, non vt de me ipse dicerem, sed vt, qui coniũctissima fuisti mecum & sententia, & voluntate, eadẽ cogitares. MAGNA ENIM consolatio est, cum recordare, etiam si secus acciderit, te tamen recte, vereq; sensisse. atq; vtinam liceat aliquãdo aliquo reipublicæ statu nos frui, interq; nos conferre solicitudines nostras, quas pertulimus tum, cum timidi putabamur, quia dicebamus ea futura, quæ facta sunt. De tuis rebus nihil esse, qd timeas, præter vniuersę reipub. interitum, tibi confirmo. De me autem sic velim iudices, quãtum ego possum, me tibi, saluti tuæ, liberisq; tuis, summo cum studio præsto semper futurum. Vale.

ℭ Ex epist. Etsi cum hæc.

ℭ Et si cum hęc ad te scribebã, aut appropinquare. ┌ Quę aut interitum allatura esset, si victus esses, aut si vinceres seruitutem. ┌ Cum aliqd videbat tum caueri posse, tamen id negligi dolebam. ┌ Sed, vt tu, qui coniunctissimus fuisti mecum & sententia, & voluntate, eadem cogitare.

ASCEN.

ET si &c. Consolatur eundem Toranum fere consueto modo consolendi: dicens. ┌ Et si: idest quemquam, cum ego scribam hæc ad te, aut exitus huius belli calamitosissimi: quia ciuilis: & in perniciem reipu. vergentis: videbatur appropinquare, aut aliquid videbatur iam actum: & cõfectum: scilicet de bello. ┌ Tamen ego commemorabam, i. memoria reuoluebam, quotidie te vnũ fuisse in tanto exercitu assensorem mihi: & me tibi: quia ambo sentiebant potius pacis iniquæ conditiones suscipiendas, q̃ bellum obeundũ: & nos solos vidisse, i. considerasse: q̃tum mali esset: in eo bello: in quo spe pacis exclusa, ipsa victoria vtriusq;. s. partis: esset futura acerbissima, q̃ aut esset allatura tibi interitum, si esses victus: aut seruitutem sub dominatione Pompeiano tum si vicisses: aut accipiatur generaliter secunda persona pro quacunq;: nam vtriusq; partis victi interitum passuri erant, & victores seruitutem: cum alteruter victor videbatur rempu. oppressurus. ┌ Itaq; ego, quem illi viri. s. nobilissimi. Domitii, & Lentuli: fortes, & sapientes tum. i. vt tunc videbantur: dicebant esse timidum: eram plane. s. timidus. ┌ Timebam enim ne ea, q̃ acciderunt euenirent. Loquitur ergo de bello Africano: aut alio post Pharsalicum confliclum gesto: idem nunc nihil timeo, & sum paratus ad omnem euentum. Causam affert cur tunc timuerit, & nunc non timeat. ┌ Cum. i. quandiu: aliquid videbatur posse caueri: tum. i. tunc. dolebã. i. ægre ferebam, illud negligi. nunc vero omnibus rebus euersis, cum nihil possit profici. i. nullus possit fieri profectus, consilio, vna. i. sola ratio videtur. s. amplectanda: vtpote ferre moderate: quicquid euenerit, præsertim cum mors sit extremum oĩum rerum, vnde Flaccus in epistolis. Mors vltima linea rerum est, & sup. cum. sim conscius mihi me consuluisse reipu. quod licuerit, & voluisse retinere salute, hac. s. rep. amissa. ┌ Ego scripsi hæc: non vt ipse dicerem de me, sed vt tu, qui fuisti, & sententia, & voluntate coniunctissima mecum: cogitares eadem. Magna enim consolatio est, cum recordare. i. recorderis, etiam si acciderit secus. i. aliter: te tamen sensisse recte, & vere. i. iuste: atq; vtinam liceat aliquando nos frui aliquo statu reip. & conferre inter nos solicitudines nostras: quas pertulimus. Id enim iucundum esse innuit Aeneas apud Maronem sic, Forsan, & hæc olim meminisse iuuabit, tunc cum putabamur timidi. sup. ideo: quia dicebamus futura ea: q̃ facta sunt. ┌ Ego confirmo. i. firmiter assero tibi: nihil esse, quod timeas. i. timere debeas, de rebus tuis, præter interitum vniuersæ reipub. q. d. non esse specialiter notatum, aut inuisum cuiq̃. ┌ Autem. i. sed: ego velim sup. vt iudices de me sic: me [illegible] sempet præsto: idest paratum auxilio tibi: saluti tuæ: & liberis tuis: cum summo studio, idest summo studio co[illegible]tãte, si enim pro instrumento acciperet, non adderet præpositionem.

Vale.

HVBER. NOn ea. Post Cladem pharsalicam, cum hic Domitius in Italiam se recepisset: neq; Cicero ad eum quicquam scripsisset: hac epistola se excusat, ostendens eam solam fuisse causam, ꝙ in tantis malis nullam haberet consolationem, quam ad eum scriberet: cum ipse consolatione indigeret: nunc tamen eum consolatur, ꝙ hoc bellum ingressus sit ea intentione, vt reipub. prodesset quantum potest, ꝙ si secus accideret, statuisse sibi finem propositi sui: quem ortum ab ipsa dedisset, hortatur, deinde eum, vt curet diligenter salutem, & incolumitatē suam. Postremo pollicetur ei Cicero, quicquid pro eo efficere poterit. ¶ Nam ea res, hoc dicit Cicero se non prætermisisse scribere ad ipsum Domitium ob eam causam: quia nullas ab eo accepisset literas. ¶ Deterruit, detinuit: remouit. ¶ Quo minus. vt non. ¶ Suaderem, consulerem. ¶ Hæc, scilicet tempora: vel conditiones horum temporum. ¶ Nihil meliora. erant ante. ¶ Etiam atque etiam: multo desperatiora sine comparatione magis sine spe: & in deteriori conditione: & vt apertius declarem: quod vulgo dicimus: centies millies magis siue spe. ¶ Inanes: vacuas: sine eo pondere, vel pollicitationem: vel suasionem: vel consolationem: quas voluissem posse afferre. ¶ Quam nullas. q̃ nihil scribere. ¶ Ego. adducit rationes validissimas: quare debeat ferre ea: quæ acciderunt: præsertim cum secutus sit illud bellum ea mente: vt sibi constitueret eum finem: quem fortuna voluisset. ¶ Conatum. tentauisse. ¶ Muneris. honeris. ¶ præstare: efficere. ¶ Terminum, finem. ¶ Nostrarum contentionum. nostrarum discordiarum, & bellorum. ¶ Qui pendent ex te, qui sine te non possunt esse incolumes, quia eorum incolumitas est ex te. ¶ Quæ didicisti. hortatur: vt vtatur iis precibus: quæ ex philosophia didicit. ¶ Si non æquo. si non quieto & contento. ¶ At: certe: saltem. ¶ Forti. constanti & magno: qui vincat perturbationes omnes. ¶ Vel potius. correctio. ¶ Conducere. vtilia esse. ¶ Detuli. significaui. ¶ Minus scripseris. non scripseris aliquid.

M.T.C. Domitio. S.D. 22

NOn ea me res deterruit, quo minus, postea quam in Italiam venisti, literas ad te mitterem, ꝙ tu ad me nullas miseras. Sed quia nec q̃d tibi pollicerer ipse egens rebus omnibus, nec quid suaderem, cum mihimetipsi consiliū deesset, nec quid consolationis afferrem, in tantis malis reperiebam. Hæc quanquam nihilo meliora sunt, nunc etiam atque etiam multo desperatiora, tamen inaneis esse meas literas, q̃ nullas malui. Ego si te intelligerem plus conatum esse suscipere Reipublicæ causa, muneris, q̃ quantum præstare potuisses, tamen quibuscunque rebus possem, ad eam conditionem te viuendi, quæ daretur, quæque esset, hortarer. Sed cum consilii tui bene, fortiterque suscepti, eum tibi finem statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum esse voluisset: oro, obtestorque, te pro vetere nostra coniunctione, ac necessitudine, proque summa mea in te beneuolentia, & tua in me pariter, te vt nobis, parenti, coniugi, tuisque omnibus, quibus es, fuistique semper charissimus, saluum conserues, incolumitati tuæ, tuorum que, qui pendent ex te consulas. Quæ didicisti, quæque ab adolescentia pulcherrime a sapientissimis viris tradita, memoria, & scientia comprehendisti, his hoc tempore vtare. Quos coniunctos summa beneuolentia, plurimisque officiis amasti, eorum desyderium, si non æquo animo, at forti feras. Ego quid possim, nescio, vel potius me parum posse sentio. Illud tamen tibi polliceor, me quæcunque saluti, dignitatiq; tuæ conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum, quando semper tu, & studio, & officio in meis rebus fuisti. Hanc meam voluntatem ad matrem tuam optimam fœminam, tuique amantissimam detuli. Siquid ad me scripseris, ita faciam, vt te velle intellexero. Sin tu minime scripseris, ego tamen omnia, quæ tibi vtilia esse arbitrabor, summo studio, diligenterq; curabo. Vale.

¶ Ex vltima. Non ea res.

¶ His hoc tempore curare: quos coniunctos summa beneuolentia: plurimisq; officiis amisisti.

ASCEN. NOn ea res &c. Cum Domitius post Cladem Pharsalicam in Italiam se recepisset: neque Cicero quicquam ad eum scripsisset: hac se epistola excusat, & operam suam illi pollicetur: dicens. ¶ Ea res ꝙ tu nullas literas miseras ad me posteaquam venisti in italiam, non deterruit me: quo minus mitterem literas ad te: hoc est non ideo misi ad te postea literas. ¶ Sed quia nec reperiebam quid pollicerer tibi: ipse egens rebus omnibus: nec quid suaderem tibi: cum consilium deesset mihimetipsi: nec quid consolationis afferrem in tantis malis. ¶ Hæc: scilicet omnia iam dicta, quanquam nihilo: idest in nullo sunt meliora nunc, & supple sunt etiam: atq; etiam, idest cumulate: desperatiora multo, tamen malui meas literas esse inanes, idest friuolas: & inefficaces, q̃ nullas. ¶ Ego si intelligerem te conatum esse suscipere causa reipublicæ: plus muneris: idest obsequii: & laboris: q̃ quantum potuisses: scilicet verisimiliter: præstare: idest exhibere: tamen: idest nihilominus: ego hortarer te: quibuscunque rebus possem ad eam conditionem viuendi: quæ daretur: idest concederetur tibi: & quæ esset: sed cum tu statueris tibi eum finem consilii tui suscepti bene: idest decenter & fortiter: quem ipsa fortuna voluisset esse terminum: idest exitum contentionum nostrarum. ¶ Ego oro: & obtestor te pro nostra vetere coniunctione, ac necessitudine: & pro summa beneuolentia mea in te, & pariter tua, scilicet beneuolentia in me, vt conserues te saluum nobis: parenti: coniungi: & omnibus tuis: quibus es: & fuisti semper charissimus, & supple vt consulas: idest consilio tuo, auxilio sis: & prospicias incolumitati tuæ: & tuorum, qui pendent: idest quorum salus pendet ex te: & supple vt vtare hoc tempore iis, quæ didicisti, & comprehendisti memoria, & scientia pulcherrime ab adolescentia, scilicet tua, tradita, scilicet tibi, a viris sapientissimis: hoc est, feras desyderium: idest mortem: & absentiam eorum: quos coniunctos, scilicet tibi summa beneuolentia: & plurimis officiis amasti: feras inquam: si non æquo animo: at, idest saltem, forti: scilicet animo. ¶ Ego nescio quid possim: vel potius sentio me posse parum: tamen ego polliceor tibi illud me esse facturum: quæcunque arbitrabor conducere: idest vtilia fore saluti, & dignitati tuæ: tanto studio: quanto studio: & officio, tu fuisti semper in rebus meis. ¶ Ego detuli: idest denunciaui: hanc voluntatem meam: ad matrem tuam: fœminam optimam: & amantissimam tui. ¶ [illegible]ipseris quid: idest aliquid ad me, ego faciam ita: vt intellexero te velle. ¶ Sin autem, idest sed si, tu minime: idest nequ[illegible]m scripseris: ego tamen, idest nihilominus, curabo summo studio, & diligenter omnia: quæ arbitrabor esse vtilia tib[illegible] Vale.

¶ Si dolor

HVBER.

MEHERcule vna cõgressio nostra vel seuera vel iocosa erit pluris.i.maioris precii ac valoris,seu çstimationis: propter voluptatẽ:quã ex ea caperemus,quã sup.fint non modo.i.non solũ hostes,s.Britani:quorũ congressio si victi fuerint,plurimi esset facienda,sed ridet Trebatiũ:qui visus est eorum cõgressum vitauisse, sed etiã Hedui populi in Burgũdia fratres nostri.i.populi Romani:antiquo iure: vnde grata deberet eẽ Trebatio cõgressio hospitalis cũ illis,aut sensus est: pluris faciẽdũ Ciceronis & Trebatii congressum, q̃ illius & hostium aut sociorum populi Romani:cum hostis timeat,sociis pat õ charus aut clarus sit.Sane vt Corn.Tacitus li.xi.scribit.Hedui primi senatorũ ius in vrbe adepti sunt, datum id fœderi antiquo,& qa soli Gallorũ fraternitatis nomen cum populo Ro.vsurpant:quod etiã Plutarchus in vita Cæsaris attestatur.Quare fac vt sciam quãprimum.i.valde cito:de rebus tuis:nam supple iuuero te:aut consolãdo,aut consilio:aut re: idest auxilio & ope. Vale.

Vna mehercule nostra vel seuera, vel iocosa congressio pluris erit,q non mõ hostes , sed etiã fratres nostri Hedui.Quare oibus de rebus,fac quãprimum sciam: aut consolando,aut consilio,aut re iuuero. Vale.

Ex.VII.Epistola.Legi tuas literas.

Vna mehercule nostra,vel seuera, vel iocosa congressio pluris, erit q̃ nõ mõ hostes, sed et fratres nostri hac et die:

HVEBR.
Interreges
Vnde

Nisi. Hortatur Ci. Trebatiũ hac epistola sicut & superiori,vt libenter absit ab vrbe:presertim tot seditionibus & tumultibus ciuilibus:deinde latenter innuit, vt agat diligẽter rẽ suã.Profectus esses,discessisses. Antea. & alias superiori tempore.Quis de.q.d.nullus. Tot interregnis,tot seditionibus:quæ fiunt iterregnorum cã. Interreges autem dicti sunt pprie apud maiores centum pres:per mortuo rege Romulo:donec alius rex crearetur:rempu.gubernabant:ex iis.n.vnus:authore Fenestella:decernebat:cuius quinq: dierum spacio finiretur imperium:& ita per totum annum oẽs finiebant imperium:apud minores vero Romanorum, cũ reip. eã abessent cõsules : neq; comitiis interesse possent: q initio creati cõsules essent.si dictatorem comitiorum cã dici nõ potuisset:res ad interregnũ deducebaf:ac per interregem consularia comitia habebanf. hæc igitur interregna nunc intelligit Ci.in qbus cũ essent discordiæ: dicit nõ desyderari aios iuriscõsultos:qa dictis & rñsis non pareẽ.Vñ.a qbus:aduerbiũ pro noie, vt genus vñ latinõ.Dederim.pro dabo.A sin.qm cũ multi eligerenẽ : singuli tñ impabant, & ius reddebant.Binas. locat, cũ vix vna p qnq; dies posset peti.Satis.quia fortasse hoc nõ poterat per leges fieri.Sed he.iam incipit familiarius agere:& iocari cũ Trebatio,scit pferat.n.quemadmodum ei magna fides a Cæ.habereẽ.Hęc si qd video te iocari.Meliora q̃ in mero Tusculano.vbi eras tristior,& nõ poteras iocari.Quid.s.q ita iocetis.Consul.i.de iure,vnde iurisconsl. dicuntur, & iurisconsultorum rñsa:quia interrogabantur & respondebant.Consuli ab il.allusit ad verbum:quod duo significat,interrogari & consilio dare siue prouidere, sed in postremo iungitur datiuo, hoc aũt dicit mallem quod Cæ.consuleret tibi,i. pro videret tibi, quam interrogaret te. faciliæ autem iocamur per huõi verba homonyma : tale est in Neronem distichon. Quis negat Aeneæ magna de stirpe Neronem?Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem: nam sustulit & portauit & interfecit significat.Quod.quæ res, vt tibi cõsulat. Perfer. tolera. Istam mili. istum laborem militiæ i & commorandi in castris. Ego.n.talis fuit in superiore epistola sententia. Sic enim tibi persuadeas velim vnum,mihi esse solatium:quare facilius possim pati te esse sine nobis:si tibi esse id emolumento sciam. Desyderium.absentiam tuam. Ista sunt inaniora.i. sine emolumentis. Recipe te. reuertere. Aut erit hic aliquid.i. aut hic aliquid commodo consequeris. Aliquando. tandem,aliquo tempore. Aut si minus.s.erit aliquid emolumenti. Samarobrinæ i idest quasi omnes vrbes talis qualis est Samarobrina:si multæ essent Samarobrinæ.est enim Samarobrina vrbs Britaniæ.

M.T.C.Trebatio.S.D.

Nisi ante Roma pfectus esses, nunc eã certe relinqueres.qs enim tot interregnis iurecõsultũ desyderat: ego oibus vnde petit,hoc consilii dederim , vt a singulis interregibus binas aduocationes postulent: satisne tibi videor abs te ius ciuile didicisse? Sed heus tu, quid agis? & quid fit? video enim te iam iocari per literas. Hæc signa meliora sunt,q̃ in meo Thusculano.sed quid sit, scire cupio. Cõsuli quidem te a Cæsare scribis:sed ego tibi ab illo consuli mallem. Quod si aut fit, aut futurum putas: perfer istam militiam , & permane. ego enim desyderium tui spe tuorum commodorum consolabor. Sin ista sunt inaniora , recipe te ad nos. Nam aut erit hic aliquid aliquando: aut si minus,vna mehercule collocutio nostra pluris erit, quam omnes Samarobrinæ.

Consuli
Iuriscõsultus
Sustulit
Samarobrinæ
ASCEN.

Nisi.Hortatur Trebatiũ, vt libenter absit ab vrbe, qa si adesset,cuperet abesse pter seditiones ciuiles,monetq vt res suas diligẽter curet. Ordo est.Nisi profectus esses.i. discessisses.Roma : tu certe relinqueres nunc eã. Quis enim desyderat iurisconsultum tot interregnis.i.vocationibus regnorum , cũ oẽs in senatu regnare velint , & nulli ab aliis admittantur:aut vacationibus in consulatu,cum qui consules dicerent interreges:inter se concordari non possint. Ego dederim.i.velim didisse oibus. vnde.i.a qbus petit sup.cõsilium:sup.hoc consiliũ, vt postulent binas aduocationes.i.patrocinia aduocatorũ , aut iura aduocãdi , a singulis interregibus.i. magistratibus ad quos consulatu & olim regno vacante ius cõsulis ac regis ptinebat,iõ aũt binas, qa cũ toties mutarenf per seditionẽ singulæ non suffecissent, & tñ dicit, vt dicit Vber.vix vna p qnq; diebus aduocatio peti posset:vnde iocando addit. Videor me tibi dedicisse fatis ius ciuile abs: te hoc est dederim ne tale cõsiliũ satis ex sñia iuriscõsultorum. Sed heus tu:qd agis?:ecqd fit.s.a te. Video.n.te iã iocari p literas. Hęc signa.i.indicia animi tui sunt meliora q̃ sup.erãt in Tusculano meo.s.agro cũ villa: vbi tristis Trebatius longe aberat a iocis. Sed cupio scire qd fit.i.q ita animũ mutasti. Scribis qdẽ te cõsuli.i.consiliũ peti a Cæ. Sed ego mallẽ consuli.i.pspici & puideri,ac rẽ vtilẽ fieri tibi a Cæ. Qd Cæsarẽ tibi consuli.si aut fit:aut putas futurũ:perfer.i.ad finẽ vsq; fer istam militiã,& pmane.s.apud Cæsarẽ vsq; ad finem belli. Ego enim consolor.i.quasi per consolationẽ medicabo:& sustinebo desyderiũ tui.i.qd hĩo ex absẽtia tua,spe tuorũ cõmodũ.i.quã habuere de cõmodis tuis. Sin autẽ.i.sed si ista.s.quæ sperem sit inaniora.i.nimis inania,recipe.i.redue quasi in locũ vtiliorem te ad nos,nã aut aliqd.s. cõmodi erit hic.s.Romæ aliquãdo,aut si minus.i.si nõ sup.erit hic aliqd, mehercule vna collocutio nostra erit pluris,i.maioris emolumenti,& voluptatis,q̃ omnes Samarobrinæ,i.ciues eius vrbis in Britania,si fuerint a te capi,aut cæsi.

Retuleris

HVBER. Laberius

¶ R ST V leris. te ceperis in patriā. ¶ Sermo nul. erit. nemo de te loquet, oibus linguam aucelles. ¶ Diutius. pec lōgū tps. ¶ Frustra. qn aliquod emolumentū cōsequaris. ¶ Nō modo La. equitem Romanū virū magnæ libertatis in loquendo, qui neqꝫ Cæsari pepercit, acerrimis verbis in eū inuectus: cū iam admodū senex iussus esset a Cæsare agere mimos, vt scribit Macro, in satur. ¶ Sed et Vale. q licet sit molestior in loquēdo, tamē si diu abfueris, qn aliqd agas, te maledictis lacerabit. ¶ Mira. n. hoc dicit sicut repræsentant psonæ ex comœdiis ad iocū & delectationem, ita sument psonā tuā ad ridēdū. q.d. poterunt facere de te comœdiam, & abducere psonā, tuam quasi pro persona comica, quia rideant. ¶ Britanici iurisco. i. tui, q in britania fuisti. ¶ Sed de te seuerissima. i. de re grauissima, & non negligenda. ¶ Remoto io. i. sine ioco. i. vt serio loquar. ¶ Præcipio. non iubeo, sed potius admoneo te: do tibi hoc præceptū. ¶ Mea cōmendatiōe. qa Cæ. ppter cōmendationē meā te charū habeat. ¶ Præfecas de. no. æquo animo feras nobis carere. ¶ Honestatē. honorem & dignitatē. ¶ Facultatem. vtilitatem. ¶ Ista dignitas & facultas. ¶ Frigebunt. cessabunt, deerunt tibi. Tecē. nimirū hi hoies frigēt. ¶ Ois quis. i. quæcūqꝫ cupis et maxima & difficillima. ¶ Studio amore, & fauore, qui non desistemus te cōmendare Cæsari.

Denique si te cito retuleris, sermo nullus erit: sin frustra diuitius abfueris, nō mō Laberium, sed etiā sodalem nostrum Valerium pertimesco. mira enim persona induci potest Britanici iureconsulti. Hæc ego non rideo, quis tu rideas, sed de re seuerissima tecum, vt soleo, iocor. remoto ioco tibi hæc amicissimo animo præcipio, vt si istic mea cōmendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas nostri desyderium honestatem, & facultates tuas augeas. sin ista frigebunt, recipias te ad nos. Omnia tamen, quæ vis, & tua virtute profecto, & nostro summo erga te studio consequere. Vale.

ASCEN.

¶ DENI q si retuleris. s. e Britania te cito, sermo. i. de te ac constantia tua: erit nullus: qa oēs putabunt te remissum a Cæ. aut noluisse suscipere conditiones ab illo oblatas: si abfueris diutius frustra. i. nihil cōsequēdo a Cæ. ego ptimesco non modo Laberium equitē Romanū in loquendo & mordendo liberrimum: q ne Cæsari qdē pepercit acerrimis verbis in eū inuectus: cū iā admodū senex iussus esset a Cæ. mimos agere, & author est Macro. in satur. sed etiā Valerium sodalē. i. cōuictorē nostrū. qa mira. i. multū ridicula psona iuriscōsulti Britanici, hoc est tui potest induci. s. in fabulam de te factam. ¶ Ego non rideo. i. non ridendo puto, aut non dico ioco: quis tu rideas sed iocor tecum, vt soleo de re seuerissima. q.d. illud Horatianū. Quāquā ridētem dicere verum

Laberius

¶ Ex. VIII. Epistola. Nisi a me Roma.

¶ Ego omnibus, vnde petitur, hoc cōsilii dederim, vt a singulis interregibus: & aduocatoribus binas aduocationes postulem. Nā aut erit hic aliqd aliquando, aut si minus, vna mehercule consolatio nostra plus erit, q oēs Samarobrinç. ¶ Sed de seuerissima tecum vt soleo, remoto tamen ioco. Tibi hoc amantissimo animo præcipio.

Quid vetat. ¶ Ego pcipio tibi hæc aio amicissimo: ioco remoto. s. cū remitto: vt si obtinebis. s. apud Cæ. vbi nūc es: tuā dignitatē. i. locū honoris te digni. cōmendatione mea. i. p cōmēdationē meā, pferas. i. adfinē vsqꝫ feras: desyderiū nri, & sup. augeas hōestatē & facultates. ¶ Sin aūt. i. sed si: ista. s. dignitas & facultates, frigebūt. i. frigidæ obuenient tibi, recipias te ad nos. ¶ Tu. n. cōsequeris. i. obtinebis. s. Romę, oia q vis, pfecto, &. i. simul, virtute tua, & studio nro summo. i. maximo, erga te.

M. T. C. Trebatio S. D. 12

Mirabar qd esset, qd tu mihi literas mittere intermisisses. Indicauit mihi Pansa meus epicureū te esse factum. O castra præclara, quid tu fecisses, si te Tarentum, & non Samarobrinā misissem? Iam tum mihi non placebas, cū idem intuebare, quod & Tityus familiaris meus. Sed quonāmodo ius ciuile defendes, cū omnia tua causa facias, non ciuiū? Vbi porro illa erit formula fiduciæ, vt inter bonos, bñ agier oportet? qs. n. est, q facit nihil nisi sua eā?

HVBER.

Mirabar. Intellexerat Ci. Trebatium effectum epicureum, qd quidem ondit esse turpissimum: præsertim iurisconsulto, quem æquum esse decet, quod esse non poterit: si omnia sua vtilitate metiretur, sicut faciunt epicurei, & licet simulet se iocari, tū serio loquitur. ¶ Epicureum: & hæc erat cā quare lras intermiserat, qa ista secta nullum oīno vult laborē. ¶ O castra præclara. ironice. q.d. vbi cum deberes esse factus laboriosus tradidisti te delitiis & voluptatibus. ¶ Quid tu fecisses. q.d. multo mollior & delicatior factus esses. ¶ Si te Tarētū misissem. quæ ciuitas est Calabriæ: ptimū a Tara filio Neptuni condita & noiata, vt voluit Seruius: deinde a Phalanto octauo ab Hercule expulsis veteribus incolis occupata & habitata. inde Vir. Hinc sinus herculeus: si vera est fama Tareti, Ceruif. sunt aūt ciues eius vrbis admodū delitiosi. Inde Iuue. dicit. Atqꝫ coronatū & petulans madidūqꝫ Tarentū. ¶ Nō sa. q est magis barbara & rustica, & q minus inuitat ad voluptates. ¶ Idem intue. idem spectabas: hēbas eādem sniam. ¶ Quod Ethicius. hic n. sentiebat voluptatem esse appetendā. ¶ Quonāmō. q.d. nullo modo. ¶ Tua cā. epicurei. n. dicunt fugiendas esse multas amicitias: qm nō possint esse sine laboribus, & esse consulendū ociō & vtilitati ppriæ. ¶ Nō ei. s. cā, eū decet oia referri ad vtilitatem ciuiū, & obliuisci commodū nrorum si volumus viri boni & iusti esse, vt ipse Ci. in. i. offi. ¶ Porro. deinde. ¶ illa for. fidu. i. lex fiduciaria. ¶ Inter bo. bene agi. i. vt inter bonos seruetur æquitas & iustitia: videtur iniuria: formula aūt p lege & institutione ponit. Ci. in. iii. offi. Nondū. n. Aqlius ptulerat de dolo malo formulas. ¶ Inter bonos bene agier. verba sunt iuris, vt idem Cice. ondit loco supradicto in tertio officiorum, vbi tractatur plenius hæc materia. ¶ Quis est: pro qualis est, q si diceret simillimus pecoribus, quæ natura prona & ventri obedientia finxit, non enim interrogat de substantia, sed de qualitate, ergo non est quis, quasi diceret nullus, sicut quidam male interpretantur. nam multi sunt. ¶ Cōi diuidundo. diuisioni rerum cōium, quæ quo iure diuidebant, tractant iurisconsul. titulo de rerum diuisione.

Tarentum

Formula

ASCEN.

Mirabar &c. intellexerat Ci. Trebatiū effectū Epicureū, qd detestatur, dicens. Mirabar qd esset, q tu intermisisses. mittere literas mihi. Pansa meus. s. amicus vetus, indicauit mihi te factū esse Epicureū. i. voluptati studētem, & oia ad cōmoda ppria referentem. O castra præclara. Icōnia est. q.d. o præclare tecū in castris actum, cum ad tantam dementiā deueneris, quid fecisses, si misissem te tarentū. i. in eā ciuitatem Calabriæ, vbi voluptuose viuitur, vnde Iuue. atqꝫ coronatū & petulans madidūqꝫ Tarentū, nō Samarobrinā. i. in eā vrbem Britaniæ regionis frigidæ, & bellicosæ. Tu nō placebas mihi tantū. i. ab co statim tpe, cū intuebare. i. inspectabas inhiando, qd &. i. Titius, alii legunt Ethitius, familiaris meus. i. ad lucrū aut voluptatē, vt ille. ¶ Sed quonāmō defendes ius ciuile. s. qd pfiteris. cū facias oia causa tua. i. pprii cōmodi, nō ciuiū, cū ius ciuile dictū sit, eo q ciuiū vtilitati consulat. Porro. i. sed pfecto, vbi erat illa formula fiduciæ. i. illa lex & regula iuris, e qua fiduciā hēamus, videlicet inter bonos &c. Quidā textus habent vt inter &c. sed videt particula vt redundare, nisi sit oportet agier. i. bene: vt. i. veluti, inter bonos. i. perinde ac decet inter bonos agi, formula aūt est, vt dixi, lex aut regula, vt lib. iii. offi. Nōdū eni. Aquilius ptulerat de dolo malo formulas. Quis eni est sup. bonus, q nihil facit nisi cā sua. q.d. nullus, & ita formulæ illi nō eēt locus, aut qs. i. qualis est. q.d. inhumanus & auarus est &c.

HVBER. ¶ QVOD ius. q̃ſi dicere peſſimũ & iniquiſſimum. ¶ Nihil cõe, ſed potius oia ppria. ¶ Iouem lapidẽ. lapidẽ ſilicem tenebant iuraturi p Ioue, hęc verba dicẽtes. Si ſciens fallã, me dieſpiter ſalua vrbe arceq̃ bonis eiiciat: vt ego hunc lapidẽ: au thor Feſtus Pompeius. dicit ergo nunc Iouẽ lapidẽ. i. q̃ repræſentat Iouẽ. ¶ Iouẽ eſſe iratum nemini poſſe, q̃a epicurei tenent, & arcte defendunt: deos non curare mortalia: vt Nec curare deum credis mortalia: nec pcibus aut ira moueri. ¶ Vlubrano. i. n. Vlubrę ciuitas Italię, vbi fortaſſe habebat Trebatius agros & res ſuas, de ea Iuue. Vacuis ędilis Vlubris. Hor. Eſt vlubris animus: ſi te nõ deficit æquus. ¶ Quid fiet. ſ. a te. q. d. peſſime & iniuſtiſſime. ¶ πολιτεύεσθαι. i. adminiſtrare rẽ pub. verſari in rebus ciuilibus. ¶ Si deficis a no. tractũ eſt a ſubditis q̃ dicunt a dñis deficere, cũ diſcedũt ab eorũ gubernatione & impio. ¶ Plane. oino. ¶ Sin eſt cõmodũ. ſi tibi eſt vtile. ¶ Aſſentari Panſæ. Blãdiri Panſæ, & ei dicere q̃ ſis factus epicureus: cũ non ſis, vt ei cõplaceas: q̃m & ipſe gaudet voluptate: vel ſi Panſæ eſt cõmodũ aſſentari. ſ. mihi: ſed hũc poſteriorẽ ſenſum minus probo. ¶ Modo, dummodo.

Quod ius ſtatues communi diuidũdo, cum cõe nihil poſſit eſſe apud eos, qui omnia voluptate ſua metiuntur? Quomodo autẽ tibi placebit Iouem lapideũ iurare, cum ſcias Iouẽ iratum eſſe nemini poſſe? Quid fiet porro populo Vlubrano ſi tu ſtatueris πολιτεύεσθαι non oportere? Quare ſi plane a nobis deficis, moleſte fero, ſin Panſæ aſſentari cõmodũ eſt, ignoſco. modo ſcribas aliquãdo ad nos quid agis, & a nobis q̃d agi, quid fieri, aut curari velis. Vale.

ASCEN. ¶ QVOD ius ſtatues ſup. de cõi diuidundo: cum nihil poſſit eſſe cõe apud eos: q̃ metiunt oia. ſ. bona ſua voluptate. i. qui nihil dicunt boni niſi vnde ſingulariter capẽt voluptatẽ. q. d. nullũ. ¶ Aũt. i. ſed: q̃uo placebit tibi. ſ. ex iure Romano iurare Iouem lapidẽ. i. repræſentatũ p lapidẽ, quẽ iurãs in manu tenebat. Sicut. n. nunc q̃dam iurant Brachiũ ſancti Antonii: aut ignẽ ſacrũ, ita olim Iouẽ lapidẽ tenentes. ſ. lapidẽ ac dicẽtes: vt Feſtus Põpeius dicit. Si ſciens fallã, me dieſpiter ſalua vrbe arceq̃ bonis eiiciat: vt ego hunc lapidẽ: quo dicto: lapidẽ eiiciebant: cũ ſcias. ſ. ex paradoxo Epicuri q̃ dicebat deũ non curare mortalia: & q̃ deus, vt dicit Luca. Nec bene p meritis capit, nec tangit ira: Iouem nemini poſſe eſſe iratũ. ¶ Porro q̃d fiet populo Vlubrano. i. colenti Vlubras: oppidum Italiæ ſatis deſertũ: de quo Hora. Eſt Vlubris aius ſi te nõ deficit æquus: ſi tu ſtatueris nõ oportere πολιτεύεσθαι: politeueſthæ, i. adminiſtrare remp. q. d. ab oi politia deſereretur. ¶ Quare fero moleſte: ſi deficis. i. diſcelſeris: plane a nobis. ſ. ſtoicis, ſin. i. ſed, cõmodũ eſt. ſ. tibi: aſſentari Panſæ. ſ. Epicureo, ignoſco modo. i. dummodo ſcribas aliquando, q̃d agas: & q̃d velis agi: q̃d fieri, aut curari a nobis. Vale.

M.T.C. Trebatio S.D. 13

Adeo ne me iniuſtum eſſe exiſtimaſti, vt tibi iraſcerer, q̃d parũ mihi cõſtans, & nimiũ cupidus decedẽdi videreñ, ob eãq̃ cãm me arbitrarere lr̃as ad te lãdiu nõ miſiſſe: Mihi perturbatio animi tui, quã primis lr̃is pſpiciebã, moleſtiã attulit: neq̃ alia fuit vlla cã intermiſſionis literarũ, niſi quod vbi eſſes plane neſciebã. Hic tu me ẽt inſimulas, nec ſatisfactionẽ meã accipis. Audi mi Teſta, vtrum ſupbiorẽ te pecunia facit, an q̃d te imperator conſulit: moriar ni (quæ tua gloria eſt) puto te malle a Cæſare cõſuli, q̃ inaurari. Si vero vtrũq̃ eſt, quis te feret præter me, qui omnia ferre poſſum: Sed vt ad rem redeam, te iſtic inuitum non eſſe vehementer gaudeo: & vt illud erat moleſtum, ſic hoc eſt iucundum. Tantum metuo ne artificium tuũ tibi parum proſit. Nã, vt audio, iſtic. Non ex iure manu cõſertum, ſed mage

HVBER. Adeo me. q̃a reprehenderat Ci. Trebatiũ q̃ eſſet tam cupidus redeundi Romam: & poſtea intermiſerat diu ad eum lr̃as. Exiſtimauit Trebatius eum ſibi iratum fuiſſe, & ppea intermiſiſſe ad eum ſcribere: q̃d q̃dem oñdit Ci. nõ fuiſſe cãm ſuæ intermiſſionis lr̃arum: ſed quod ignorabat vbi eſſet. Deinde cũ eo iocat: appellans eũ ſupbũ. Poſtremo hortaẽ vt caueat illos populos: & pcipue Treuiros: quos audit eẽ feros. ¶ Parũ cõ. i. aliquãtulũ inſtabilis. ¶ Perturbatio ai tui. quẽ pœnitebat in iſta loca pfectũ eẽ. ¶ Hic, nũc vel in hoc. ¶ inſimulas. accuſas. ¶ Satisfactionẽ. excuſationem. ¶ Audi mi Teſta. blanditur ei, vt æquius ferat q̃ ſuperbus appelleẽ. ¶ Teſta. appellabaẽ. n. Tre. Teſta, vt infra. ego rñ Scæuolæ & Teſtę aſſentior. ¶ Vtrũ. i. es ne magis ſuperbus: q̃a factus es diues: an q̃a Cæſar te conſulit. i. interrogat, & a te cõſiliũ capit. ¶ Pecunia fa. ſu. ſic Terẽ. Quia paululum tibi acceſſit pecunię: elati ſunt ai. ¶ Moriar, dicit Cic. ſe cognoſcere Treba. ita eẽ glorioſum: vt malit cõſuli a Cę. q̃ ditari. ¶ Moriar. mos eſt dicẽdi eũ uolumus aliq̃d affirmare ita eſſe. ¶ Inaurari. auro impleri: vel ditari. ¶ Si vero. v. eſt. ſ. & te conſulat: & te inauret. ¶ Quis te feret: q̃s te tolerabit. q. d. nullus: q̃a effeceris ſupbiſſimus. ¶ Qui poſ. ſ. o. q̃a ſum patientiſſimus. ¶ Non in. i. libenter: ſcripſerat. n. poſtea Trebatius ſe libenter eſſe foris: cũ initio longe aliter ſcripſiſſet. ¶ Vt illud. ſ. q̃ eſſes animo pturbato & inuito. ¶ Sic hoc. q̃ nunc non ſis inuitus. ¶ Tantum. ſolũ. ¶ Artificium. induſtria vel ſcientia legũ. ¶ Tuum. iuris ciuile. ¶ Iſtic, in iſtis regionibus: vbi tu es. ¶ Non ex iure manu conſertũ. i. non ex legitimis actionibus, & ex iure ipſo. Ex iure manu conſertum inq̃t A. Gel. lib. vlti. noctium atticarum: verba ſunt ex antiquis actionibus &c. qui vult videre cauſam & originem horum verborum videat ipſum Gellium libro prædicto: a quo multis verbis declarantur. ¶ Sed magis. potius.

Inaurari

Ex iur͂ manu cõſertũ

ASCEN. Adeo ne. Dicit ſe intermiſiſſe dare lr̃as ad Trebatium: non quia iraſcebatur illi: ſed q̃ neſciebat vbinam ille eſſet: iocanſq̃ vocat eum ſupbum, monetq̃: vt Treuiros præſertim puocare timeat. Ordo eſt. Ne. i. an, exiſtimaſti. i. iudicaſti me eſſe adeo iniuſtum: vt iraſcere tibi q̃ viderere. i. videreris mihi parũ conſtans & nimium cupidus decedẽdi & arbitrarere me nõ miſiſſe iandiu literas ad te ob eã cãm. ſ. q̃ tibi iraſceret. ¶ Perturbatio animi tui, quã pſpiciebam primis literis tuis attulit mihi moleſtiam: neq̃ vlla alia cã intermiſſionis literarũ fuit: niſi q̃ neſciebam plane. i. omnino vbi eſſes. ¶ Tu inſimulas. i. occulte arguis & accuſas ẽt hic. i. in hac purgatione mea, nec accipis ſatisfactionem meam. i. purgationem: qua tibi conor ſatisfacere. ¶ O mi, blandiendi vox. Teſta. i. tu Trebati: q̃ & Teſta appellaris. appellatur enim Trebatius Teſta: ſed affectanter Teſtam nunc vocat: quaſi durũ & fragilem, & ita inaniter ac iuribus ſuperbientem: audi ſup. q̃d quæro: & dic vtrũ. i. quod duorũ facit te ſupbiorem: pecunia, an q̃ Cæſar cõſulit te. i. petit cõſilium a te. ¶ Moriar ni. i. niſi: puto te malle conſuli. i. conſiliũ peti: a Cæ. q̃ inaurari. i. totus aureus fieri: hoc eſt locupletari, ita vt auro togaris: aut inaurari. i. honore portãdi aurei ornamenti decorari: quæ. i. quia aura magna eſt gloria. i. cupiditas gloriæ tuæ. ¶ Si vero vtrũq̃ eſt. ſ. q̃d & pecunia: & q̃d Cæſar te conſulit, te ſuperbum facit: quis feret. i. tolerabit te præter me, qui poſſum ferre oia. i. etiã ſuperbiſſimos mores tuos. q. d. nemo. ¶ Sed vt redeam ad rem, ego gaudeo vehementer te nõ eſſe iſtic. inuitum: & vt. i. quemadmodum, illud. ſ. te ſuperbum factum eſſe erat moleſtum, ſic hoc ſup. eſt iucundum. ¶ Ego tñ. i. duntaxat, metuo, ne artificium tuum. i. peritia iuris proſit tibi parum. ¶ Nam vt audio, non manu conſertum ex iure ſup. eſt iſtic: ideſt in Anglia, hoc eſt non vindicatur rea legitime ex iniectione manus per legitimas actiones, more ciuili, ſed repetunt rem: ſcilicet ablatam aut debitum alioqui, magis: ideſt frequentius.

¶ Ferro

ferro rē repetūt, regūq; petūt, vadūt solida ui. Neq; est qđ illā exceptionē in interdicto ptimescas, qđ tu prior in oībus armatis nō veneris. Scio.n. te non esse ꝓcacē in lacessendo. Sed vt ego quoq; te aliqđ de vestris cautionibus admoneā, Treuiros vites censeo: audio capitales esse. mallem auro, argento, ære essent sed alias iocabimur. Tu ad me de istis rebus oībus scribas velim q̄ diligentissime. Ad. III. nonas Martias. Vale.

HVBER

¶ FERRO. armis. ¶ Adhibere fa. ad vim, quæ nō habet locum: vt Ennius, Pellitur e medio sapia: vi geritur res. Spernitur orator bonus: horridus miles amatur. Haud doctis dictis certantes nec maledictis. Miscent inter se inimicitia agitantes. ¶ Nō ex iu. ma. con. sed magis ferro rem repetunt regnumq; petunt: vadunt solida vi, a quibusdā legitur, & tu soles ad vim faciendā adhiberi: qđ minus probo, neq; enim est consentaneū iurisconsultū ad vim inferendam adhiberi, sed potius. ¶ Facundiā eloquentiā ornatā, & grauitate verborū, quæ nō prosunt inter arma, vt ex verbis Ennii declaratur, & Ci. Silent. n. leges inter arma. ¶ Neq; est. i. non oportet. ¶ Exceptiones. sunt enim exceptiones quædā prætoriæ, vt iurisconsulti declarant. ¶ Interdicto. interdicta dicebantur formæ, & conceptiones verborum, quibus prætor aut iubebat aliqđ fieri: aut prohibebat: & dicitur interdum prohibitio a possessionis turbatione. ¶ Prior, anteq̄ prouocateris: nam grauius puniendus est qui incipit contentionem aliquam: q̄ qui superuenit iam inceptæ. ¶ Procacem. impudentem. ¶ In lacessendo: in prouocando & irritando alios. ¶ De nostris cautionibus, quia cautiones ꝓpriæ dicuntur legales, ideo nunc Cice. dixit de nostris. q. d. quæ non sunt legales: sed tm̄ oratoriæ. ¶ Treuiros. ineptias quorūdā: qui hoc loco exposuerunt terniros quosdam fuisse: qui authoritatē iudicandi nō haberent nisi tres simul essent, & ꝑetant rebus capitalibus, e supremam ignorantiā, hi triūuiri nō treuiri dicebant: nā treuiri de quibus nunc Ci. dicit: populi sunt Galliç transalpinç. Luca. Te quoq; lætatus venissem in prælia Treuir: & de his Cæsar in cōmentariis. ¶ Capitales. i. manu ꝓmptas ad cædem, id enim significat interdum capitalis, interdum autem dignum puniri capite. ¶ Mallem auro, non est intelligendum mallem esse capitales auro, sed mallem auro contenderent vel carerent. ¶ Alias alio tempore.

Facundia
Exceptiones
Interdicta
Cautiões
Treuiri
Capitalea

ASCEN.

¶ FERRO: idest vi armorum, & tu soles adhibere facundiam. i. naturalem eloquentiam tuam, ad vim. i. violentiam hoc est tu soles vim aliorum reprimere eloquentia tua. ¶ Neq; est sup. causa aut legitima ratio: hoc est non oportet: q̄ tu pertimescas. s. agendo in Britania: illam exceptionem. i. prohibitionem quæ nota est in actionibus Romanis: q̄ tu non veneris prior in omnibus armatis. i. vt non occupes rem vi armata: sed ex iure procedas, qa vi illic omnia aguntur. ¶ Scio enim te non esse procacem in lacessendo. i. prouocando: hoc est petulantem & nimis molestum prouocatorem ad iram. ¶ Sed vt ego quoq; moneam te aliquid de cautionibus. i. vt dicunt cautelis nostris, censeo sup. vt vites: Treuiros: idest populos illos Germaniæ trans rhenum quia audio sup. eos esse capitales. s. hostes, hoc est caput potius q̄ rem hostium petentes. ¶ Mallem sup. eos esse capitales: idest pernitiosos in auferendo: non capite: sed auro, argento: ære, aut mallem eos esse ex auro, argento, ære. i. materia vnde [illegible]erent (quas amas) pecuniæ: tunc enim facilius & libentius eos inuaderes. ¶ Sed nos iocabimur alias: idest alio tempore. ¶ Velim sup. scribas ad me, de omnibus rebus istis q̄ diligentissime. ¶ Scriptum sup. Romæ, ad tertium Nonas Martias.

M. T. C. Trebatio. S. D. 14

CHrysippus Vectius Cyri architecti libertus fecit, vt te non immemorem putarem mei. salutem enim mihi verbis tuis nuntiauit. Valde iā lautus es, qui grauere literas ad me date homini ꝓsertim ꝓpe domestico. Q. đ si scribere oblitus es, minus multi iam te aduocato, causa cadent. Sin nostri oblitus es, dabo operam, vt istuc veniam ante, quam plane ex animo tuo effluā. Sin æstiuorum timor te debilitat, aliquid excogita, vt fecisti de Britania. Illud quidem perlibenter audiui ex eodē Chrysippo esse Cæsaris familiarem, sed mehercule mellem, id quod erat æquius, de tuis rebus ex tuis literis q̄ sæpissime cognoscere. quod certe ita fieret, si tu maluisses beneuolentiæ, quam litium iura perdiscere. Sed hæc iocati sumus & tuo more, & nō nihil ēt nostro. te valde amamus, nosq; a te amari tum volumus, tum etiam confidimus. Vale.

HVBER.

CHrysippus. Ostendit se conqueri Cic. iocose & familiariter de Trebatio: q̄ nihil ad eum scriberet, sed tamen re vera serio eum accusat. ¶ Architecti. principis fabrorum. ¶ Tuis verbis, tuo nomine. ¶ Valde iam lautus es: idest valde delicatus, & irridet eum Cice. & latenter accusat. ¶ Qui grauare, quem pigeat. ¶ Quod si. hoc dicit. Cice. si omnino oblitus es scribere ita vt amplius nescias, non eris amplius aduocatus, & pauci perdent. Item te aduocato: sin autem es oblitus tantummodo scribere ad me, veniam ad te antequam excidam penitus ex memoria tua. ¶ Minus multi. non multi, pauci. ¶ Gaudet causas amittent litem, quod faciunt qui non recte egerint. ¶ Te ad. te litem agente. ¶ Nostri. mei Cice. ¶ Effluo. excido ¶ Si æstiuorum: confutat aliam causam quam possee afferre Trebatius. ¶ Timor æstiuorum. timor cōmmorandi in æstiuis. ¶ Excogita, inueni: meditare. ¶ Vt fecisti de Britania, in qua ne morateris causas inuenisti. ¶ Mallē ex tuis literis: scilicet q̄ ex verbis aliorum. ¶ Cognoscerem. deest vt cognoscerem. ¶ Id quod erat æqui: idest id quod magis decebat, nam debuetas tu potius scribere de rebus tuis. ¶ Iura beneuolentiæ q̄ litium, idest si ita voluisses studere quomodo seruetur beneuolentia, sicut didicisti quomodo agantur lites.

ASCEN.

CHrysippus &c. Conqueritur: vt videtur, ioco, sed tamē serio, q̄ Trebatius nihil scripserat, dicens. ¶ Chrysippus Vectius libertus Cyri. architecti, idest principis ędificatorum, fecit vt non putarem te immemorem mei, nunciauit enim mihi verbis tuis salutem. ¶ Tu es iam valde lautus, idest delicatus, qui grauate, idest grauaris, dare literas ad me, præsertim homini prope, idest quasi domestico, videlicet Chrysippo. ¶ Quod si oblitus es scribere, minus multi cadent sup. a causa sup. sua. i. amittent rem in lite, te aduocato, cum aduocati soleant defensiones scribere. ¶ Si tu ea oblitus nostri, dabo operam vt veniā istuc. s. vbi tu es: anteq̄ effluo. i. celeriter elabor, plane. i. omnino, ex animo tuo. ¶ Sin. idest sed si, timor æstiuorum. i. bellorum, quæ proxima æstate gerenda sint, debilitat te, excogita aliqđ. i. aliquā occasionem non proficiscendi ad locum prælii, vt fecisti de Britania, iam enim in Germaniā res translata erat. ¶ Audiui quidē illud libenter ex eodem Chrysippo, te esse familiarem Cæsaris, sed mehercule mallem id quod erat æquius. i. iustius, videlicet, me cognoscere quam sæpissime ex tuis literis, q̄ ex relatu aliorum, de rebus tuis, quod certe fieret ita, quod tu faceres, si maluisses predicere iura beneuolentiæ. s. in amicos, q̄ litium. i. si tam legem amicitiæ, q̄ iuridicam calleres. ¶ Sed nos iocati sumus hæc, & tuo more qui libenter iocaris, & non nihil etiam nostro. s. more. ¶ Nos amamus valde te, & tum. i. simul, volumus, tum. i. simul confidimus etiam nos amari a te. Vale.

HVBER. Qvam sint. Primũ moleste tulerat Ci. vt visum est superius: ꝙ Trebatius inuitus esset in Gallia: nunc autem sibi et molestũ esse dicit: ꝙ scripserit se libenter esse: q̃ qdẽ videnť esse cõtraria: sed hoc ex amore fieri asserit. ¶ Quã. q̃tũ. ¶ Morosi. varijs moribus mutabiles. ¶ Qui ama. qui prosequuntur aliquẽ amore. ¶ Vel. i. maxime. ¶ Pungit offẽdit: displicet mihi. ¶ Neq; eni. rõ primę partis, q̃re moleste ferret, ꝙ inuitus esset cũ Cæsare. ¶ Non dele. rõ. mea. i. nõ hẽre cõmendationem meam gratã: quod ita esse videbatur: q̃n volebas ea vti. ¶ Et nunc ratio secundæ partis. ¶ Sine me. i. me absente: vellem enim vt essemus vna. ¶ Malo. potius volo. ¶ Hoc desydt. absentiæ. ¶ Quæ spero, honorem & facultates. ¶ Venisti in fami. iudicio tuo non casu fecisti eum tibi amicum, & es familiaris. Qui. Marij. ¶ Quod iucundius sit, scilicet vt diligaris ab [illegible]o Mario tali viro.

M. T. C. Trebatio. S. D.

Qvam sint morosi, qui amant, vel ex hoc intelligi põt. moleste ferebam antea te inuitũ istic esse, pũgit me rursus, qđ scribis te esse istic libenter. Neq; eni mea cõmẽdatiõe te nõ delectari facile patiebar, & nũc angor, quicq̃ tibi sine me esse iucundum, sed tamẽ hoc malo nos ferre desyderium, q̃ te nõ ea, quæ spero, cõsequi. Quod vero in C. Marij suauissimi, doctissimiq; hominis familiaritatẽ venisti, non dici potest q̃ valde gaudeam, qui fac vt te q̃ maxime diligat. mihi crede, nihil ex ista prouincia potes, quod iucundius sit, deportare. Cura vt valeas.

ASCEN. Qvam sint &c. Iocando dicit se moleste ferre id quod prius placuit: Galliam videlicet placere Trebatio. deinde laudat & commendat familiaritatem eius cũ Caio Mario: quem, vt ex superioribus epistolis patet, Cicero ipse magnopere obseruabat. Morosus a moribus: prima longa dicitur: qui difficilis est, & varius in moribus, vt cuius mores alij ferre non possunt: vt pote cui nunc hoc, nunc illud; placet: & vtrũq; sine comitate. ¶ Sed ordo est. põt intelligi, vtrunq; impersonaliter capitur: q̃. i. q̃tum morosi. i. anxij & variorum difficilium morum sint sup. ij. qui amant, vel. i. etiã, ex hoc. i. ex hac re, quã dicturus est. ¶ Ego ferebam. s. antea moleste te esse istic. i. in Gallia: aut apud Cæ. inuitum: pungit. i. dolore afficit me rursus. i. e cõtrario, ꝙ scribis te esse istic libenter. Probat vtrũq; addens. ¶ Neq; enim patiebar facile te nõ delectari commendatione mea. s. qua te cõmendabam Cæsari: hoc autem ideo fiebat, q̃a inuitus apud illum erat: quod Cice. tunc moleste ferebat: & ego angor nunc, quicq̃ esse iucundum tibi sine me. ¶ Sed tñ ego malo. i. magis volo: nos ferre. i. pati: hoc desyderium. s. tui absentis, q̃ te non consequi. i. obtinere a Cæ. ea quæ spero. s. te consecuturũ. ¶ Vero pro sed: non potest dici: q̃. i. quantũ, valde gaudeã, q̃a venisti in familiaritatẽ Cai Marij hois suauissimi, & doctissimi: qui. s. Marius: fac vt diligat te q̃ maxie. Satis consueto more ponitur qui: sed non construitur cũ verbo fac, sed cum diligat. Consuetius diceretur: sed nõ elegantius fac igiť vt is te quam maxime diligat &c. ¶ Crede mihi, tu nihil potes portare ex ista puincia. s. in qua apud Cæ. militas; quod sit iucundius. s. q̃ diligi a tali viro. Cura vt valeas.

M. T. C. Trebatio. S. D.

IN equo troiano scis eẽ in extrẽo, SERO sapiũt. tu tñ mi vetule, nõ sero, primũ illas rabiosulas sat fatuas dedisti. deĩde, qđ in Britania non nimis Philotheoron te præbuisti, plane,

HVBER. IN equo Troiano. Cupiebat Trebatius cito consequi aliquem magistratum, quod cum fieret serius q̃ volebat, questus fuerat de Ci. qui eum misisset in prouinciam, vbi tantopere nihil adhuc egisset, ad quod Ci. respondet satisfacere. Deinde petit, vt scribat quando in Italiam venturus sit. Postremo dicit se intellexisse a Balbo eum futurum diuitem: sed cupere intelligere quomodo intelligat diuitem, an opinione philosophica, an opinione communi & maxime Romanorum. ¶ In equo Troiano, nomen est tragœdiæ: vt diximus supra epistola prima huius lib. vij. ¶ In extremo, in fine. ¶ Sero sapiunt. i. homines sero cognoscunt quid vtile sit, cum non possunt prouidere, est autem sententia in omnes, quos facti minus considerati pœnitet: sicut troianis accidit, qui sero cognouerunt non fuisse fidendum equo & hostibus, hanc sententiam græci sic dicunt [illegible]: idest passus stultus cognouit. ¶ Tu tamen. accommodat sententiam Trebatio per contrarium. Pigebat enim eum expectare opportunitatem temporis, quo sibi a Cæ. prouideretur, quare dicit eum non sero sapere, quia cito vellet rebus suis consulere. ¶ Non sero, subaudi sapis, deest enim verbum. ¶ Primas illas: scilicet literas tuas. ¶ Rabiosulas. asperas, mordaces, & pro me conquerentes vehementius. ¶ Fatuas, insipidas, neq; enim erat iusta cã querelæ: dicuntur enim fatui multum loquentes, & qui nec quod ipsi, nec quod alij fantur intelligunt. Deinde scripserat Trebatius se fuisse Cæsari in Britania fidelissimum, sicut olim fuerat Philoctetes Herculi, qui fuerat amicissimus, nota est fabula. ¶ Non mi. q̃ Philoctetem, idest non minus fidelem, & socium Cæ. q̃ Philoctetes Herculi.

ASCEN. IN equo troiano &c. Questus fuerat Trebatius ꝙ nõdum magistratum assecutus erat, cui rñdet Ci. hac epla: iocando, disputatq; q̃o intelligat Trebatiũ futurũ diuitem. Sane controuersia est inter doctos de lectione huius epistolæ. Angelus eni Politianus hõ anxie doctus nõ Philoctetẽ, sed philocteorũ legẽdũ eẽ cõtendit, qđ eius imitatori Petro Crinito non placet, qui lib. iij. ca. xij. disciplinæ honestę ita scribit. M. Ci. locus exponendus est in epistola ad Trebatium iureconsultum, quo loco de Philoctete agitur, cui similem dicit Trebatiũ in locis varijs peragẽdis, deinde ꝙ in Britania inqt non minus q̃ Philoctetem te præbuisti plane non reprehendo. Quibus verbis Cice. significat Trebatium ipsum parum certo loco consistere, sed peregre vagari, & spectacula complura quæritare ad exemplũ Philoctetis, vt ex græcis quoq; fabulis colligimus: in quibus Philoctetes inducitur post acceptam iniuriam per varias vrbes ac regiones deferri. Sed eiusdem Ci. verba repetenda sunt ex epistola ad Qu. fratrẽ, vt apertius intelligamus q̃ sit absurda hoc loco mentio de Philotheorum. De repu. inquit nimiũ te laborare doleo, & meliorem ciuem esse, q̃ Philoctetem, qui accepta iniuria illa spectacula quærebat: quæ tibi acerba esse video. Ex his autem verbis nemo est qui non videat Philoctetem esse legendum nõ Philotheorum, quando & veteres quoq; codices huic sententiæ astipulantur. ¶ Quod ego cum Politiano retulissem, ingenue quidem & amice professus est, non fines modo se hac in re, sed ipsam quoq; possessionem concedere. Hæc ille, quibus astipulandum censeo. ¶ Ordo autẽ est. Tu o Trebati: scis esse in equo troiano. i. in ea fabula, quæ ab equo Troiano nomen sumpsit, in extremo. i. in extrema parte fabulæ. ¶ Sero sapiunt sup. Phryges, qđ in puerbium abiit. de iis qui post rem prudẽtes fiunt cum serum est. Vnde nascitur in similẽ sniam alterũ adagium, passus stultus cognouit, hoc est accepto vulnere, aut incõmodo cognouit primũ se male agere, prudentis aũt est, vt Ci. alibi docet, nõ cõmittere, vt dicendũ sit nõ putaram. Sed ordinem prosequamur. Tamen tu mi vetule. i. aliquantulum veterane & experte, non sero sup. sapuisti, primum sup. ꝙ dedisti illas &c, aut nõ sero. i. nõ minus tarde dedisti, illas primas. s. literas tuas rabiosulas. i. mordaces & litigiosas, vnde tales homines more canino mordaces Rabulas vocãt, sat. i. satis, fatuas. i. insulsas, & sine ratione mordẽtes. ¶ Deinde non reprehendo plane, qđ pbuisti te in Britania non minus q̃ Philoctetẽ. i. solertem comitẽ Cæsaris, vt Philoctetes erat Herculis, & indagatorẽ locorũ minorũ, & variorũ spectaculorũ, vt ex verbis a Crinito citatis iã clare patuit.

Morosus

Rabulæ

¶ Non reprehendo

HVBER.

NON reprehendo.i.laudo liptote. Iniectus,impositus,inclusus. Vsquequaq.assidue,semper. Telum, translatio est:telum enim pro defensione ponitur & tutamine. Acerrimum,validissimum. Foris,apud alios, extra domum meã. Non defuissem.in cœna.i.ei obtemperassem. Cui.Cn.Octauio. Aliquotics.sæpiuscule. Oro te,interrogatus est. Quis tu es,s.qui velis haberi in cœna apud te talem:qualis ego sum. Sed mehercule,ut vitet arrogantiam ostẽdit Ci. se potius ea verba ioco q̃ serio dixisse. Extra iocum.i.sine ioco. Bellus,non pulcher intelligitur:sed bonus:est enim bellus diminutiuum a bono. Ecquid.i.an,vel ne,vel nũquid.Donatus in Eunucho. Romano more,Romani enim qui pecuniis abundant:eos diuites dicunt. Bene nummatum.bene pecuniosum,Hora. At bene nũmatũ decorat suadela Venusq;. Frui cœlo & terra.i.vita.Virg. Quem si fata virum seruant,si vescitur aura Aetheria. Percũctantibus.interrogantibus,sic supra ad L.Vale. Qui istinc veniunt partim te supbum dicũt,q nihil rñdeas. Sed tñ est,deridet eum Cic. nulla.n.aut parua laus est inter imperitos peritissimũ iudicari. Samarobrinæ,vbi nullus est,qui iuris cognitionẽ hẽat. Iurisperitiorẽ.i.q melius intelligat ius ciuile: is.n.dĩ iurisperitus.Hora. Agricolam laudat Legum iurisq; peritus.

Bellus

Ecquid

Iurispitus

non reprehendo.Nunc vero in hybernis iniectus mihi videris.Itaq; te cõmouere non curas,vsquequaq; sapere oportet.id erit telum acerrimum.Ego si foris cœnitarẽ,Cn.Octauio familiari tuo non defuissem, cui tamen dixi,cum me aliquoties inuitaret,oro te quis tu es:Sed mehercule extra iocum homo bellus est, Velle̾m eum tecum abduxisses. Quid agatis, & ecquid in Italiã venturi sitis hac hyeme,fac plane sciam.Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum.id vtrum Romano more locutus sit bene numatum te futurũ,an quomodo Stoici dicunt, OMNEIS ESSE diuites, q cœlo,& terra frui possunt,postea videro. Qui istinc veniunt, superbiam tuam accusant: q negent te percunctantibus rñdere:sed tñ est quod gaudeas. constat enim inter omneis neminem te vno Samarobrinæ iuris peritiorem esse. Vale.

ASCEN.

VERO.i.sed: vt videris mihi nunc hybernis.i. cum sis in hybernis.i.locis tutis:vbi milites hyemare solent, dũ per tempestatem rem gerere non licet:iniectus.i.torpens & immobilis,vt iniectus aut in saccum,aut gelia in antrum suum tempore hyemali,quod dormitendo absumit. Itaque.i.& ita,cum sis quasi iniectus securus & torpens:tu non curas te commouere,quod laudabile nõ est:quia oportet sapere usquequaq;.i.omni loco & tempore,id telum.i.id verbum reprehensorium erit acerrimum.s.cui resistere nequeas, cũ nõ possis inficias ire quin verum sit:& si verum est: nullus erit locus:nullumq; tempus inertiæ & ignauiæ.Nunc reddit ad aliam partem epistolæ Trebatianæ:scripserat enim Trebatius gratum sibi fore,si Cicero familiaritatẽ cum Cn.Octauio contraheret,ad quod Cicero more suo iocans dicit,Si ego cœnitarem.i.essem eius consuetudinis: vt cœnarem frequenter foris.i,extra domum meam,non defuissem.i.in cœna.Cn.Octauio familiari tuo,cui tamen dixi.s.iratus superbe & contumeliose:cum inuitaret me.s.ad cœnam:aliquoties.i.aliquantulum frequenter:oro te.i.quæso: dic mihi, quis es tu:scilicet vt apud te cœnem.Sed mehercule extra iocum sup.loquor:aut dempto ioco,quo uti nescit,ipse est homo bellus.i.aliquantulum bonus & lepidus:vellem aduxisses eum tecum.s.in expeditionem:ut te oblectet.q.d.mihi enim uoluptatem afferre nequit. Fac sciam plane.i.omnino,quid agatis.s.vos oẽs:Cæsar:tu & reliquus exercitus:& ecqd.i.anne, venturi sitis hac hyeme in Italiam. Balbus confirmauit mihi.i.firmiter asseruit:te futurum diuitẽ:ego videro.i.disquisitero:hoc est disquiram,aut permitte vt disquiram, postea:utrũ.s.Balbus locutus est sit te diuitem futurũ more Romão .i.quo Romani aliquem diuitem censent vt pote te futurũ bene.i.multũ,nũma tum.i.nũmis abundantem, an quo modo Stoici dicũt omneis esse diuites:qui pñt frui cœlo & terra.i.hac vita:in qua vescimur & aura ætheria,& terra crescentibus,aut q̃cũq; contingũt & in hac vita:q̃ p terrã significatur:& futura quæ p cœlum:si modo dixero. Stoicos cognouisse vitam hoium in cœlo futurã.Sup.hoĩes aut nuncii,q veniunt istinc.i.e Gallia:vbi tu es,accusant.i.arguunt & reprehendunt superbiam tuam,q negent te rñdere.i.quia dicũt te nõ respondere percũctantibus.i.te sciendi causa aliqd interrogantibus.Sed tamen est quid.i.propter quod gaudeas. Enim:idest quia:constat.i.sine controuersiã tenetur, inter omneis:neminẽ eẽ peritiorẽ iuris te vno.i.solo,Samarobrinæ:idest in ea vrbe Britaniæ:p quã totã insulã intelligit. Vale.

Fm stoicõ diues

M. T. C. Trebatio, S. D.

EX tuis literis,& Q.fratri gratias egi,& te aliquando collaudare possum,q iam uideris certa aliqua in sententia cõstitisse.Nam primorum mensium literis tuis uehementer cõmouebar,quod mihi interdũ(pace tua dixerim) leuis in vrbis,vrbanitatisq; desyderio,interdũ piger, interdum timidus in labore militari,sæpe aũt etiam, qđ a te alienissimum est,subimpudens videbare.

HVBER.

EX tuis.Opera.Q.fratris Ci.Trebatius,qui antea inuictus fuerat,in Gallia:mutauerat aium,& scripserat se libenter esse,de quo dicit Cic. se egisse gratias.Q.fratri suo,& laudare ipsum Trebatium:qui constantis ai esse cœpit.Deinde dicit se ferre eius desyderium propter eius vtilitatem:& cõmemorat q̃ diligenter eum cõmendauerit Cæsari,& quanti fecerit Cæsar cõmẽdationes suas.Itaq; eũ hortatur,vt fruatur cõmoditate hois,tpis,& loci. Ex tuis lĩis.pp tuas literas:qb' ad me scripsisti te ab eo adiutum fuisse. Aliqñ.tandẽ. Constitisse.fecisse constantiam: confirmatum esse. Primorũ mensium.qbus in prouĩciã profectus fueras. Commouebar.indignabar. Pace tua di.honestus reprehendendi mos:prius captata venia. Pace tua.i. tua venia,te non irascente. Leuis.mutabilis. Vrbanitatis:vitæ ciuilia viuendi in vrbe. Impiger.promptus. Timidus.cecæ securitas:quia qui impigrum se interdum ostendebat,interdum timidus videbatur. Sæpe etiam : subaudi cõmouebar. Alienissimus a te.i.extra te & fere sine rõne,neq; is q esse cõsueueras. Subimpudens.i.aliquantulũ sine verecundia.

ASCEN.

EX tuis literis &c. Laudat Ci.q Trebatius ex consilio Q.fratris sui Gallis placet,monetq; vt vtilitati suæ cõsulat, & vtatur commoditate temporis,& Cæ.cui eum diligenter commendat.Ordo autem est.Ego & idest simul: egi ex literis tuis.i.post quam legi literas tuas:ex iis,quæ in literis tuis erant,gratias Quinto fratri.s. meo, est enim Cice. frater : & possum collaudare te aliquando idest tandem,q videris iam constitisse in sententia certa idest proposito firmo. Nam ego commouebar vehementer , literis primorum mensium idest quas primis mensibus postquam hinc profectus eras ad nos dedisti, q videbare mihi interdum : dixerim id est liceat mihi id dixisse : pace tua scilicet salua : leuis idest mobilis & inconstans : in desyderio urbis scilicet Romæ & vrbanitatis:idest vrbanæ vitæ & politiæ Romanæ,& videbare interdum impiger:idest acer & strenuus,interdum timidus in labore militari,& ita inconstans ac leuis fuit, autem idest sed videbare etiam sæpe subimpudens:idest aliquantulum licet non plane impudens,quia ea quæ non debebat petebat:ut supra patuit,tribunatus commoda sine labore militiæ,quod scilicet esse impudentem : est alienissimum a te idest a consuetis moribus tuis. Probat impudentem fuisse.

Tanq̃ enim syngrapham ad imperatorem, non epistolam attulisses, sic pecunia ablata domũ redire pperabas. Nec tibi in mentem veniebat, eos ipsos, q cũ syngraphis euenissent Alexandriã, nullũ adhuc numum auferre potuisse. Ego si mei cõmodi rationem ducerẽ, te mecũ esse maxime vellem. Non enim mediocri afficiebar vel voluptate ex consuetudine nostra, vel vtilitate ex cõsilio, atq; opa tua. Sed cũ te & adolescentiã tuam in amicitiã, & fidẽ meam contulisses, semp te nõ modo tuendum mihi sed etiam augendum, atq; ornãdum putaui. Itaq; quoad opinatus sum me in prouinciam exiturum, quę ad te ultro attulerim, meminisse te credo. Posteaq̃ mea mutata ratio est, cum viderem me a Cæsare honorificentissime tractari, & vnice diligi, hominisq; liberalitatem incredibilem, & singularem fidẽ nossem: sic ei te commendaui, & tradidi, vt grauissime, diligentissimeq; potui Quod ille ita & accepit, & mihi sæpe literis significauit: & tibi verbis, & re ostẽdit, mea commendatione sese valde esse commotum. Hunc tu uirum nactus si me, aut sapere aliqd, aut velle tua causa putas, ne dimiseris: & si qua te forte res aliquando offenderit, cum ille, aut occupatione, aut difficultate, tardior tibi erit uisus, perferto, & vltima expectato: quæ ego tibi & iucunda, & honesta præstabo. Pluribus te hortari non debeo, tantum moneo, neq; amicitiæ confirmandæ clarissimi, ac liberalissimi viri, neq; vberioris prouinciæ, neq; ætatis magis idoneum tempus hoc, si, amiseris, te esse nullum vnquam reperturum. Hoc quemadmodum vos scribere soletis in vestris libris, idem Q. Cornelio uidebatur. In Britaniam te non esse profectum, vehementer gaudeo, q & labore caruisti, & ego te de rebus illis non audiam, vbi sis hyematurus, & qua spe, aut conditione perscribas ad me velim. Vale.

HVBER. ¶ T A Nq̃ enim: pbat q̃ videretur subimpudẽs, quia voluisset statim ditari a Cæs. tanquam attulisset ad eũ cedulã & scripto aliquod de accipiẽdis pecuniis: & nõ lrãs cõmendaticias. ¶ Singrapha. scriptũ de capienda pecunia faciens fidẽ. ¶ Ablata. quasi abrepta & subito accepta. ¶ Nec veniebat in mentẽ. i. nec cogitabas. ¶ Alexãdriã. vbi scripti fuerãt milites. ¶ Ego. oñdit Ci. se ferre desyderiũ Trebatii pp eius vtilitatẽ: nã si suã respiceret: deberet magis optare eius præsentiam. ¶ Ducerẽ rõnem mei cõmodi. i. si respicerẽ & æstimarẽ cõmodũ meũ. ¶ Mecũ. apud me. ¶ Ex cosuetudine. ex cõuersatione, & consilio: quod mihi dabas vtilissimũ ¶ Opera. auxilio, quod mihi pręstabas. ¶ Cõtulisses te. dedisses te. ¶ Tuẽdũ. defendendum. ¶ Ornandum. dignitatibus decorãdum. ¶ Exquo. s. tpe. ¶ Id opinatus sum: existimaui. ¶ In puinciam. q erat mihi decreta. ¶ Exiturũ. pfecturum Roma. ¶ Ratio. institutio. ¶ Est cõ. quia decreui nõ exire in puinciã. ¶ Tradidi. eius fidei credidi. Virg. nup mihi tradidit Aegon. Hora. in ep̃is. s. ut tibi se laudare & tradere coret, & ipse supra ad Cæ. Totum denique hoiem tibi trado. ¶ Grauissime. honorificentissime. ¶ Q d. quã tẽ. s. q̃ ei recõmẽdauerim & tradiderim. ¶ Accepit. charũ habuit. ¶ Verbis. dicendo tibi. ¶ Et re. i. effectu: qa te multũ subleuauit. ¶ Hũc. talẽ. Vir. Hũc ego te Euryale aspicio. ¶ Nactus: qui inueneris. ¶ Ne dimi. p ne dimittas. i. ne relinquas. ¶ Et si. duæ partes sunt. ¶ Offenderit te. displicuerit tibi: affecerit te molestia. ¶ Occupatiõe. cum erit intẽtus maioribus negociis ¶ Aut dif. cũ erit durior in te admittẽdo & cum nõ ita tibi assequetur ut uelles. ¶ Proferto. tolerato. ¶ Vltima. finẽ. Est autem optimũ pceptũ ad eos: q apud magnos viros viuunt: ut tolerẽt, si qua in principio minus pspera euenisse, & expectẽt finem: qa nõ bñ agas, qd differt: non auferi: cum agas apud uiros liberales: q̃lis erat Cæ. ¶ Iucunda & honesta, i. & læta plena honoris. ¶ Præstabo. efficiam. ¶ Tm̃. solũmodo. ¶ Moneo. te dico tibi. ¶ Vberiores. ditioris. ¶ Neq; æta. qa nunq̃ eris aptior laborib⁹ q̃ nũc. ¶ Vt uos. iurisconsulti. ¶ In uc. li. legalibus: vbi soletis ita dicere, hoc Scęuolę placet: & affirmitatis snias v̄ras auctoritate aliorum. ¶ Idẽ ui. Q. Cor. i. idẽ existimabat Q. Cor. s. vt tu expectares ultima: s. finẽ rerũ: quę tibi lętũ & honestũ reddã. ¶ Te nõ eẽ pfe. nõ iuisse: scripserat. n. Trebatius se noluisse ire in Britãniã: sed remãsisse i Gallia. ¶ Q d &. dicit duas cãs eẽ: q̃re gaudeat Trebatiũ nõ iuisse i Britãniã: qa Trebatius labore caruit: q fuisset ferẽdus in Britãnia, & ipe Ci. nõ audit Trebatiũ q̃rẽtẽ, de illis reb⁹ Britãnicis. ¶ De reb⁹ illis. asperis & periculosis. ¶ Hyematurus. mãsurus hac hyeme. ¶ Quę spe. s. melioris uel deterioris fortunæ. ¶ Conditione. præsenti statu.

mandabam meæ Tulliæ, ea enim ipsa hora acceperā tuas literas,egeram etiā cū tuo Nicia,quod is vtit, vt scis,familiariter Cassio. Vt redii aūt,prius, q̄ tuas legi has proximas literas, quæsiui de mea Tullia,quid egisset: per Licinium se egisse dicebat. Sed opinor Cassiū vti non ita multū sorore, eam porro negat se audere, cum vir abesset, (est enim profectus in Hispaniā Dexius)illo & absente & insciente migrare. Est mihi gratissimum tanti a te æstimatam consuetudinem vitæ, victusq; nostri, primum vt eam domum sumeres, vt non modo prope me,sed plane mecū habitare posses: deinde vt migrare tantopere festines. sed ne viuam,si tibi cōcedo, vt eius rei tu cupidior sis,quam ego sum. Itaq; omnia experiar. video enim quid mea intersit, quid vtriusq; nostrum. siquid egero , faciam vt scias. Tu & ad omnia rescribes,& quando te expectē facies me,si tibi videbitur, certiorem. Vale.

ASCEN

¶MANDABAM id Tullię meæ,s.filię.¶ Ego enim acceperā literas tuas ea ipsa hora.s.qua pficiscebatur.¶ Egeram ēt cum Nicia tuo.s.liberto aut amico,q.d. quia: is.s.Nicia:vtitur familiariter Cassio:vt scis.¶ Aūt,i.sed:vt.i.postq̄ redii:prius q̄ legi has lr̄as tuas proximas:quæsiui de Tullia mea.s.filia , quid egisset.s. de negocio tuo : dicebat se egisse per Licinium.¶ Sed opinor Cassium.s. familiarem Niciæ: non vti ita multum sorore. scilicet sua : aut tua : Res inter eos nota:nobis propterea obscurior est.¶ Porro.i.sed,ea.s. soror , negare.i. negabat : audere se cum vir abesse. Decius enim vir.i.maritus eius profectus est in Hispaniam:migrare.i. mutare habitationem:illo.s. viro:& absente & insciente.¶ Gratissimum est mihi consuetudinem vitæ victusq; nostri:æstimatam sup.esse,a te tanti.¶ Primum vt sumeres eā domum.i.tam vicinam domui meę:vt non,modo posses habitare prope me:sed plane.i. oino mecum : quia frequenter vna sitis futuri : deinde vt festines tantopere migrare.i.mutare habitationem : & immigrare in eam domum : sed ne viuam.i. nolim vt viuam : si concedo tibi , vt tu sis cupidior eius rei.s.vt me cum aut ppe me habites:q̄ ego sum.¶ Itaq; ego experiar.i.tentabo:oia.i. quæ ad hoc conducere poterunt.¶ Enim.i.quia : ego video.i. cognosco : qd intersit mea.i. q̄tum sit mihi vtile : & quid intersit vtriusq; nostrum : id est quid vtilitatis vtriq; afferat.¶ Ego siquid egero.s.de ea re:faciam vt scias.¶ Tu &.i.pariter:rescribes ad omnia,& facies me certiorem:si videbitur.s.vtile futurum:quando expectem.i.expectare debeam te. Vale.

M.T.C. Fabio Gallo.S.D.

AMoris quidem tui quoquo me verti vestigia vel pxime de Tigellio. sensi enim ex literis tuis valde te laborasse. Amo igitur voluntatem. Sed pauca de re,citius opinor.olim.NON OMNIBVS dormio : sic ego nō oībus mi Galle seruio. & siqua est hæc seruitus,olim cum regnare existimabamur, non tam ab illis,q̄ hoc tempore obseruor a familiarissimus Cæsaris omnibus,pter istū. Id ego in lucris pono non ferre hominem pestilentiorem patria sua:

HVBER.

AMoris.Cōqueritr Ci. de leuitate Tigellii sardi cantoris & musici:de quo Hora.in sermo.mentionē fecit. Ia enim cōmotus fuerat in Cic.cp quo die eius operā exegisset in iudicio:dixisset Cic.se pstare non posse:qa necesse fuisset ei ire in cōsilium p.P. Seruio , quocunq; aūt alio die voluisset se pstaturū:quare Tigel.discessit a Ci.iratissimus. Deinde in fine epistolæ petit Cice. a Gallo librū quēdam: quē ipse Gallus de Catone scripserat.¶ Vestigia.signa:sub audi video.¶ Quoquo me verti.i.q̄cūq; parte me verti:quocūq; aspexi..¶ Vel.etiā.¶ Proxime.nuperrime.¶ De Ti.i.in cā Tigel.s.vidi vestigia amoris tui.¶ Pauca.s.dicā.¶ Citius op.deest vel dicendū fuit:vel aliqd tale.¶ Non dormio oi.i. non nego oibus operā meā.¶ Nō ser.oibus.i. nō expono me oium arbitrio.¶ Quæ est hęc.s.q.d.parua aut nulla.¶ Olim.libera ciuitate,& rep.nondū a Cę.oppssa.¶ Regnare.obtinere principatū.¶ Non tam ab illis.s.obseruabar,quā obseruor .i.honoror.¶ Præter istū.excepto isto Tigellio Sardo , istū aūt ad contemptū dictū est. Fuit aūt vt scribit Acron,gratissimus Cæ.¶ Id in lucris,pono.i.existimo mihi esse,magnū lucrū hēre inimicū hunc Tigelliū maledicū & pestilentem : sicut patria sua. Sardinia aūt a Sardo Herculis filio dicta est,authore Solino:duabus rebus maxime pestilens.Solifuga serpente pexiguo,& herba Sardonia:quę in defluis fontanis puenit:largius isto, ea si edulio fuerit nesciētibus neruos cōtrahit. Diducit ora rictu,vt qui mortē oppetunt intereant facie ridentiū: vnde in puerbio extat risus Sardonius : vt in sequenti epistola videbimus.¶ Non ferre.non tolerare,non hēre amicum,sed dixit ferre:quasi cū molestia & tædio.

Sardinia

ASCEN.

AMoris &c.Cōqueritur de leuitate Tigellii Sardi cantoris & musici,de quo Hora.lib.i.sermonum. Oibus hoc vitiū cantoribus:inter amicos Vt nunq̄ inducant aīos cantare rogati,Iniussi nunq̄ desistant. Sardus habebat ille Tigellus hoc &c.petit deinde librum quem Gallus de Catone scripserat.Ordo est. Ego pspexi quoquo.i.quocunq; verti me:quidem.i.certe,vestigia amoris tui vel.i.etiam : proxime de Tigellio.i. in eo quod egisti pro me de Tigellio.¶ Sensi enim ex literis tuis te laborasse valde. Igit amo voluntatem.s.tuā,licet parū effecisti:sed sup.loquar pauca de re.i.de negocio,quod mihi cum illo est:opinor citius sup.q̄ credat cogendū quod iustum est facere.¶ Olim non omnibus dormio:aliis placet esse verbū Ci.vt subaudiatr particula vt,sic.vt mi Galle ego olim.i.iam a multo tēpore:non dormio omnibus.i.nō nego oibus operā meam:si : non seruio oibus.Quia Tigellio,si opera mea eguerit,non seruiero, aliis videntur vt etiā mihi:verba superba Tigelli:dicentis,cum illi exprobatū esset a Cice. cp ad cœnam inuitatus loco cantus dormiebat : olim non oibus dormio vt sit:sicut dixit sup. Tigellius, ego olim nō omnibus dormio : sic ego o mi Galle non omnibus seruio. Etsi.i.tametsi,quæ.i.qualis,est hæc seruitus.i.mea in patrocinio præstando,q.d.nulla:qa ego non obseruabar olim,cum existimabar regnare,eo cp ex sentētia mea oia fiebant:tam.i.tam vehementer ab vllis.s.clientibus aut ciuibus:q̄.i. quantum,ego obseruor.i.color & honoror:nunc ab oibus familiarissimis Cæsaris,præter istū.s. Tigelliū.¶ Ego pono id in lucris.aut in lucrū:non ferre.i.cp non fero.aut nō cogor ferre.i.tolerare:cum nulla sit mihi familiaritas cū eo:hominē pestilentiorem patria sua.i.qui sit pestilentior q̄ Sardinia patria sua:q̄ tn̄ pestilens est pcipue duabus rebus.Solifuga serpente perexiguo:& hærba Sardonia:quæ si edulio admisceatr neruos vescentibus cōtrahit,& diducit ora rictu:sic vt moriētes ridere videantur:vnde est risus Sardonicus in adagio.Præterea in ea est vis taxi,vnde mel t[illegible]itur.

HVBER. CEVM. Tigellium.¶ Addictum.astrictum,destinatum.¶ Calui Licinii.hunc conijcimus fuisse hominē mordacē & maledicum.¶ Praeconio.publicae detractioni. Hypponacteo.i.asperrimum,quali vtebat Hipponax poeta Iambographus. Stra.li.xiiii.& Pli.li.xxxvi.authoribus,Ephesius patria fuit notabili vultus foeditate,qui in statuarios Bubalū & Athenidorū,qui statuas ipsius deformissimas in eius cotumeliam affixerant,acerrime inuectus est,& q imaginem eius lasciuia iocorū pposuerat ridentiū circulis,eos Hipponax indignatus tanta amaritudine carminū distrinxit,vt credatur aliquos ad laqueum cōpulisse,qđ falsum est,& Ioannes cognomēto Caecus author graecus,in Hesiodū scripsit,qui in catalogo oium poetarum,cum Iambographorū mentionē faceret:inquit ιαμβογραφους γλωττοτομοις ... ἐν λόγοις ... Iambographos lingua ferientis.vide Patim & Archilocū turpē in verbis,& grauem Hipponacta amaritudinis plenū.¶ Vide.intellige.¶ Quid.cur,ob q cām.¶ Succenseat.irascat mihi.¶ Receperā.susceperā,defendendā.¶ Dare o.curaturū auditū.¶ De P. Seu.i.pp.P.Seutiū.¶ Iri.a me.¶ Quē u. quē cuperet eo facere.¶ Me non def.ei.me futurū ei paratū.¶ Sumpsisset.elegisset.¶ Aliū d.preter illū.¶ Ille aūt.p cōtemptū hoc dicit. q.d.vide qd fecisset,si habuisset aliquos ex suis magnos,cū ita cēsupbus,q hēret suos vilissimos.s.tibicines & vnctores.¶ Bellum.iconice. Tibicinē.peritum tibiae.¶ Bonum vnctorem.vnctor dicebatur qui in gymnasio palestritas vngebat. Mar. Nec rapit immeritas sordidus vnctor opes,graece dr aliptes. Erant aūt inter vilis officii homines.¶ Discessit ita.q̄ non impetrauit,vt vellem dimittere cām P.Seutii,pro qua necesse erat iri in consiliū,vt agerē cām Phameae,pro qua ipse me adiuuerat.¶ Habes.cognoscis,intelligis.¶ Venales.q.d. seruilis cōditionis.¶ Alium alio nequiorē.q.d.oēs pessimos.¶ Iniquitatē.iniustitiam in suscipiendis inimicitiis contra me ob hanc cām.¶ Salaconis.i.arrogantis superbi.Salacon enim vir fuit,q cū pauper esset,se diuitē simulabat,vñ Salacones superbi & salaconia superbia dicta est,authore Suida.¶ Catonem. librū quem de Catone scripsisti.¶ Turpe vtriq; nostrū, q tu videris negligere amicitiam meam,cui nondum ostenderis,ego esse negligens,qui nondū curauerim videre.

Vnctor

Aliptes

Salacon

Salacões

Salaconia

eumq; addictum iam tum puto esse Calui Licinii hypponacteo praeconio. At vide quid succenseat.Phameę causam susceperam,ipsius qdē causa (erat enim mihi sane familiaris).Is ad me venit, dixitq; iudicē sibi operam dare,constituisse,eo ipse die,quo de.P. Sextio in consilium iri necesse erat.respondi, nullo modo me facere posse,quem vellet alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum. Ille autem qui sciret se nepotem bellum tibicinē habere,& far bonum vnctorem , discessit a me, vt mihi videbatur, iratior.habes Sardos venales, alium alio nequiorem. Cognosti meam causam, & istius Salaconis iniquitatem. Catonem tuum mihi mitte,cupio enim legere, me adhuc non legisse turpe vtriq; nostrum est. Vale.

ASCEN. CET puto eū addictū.i.destinatū iam tum,i.iam ab eo tpe,quo mihi inimicari coepit,pconio Hypponacteo.i. carmini iābico graui & mordaci,quali Hipponax vsus est, Calui Licinii.i. quo Caluus Licinius Hypponactis imitator eū pscribet.¶ At.i.sed,vide.i.aiaduerte aut ignosce,qd.i.pp qd,succenseat.i.irascatur mihi.¶ Ego receperā,aut susceperā.i. protegendam cām Phameae,qdem.i.certe,cā ipsius.i.Phameae,erat enim mihi familiaris,sane.i.valde.¶ Is.s. Phamea venit ad me,dixitq; iudicē cōstituisse dare operā,sibi,eo ipso die,quo.s. die necesse erat iri in consiliū de Publio Seutio.i. propter negocia Publii Seutii,rndi me nullo mō posse facere.i.agere cām ipsius,& respondi si sumpsisset alia diem,quem vellet me non defuturum ei. Ille aūt qui.i.vtpote qui,sciret se habere tibicinem.i.canentem in tibiis,bellum.i.aliquantulum bonum,& vnctorem.s.palaestritarum,hoc est aliptem,quod vile & sordidū erat officiū,sat.i.satis bonū.i.peritū , vtpote Tigelliū,nepotem.i.qui sibi nepos esset,discessit a me iratior.i.aliquantulū iratus,quasi qui arbitraret se expostulaturū cum iniuria eorū nepote suo,vt videbatur mihi.s.ex vultu eius.Habes Sardos.s.duos,Phameam & Tigellium, venales .i.facili precio corruptibiles,& quasi seruilis conditionis,alium nequiorem alio. Valla diceret alterum altero, nisi plures sint qui duo. Tu o Galle cognouisti cām meā,& iniquitatem istius Salaconis.i.arrogantis & inaniter supbientis, vtpote de ppinquitate Tigelli.Salacon enim vir fuit,q cū pauper esset,se diuitem simulabat, vnde Salacones inaniter superbi, & Salaconia superbia dr,authore Suida.¶ Mitte mihi Catonem tuū.i.librum quem de Catone scripsisti,cupio enim legere sup.eum,quem sup.me nō legisse adhuc, est turpe vtriq; nostrum, Vale.

Salacones

HVBER. QVod. Mandarat Gallus Ci. vt quandam suā ad eum epistolam laceraret.Deinde poenituerat , & scripserat se dolere illam epistolam laceratam.Itaq; adhuc Ci.ostendit epistolam integram esse apud se,& nōdum scissam,deinde quaedam dicere videtur de Cae.nouo quodam amore & sibi insolito,ne ab vllo pterq̄ ab ipso Gallo intelligatur, & re vera obscura est haec epistola.¶ Noli labo.noli angi,noli cruciari.¶ Salua.integra.¶ Petes.s.eam,cum libebit.¶ Me mones, quantum possumus conijcere monebat eū Ci. vt videret qūo loqueret de Cae.¶ Vereri mihi.mea causa vereri & timere.¶ Istum quidā intelligunt Cę.¶ Rideamus γελωτα σαρδονιον.i.rideamus risum Sardonium,quē aliq dicunt eos tenere vsq; ad mortē,quos tarcontella alal momordit,puto tñ intelligi risum Sardoniū,pp herbā Sardoniam,quā q inscieris comederit,mortē obit facie ridētis, vt in pcedenti epistola diximus.¶ Sed heus.non,tam vocantis q̄ monentis est.¶ Manū.s.aufer.¶ De tab.s.ne scribas contra eum.

M.T.C. Fabio Gallo.S.D. 26

QVod epistolā cōscissam doles,noli laborare salua est domi : petes cū libebit. Quod aūt me mones, valde gratū est: idq; vt semp facias,rogo. Videris.n.mihi vereri,ne,si istu hūcrim?,rideamus γελωτα σαρδονιον.Sed,heu tu manū de tabula.

ASCEN. QVod epistolam &c.Mandarat Gallus Ciceroni quandam epistolam lacerare , deinde petierat id eum non facere, vnde scribit se eam integram habere. Deinde quaedam obscura quae erant in illa epistola sic tangit,vt praeter eos vix quisquam intelligere possit,nec mirum cum secretū haberi velint. Verūtamen illud quod Vber. penitus incognitum ecuser,ne in Catonium &c.Beroaldus explicare videtur,dicit enim Catonium Laberianū esse vocabulum, hoc est quod Laberius vsus est pro inferno,in illo versu Tollet bona fide vos orcus nudas in Catonium.i.infernū. Et legit non Catonios,sed Cato nos,vt sit, vereor ne Cato nos sup.deducat in Catoniū.i.quasi ad orcum aut mortem. Si qs tamen Catonios malit legere nō absurdus fuerit sensus,vt eū ordine aperiā.Ordo aūt est. Quod doles epistolam.s.quā iusseras conscindendā,conscissam esse,noli laborare.i. ppterea dolore affici,ipsa sup.est domi.s.meę, salua.i. adhuc integra, petes sup.eā a me,cū.i.quādo lubebit.¶ Valde gratū est sup.mihi,q̄ mones me.s.cauere aut pspicere mihi,& rogo vt facias id semper. Tu enim,videris mihi vereri,nisi habuerimus istum.i.defensorem,aut alium,quem impune ridere possemus, rideamus.i.q̄ rideamus. την γελωτα.i.risum σαρδονιον,i.perniciosum,qualem rident q herbam Sardoniam comederint, & facie ridentibus similī moriunť aperto ore.¶ Sed heus tu,euocantis est vox,& adhortantis,sup. retrahe manū de tabula.i.lusoria,aut vt quidam opinantur,i.noli iocari,cū lupus sit in fabula,aut de tabula,in qua qcq; in Cęsarem scribas,

Catoniū

magister adest citius, q̄ putaramus, vereor ne in Catonium Cato nos. Mi Galle caue putes qcq̄ melius, q̄ epistolę tuę partem ab eo loco, cætera labuntur. Secreto hoc audi, tecum habeto, ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris. præter duo nos, loquitur isto modo nemo: bene, male ne videro: sed quicqd est, nostrũ est. Vrge igitur, nec trãsuersum vnguem (quod aiunt) a stylo. is enim est dicendi opifex, atq; equidem aliquantũ iam etiam noctis assumo, Vale.

HVBER. MAGISTER. Cęsarem, itelligit, quem magistrum appellat, quia eum timeant tanq̄ discipuli magistrũ. In Ca. Ca. ita scriptũ erat in codice vetustissimo: quidã hoc loco somniãt Catonios intelligi seueros: vt sitis vereor ne Catonios in Catoniũ. s. Cæ. seuerũ subaudi videamus, aut moueamus, ego aũt nihil adhuc inueni, aut audiui, aut excogitaui: quod mihi satisfaciat: puto. n. Cic. ita de industria locutũ esse, ne intelligeret: sunt tñ q ita legunt, vereor ne in Catonẽ Cato in nos: q lectio ẽ tolerabilior, sed, vt dixi, fateor me nõ satis intelligere qd Ci. sentiat. Quicq̄ me. s. eẽ. Ab eo lo. in eo loco & in ea parte epistolæ, q̄ incipit, Cætera la. hæc. n. verba erãt in epistola Galli. Hoc. qđ dixi, nihil esse melius q̄ partẽ epistolæ tuæ ab eo loco. Cætera labunt. Præter nos duo. duo pro duos dixit in actõ more græco: sic Hor. Duo si discordia vexet inertis. & Virg. Si duo præterea tales idęa tulisset Terra viros: Ista mõ. ita obscuro. Ne. an. Quicquid. i. scilicet quod loquimur isto modo. Nostrũ est. nostræ inuẽtionis est. Vrgeo. s. me: alii intelligunt vrge: qđ minus placet. Transuersum vnguẽ. s. moueam, & est translatio a marmorariis: qui lapidum cõmissuram & ęqualitatẽ digito experiunt: vnde hoies ad vnguem facti dicunt ad pfectionem. Hora. Fonteis ad vnguẽ factus homo. Quod aiunt. qđ est in puerbio. Is. Cæsarẽ significat, vt diximus. Opifex. artifex: magister. Assumo aliquantulũ noctis. i. etiã multum vigilo in nocte: quia video quo cum hoie mihi sit res: aliqui volunt allegorice intelligi. Aliquantulum noctis. i. aliquantulum obscuritatis. i. obscure loquor pter hoc: placet tñ melius. Aliquãtum noctis. i. aliquantulum vigiliarum: ne negligentiæ ab eo notet, qui est dicendi artifex.

ASCEN. MAGIster. i. quem vt magistrũ timere debeamus, Cæsar adest citius q̄ putaueramus. s. affuturũ, vereor ne Cato. s. cuius nos imitatores sumus, trahat aut ducat aut pcipitet in Catoniũ. i. orcũ aut baratrũ inferni: hoc est ne eius imitatio sit nobis cã mortis. Si legat Catonios p Catonianos sensus est: vereor ne sup. Cęsar mittat Catonios. i. Catonis partes sequẽtes: aut facta pbantes, vt Gallus q in Catonis laudem librũ composuerat, vt in fine superioris epistolę, & Cicero ob quem anticatones scripserat Cęsar. Alludit ergo ad vocabulũ Catoniũ, vocans Catonios Catonis amicos: id aũt potius dixero: q̄ Cato nos: iam. n. mortuus fuerat, sed tñ Cato. i. laus q̄ de eo scribebaẽ & studiũ eius: poterat mittere in Catoniũ: qđ vocabulũ nõ est a Catone deductũ, qñ infernũ signat. O mi Galle caue putes quicq̄ melius, q̄ partem epistolę tuę: ab eo loco cętera labunt. Audi hoc secreto, & habeto tecũ, neqdem. i. non saltem dixeris Apellæ liberto tuo. Nemo loquitur isto modo, pter nos duo. i. duos: antiquus est accusatiuus: authore Prisciano: quo & Vir. vtit in æneide. Si duo pterea tales Idea tulisset Terra viros. Et Hora. in ser. Duo si discordia vexet inertes &c. Videro. i. permitte vt videã: ne. i. an. sup. nos sic loquamur: bene an male. Sed qcqd est. i. siue rectũ siue prauũ genus loquẽdi, sup. ipsum est nostrũ. i. nobis peculiare. Vrgeo igit ne sup. qdem, vnguem transuersum a stilo. i. nõ exorbito a stilo in transuersum ad latitudinẽ vnguis: qđ est in puerbio, hoc est: ego sino stilum libere fluere, & nõ cogo cum vllius metu. Is enim. s. stilus, est opifex. s. optimus: qđ etiam Fabius ait: dicendi, atq; equidem assumo iam ẽt aliquantulum noctis. i. aut noctu scribo, aut obscure.

Cicero Gallo. S. D. 27

CVm decimũ iam diẽ grauiter ex intestinis laborarem: neq; iis, qui mea opera vti volebant, probarem me nõ valere, quia febrim non haberem, fugi in Tusculanũ. cũ qdem biduum ita ieiunus fuissem, vt ne aquã quidem gustarem. Itaq; confectus langore, & fame, magis tuum officium desyderaui, q̄ abs te requiri putaui meum. Ego autem cum omneis morbos reformido, tum in quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicat δυσουρικα, και δυσεντερικα παθη molesta esse, quorum

HVBER. CVm iam. Scribit Cic. se petiuisse Tusculanũ rus suũ, qa cum iã decẽ dies laborasset ex fluxu ventris: & febre tñ caruisset, nõ poterat psuadere iis: qui suã operã exigebant se esse ęgrotũ: qa careret febre, exponit aũt quẽadmodũ in quadã cœna augurali cõtraxit hunc morbũ: holusculis qbusdã auidius comestis. Postremo dicit se cõmoraturũ in Tusculano: donec se refecerit: qa erat admodũ debilitatus eo morbo. Ex inte. i. ex morbo intestinorũ. i. ex fluxu ventris. Neq; p. i. neq; ostẽderẽ & psuaderẽ. Nõ au. i. me nõ eẽ sanũ. Quia febrim nõ ha. multi. n. putant eũ, q non hẽat febrem: non esse ægrotum: cũ tñ multæ ægritudines sint sine febribus. Nec aquã qdẽ quæ maxime solet ęgrotantibus cõcedi: & maxime cocta. Cõfectus. debilitatus. Languore. ægritudine. Ex fa. inedia. quia per duos dies nihil penitus gestauerã. Tuum of. vt tu ad me scriberes, vel vt ad me visendum venires. Quã meũ re. a te. qa in tali casu debueras existimare me nõ posse pstare offm, & iõ nõ putaui illud a te regri. Ego aũt. dicit Ci. se timere oẽs morbos, sed pcipue, duos. i. dysuriã. i. difficultatem vrinę: vel (vt alii volũt) excoriationem vesicæ: & dysenteriã. i. intestinorũ morbũ: vel ventris fluxũ: qa stoici ascribunt hos duos morbos duabus turpissimis causis, alterũ intẽpertantię: alterũ edacitati. Male accipiũt. reprehẽdunt: notant. Tuũ. latẽter accusat Gallũ voluptatis. Dicãt stoici. δυσουρικα. δυσ in cõpositiõe apud græcos malũ semp aliqd signãt, ουρεω vrino: inde δυσουρια. i. grauitas siue difficultas vrinãdi, vel (vt diximus) excoriatio vesicæ, eadem rõne δυσεντεριαν morbus intestinorũ, nã εντερον intestinũ signãt, παθη. i. passione, dysurica & dysenterica adiectiua sunt. i. passiões vrinales & intestinales, vt ita dixeri.

Dysuria

Dysenteria

ASCEN. CVm decimum &c. Dicit se petiisse Tusculanũ suum, qa iam decem dies laborauerat ex fluxu ventris: quem in cœna augurali contraxerat, docetq; se inde nõ abiturũ donec conualeat. Ordo est. Cũ ego laborarẽ grauiter ex intestinis. i. dolore & pfluuio alui: iam decimũ diem, neq; pbarem. i. psuaderẽ, iis, q volebãt vti opa mea me nõ valere. i. nõ eẽ sanum & validũ, qa nõ hẽrem febrim, nõ. n. putabant morbũ alui sine febre satis grauem, vt cãis dicendis abstineat, fugi. s. a freqntia populi: in Tusculanũ. s. agrum & villã, cũ qdem fuissem iam ita ieiunus, vt neqdem gustarem aquã. Itaq;. i. & ita, ego cõfectus. i. fere consumptus languore, Et fame, desyderaui magis offm tuum, vt. s. me sustentes, q̄ putaui officium meũ reqri abs te. Ego aũt cũ. s. ita sic, q reformido oẽs morbos, tũ q. i. qa stoici male accipiunt. i. tractant, hoc est carpunt & arguunt Epicurũ tuum. i. cuius sectam seqris, qa dicant. s. stoici, παθη pathe. i. passiones & morbos, δυσουρικα. i. male vrinandi aut mingendi, cũ grauitate & excoriatione vesicę, και. i. & δυσεντεριαν. i. intestinorũ male se hñtiũ, esse molestia, pp vitia, vñ pcedant, sane pticula δυσ dys græcis in cõpone malũ notat, sicut interdũ p nobis, vt puersus, pfidus &c. δυσουρια dysuria, i. mala aut difficilis vrinatio & mictio: cũ vesicę excoriatione adiectiue aũt dr̃ dysuricus. Vñ qa pathos neutri est gñis, & in plurali dr̃ pathe, dixit dysurica pathe molesta, similiter entera dñr intestina, vñ dysenterica intestinorum morbus, & adiectiue dysenterica pathę, aut, vt græci pronunciant, pathi, quorum: scilicet dcõrum ipsi putant.

HVBER. ¶ ALTERVM edacitatis: scilicet dysenteriam: idest carpulę, & nimię comessionis: quia ex nimia repletione plerunque prouenit fluxus ventris. ¶ Intemperantiæ turpioris: idest libidinis & actus venerei, ex quo prouenit excoriatio vesicæ. ¶ Iam senescentis, quia vincitur tempore morbus: sicut homo. ¶ Remissio. imminutio. ¶ Ne mirere, cum dixerim hæc ex duabus rebus turpissimis prouenire: quibus scis me non delectari. ¶ Commiserim, peccauerim. ¶ Lex sumptuaria: idest de sumptu: quæ moderabatur sumptum conuiuiorum & victus, & numerum conuiuarum præscribebat: fuit autem prima lex Orchia: deinde Fania: & postea aliæ multæ: vt scribit Macrobius in Saturnalibus. ¶ λιτοτητα, frugalitatem λιτοτης: frugalitatem significat. ¶ isti lauti: idest isti qui laute & splendide viuunt. ¶ Terra nata, in ea, quæ ex terra nata sunt, qualia sunt ea, quæ subdit: scilicet fungos &c. ¶ Quæ excepta sunt lege: quæ non continentur in lege sumptuaria. quia per eam non prohibemur eis vesci.

Heluellæ ¶ Heluellas. heluellæ (authore Festo) dicuntur olera minuta. ¶ Herbasque omnes. post speciem transiuit ad genus: ne singula commemoraret. ¶ Condiunt: conficiunt, sapide componunt. ¶ In cœna augurali: aut quæ fiebat inter augures: aut quæ fiebat causa noui auguris. ¶ διαῤῥοια. fluxus: effusio ventris. ¶ Hodie primum. tantum hodie, nã superioribus decem diebus coactus sum iacere. ¶ Ostreis

Ostreæ & murenis. cibis delicatioribus: ostreæ enim in magno luxu & exprobratione apud antiquos fuerunt. Sergius Orata, vt scribit Plinius, in baiano ostrearum viuaria instituit: primumque docuit optimum saporem esse Lucrinis. Murenæ vero anguillis similes: olim in delitiis fuerunt: præcipue ex freto siculo missæ, illic enim saginabantur, vt in summo pelagi emergerent & fluitarent: inde a græcis plotæ: a πλώω: idest nauigo: a nostris flutæ a fluendo dicuntur: nam torrefacta pelle sole mergi iterum non possunt: & manu capiuntur. Mar. Quæ natat in siculo grandis murena profundo, Non valet exustam mergere sole cutem. Murenarum autem viuaria primus (authore Plin.) excogitauit Curius: qui triumphalibus cœnis Cæ. dictatoris septem millia murenarum appendit. ¶ Beta & maluæ. herbæ sunt viles & quibuslibet hortis familiares.

Murenæ

Plotæ

Flutæ

Beta

Malua

Nauseare

¶ Deceptus sum: quia comedissem auidius, eo quod non viderentur esse gulositatis, mouerunt fluxum ventris. ¶ Cautio: neque credemus facile quibuslibet cibis. ¶ Nauseantem. nausea dicitur ex graui odore perturbatio stomachi ad vomitum: dicta a naui: ex cuius sententia mouentur vomitus: inde nauseare stomacho perturbari: & ad vomitum moueri dicitur. Iuue. Ergo maritus nauseat. ¶ Mittendi. aliquem ad me. ¶ Hic. in Tusculano. ¶ Quoad. quousque, donec. ¶ Et vires & corpus. vires corporis. ¶ Morbum. hunc fluxum ventris. ¶ Reuocabo, recipiam resumam. ¶ illa. vires & corpus. Vale.

alterum morbum edacitatis esse putant, alterum etiã turpioris intemperantiæ. Sane δυσεντερίαν pertimueram. Sed visa est mihi vel loci mutatio, vel animi etiã relaxatio, vel ipsa fortassis iam senescentis morbi remissio profuisse. Attamen ne mirere, vnde hoc acciderit. quomodo ve commiserim: lex sumptuaria, quæ videtur λιτοτητα attulisse, ea mihi fraudi fuit. nam dũ volunt isti lauti terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorẽ adducere fungos, heluellas, herbas omneis, ita condiunt, vt nihil possit esse suauius. In eas cum incidissem in cœna augurali apud Lentulum, tanta me διαῤῥοια arripuit, vt hodie primum videar cœpisse cõsistere. Ita ego, qui me ostreis, & murenis facile abstinebam, & beta etiam, & malua deceptus sum. Posthac igitur erimus cautiores. Tu tamen cum audisses ab Anitio (vidit enim me nauseantem) non modo mittẽdi causam iustam habuisti, sed etiam visendi. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiã, nam & vireis, & corpus amisi. Sed si morbum depulero, facile (vt spero) illa reuocabo. Vale.

ASCEN. ¶ ALTERVM: scilicet dysentericum pathos: esse morbum edacitatis: idest auidæ ac nimiæ comessionis: alterum. s. dysutricum pathos: intemperantiæ etiam turpioris: vt potæ venereæ: quæ nimiam potationem sequitur. ¶ Sane ego pertimueram dysenteriam: idest malam intestinorum dispositionem & alui profluuium, sed visa est mihi profuisse vel mutatio loci: vel relaxatio etiam animi: vel etiam fortassis remissio morbi iam senescentis: idest debilitati per diuturnitatem. ¶ Attamen ne mirere: idest mireris: vnde hoc: scilicet genus morbi aut pathos acciderit: ve pro vel: quomodo commiserim: lex sumptuaria: idest lata de sumptibus in conuiuiis imminuendis, quæ: scilicet lex videtur attulisse λιτοτητα litotetea, profertur tamen grecia litotita. i. fragilitatem: nam λιτοτης litotes litotetos &c. frugalitas est: ea fuit mihi fraudi. i. detrimento sospitatis. i. imposuit mihi. ¶ Nam dum isti lauti: idest elegantes & exquisiti conuiuiorum instructores volunt adducere in honorem nata terra. i. fruges herbas & similia quæ sunt excepta lege: quia de eorum sumptu lex non loquitur: ipsi condiunt fungos, heluellas: idest minuta holera, authore Festo: & herbas omnes: ita vt nihil possit esse suauius. ¶ Cum incidissem in eas: scilicet herbas dictas, aut in ea: scilicet terra nata: in cœna augurali: idest quę augurum collegio erat apposita: apud Lentulum: tanta διαῤῥοια. i. effusio aut profusio alui: arripuit me: vt videar cœpisse primum hodie consistere. i. fluxum repressisse & stare fecisse. ¶ Itaque: idest & ita: ego qui abstinebam me ostreis, idest delicatis illis & lubricis conchiliis: & mureris: idest delicatis piscibus: quas Lampredas quidam, alii flutas, græci plotas vocant: deceptus sum etiam a beta & malua: herbis notis & vulgaribus. ¶ Igitur nos erimus posthac: idest deinceps cautiores. ¶ Tu tamen cum audisti: scilicet morbum meum ab Anitio. ¶ Enim. i. quia: Anitius vidit me nauseantem: scilicet e languore, habuisti causam iustam: non modo mittendi: scilicet aliquem ad me: sed etiam visendi: idest veniendi visum: quasi dicat quorum neutrum fecisti. ¶ Ego cogito commorari hic: idest in Tusculano: quoad: idest donec: reficiam me. ¶ Nam amisi & vires & corpus: idest corpulentiam: sed reuocabo. i. recuperabo facile illa scilicet vires & corpus, vt spero, si depulero morbum, videlicet fluxum alui. Vale.

HVBER. MIror. M. Gallus cum esse in exilio: quia Pompeii partibus fauisset, acerbius questus fuerat de Cicerone accusaueratque grauiter: quamobrem Cicero ei rescribit etiam acerbius: & huius acerbitatis causam in eum transfert, a quo fuerit lacessitus. ¶ Non liceat tibi. non deceat te. ¶ Obseruatam, honorauetam.

ASCEN. MIror &c. Reiicit culpam acerbitatis epistolę scriptæ in Gallum sic meritum, dicens. ¶ Miror cur accuses me: cum non liceat: tibi facere id: idest accusare me, quia in me culpa non est: quod si liceret tamen non debebas: scilicet accusare me. ¶ Ego enim obseruaueram: idest honorauetam: te in consulatu.

M. T. Cicero. M. Fabio Gallo, S. D. 26

MIror cur me accuses, cum tibi id facere non liceat. quod si liceret, tamen non debebas. Ego enim te in consulatu obseruaram:

¶ Et ais

HVBER.

¶ET ais.sensus est dicis ꝙ Cę.te restituet in pristinu.⸿ Intercessorem:apud Cęsa.vt ipse te restituat.⸿ Quasi respõderim pa.for.i.tanq̃ nõ rñderim tibi magno aio:cũ tu sine verecundia me rogares.⸿ Purgassem.excusassem.⸿ Quę fe.cotra me.⸿ Molesta.grauia.⸿ Quę scripsisti.acerbius de me conquerendo.⸿ Propter quem cęteri.qa liberaui patriam,& vniuersos ciues a coniuratoribus.⸿ Non vi.nõ existimatum.⸿ Liber.liberi animi:qui nõ audeam dicere ꝙ sentiam,sicut vt scribis.⸿ Quæ de.ad me.i.quæ mihi attribuisti,nam Gallus multas laudes attribuebat Cice. & pſertim de liberatione patriæ, deinde dicebat se admirari talem hoiem eẽ ita timidũ,vt nõ auderet sniam suã dicere.Dicit ergo Ci.qd si ea sunt falsa:q̃ ei attribuit Gallus:nihil ei debet.Sin aũt sunt vera,non debet ignorare qd ei debeat populus Ro.qd autem exponat.⸿ Getulisti:denunciasti:nont. tis probo, qa non video qua ratione.⸿ Tu es opti.te,tu optime scis.⸿ Quid.quantum.

& ais fore, vt te Cæsar restituat. Multa tu qdem dicis, sed tibi nemo credit. Tribunatum plebis dicis te mea causa petisse, vtinam semper esses tribunus,intercessorem non quæreres. negas me audere, quod sentiam, dicere,quasi tibi cum parum pudenter me rogares,parum fortiter responderim.Hæc tibi scripsi,vt isto ipso in genere; in quo aliquid posse vis,te nihil esse cognosceres.Quod si humaniter mecum questus esses,libẽter tibi me & facile purgassem.non enim mihi ingrata sunt,quæ fecisti:sed quæ scripsisti molesta. Me aũt,pp quem cæteri liberi sunt,tibi liberum non visum, demiror.Nam si falsa fuerũt,quæ tu ad me, vt ais, detulisti: quid ego tibi debeo?sin vera,tu es optimus testis,quid mihi populus Romanus debeat. Vale.

ASCEN

¶ET ais fore.i.futurũ:vt Cæsar restituat te.s. patriç:aut pristinæ dignitati.⸿ Tu quidem dicis multa,sed nemo credit tibi.⸿ Tu dicis te petisse mea causa tribunatũ: vtinam tu esses semper tribunus:qa sup. non quęreres intercessorẽ.⸿ Negas me audere dicere quod sentiam, quasi rñderim tibi parum fortiter,cũ rogares me parum pudenter. Ego scripsi tibi hęc.i.has acerbas literas:vt cognosceres te nihil esse.i. nihil posse aut valere, in isto ipso genere.s. accusandi & maledicẽdi aut minitãdi: in quo vis posse aliqd: qd si questus esses mecum.i.de me,sed mecum.i. scribẽdo ad me humaniter.i.mãsuete.& benigne:ego purgassem me tibi libenter & facile.Non enim ea quæ fecisti sunt ingrata mihi: sed ea molesta sunt quæ scripsisti.⸿ Aũt.i.sed:ego demiror.me non visum tibi liberum:sed more seruili sub Cæsare degere:ppter quem.i. cuius in cõsulatu vigilantiã cæteri liberi sunt.⸿ Nã si falsa fuerunt ea.i.pconia:quę tu detulisti ad me:vt ais,qd debeo ego tibi?q.d.nihil boni:sin vera supple fuerunt,tu es optimus testis:quid populus Ro.debeat mihi: qa dixisti ꝙ plurimum,cum per me saluus sit. Vale.

¶Ex Epla Miror cum me.

¶Quasi tibi: cum parum impudenter me rogares: parum fortiter reprehenderim.

M.T C.Curioni.S.D. 29

MEmini, cum mihi desipere videbare,quod istic potius viueres, q̃ nobiscum.erat enim multo domiciliũ huius vrbis, cũ qdem hęc vrbs aptius hũanitati, & suauitati tuæ,quã tota Peloponnesus, nedũ Patræ.nũc contra, & vidisse mihi multũ videris, cum ppe desperatis his rebus, te in Græciã contulisti,& hoc tpe non solum sapiens,qui hinc absis,sed etiam beatus.quanquam qs, qui aliqd sapiat, nunc beatus esse potest? Sed quod tu, cui licebat,pedibus es consecutus,vt ibi esses. vbi nec Pelopidarũ: nosti cętera,nos idem propemodũ cõsequimur

HVBER.

MEmini.Curius: Cæ. rerum potirore, se in.Græciam contulerat:neq: curabat Ro,reuerti:quod propositum scribit Cice. se prius improbasse & existimasse Curium dementem: qui mallet viuere in aliena patria q̃ in sua. Nunc autem dicit se laudare, quia non videat multa: quæ Ro. crudeliter fiunt. Ostendit autem Cice. se omissis negociis publicis dare operam studiis literarum: quibus dicit curas suas vehementer leuari: dicit enim se scribere multa: quibus ostendit animum suum magnum & fortem in rebus aduersis.⸿ Desipere: idest parum sapiens esse, insanire.⸿ Istuc. in græcia.⸿ Domicilium, habitatio,⸿ Humanitati, doctrinæ.⸿ Peloponnesus, insula est a Pelope, qui in ea regnauit dicta: de ea Pli. iiii. & Stra. scribunt.⸿ Nedum, multo minus: & vt loco supra notauimus, & docet Lauren. Valla semper postponitur.⸿ Patræ.nomen est vrbis peloponnesi.⸿ Nedum Patriæ:scilicet sunt aptæ tuæ humanitati.⸿ Nunc contra.i.econtrario:aliter atq: primo.⸿ Vidisse, prouidisse:prospexisse.⸿ Prope, fere,⸿ Non solum sapiens: scilicet videris.⸿ Beatus: felix.⸿ Quanquam: corrigit quod dixit eum esse beatum: dicit enim neminem qui aliquid sapiat posse esse beatum amissa rep. sua.⸿ Sed, scilicet videris mihi beatus.⸿ Quod: idest quia.⸿ Cui licebat: qui poterit:cui erat permissum:scilicet discedere.⸿ Es consecutus pedibus:idest perfectione & discessu tuo ab vrbe Roma:hoc effecisti: vt esses vbi nec Pelopidarum &c.⸿ Pelopidarum,vel subaudi mores:aut sceleratas:aut nomen:& intelligemus Pelopidarum:idest sceleratissimorum hominum:quales fuerunt Atreus & Thyestes fratres: qui cum in discessione sibi nocere non possent, simulata gratia sceleratissime egerunt, nam Tyestes Atrei fratris vxorem Aeropem nomine turpiter amauit, & cum ea cõcubuit. Atreus autem filios fratri comedendos appoluit, quam rem cum vidisset sol, dicitur fugisse, vt scribit Seneca in Tyeste,& Virgi.Nec tam auersus equos tyria sol iungit ab vrbe.Ouidi.libro.iii.tri.Si non Aeropem frater sceleratus amasset, Aduersos solis non legemus equos,vel vt alii volunt Pelopidarum:scilicet animos & causam, nam pelopidas vir Thebanus Fuit; qui patria pulsus, vt scribit Plutar.eam ope quorundam aliorum exulum liberauit,sed prior sensus magis cõuenit, & est verus, vt secunda sequenti epistola videbimus.⸿ Propemodum.fere.⸿ Consequimur, efficimus.⸿ Idem: scilicet quod tu, vt non audiamus nomen aut facta Pelopidarum.

Peloponnesus

Nedum Patræ

Pelopidæ

Pelopidas

ASCEN.

MEmini &c.Dicit se laudare.absentiam Curii ppter acerba q̃ Romæ contingebant,licet prius eam condemnauerat,dicitq: se ad literas contulisse.⸿ Ordo est.Memini.i.memoria teneo,ꝙ videbare.i.videbaris: mihi desipere.i. male sapere,ꝙ viueres potius istic.s.in Græcia, vbi nunc es,q̃ nobiscum:hoc est Romę.⸿ Enim.i.quia,domicilium.i.habitatio huius vrbis.s.Rom.quidem.i.certe,cum.i.quando,hæc sup.erat vrbs, & non spelunca latronum, vt regum, dominorum,aut quid simile intelligit,aptius humanitati & suauitati tuæ, q̃ tota Peloponnesus.i. insula a Pelope dicta, nedum.i.non solum,supple q̃ Patræ,quæ sunt in ea vrbe vna.⸿ Nunc contra.i. econtrario tu videris mihi:& sidest simul: vidisse.i.prospexisse multum,cum contulisti te in Græciam his rebus.s.vrbanis,prope.i.quasi,desperatis, &.i.simul, videris hoc tempore non solum sapiens,qui.i.ꝙ absis,hinc.i.ab his malis,sed etiam beatus, quanquam quis, qui sapiat aliquid,potest nunc esse beatus.q.d.nemo insipientes autem qui nesciunt quantum amiserint repu.oppressa, sibi beati frustra videntur.⸿ Sed quod tu cui licebat.s.abire,consecutus es pedibus.i.abeundo,hoc est otium securum,vt esses ibi vbi nec Pelopi,qui insulam a se denominauit,datum est.s.secure vitam agere,aut quid simile, nosti cætera.s. quæ ad historiam Pelopis pertinent.⸿ Nos consequimur idem propemodum:idest quasi.

HVBER. ¶ALIA ratiõe, alia via, alio mõ: tu enim hęc cõsecutus es discedẽdo Romę: nos aũt manẽdo Ro, sed latendo in bibliotheca nostra. ¶ Dedimus nos, exhibuimus nos. ¶ Amicorũ, salutantiũ, & visentiũ nos. ¶ Quasi auem al. vel ꝓbabiliter dixit rarissimum tanquam coruum albũ: vt Iuu. Felix illa tñ, coruo quoq; rarior albo: vel certe. ¶ Quasi auem al. i. tanq̃ auem fe licissimi augurii, q̃lis solet esse Cygnus: de quo scriptũ legimus, Cygnus in auguriis nautis gratissimus ales. Hunc optant semp: q͞a nunq̃ mergit̃ vndis. q.d. videnẽ videre rem egregiã & venerandã, cũ vident ciuẽ bonũ. ¶ Ciuẽ b[illegible] bene affectũ erga rẽpu. q͞a fere nullus reptẽ. ¶ Abdo, occulto, recipio. ¶ In bibliothecam: in plutheũ meũ, vbi sunt libri [illegible]: nam ἡ βίβλος librũ significat: θήκη repositionẽ. ¶ Tanta tam magna, vt ipse in pœmio. ii. offi. Nos aũt qui nõ tñ laboris habemus, vt cogitatiõe tacita a sollicitudine abstrahamur: ad hanc scribendi operã oẽ studiũ curãq; cõuertimus. Itaq; plura breui tpe euersa: quã multis annis stante rep. scripsimus. ¶ Ex ser. quodam tuo, ex quibusdam verbis, quæ de me habuisti. ¶ Cum ac. reprehenderes. ¶ Desperationẽ, meã quam haberem de amissa repu. ¶ Te desyderare animum meũ ex meis libris, i. te cupe: vt talis esset animus meus: qualem cũ ostenderem in meis libris: in q̄bus semp laudatẽ fortitudinẽ & animi magnitudinem in rebus aduersis. ¶ Tũ. eum tu accusares meam mœstitiam. ¶ Ratio: prudentia. ¶ Dies. tps. ¶ Mederi stul. quo, ergo multo magis sapientibus. ¶ Dilapsam, dissipatam. ¶ Aliquando fore me. i. ei rei cõi, & P. i. vt nulla sit spes: quod vnq̃ sit habitura melius. ¶ In eo. Cæsa. ¶ Idipsum, s. vt oia essent in eius potestate, quia ipse solus non debuit sibi submittere tot ciues. ¶ Casu, fortuna: quæ multum in rebus humanis dominatur. ¶ Nostra culpa. qui tarde prouidimus rebus nostris: neq; obstitimus potentiæ Cæ. anteq̃ tantas assumeret vires. ¶ Reliquã spẽ. i. reliquũ & in futurũ. ¶ Ad prima. ad ea quæ dixi circa initium ep͞læ scilicet nunc cõtra, & vidisse mihi multum videris &c. ¶ Sapienter, cum magna sapientia. ¶ Si cõsilio. s. reliquisti. i. si cõsideratione diligenti prius facta. ¶ Feliciter. i. reliquisti. ¶ Si casu. si fortuito, sine alia cõsyderatiõe. i. fuisti sapiens, si cõsyderasti ista relinquenda: sin aũt non cõsyderasti & casu quodam reliquisti, fuisti felix, quia tibi bene euenit. Vale.

alia ratiõe. Cum. n. salutationi nos dedimus amicorũ, quæ fit ex, hoc etiam frequẽtius q̃ solebat, quod quasi AVEM albam videnẽ bene sentiẽtẽ ciuem videre, abdo me in bibliothecã. Itaq; opera officio tãta quãta fortasse tu senties. Intellexi. n. ex tuo sermone quodã, cum mœstitiam meam, & desperationem accusares, domi tuæ dicere te ex meis libris animũ meum desyderare. sed mehercule & tum rẽp. lugebã, quæ nõ solum suis erga me, sed etiã meis erga se beneficiis erat mihi charior, & hoc tpe, quanq̃ me non ratio solum consolatur, quæ plurimum debet valere, sed etiam DIES, QVAE STVLTIS quoq; mederi solet. tñ doleo ita cõem rem esse dilapsam, vt ne spes qdem, melius aliq̃d fore: relinquatur. Nec vero nunc qdẽ culpa in eo est, in cuius potestate oĩa sunt (nisi forte id ipsum esse non debuit) sed alia casu, alia ẽt nostra culpa sic acciderunt, vt de ꝑteritis non sit quærendum. Reliquã spem nullã video quare ad prima redeo. sapiẽter hæc reliquisti, si consilio: feliciter, si casu. Vale.

¶ Ex Ep͞la Memini quod mihi desipere.

¶ Memini, cum mihi desipere videbaris. Alii annotiores codices, sic legunt, Memini, q̃ nihil desipere videbare.

ASCEN. ¶ALIA ratione. s. quã pedibus. ¶ Enim. i. q͞a: cum. i. postq̃ dedimus. i. adhibuimus. nos salutationi amicorũ, quæ prima diei hora fiebat. quæ salutatio amicorum fit ẽt frequentius quã solebat, hoc. i. ꝑ hoc q. s. diuites amici quos soluto, videntur videre ciuem bene sentientem. s. de rep, quasi auem albam. i. auspicatissimam, vt est Cignus nautis, q: nunquam emergit, aut rarissimam: vt est coruus albus; abdo, i. abscondo, & includo me in bibliothecam, quam librariã dicũt. ¶ Itaq; efficio tanta opa: quãta tu senties. i. percipies fortasse: quia missurus erat ea ad Curiũ. Intellexi. n. quodam sermone tuo cum accusares mœstitiam meam & desperationem. s. de salute reip, te dicere. i. q tu diceres domi tuæ. i. inter familiares tuos, te desyderare aium meũ ex libris meis. i. vt talem aium haberem, qualem scribendo ostenderem, aut potius vt aium meum scribendo indicarem. ¶ Sed mehercule: ego lugebã &. i. simul, tum. i. tunc. rẽp. quæ erat mihi charior. s. quã reliq; non solũ beneficiis suis erga me: quia per eam consulatum obtinuerat, sed ẽt meis: erga se: qui in consulatu eam ab iniuria coniuratorum defenderat, res aũt q̄bus multa impendimus nobis chariores sunt. &. i. simul: sup, lugeo hoc tpe: q̃q̃ nõ solũ rõ. i. prudentia, quæ debet valere plurimum: sed ẽt dies. i. diuturnitas: quæ solet mederi quoq;. i. ẽt stultis: consolatur me: tñ doleo rem cõem. i. publicam, ita dilapsam vt ne spes quidem relinquatur, fore. i. futurum esse, sup. aliquid melius. Nec vero culpam est nunc in eo: in cuius ꝑtãte sunt oĩa, hoc est in Cæsare, nisi forte idipsum. s. vt oĩa in eius ꝑtãte sint: non debuit esse, sed alia acciderunt casu: alia ẽt culpa nostra: sic vt non sit q̃rendum de præteritis. Ego nullam spem video reliquam. i. relictam: quare ego redeo ad prima. i. quæ in principio epistolæ tibi commendaui, & in te laudaui. ¶ Tu reliquisti hæc. s. vrbana: sapienter: si reliquisti ea consilio, & feliciter si casu. Vale.

30

M. Curius. M. Ciceroni suo. S. D.

SI vales bñ ẽ. Sũ. n. χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nr͞i. ergo fruct⁹ ẽ tuus, mãcipiũ illius

HVBER. SI vales. Curius cum esset in Græcia: vt supra diximus, cupiebat impetrare a Ci. literas commendatitias ad eũ qui erat successurus Seruio Sul. qui præfuerat ipsi Græciæ, vt supra in epistolis ad eum scriptis vidimus, quare ab blanditur Ci. & õndit quam se illi obligatum putet: deinde ab eo petit literas commendatitias ad ipsum successorem Sulpitii: postremo iocans cum Ci. dicit ne ostendat has literas Attico: ne intelligat se deceptum: quia credebat se magis amari a Curio q̃ alium quem libet, qd̃ cognosceret, non i[illegible] esse [illegible] epistola: in quam Curius fatet̃ se debere Cice. qcq̃ qd sit. ¶ Sum enim hic non [illegible] locatur, q͞a nõ est principium epi[illegible]: sed iungitur cum superiori clausula sic. ¶ Si vales bene est. Sum enim &c. sicut diximus vltima epistola. i. lib. ¶ χρήσει. viuta, χρώμαι. i. vtor, μὲν qdem: κτήσει δὲ possessione autem. ¶ Fructus est tuus. i. tu es fructuarius: q͞a habes me ad vsum tuum. ¶ Mãcipium. seruitus, obligatio: ꝓprietas. ¶ Illius. s. Attici, q͞a hẽt possessionẽ tñ iuris; non ẽt facti. dicitur autem mancipium: quod manu capitur.

ASCEN. SI vales &c. M. Curius Ci. blandiens dicit se totum esse ipsius & Attici: petitq; literas commendatitias: iocans in fine. Principiũ aũt epistolæ exponit vir doctissimus Guilel. Budeus in annotationibus in pãdectas legales argute dicens, Mancipiũ & κτῆμα sign͞at. i. ἀνδράποδον & αἰχμάλωτον: hoc est hominem in bello captũ & seruituti mancipatum & κτῆσιν. i. dñii comparationem possidendiq; ius, atq; ẽt δεσποτείαν. i. dñium, & χειρωσιν. i. mancipationem. Mancipiũ latine dicit debet id qd̃ Sæsinam lingua vernacula dicimus, & mancipare Sæsine, cum. s. aliquem rei sibi titulo iusto quæsitæ possessorem efficere volumus &c. Ordo est. Si vales bene est. q.d. omnes valemus. Sum enim μὲν. i. quidem: χρήσει. chresi. i. vsufructus, tuus: q͞a tu vteris me q̃si vales: δὲ. i. autem: κτήσει. i. mancipio: hoc est dominio & iure possessionis, Attici nr͞i. s. cõis amici. ¶ Ergo fru. i. vsufructus est tuus mancipiũ. i. ius possidendi & dñium mei, illius. s. Attici est.

¶ Quod

¶ QVOD, mancipium. ¶ Si inter vos, vidi in quodam codice nō infideli scriptum: qui inter vos. ¶ Qui proscri. pposuerit: subhastauerit. pscribebanī.n. bona vaenalia: vt etiā nūc. ¶ Cōcionales, q delectamini concionibus, in codice vetustissimo scriptū erat compertionales, sed non placet, nisi intelligamus: qui ambo partē habetis de mea: alter in vsu: alter in possessione. ¶ Non ege. mul. qūia sum parui pretii, neq; multum poterit de me lucrari. ¶ Quāti est. q.d. plurimi facienda. ¶ Perseuera. vt cœpisti. ¶ De me, no. de meliori scriptura: & vt dicitur de meliori atramento: nā nota pro literis ponitur. Oui, inspicit acceptas hostia ab hoste notas. ¶ Obtēperare, obsequi: obedire. ¶ Ad vr. p in vrbe. ¶ Deficere. collocare: firmare. — HVBER. Mancipiū

quod quidem, si inter vos senes emptionalis venale proscripserit, egerit non multum. Ad illa nostra praedicatio quanti est? nos quod simus quod habeamus, quod homines existimemur, id omne abs te habere. Quare Cicero mi perseuera cōstanter, nos cōseruare & Sulpitio successori nos de meliore nota commenda, quo facilius tuis praeceptis obtēperare possimus, teq; ad vrbē lubēter videre, & nostra defigere deportareq; tuto possimus. Sed amice magne noli hanc epistolam Attico ostendere, sine eum errare, & putare me virum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Ergo patrone mi bene vale, Tironēq; meū saluta nostris verbis. Dat. ad. IIII. Cal. Nouembreis.

¶ Tuto, sine periculo. ¶ Sed ami. iocatur Curius. ¶ Non via et. esse in errore. ¶ Et pu. subaudi vis ¶ Nec so. prouerbialiter dixit. q.d. si vis eum putare me non solere eundem amorem duobus pmittere: sicut quod vno colore duos muros dealbat. ¶ Fide. genus est vasis. persi. Disce nec inuideas: qd' multa fidelia putet. ¶ In lo. pe. hic ponitur pro vase, vbi retinentur colores ad pingendum. ¶ Tironem. libertum tuum. ¶ Nostris. u. meo nomine: mea parte. Vale. — Fidelis

¶ QVOD. s. dominium, & ius possidendi, qdem. i. certe: is qui pscripserat vaenale inter vos cōcionales. i. qui frequētatis conciones & praeconia: scitisq; q vaenalia sunt: egerit non multum: quia neuter vestrū velit me emisisse. ¶ At quāti est. i. estimat a te illa pdicatio. i. confessio nra? q.d. merito plurimi: pdicatio aūt est, nos q simus in rerū natura: q habeamus. s. aliquid q existimemur homines hēre id omne abs te. ¶ Quare o mi Cicero perseuera cōstanter nos conseruare, & commenda nos de meliore nota. i. qua vinum optimū signari solet. i. verbo ex animo prolato, Sulpitio successori. s. tuo, quo. i. vt possumus facilius obtemperare pceptis tuis: & videre te lubenter ad. i. ppe ver: alii vrbem legunt: & defigere. i. transmutare & deportare tuto nostra. i. res nostras. i. ad alium dominium transire. ¶ Sed o magne amice: noli ostendere Attico hanc epistolam: sine. i. permitte: eum errare, & putare me esse virum bonum: nec solere dealbare de eadem fidelia. i. testa, qua colores continentur: duos parietes. i. duobus inseruire. ¶ Ergo o patrone mi bene vale, & saluta Tyronem libertum tuum verbis nostris &c. — ASCEN.

Cicero Curio. S. D. 31

EGo vero iam te nec hortor, nec rogo, vt domum redeas: quin hinc ipse euolare cupio, & aliquo peruenire, vbi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam. Incredibile est, q̄ turpiter mihi facere videar, qui his rebus intersim. Nae tu videris multo ante prouidisse, quid impenderet tum, cum hinc profugisti. quanquam enim etiā auditu acerba sunt, tamē audire tolerabilius est, quā videre. In Campo certe non fuisti, cum hora secunda comitiis quęstorus institutis, sella Qu. Maximi, quem illi cōsulē esse dicebāt, posita esset. quo mortuo nuntiato, sella sublata est. Ille autem, qui comitiis tributis esset auspicatus, centuriata habuit, cōsulem hora septima renuntiauit,

EGo vero. Sicut alia epistola. iii. ab hac. Cice. laudat ppositum Curii qui in desperatione reip. malit abesse Roma, q̄ videre multa: quae inique fiunt: cum etiam dicat se cupidum abeundi, ne ea videat. Deinde narrat quaedam ridicula facta in campo Mar. in comitiis quaestoriis: dicitq; se in tantis perturbationibus contulisse ad portum philosophiae: habereq; socium studiorum Atticum virum doctissimum. Postremo scribit se eum commendasse diligenter Attilio: qui proficiscebatur in Graeciam cum exercitu. ¶ Iam vero hortor: sicut antea feci cum mirabar, & accusabam te quod abesses. ¶ Quin: idest immo. ¶ Euolare. celeriter discedere. Hinc. Roma. ¶ Pelopidarum. diximus supra in epistola ante praecedentem. ¶ Quam turpiter. i. contra dignitatem & honorem meum. ¶ His rebus. quae Romę inique & inhoneste fiunt. ¶ Nae. certe. ¶ Quid impenderet: quid immineret, quid mali futurum esset. ¶ Audire tolerabilius: sententiae pro locis variantur: hic enim dicit tolerabilius audire q̄ videre: quia vult persuadere Curio: vt absit. Supra vero li. iiii. ad M. Marcellum: cui volebat persuadere: vt reuerteretur in pr̄iam dixit. Sed cum leuiora non multo essent: q audirentur: q̄ q viderentur. Idem alio loco ad eundem. Non est porro tuum vero oculorum sensu moueri, cum illud idem auribus percipias &c. ¶ In campo. s. martio: vbi congregabatur populus ad comitia. ¶ Institutis co. quaestor: idest paratis comitiis quaestorum cā. ¶ Sella, sedes. ¶ Sublata. reuoca. ¶ Qui esset au. qui cœpisset auspicia. ¶ Centuriata: scilicet comitia, de quibus diximus abunde lib. i. ¶ Consulem: scilicet Caninium. ¶ Renunciauit, declarauit. — HVBER.

HVBER. Mirabiliter.Scripserat Cic.ad Bru. qd sentiret de decẽuiris creandis: vel dignitate concedenda Cæsari de qua in pcessu eplæ dicã,cũq; rescripsisset Bru. ea pbari a se q̃ Ci.cõsuluisset: dicit Ci. se ea re plurimũ gaudere: õndit q in quã ĩ spẽ de Bru.venerit Popu.Ro.postq̃ liberatus est obsidione Mutinensi, & Antonius cũ exercitu suo fusus:deinde petiuerat Bru.ad se mitti duas legiones & pecuniam,rescribit Cice.qd iis de rebus fieri possit:deinde õndit aliquã spem esse certæ victoriæ:si verũ est,qđ Lep.non cõiunctus sit cũ Ant. sicut ipse Bru. scripserat. Postremũ dicit plurimũ virtute Bru. confidere: q̃ sperat se visurũ eum virũ clarissimũ.⸿ De decẽuiris,vel q creati fuerant,vt scribit Appianus ad punitionem An.magistratus, ea aũt figura quædam erat abolitionis eorũ, q̃ Cæsar decreuisset. nam Anto. nulla ex se aut parua quædã:verũ vniuersa ex cõmentariis Cæsaris ediderat & cętera:vel certe qa,vt idem Appianus scribit,cũ senatus per legatos sollicitasset duas legiones:q ad Cæsarem ab An. recesserant, edocens ne in vno solo spem ponerent:sed senatũ q potestatem immortalem solus hẽret potius sequerent: accedererq; ad De.Bru.quo loco pecũias sibi allatas inuenirent. Iã enim dimidiũ muneris ad eos attulisse,decem viros ad distributionem creauerũt:quos nunc possumus intelligere.nã decẽuiros electos ad agros diuidẽdos sicut Cæsar instituerat, non conueniẽt:cũ senatus vellet oia aboleri q̃ Cæs. fecisset. ⸿ Adolescente Cæs. Octauio. ⸿ Ornando,vel consulatu, q̃ postulabat in locũ Hyrcii & Pãsæ maximæ fauore Ci.ad quem solũ scripserat,vt dicit Appianus. vel Ornando ptura. nam eodem Appiano authore cũ Cæsare vererenẽ:ne se cum Ant.coniungeret: ptorem eũ denuo in Ant.satis indecenter creare decreuerũt.⸿ Quid refert.qd interest:oportet an non.⸿ Non glorioso.non iactabundo.⸿ Frigeo.cesso ociosus sum: hoc dicit ne videat valde curare honorem Cæsa.cũ de eo maxime laboraret.⸿ Opra.dicunt hic aliqd deesse:qđ qdem mihi ita videt.⸿ Meũ.ex sña mea,qđ aũt senatusconsultũ esse non cõstat,quia nihil ante dixit.⸿ Dissolutũ.irritũ:annihilatũ.non habuit locum.⸿ Explorata.indubitata.⸿ Eruptio.Euasio.⸿ Pęclara.& fortis, & astuta.⸿ Relaxati.recreati:exhilarati:cũ antea essent nimia solicitudine contracti.⸿ Tanq̃ si iã:ἐκκλαλαι ita hñt qdam codices.i.tanq̃ si iam getę sint, nã ἐκκλαλαι getũ significat, alius:codex ex vetustissimo transcriptus habebat tanq̃ si annihilata esse videant,q tñ sensus idẽ erit.i. quasi nõ oporteat me vehemẽtioribus cõtentionibus vti,vt solebã.⸿ Ratio.via modus.⸿ Acq.s.rõ habebit.⸿ Bru.M.q tũc erat in Sardinia, vt infra patebit.⸿ Quos fusti,qbus obsisto.⸿ Istuc.illud.⸿ Vnq̃.s.fuit.⸿ Nam.rõ quare nihil fuerit tam pter spem q̃ illud bellũ esset renouatũ,quod credebãt esse oino extinctũ intellecta victoria ipsius Bruti,eius die natali:ita vt respu. p multos annos crederẽt esse liberata.⸿ Die natali cũ enim omniũ Romanoꝝ natales dies celebrarentr:tamen eoꝝ maxime,q de repu.bñmeriti essent.Iuue.Quale coronati Heluidius, Traseasq; bibebant.Brutoꝝ & Cassii natalibus.⸿ Retexunt.q dã,exponunt manifestauerũt:sed magis placet retexunt.i.remouent & destruunt,sicut infra in eplã Marii.An nunc ætate præcipitata cõmutem,ac me ipse retextam vt eo loco exponimus plenius.⸿ Iis.s.literis tuis.⸿ Modo.nuper.⸿ Non recipi.in societatem vt ferebat.⸿ Magnum negocium,magnus labor.⸿ Cuius.negocii.⸿ Tuæ partes sunt.i. ad te pertinent.

Ratio

ASCEN. Mirabiliter &c.Scripserat consilia sua de decẽuiris creandis vel dignitate concedenda Cæsari:q̃ placuisse Bruto dicit se gaudere:addens quãtũ de eo speret & qd de libertate publica.Ordo est.O mi Brute: ego lætor mirabilr consilia mea & sñias meas de decẽuiris & adolescente.s.Cæsare adornando:pbari.i. approbari a te.⸿ Sed qd refert.i. interest.s.sic se res hẽ an aliter Rñsio,O Brute crede mihi hoi non gliosio.i.non affectanti gloriam: sed qđ veꝝ est simpliciter patenti:ego iam frigeo.i.in ocio sum plane.i.oino.⸿ Enim.i.qa ad organũ meũ senatus.i.quo sonabam in senatu excitando:erat iam dissolutũ.i.non amplius tensum:qa sicut chordæ tensæ acutius sonant solutæ lentius:ita homo curis agitatus ad concionem acrior est,securus remissior:se aũt securiorem factum docet addens.⸿ Victoria tua explorata est .i.manifesta, pclara eruptio tua Mutinæ:vbi obsessus obsidentes in fugam vertisti.⸿ Fuga Antonii:exercitu sup.conciso .i.simul cæso,attulerat sup.nobis tantam spem: vt animi oium sint relaxati,& illæ vehementes conciones meæ: videntur esse tanq̃ σκιαμαχίαι sciamachiæ.i.vmbratiles pugnæ,i.in cubiculo aut scholis excogitatę σκια dr̃ vmbra σκιαμαχέω pugno cum vmbra,nam μάχη pugna dr̃.⸿ Sed vt redeam ad rem pro veniam ad rem.i.principale institutum, negant legionem Martiam & quartam perduci.s.posse ad te vlla conditione,negant inquam qui norunt illas.⸿ Ratio.i.inuentio aut supputatio pecuniæ: quam desyderas: & ea habebitur. ⸿ Ego assentior tibi valde: de Bruto: scilicet Marco accersendo:& de Cæsare tenendo ad præsidium.i.custodiam Italiæ.⸿ Sed:vt scribis:tu hẽs obtrectatores:quos eqdem.i.ergo

quidem sustineo.i.pfero ita q me defensorem tui non videant.facillime.⸿ Sed hoies mirantur bellum renatum istic.s.cum Antonio.⸿ Nihil sup.accidit:vnq̃ tam præter spem.⸿ Nam victoria nuntiata.i. postq̃ erat nuntiata.⸿ Die tuo natali:qui .s.celebrabatur ab omnibus cũq benemeritu de patria, vnde Iuue, Quale coronati Heluidius Trasease bibebant Brutorum & Cassii natalibus:nos videbamus remp.liberatam,multa,secula:sed sup.timores noui retexunt.i.destruunt superiora.s.gaudia.⸿ Scripsisti autem ad me iis.s.literis,quas dedisti ad me Id.bus Martii te recepisse ciuem.i. paulo ante literas a Plano.Antonium.i.quæ dicebant Antonium non recipi a Lepido.⸿ Si.i.ita:omnia sup.erunt faciliora: sin.i.sed si, aliter sup.sit magnum negocium sup.erit.i.difficile bellum,cuius exitum:i. est finem ne extimescam sunt tuæ partes.i. ad tuum officium pertinet.⸿ Ego non possum plus facere q̃ feci.⸿ Tamen cupio id,quod spero:scilicet videre te maximum clarissimum omnium,scilicet mortalium. Vale.

M.T.Cicero D.Bruto Imp. S. P.D. 15·

ET si mihi tuæ literæ iucũdissimę sunt:tamẽ iucũdius fuit,qđ in summa occupatiõe tua Planco collegæ mãdasti, vt te mihi per lr̃as excusaret,qđ fecit ille diligenter.mihi aũt nihil amabilius officio tuo,& diligẽtia.Coniunctio tua cũ collega, concordiaq vestra, q̃ literis cõmunibus declarata est, S.P.Q.R. gratissima accidit.Quod supest perge mi Brute,& iã non cum aliis,sed tecũ ipse certa.Plura scribere nõ debeo,præsertim ad te, quo magistro breuitatis vti cogito.Literas tuas vehementer expecto,& quidem taleis,qualeis maxime opto.

HVBER. ET si Cum non potuisset Brutus ad Cic.scribere:mandarat collegę suo Planco vt eum apud Ci. excusaret q eũ fecisset scribit Ci. sibi gratissimũ fuisse talem diligentiam: deinde qm publice scripserant Brutus & Plancus se optime inter se conuenire dicit Ci. se natum vehementer gaudere ea concordia. Postremo hortatur ipsum Brutum, vt pergat imitari non alium quam seipsum.⸿ Cum col.Plãco.⸿ Certa te.i.enitere vincere teipsum,& quotidie melius facere.⸿ Magistro bre.i. a quo volo discedere esse breuis sicut tu es:vnde inferius appellat sermonem laconismon.

ASCEN. ET si &c.Mandarat Planco Brutus, vt se apud Ci.excusaret q ad eũ non scripserat,quod factũ esse sibi placere dicit:sicut & concordiam Planci ac Bruti monens Brutũ vt se solũ miret.Ordo est.Etsi.i.q̃q lr̃æ tuæ sunt iucundissimæ mihi:tñ iucundius fuit q mandasti in summa occupatione tua:Planco collegæ.s.tuo vt excusaret mihi te per lr̃as,qđ ille.s.Plancus fecit diligẽter.⸿ Aũt.i.sed:nihil sup.est mihi amabilius officio tuo & diligentia.s.in vendicanda libertate reip.⸿ Coniunctio tua cũ collega.s.cum imperatore Planco:& concordia vestra,q̃ declarata est cõibus lr̃is.i.per lr̃as:accidit Senatui Populoq Ro. gratissima.⸿ Quod superest.i. restat:o mi Brute perge.i.perfice & pcede, & certa iam non cũ aliis.s.quos superasti, sed tecũ.⸿ Ego non debeo scribere plura:psertĩm ad te quo cogito.i.ppono vti magistro breuitatis.⸿ Ego expecto vehementer lr̃as tuas:& qdem.s.certe tales.s.victoriæ tuæ indices,quales opto maxime. Vale.

M.T. Cicero D.Bruto Imp.S.D. 16·

PErmagni ĩterest, quo tibi hæc tpe ep̃la reddita sit:vtrũ cũ solicitudinis aliqd haberes: an cũ ab oĩ molestia vacuus esses. Itaq ei præcepi,quem ad te misi,vt tp̃s obseruaret epistolæ tibi reddẽdæ.Nã quẽadmodum corã, qui ad nos intẽpestiue adeunt, molesti sæpe sunt:sic epistolæ offendũt nõ loco redditæ.Si aũt,vt spero, nihil te perturbat,nihil impedit,& ille,cui mãdaui,satis scite,& cõmode tp̃s ad te cepit adeũdi:cõfido me,quod velim,a te facile impetraturũ.L.Lamia præturã petit.hoc ego vtor vno oium plurimũ.Magna vetustas,magna consuetudo intercedit: quodq plurimũ valet, nihil mihi eius est familiaritate iucũdius.Magno præterea beneficio eius, magnoq merito sum obligatus. nã Clodianis tpibus cũ equestris ordinis princeps esset, proque mea salute acerrime ppugnaret,a Gabinio Cos.relegatus est:qđ ante id tp̃s ciui Romano Romæ contigit nemini.Hoc cum P.R. meminerit,me ipsum non meminisse turpissimũ ẽ. Quapropter psuade tibi mi Brute,me petere pturã. Quanq̃ enim Lamia sũmo splendore,summa gratia est,vsus magnificẽtissimo munere ædilitio:tñ quasi ea ita non essent, ego suscepi totum negociũ.Nunc si me tãti facis,quãti certe facis,quãdo equitum centurias tenes, in quibus regnas, mitte ad Lupum nostrum, vt is nobis eas centurias conficiat. Non tenebo te pluribus.ponam in extremo,quod sentio.Nihil est Brute,cum omnia a te expectẽ, quod mihi gratius facere possis. Vale.

HVBER. PErmagni.Hęc ep̃la inter oẽs cõmendatitias paucis verbis vim maximam obtinet. Cũ.n. Ci. plurimũ deberet, L.Lamiæ,qui qd olim ei fauerat contra Clodiũ,fuerat a Gabino consule relegatus isq.L. Lamia peteret pturam: velletq Ci.bñficii se memorem ostendere cõmendat diligẽtissime Bruto absẽnti hũc Lamiam oratq Brutũ vt scribat Romam ad Lupũ familiarissimũ suũ:vt oẽs centurias,in quibus Brutus plurimũ poterat:congreget ad fauendũ Lamiæ, vt pturã obtineat:cũ nihil sit, qđ ei oino gratius facere possit.⸿ Permagni inte.magni est momenti.⸿ Obseruaret.diligenter cõsyderet.⸿ Tp̃s.quo esses lætus & vacuus ab oibus molestiis.⸿ Loco.i.tpe. Teren.veni in ipso tpe, qđ oium rerum est maximum.Hora.in epi. Augusto reddes signata volumina iuni.Si validus si lætus erit:si denique poscet. Ne studio nr̃i poscet : odiũq libellis Sedulus importes, nã plerũq ex importunitate nũcii aut tabellarii odiosior sit q scribit, & minus gratæ lr̃æ.⸿ Offendũt.displicent.⸿ Scite.prudenter.⸿ Vetustas q̃ magnã vim hẽt in amicitia: nã vt ipse in Lęlio inqt Veterrima quæq vt ea vina,q̃ vetustatẽ ferũt:ẽ debent suauissima.⸿ Cõsuetudo, conuersatio.⸿ Merito.quod plus est q̃ bñficiũ:vt alibi sæpe diximus,& in sequẽti ep̃la apparebit.⸿ Clodianis tẽ.i. qbus Clodius me oppugnabat: & ex vrbe ẽt eiecit.⸿ Princeps.ex primis.⸿ Propugnaret. contenderet me defendẽdo.⸿ Relegatus. ex p̃tia eiectus.⸿ Añ id tp̃s.primus eni fuit q relegatus sit vsq ad id tp̃s.⸿ Me ipsum.p quo ei id cõtingit: notandũ aũt cõtigit de malo dictũ sicut aliis multis locis, & cõtra accidit de bono sæpe notauimus.⸿ Me.q.d.nõ ipsum Lamiã.⸿ Splẽdore.nobilitate:nam Lamiæ familia vetustissima fuit & nobilissima.Hora Heli vetusto nobilis ablamo. ⸿ Sũma gr̃a. valde gratus populo. ⸿ Munere ma.qa in ędilitate exhibuit splẽdidissimos libros, qđ conciliabat magnũ fauorem populi:vt alio loco pbauimus ex authoritate Ci.in officiis.⸿ Teres.hẽs.⸿ In qs ingbus. ⸿ Regnas.habes maximam potestatem. ⸿ Fas centurias.id est ipsos equites ad centuriata comitia nobis congreget.⸿ In extremo.in conclusione epistolæ.

Meritum

Relegat?

Cõtingit

Accidit

Lamiæ familia

ASCEN. PErmagni &c.Hæc ep̃la cõmendatitia,paucis verbis vim amplissimã continet. Cõmendat aũt Lamiam Bruto absẽti petens ab eo,vt Lupus p eo cẽturias conueniat ad pturã eidẽ impetrandã. Ordo est,Interest.i. refert permagni:quo tpe hæc epistola sit reddita tibi,vtrũ cũ hẽres aliq̃d solicitudinis an cũ esses vacuus ab omni molestia.⸿ Itaq ego pcepi ei,quem misi ad te,vt obseruaret,i.custodiret tp̃s.i. opportunitatem epistolæ reddendæ,tibi. ⸿ Nã quẽadmodum qui

coram.i.eũ sint in psentia adeũt vos intempestiue,i.non suo tempore:sunt sępe molesti.sic eplæ offendunt redditæ non loco.s.suo,i.non opportune.⸿ Ast,i.sed:si nihil perturbat te,vt spero,& sup.nihil impedit: & illa cui mandaui cœperit satis cõmode tempus adeundi ad te ego confido me facile impetraturũ: quod confido.s.posse impetrare.L.Lamia petit pręturam:ego vtor hoc vno.s.viro,plurimum:aduerbium est,i.frequentissime omnium.⸿ Magna vetustas.s.amicitiæ,& magna consuetudo:id est conuersatio intercedit:id est inter nos communis est:& quod valet plurimum.s.ad amorem & gratiam:nihil est mihi iucũdius familiaritate eius.⸿ Præterea ego sum obligatus magno beneficio & magno merito eius. Nã Clodianis temporibus:id est cum persequeretur me Clodius,cum.s.Lamia esset princeps ordinis equestris, & propugnaret acerrime pro salute mea,relegatus est.i.alienam prouinciam legatus est a Gabinio consule:quod nemini.i.non alicui, non contigit alicui,ciui Romano ante id tempus.Cum Populus Ro. meminit hoc.s.ipsum fecisse & possum esse pro me turpissimum est meipsum non meminisse.⸿ Quapropter persuade tibi o mi Brute,me petere præturam.i.ac si peterem p me.⸿ Enim,i.quia,q̃q̃ Lamia est summo splendore & suprema gratia.i.habens summam gratiam in populo magnificentissimo munere ædilitio.i.propter munus ędilitiũ ab eo magnificentissime exhibitum.tamen ego suscepi.i.ad me cœpi:totum negocium quasi ea.s.iam dicta:hoc est splendor gratia:& minus ædilitium præclare exhibitum:non essent ita.⸿ Nũc si tu facis.i.æstimas me tanti,quanti certe facis:quando.i.quoniam tu tenes,i.in potestate habes centurias equitum: in qbus regnas,quia imperator es mitte ad Lupum nostrum,vt is conficiat.i.fauorabiles faciat centurias.⸿ Ego non tenebo te pluribus: scilicet precibus occupatum. ⸿ Ego ponam in extremo: id est in fine epistolarum quod sentio o Brute cum ego expectem:id est sperem omnia a te,nihil est quod possis facere mihi gratius. Vale.

M.T.Cicero D.Bruto Imp.S.D. 17

LAmia vno omniũ familiarissime vtor. Magna eius in me non dico officia,sed merita: eaq; sunt P.R.notissima. Is magnificentissimo munere ędilitatis perfunctus,petit pręturam:omnesq; intelligunt, nec dignitatem ei deesse, nec gratiã, sed is ambitus extare videtur, vt ego omnia pertimescam, totamq; petitionem Lamiæ mihi sustinendã putem. In ea te quãtum me possis adiuuare, facile perspicio:nec vero,quãtum mea causa velis, dubito. Velim igitur mi Brute tibi persuadeas, nihil me maiore studio a te petere,nihil te mihi gratius facere posse,q̃ si oĩbus tuis opibus,oĩ studio Lamiam in petitiõe iuueris. quod vt facias, vehementer te rogo. Vale.

HVBER, LAmia.Eodem argumento, quo & in præcedenti epistola commendat Cicero Lamiam.D.Bruto: vt eum adiuuet in obtinenda prætura : quo nihil sibi gratius fieri posse affirmat. ⸿ Præfunctus munere ædilitatis. quia vt vidimus supra libro decimo ad Furnium : dabatur prætura post ædilitatem. ⸿ Is ambitus. multorum, qui petunt hanc præturam ambientes hunc & illum.⸿ Sustinendam mihi.tuendam meis humeris suscipiendam. ⸿ Operibus.facultatibus:& auxiliis.

ASCEN. LAmia &c.Commendat eodem argumento eundem Lamiam, quem in superiori epistola Decio Bruto,vt eum adiuuet in obtinenda prætura,qui nihil sibi gratius fieri posse affirmat.Ordo est.Ego vtor Lamiei scilicet Lucio: vno:id est solo familiarissime omnium, magna sunt eius in me:non dico officia:quę sunt quasi debita:sed merita:id est beneficia gratis impensa : & ea sunt notissima populo Romano.⸿ Is perfectus magnificentissimo munere ædilitatis: petit præturam.⸿ Omnesq; intelligunt, nec dignitatem ei dedisse nec gratiam.⸿ Sed is ambitus : id est corruptio suffragiorum per munera,aut preces,videtur extare:id est eminere:vt ego pertimescam omnia:scilicet pro amico:& putem totam petitionem Lamiæ sustinendam mihi:id est tanquã meam iuuandam ego facile perspicio quantum possis iuuare me in ea te nec vero dubito quantum velis causa mea.⸿ Velim igitur o mi Brute.supple,vt persuadeas tibi,me nihil petere a te maiore studio te nihil posse facere:mihi gratius,quã si iuueris Lamiam in petitione.s.præturæ:omnibus opibus.i.facultatibus tuis:& omni studio:scilicet tuo.⸿ Quod vt facias rogo vehementer.Vale.dubitet forsitan quispiam cum de eadem pręturа eiusdem anni pro eodem amico ab eodem Bruto petat:cur duobus id faciat epistolis:sed potuit alterum amicis Lamiæ dedisse ad Brutum:aut per suos misisse,alteram ipsi Lamiæ dedisse perferendam,aut forte altera periret duas scripsisse,non eiusdem penitus exempli , vt res magis cordi videretur,nec ipse verborum inops. Vale.

M.T.Cicero D.Bruto Imp.S.D. 18

ETsi ex mãdatis,quæ Galbæ, Volũnioq; ad senatum dedisti,qd timendum,suspicãdũq; putares,suspicabamur:tamẽ timidiora mãdata videbantur,q̃ erat dignum tua, P. Q. R. victoria. Senatus autem mi Brute fortis est,& habet fortis duces.Itaq; moleste ferebat,se a te,quem omnium,qui cunq; fuissent , fortissimum iudicaret, timidum , atq; ignauum iudicari . Etenim cũ te ĩcluso spem maximã omnes habuissent in tua virtute florente Antonio : qs erat,qui quicquam timeret , pfligato illo , te liberato?

HVB. ET si per Galbam & Volumnium miserat Brutus ad senatum se timere,ne Ant.vires recipere præsertim cum timeret ne Lepi. fidem mutaret & cum eo coniungeretur.Quamobrem rescribit Ci. molestatum fuisse senatui q ipse Bru.nunc profligato M. Ant. se timidum ostendat : cũ existimaretur fortissimus , & in eo maxima spes esset , cum obsideretur adhuc florente & integro Ant. ex quo arguit non decere eum timere:pro cuius victoria tantę gratulationes factę sint dicit autem non deesse aliũ senatui, nec defuturum contra Ant.si forte vires receperit.⸿ Timendum.de Lepi. quem nunq̃ recte facturum putasti. ⸿ Suspicandum. vel de eodem Lepido vel de Octauio, quia postq̃ Bru. de obsidione Mutinensi liberatus missis caduceatoribus ad Cæ.per quos rogabat : vt quoniam flumen in medio esset: ad colloquium accedere vna vellet:ille consulibus e medio sublatis,Brutum velut hostem metuens respondit : non Brutum salutaturus huc accessi.sed Ant.oppugnaturus,cum quo conciliari non impium mihi fuerit,ob hæc igitur verba eum suspectum habuit.Decius.⸿ Fortis.intrepidus.⸿ Incluso:obsesso. ⸿ Profligato:fuso.

ASCEN. ETsi &c.Scripserat Brutus se timere vires colligat Antonius : quod displicere senatui vtpote quod pfligatum timeret,nunc scribit Cice.cum tantam de eo spem conceperit.Ordo est.Etsi.i.q̃q̃ nos suspicabamur ex mandatis quæ dedisti Galbæ & Volũnio ad senatum.i.recitanda senatui , nos suspicabamur qd putares timendũ & suspicandum pro suspicio habendum:aut vt suspiciosum timendum:tñ mandata videbantur timidiora.i.magis timida , q̃ erat dignum victoria tua & Populi Ro.s.habita de Antonio.⸿ Ast,i.sed.O mi Brute senatus est fortis,& hẽbat duces fortes.⸿ Itaq;.i.& ita ferebat moleste,se iudicari timidum atq; ignauum:a te:quem iudicaret fortissimum omnium quicunq; fuissent. ⸿ Etenim cum te incluso.s.Mutinæ,oẽs habuissent spem maximam in virtute tua,florente Antonio.i.cum Antonius floreret qs erat qui timeret quicq̃,illo.s.Antonio:profligato.i.decusso & pulso,& te liberato.q.d.nullus.

Nec vero

NEC vero.nunc rñdet ad suspicionem de Lepido. Furiosum.insanū mente captū. Pacem velle: q̄a vt libro decimo visum est epsa:quę incipit,quod mihi p summa, voluerat Lepidus conciliare pacem inter populum Ro.& Antoniū idem & ostendit ep̄la vltima eiusdem libri. Optatissima.qua vehementer optauit. Ad oia deorum templa.q̄a vt scribit Appianus supplicationes quinquaginta dierum anniuersarias Senatus habendas censuit ob res in Antoniū gestas, quod nec vno bello exterico nec aliis prælii decreuere Romani:pręterea vota publicæ suscepta fuere:si Antoniū Decius opprimeret. Renouatio,quam feceras per mandata ad senatum missa,sed per Galbam & Volumnium. Velim.cupio. Consilium. prudentiā. Virtutē, animositatē, & fortitudinē. Te vero. donec viceris.nam Decio oēm cōsulū exercitū concesserunt Romani,cumque solum imperatorem in Antoniū decreuere.

HVBER

Res

Nec vero Lepidum timebamus.Quis enim esset, qui illum tam furiosum arbitraretur, vt qui in maximo bello pacem velle se dixisset, is in optatissima pace bellū R.P. indiceret?Nec dubito, quin tu plus prouideas.Sed tamē ēa receti gratulatione, q̄ tuo noie ad oia Deorū templa fecimus,renouatio timoris magnā molestiam afferebat.Quare velim eqdem,id quod spero, vt plane abiectus, & fractus sit Antonius. Sin aliquid viriū forte collegerit:sentiet,nec senatui consilium,nec populo Ro. virtutem deesse,nec R.P.te viuo,Imp.XIIII Calen.Iun. Vale. 19

NEC vero:timebamus Lepidumque enim esset,q.arbitra ref illū.ſ.Lepidū tā furiosum, vt q dixisset se velle parē in.t. durante maximo bellonis indiceret.i.denunciaret reipu.bellum in pace optatissima.q.d.nullus, & tñ secus euenit. Nec dubito qn tu puideas plus.i. quā vt hoc non pspicias. Sed tñ renouatio timoris,afferebat magnā molestiā,sup.in gratulatione tam recenti.i.tam paulo ante habita quā fecemus tuo nomine ad oia tēpla deorum p supplicationes.i.indictas quinquaginta dierum. Quare ego velim qdē id qd̄ spero: vt Antonius sit plane,i.oino fractus & abiectus. Sin.i.sedsi ipse collegerit forte aliqd viriū,sentiet nec cōsiliū deesse senatui:nec virtutē.i.bellicā.i. aiositatē, & fortitudinē. deesse populo Ro.nec imperatorem deesse reipu,te viuo.i.tantisper dum tu viues. Decimo quarto Cal.iun. Vale.

ASCEN

D.Brutus M.T.Ciceroni.S.P.D.

AD senatum quas literas misi, velim prius perlegas:&,si qua tibi videbuntur, commutes.Necessario me scripsisse,ipse animaduertes.nam cum putarem quartam,& Martiam legiones mecum futuras,vt Druso, Pauloque placuerat, vobis assentientibus: minus de reliquis rebus laborandum existimaui. nunc vero cum sim cum tironibus egentissimis,valde & meam, & vestram vicem timeam, ne cesse est.Vicetini me ,& M. Brutum præcipue obseruant. His nequam patiare iniuriam fieri in senatu vernarum causa,a te peto.Cām habent optimā, officium in R.P.summum, genus hominum aduersariorum seditiosum,& inertissimum.XII.Cal.Iun. Vercellis.

AD senatum,cum scripsisset Decius ad senatum de opi/ nione, quam haberet de bello conficiendo & de suspitione sua,de Cæsare, & Lepido: & vt mitteret ei ad se duæ legiones: misit prius eas literas ad Ciceronem rogat que ipsum,vt commutet quicquid videbitur priusquam recitentur in senatu. Priusquam.recitentur in senatu. Necessario.ex necessitate. Vobis assentientibus. Vobis approbātibus:scilicet vt illæ duæ legiones essent. De reliquis:si mi nus habuissem reliqua:vt vellem. Minus laborandum.minus curādum. Egentissimis.omni facultate militari carentibus. Vicem periculum: vt Virgilius in quarto, nec tela: nec vllas vitauisse vices Danaum, significat etiam incōmodum & pœnam, vt Horatius primo carminum, Vicesque superbę te maneant ipsum. Obseruant.habent in magno honore. Quam,aliquam. Iniuriam,iniustitiam. Vernarum.seruorū. Optimam,iustissimam. Genus ad adducit in odium eorum aduersarios dicens seditiosos esse item in cōtemptum,cum dicit eos esse inertissimos.i.sine vlla industria & virtute. Vercellis,nomē oppidi, q Sira.non longe esse a Placentia ostendit lib.v.his verbis. Superioribus vero annis opera dabatur,cum Vercellæ auri fodinam haberēt & in ictu multorum vico & alio huic vicino, vterque vero Placentias finitimus est:sunt & Vercellæ supra Nauariam circa.x.milli a passuum:alia vt puto vrbs ab hac.

HVBER

Vicem

Vercellæ

AD senatum quas &c.Scripserat ad senatum Brutus literas de bellū conficiendi opinione de Cæsaris & Lepidi coniunctione quas a Cicerone commutari petit,Ordo est.Ego velim,sup.vt perlegas prius eas literas, quas misi ad senatum,sup.quam reddantur senatui,& velim sup.vt commutes siqua videbuntur tibi sup.commutanda ipse.i. tute animaduerteres.i.animaduertendo intelliges me scripsisse necessario, Nam cum putarem quartam & martiam legiones futuras mecum,vt placuerat Druso & Paulo. Vobis assentientibus.Ego existimaui minus laborandū.i.minus anxie agendum & curandum:de reliquis rebus. Nunc vero cum sim cum tyronibus.i.nouitiis in re militari:egentissimis,i.armorum commeatus,& stipendii necesse est sup.vt timeā valde & meā & vestrā vicem.i.forte aut periculūqd̄ per vices obit dō eā vices alterius obimus eius quoque pericula obimus:vnde vices p periculis q̄nque ponimus:vt q̄nt.iI.Nec tela nec vllas vitauisse vices Danaū &c. Vicentini.i.populi,de certis tñ ciuibus loqtur:nō de oibus obseruāt,i.colūt.& honorant me & M. Brutum.i.fratrem,peto a te sup. vt:nequaq̄ patiare iniuriā fieri his in senatu causa vernarum.i.eo qd leserunt vernas.i.seruos ex ancillis alterius familiæ potentis natos. Ipsi habent optimam cām, iudicio.i.Bruti: & habent officium.i.suum summum in.i.erga temp.& habent genus hominum aduersariorum seditiosum & inertissimum.i.minime industrium,

ASCEN.

D. Brutus Imp.M. T. C.S. D. 22.

QVod pro me nō facio , id p te facere meus in te amor , itaque officia cogunt , vt timeam. Sæpe enim mihi cum esset dictum,

QVod pro me. Labeo Segulius quidam homo neq & discordiis gaudens finxerat Cæsarem Octauianum domi suæ dixisse Ci.dixisse Cęſ,ornandum tollendū quod quidem verbum cum Cæ.accepisset in aliam partem ac dictum esset:molestissime tulit;pręterea veteranos malę loqui de Cic.quia prohibuisset Cæ.& Decium in decemuiris esse,qui electi fuerant ad pecuniam distribuendam militibus, Itaque Decius his de rebus Ci.certiorem facit:monetque vt vitet pericula : faciatque de Decemuiris : quod veteranū velint,deinde vt assentiatur de agris veteranis dandis ab ipso Decio & a Cæ.& de legionibus, quibus agris erant assignā di. Postremo dicit quid agat & quid acturus sit,petitque vt siquid sit secretius eum certiorem faciat. Amor cogit, sic Ci. in Lælio de amicitia:quam multa.n.q̄ nostra cā nunquā faceremus , fecimus eā amicorum.

HVB.

QVod pro &c. Audierat Brutus Octauiū Cæsarē ægre ferre q Cicero dixisset cum tollendū. qd̄ verbū in malā ptem acceperat,& q Cæsarem ac Deciū in Decemuiris esse phibuisset:quo circa monet eum amice vt pericula deuitare de decemuiris:veteranos sequatur , & illis præmia assigent. Ordo est, Amor,meus in te,& tua officia sup. in me & in temp.cogunt me facere id pro te,quod ego non facio pro me : videlicet vt timeam. Cum.n. dictum esset mihi sæpe.

ASCEN.

HVBER. ¶ Neq; cō,neq; puifactū,q̄ a res erat magni pōderis hō fui ſimilimus:q̄ a a prauo ingenio ſuo nō diſcedit. ¶ Apud Cæſ. domi Cæſaris. ¶ Multū ſermonem, multa verba. ¶ Dictū.ſ. a Cæ. ¶ Ornandū, honorandū. ¶ Tollendū. hoc verbū dixerat Ci. pro extollendū:ſed cū ſit ambiguū, accepit Cæſar in malam ptem tollendū.i. interficiendū. Sic illud de Nerone. ¶ Quis neget Aeneæ magna de ſtirpe Neronem? Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem. ¶ Cōmiſſurꝰ, pmiſſurꝰ, daturꝰ cupiam facultatem. ¶ Non platū.ſ. credo peſſime loq.ſ. ad te. ¶ Inſtare, imminere. ¶ Habiti, electi. dicit.n. Appia. decem ꝑterea viros ad diſtributionem creauerunt, q̄bus nec Cæſarem vndecimum addidere. ¶ Ad veſtrum arbitrium: vt vos velletis nobis excluſis. ¶ In itinere. vt irem in Galliam tranſalpinam. ¶ Eos, veteranos. ¶ Iactatione verborum. id eſt, iactando & ſpargendo verba: quibus te perterrere faciant. ¶ Et denuntiatione periculi, minando tibi malū & mortem. ¶ Impulſo, incitato ꝑ verba tua in eum dicta. ¶ Cantilenam, ſermonem fabulam, quam de te fingūt. ¶ Pendere ex hoc: inde prouenire. ¶ Tamen. licet cauſa lucri hoc faciant. ¶ Cogare timere, dando.ſ. cauſam timoris. ¶ Occurri. puideri. ¶ De decemuiris. vt ego & Cæſar in eis ſimus. ¶ De præmiis. quæ eis pmiſſa ſunt, vt reddātur. ¶ His noſtris, veteranis. ¶ Ab vtriuſq; nobis, a me & a Cæ. ¶ Lente. ſ. agas. ¶ Ac ſenatum conſtitutum.ſ. dicas. ¶ Conſueuiſtis, iudicaſtis: decreuiſtis. ¶ Facultatem: commoditatem. ¶ Ex agris ſyllanis, quos olim Sylla ſuis militibus diſtribuerat. ¶ Ex agro campano, quem Cæſar etiam viuus militibus ſuis diſtribuendum curauerat: vt ſ. ſcribit Appianus. ¶ Aequaliter, vt tm̄ detur vni q̄ alii. ¶ Aut ſorte, per iactum ſortium: vt nemo poſſit q̄ri factam ſibi fraudem aut iniuſticiam, quæ vel per æqualem diuiſionem, vel per ſortem fieri non poteſt: inde Virg. iuſtam reginam deſcribens primo Aenei. dixit. Operumq; laborem Partibus æquabat iuſtis, aut ſorte trahebat. ¶ Prudentia: quia plus videam q̄ tu. ¶ Valde neceſſe. maxima neceſſitas coegerit. ¶ Non peſſimū, Liptote: id eſt optimum. ¶ Reconditum, ſecretum.

neq; a me conteptum, nouiſſime Labeo Segulius hō ſui ſimillimus narrauit mihi, apud Cæſarem ſe fuiſſe, multūq; ſermonē de te habitū eſſe: ipſum Cæſarem nihil ſane de te queſtū, niſi dictū, ꝙ diceret te dixiſſe laudandū adoleſcētē, ornādum, tollēdū, ſe nō eſſe cōmiſſurum, vt tolli poſſit. Hoc ego Labeonē credo illi retuliſſe, aut finxiſſe dictū, nō ab adoleſcente platū. Veteranos vero peſſime loqui, volebat Labeo me credere, & tibi ab iis inſtare periculū, maximeq; indignari, ꝙ in Decemuiris neq; Cæſar, neq; ego habiti eſſemus, atq; oīa ad veſtrū arbitriū eſſent collata. Hæc cū audiſſem, & iā in itinere eſſem, cōmittēdū nō putaui, prius vt alpeis trāſgrederer, q̄ qd iſtic ageret, ſcirē. Nā de tuo periculo, crede mihi, iactatiōe verborꝫ, & denūciatiōe periculi, ſperare eos, te ꝑterrefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna cōſequi ꝑmia: & totā iſtā cātilenā ex hoc pendere, vt quāplurimū lucrifaciāt. neq; tn̄ nō te cautum eſſe volo, & inſidias vitārē. nihil enī tua mihi vita poteſt eē iucūdius, neq; charius. Illud vide, ne timēdo, magis timere cogare. & q̄bus rebus pōt occurri veteranis, occurras. Primū qđ deſyderāt de Decēuiris, facias: deinde de ꝑmiis. Si tibi videt, agros militū eorū, qui cū Antonio veterani fuerūt, his dādos cenſeas ab vtriſq; noſtrum. De numis, lente, ac rōne habita pecuniæ, ſenatū de ea re cōſtiturꝰ. q̄tuor legionibus iis, quibus agros dandos cēſuiſtis, video facultatē fore ex agris Syllanis, & agro Cāpano. Aequaliter, aut ſorte agros legionibus aſſignari puto oportere. Hæc me tibi ſcribere non prudētia mea hortat, ſed amor in te, & cupiditas ocii qđ ſine te conſiſtere non pōt. Ego, niſi valde neceſſe fuerit, ex Italia non excedā. legiones armo, paro: ſpero me nō peſſimū exercitum habiturꝰ ad omneis caſus, & impetus hoium. De exercitu, quē Pāſa habuit, legionem mihi Cæſar non remittit. Ad has literas ſtatim mihi reſcribe, tuorumq; aliquem mitte, ſiquid reconditum magis erit, meq; ſcire opus eſſe putaris. Vale. VII. Cal. Iun. Eporædia.

¶ Ex Epla. Quod pro me non facio,

¶ Hoc ego Labeonē credo illi retuliſſe, aut finxiſſe dictū, non ab adoleſcente ꝓbatū. ¶ Committendū nondū putaui, prius vt alpes tranſgrederer, q̄ qd iſtic ageret, ſcirem. ¶ Legiones armo, paro, ſpero me nō peſſimū exercitū habiturꝰ ad omneis caſus: atq; impetus hominum, ſed ꝓpe optimū.

ASCEN. ¶ Neq; contemptū.i. p nihilo habitū, ſed magni æſtimatū a me, Labeo Segulius hō ſimillimus ſui.i. vt videtur ita ꝑfidus, narrauit mihi nouiſſime.i. vltimo tpe: ſe fuiſſe apud Cæſarem.ſ. Octauiū: & multū ſermonem eſſe habitū de te. ¶ Et narrauit ipm Cæſarem nihil queſtū ſane.i. oino de te: niſi dictū.i. ob dictū, ꝙ diceret te dixiſſe ſup. Cæſarem adoleſcentem laudandum, ornādū, tollendū: quod vltimum pōt dupliciter intelligi: in bonam partem, vt ſit extollendum & augendum, ſicut prius tolluntur dum educanē, vnde Comicus. ¶ Quicquid peperiſſet: decreuerunt tollere, aut in malam: quaſi de medio auferendū: ſicut illud in euangelio. Tolle, tolle crucifige eum. Potuit aūt fieri: vt Cicero qui petulātis ſatis fuit ingenio: & ſe vt in ſuperioribus patuit: non numq̄ iactauit ob ſales ſuos: tale quid de Cæſare per ambagea dixerit, quod ille in peiorem partem acceperit: vnde Cæſar indignatus reſponderit: ſe non eſſe commiſſurum.i. paſſurꝰ, vt poſſit tolli.i. auferri de hoc mundo. ¶ Ego credo Labeonem retuliſſe.i. narraſſe: illa.ſ. Cæſari: hoc.i. a te dictum eſſe: aut finxiſſe dictū eſſe a Cæſare non ꝓlatū ab adoleſcente .ſ. Cæſare. ¶ Vero pro ſed, Labeo volebat me credere.i. vt crederem veteranos.ſ. milites loqui peſſime.ſ. de te, & periculum inſtare.i. imminere tibi ab iis, & ſupple eos indignari: id eſt ægre ferre maxime.i. præcipue, ꝙ neq; Cæſar, neq; ego eſſemus habiti in decemuiris.i. inter decem viros creatos ad reipub. gubernationem, donec conſules crearentur: atq; volebat eos maxime indignari, ꝙ omnia eſſent collata .i. redacta ad arbitrium veſtrum.ſ. q decemuiri eſſetis. ¶ Cū ego audiſſem hæc, & eſſem iam in itinere.i. proficiſcerer: non putaui committendum.i. ꝙ deberem pati, vt tranſgrederet prius alpes: q̄ ſcirem quid ageretur iſtic: hoc eſt Romæ. ¶ Nam crede mihi, eos.ſ. veteranos ſperare perterrefacto.i. ſi fueris perterrefactus iactatione verborum.i. iactando verba: de tuo periculo.i. quibus iuuante te verſati in magno periculo. ¶ Et denuntiatione.i. inſinuatione periculi.ſ. in quo verſeris. & adoleſcente.ſ. Cæ. impulſo.ſ. per eos in vos decemuiros, ſperare dico poſſe conſequi magna præmia, & crede mihi totam iſtam cantilenam.i. iſtam fictionem indignationis Cæſaris pendere.i. eſſet eoram ex hoc vt lucrifaciant: ſcilicet vt lucrentur quam plurimum. Petierunt enim agros ſibi diuidi. ¶ Neq; tamen volo te non eſſe immo volo eſſe cautum & vitantem inſidias. ¶ Nihil enim poteſt eſſe mihi neq; iucundius neq; charius vita tua. ¶ Vide: id eſt conſydera, & caue illud ne cogare, id eſt cogaris timere magis timendo: id eſt ſi percipias timere. ¶ Et ſupple vt occurras: id eſt obſiſtas, veteranis ſupple omnibus rebus, quibus poteſt occurri ſupple eis. ¶ Et ſupple, vt facias primum, quod deſyderant de decemuiris.i. vt ego & Cæſar in eis ſimus, deinde de præmiis.i. quod attinet ad præmia. cenſeas: ſi videtur tibi: ſcilicet vtile agros eorum militum. qui fuerunt veterani cum Antonio, dando his.ſ. veteranis noſtris. ¶ Et cenſendo ſup. agi ab nobis vtriſq;.i. me & Cæſare lente.i. tarde ac ratione.i. conſyderatione pecuniæ.ſ. publicæ quæ minima eſt habita de nummis.ſ.

dandis

dandis militibus:hoc est licet veterani & agros & pecunias sibi decerni in pmia, petant, nos dūtaxat de agris agimus no= bis s.de nūmis aūt lente, & censeas aut dicas senatū constitutū de ea re. ꝩ Ego video facultatem forte ex agris syllanis.i. quos olim Sylla suis distribuerat, & ex agro Cāpano, iis quatuor legionibus, qbus censuistis agros dādos: aut puco forte oportere agros assignari legionibus æqualiter. Prudentia mea.q.d.q̄ magna non est non hortat me scribere tibi hæc:sed amor in te:& cupiditas ocii.i.cessationis a bello.qd'.s.ocium non potest consistere.i.firmū & stabile esse sine te. ꝩ Ego non excedam ex Italia, nisi fuerit valde necesse. ꝩ Ego armo & paco legiones & spero me habitur exercitū non pessimū.i.satis vtilem ad oēs casus, & impetus hominū. ꝩ Cęsar nō remittit mihi legionem de exercitu, quem Pansa habuit:ga te vera iam tum Cæsar sperare cœperat ad defectionem. ꝩ Rescribere mihi statim ad has literas: & mitte mihi aliquē tuorū sigd erit magis reconditum.i.occultū & putaris opus esse me scire.i.vt ego sciam. Poredia locus est vbi castra habebat. Vale.

M.T.Cicero D. Bruto Imp. S.P.D. 23.

Dii isti Segulio malefaciant, hoī nequissimo oīum q sunt, q fuerūt, q futuri sunt. Quid? tu illū tecū solū, aut cū Cæsare, q neminē ptermiserit, q cū loq potuerit, cui nō eadem ista dixerit? Te tñ mi Brute sic amo, vt debeo, q istud qcqd esset nugarū, me scire voluisti. Signū.n. magnū amoris dedisti, Nam q idem Segulius ait veteranos q ri, q tu & Cæsar in Decemuiris non essetis, vtinam ne ego quidē essem. Quid enī molestius? Sed tñ, cū ego sensissem de iis, q exercitus haberēt, sñiam ferri oporteré, iidem illi, q solēt, reclamarūt. Itaq; excepti ēt estis me vehementer repugnāte. Quo circa Seguliū negligamus, q res nouas quærit: nō quo veterē comederit, nullā eni habuit, sed hāc ipsam recentē nouā deuorauit. Quod aūt scribis, te, quod p te ipso nō facias, id p me facere, vt de me timeas aliqd: oī te vir optime, mihiq; charissime Brute de me metu libero. Ego enī, q̄ pui deri potuerunt. nō fallar in iis: q̄ cautionē nō habebūt, de iis nō ita valde laboro. Sim etenī impudens, si plus postulē, q̄ hoī a rerū natura tribui potest. Quod mihi pcipis, vt caueam ne timendo magis timere cogar: & sapienter, & amicissime pręcipis. sed velim tibi persuadeas, cū te constet excellere hoc genere virtutis, vt nūq̄ extimescas, nunq̄ perturbere: me huic tuę virtuti pxime accedere. Quāobrē neq; metuā qcq̄, & cauebo oia. Sed vide, ne tua iā mi Brute culpa futura sit, si ego qcq̄ timeā. Tuis.n.opibus, & cōsulatu tuo, ēt si timidi essemus, tñ oēm timorē abiiceremus: pserri cū psuasū oibus eēt mihiq; maxie. nos a te vnice diligi. Cōsiliis tuis, q̄ scribis de q̄tuor legiōibus, deq; agris assignandis ab vtrisq; vestrū, vehementer assentior. Itaq; cū qdā de collegis nr̄is agrariā curationē ligurirent, disturbaui rē, totamq; vobis integrā reseruaui. Siqd erit occultius, & (vt scribis) recōditū, meorū aliquē mittā, quo fidelius ad te literæ perferantur. Vale. Pr. Non. Iun.

HVBER.

Dii isti, respondet Cicero supiori epl'æ Decii, ostendēs Segulium non solum locutum eū Cæsare id, quod scripserat Brutus epistola sua: sed ēt cū oibus, quibuscum locutus est, quæ tñ vana & falsa esse ostendit, cum appellat nugas: deinde respondet sigillatim ad reliqua & præcipue quia scripserat, vt caueret ne timendo magis timeret, dicit se imitari ipsum Deciū in hac re, quia nunq̄ fuit timidus: se tamen vitaturum pericula: assentiturq; ei de legionibus: & agris qd' scripserat. ꝩ Dii. legitur & dei, est āt execratio & imprecatio, ꝩ Tecū subaudi locutū putas. ꝩ Illud nugarū.i.istas nugas & ineptias siue vanitates. ꝩ Ne ego essem.i.in decem viris: nam Ci. in eis erat. ꝩ De iis erat.i.ab iis.i.cū iudicassem vos, q hērēs exercitus oportere dicere sñiam vestram: sicut & reliquos decem viros: qdam reclamarunt contra meam sñiam. ꝩ Qui so. notat aliquos inuidos Decii. ꝩ Excepti.i.exclusi.s.ex decēuiris. ꝩ Me repu. ne exciperemini. ꝩ Res no. alludit ad vocabuli ęquiuocationem: nam res multa significat inter alia negocium & patrimonium, ergo res nouas.i.noua negocia nouas inuentiones. ꝩ Non q ve.s.rem.i.patrimoniū & substantiam. ꝩ Nullam rem. significat maiores eius fuisse pauperrimos. ꝩ Deuorauit indicat fuisse gulosum. ꝩ Libe. me. de.i.nolim pp me aliqd timeas. ꝩ Cautionem. prouisionem, vt possint caueri. ꝩ A rerū natura.i. q̄ neminem facere pōt plusq̄ prudentem: ergo esset imprudentia mea, si vellem esse plusq̄ sapiens. ꝩ Constet. notissimū sit. ꝩ Nunq̄. per quod officiū est fortitudinis. ꝩ Accedere proxi. esse scd̄m post te. ꝩ Ligurirent. assumeret gulose viuendo. ꝩ Reconditū. quod non facile propaletur, & in lucem veniat. ꝩ Quo.i.vt.

Res

ASCEN.

Dii isti &c. Respondens superiori epl'æ Decii Cicero ostendit Seguliū eum multis vana locutū. respondens deinde ad reliqua, q̄ scripserat Brutus, & ad præcipue quod scripserat vt caueret ne timendo magis timeret, dicēs se imitari in hac re Deciū, q nunq̄ fuit timidus: vitaturus tñ sit piculū, demū pbat qd' de legionibus scripserat. Ordo est. Dii male faciant: isti.s. contemptibili & pnitioso Segulio.s. Labeoni, hoi neqssimo.i.minimæ virtutis: oium q sunt q fuerunt & q futuri sunt Hypbolicos dictū, qd sop. putas cū illū sup. locutum solū.i.duntaxat. ꝩ Tecū. aut cū Cæsare.s. Cētauro: q neminem ptermisit. q cū.i.cū quo potuerit loq: cui nō dixerit ista eadem. ꝩ Tñ.i.licet ille futilis & contēnēdus sit. tñ o Brute ego amo te sic vt debeo: q.i.q ā tu voluisti me scire illud qcqd esset nugarū. ꝩ Dedisti enim.s.hoc faciendo magnū signum amoris. ꝩ Nam q idem Segulius ait veteranos queri.i.conqueri, q tu & Cæsar non essetis in decemuiris.i. numere decēuirorum. ꝩ Vtinam ne qdem.i. non etiam ego essem. ꝩ Quid enim sup. est molestius.i.quam eū magistratū nunc gerere.q.d.nihil. Sed tñ cū ego sensissem oportere sñiam ferri de iis, q haberent exercitus quales erant Brutus & Cæsar illi iidem q solent.i. noti obmurmuratores: reclamarunt. Itaq; vos estis excepti.s.e decēuiratu me ēt repugnante vehementer. ꝩ Quo circa.i.quapp. negligamus.i. contemnamus Seguliū, q q̄rit res nouas.i.immutationem statuū, non q comederit.i.absumpserit rem.i. substantiam suā veterem: data opa vtit vocabulo æquoce. nā res nouæ dr̄ nouæ rerū administrationes: sicut rerum potiri est earū administratione, aut imperio fungi. Res aūt singulariter est aut Venus: aut lis: aut substantia: alludit ergo ad vocabuli æquocationem: nullam enim habuit.s.rem veterem: sed deuorauit hanc ipsam.s.modicā quam habuit recentem.i.recenter a pr̄e per mortem eius acceptā: & ita non pmisit eā fieri veterem. Quod aūt scribis.s.in principio epl'æ: vt facere id p me, q.i.de te nihil timeas, o Brute vir optime & charissime mihi: ego libero te oi, metu de me.i.nolo: qcq̄ metuas de me aut p me, & est stomachose satis dictū. Ego enim non fallar in iis, q̄ poterāt puideri, & ego non laboro ita.i.multū valde: de iis.s. si decipiar in iis q nō habebūt cautionem.i.q̄ nullo humano consilio caueri poterunt. ꝩ Enim.i.q a ego sim imprudens.i. inuerecundus ac petulans in petendo: si postulem plus quam pōt tribui hoi a natura rerū: q̄ vnicuiq; rei limites constituit: ita vt minus videant hoies q̄ dii. ꝩ Quod pcipis mihi vt caueam ne timendo cogar magis timere, tu pcipis.i.mones, & sapienter & amicissime: sed velim sup. vt persuadeas tibi: cū constet te excellere hoc genere virtutis, vt nunq̄ extimescas & sup. nunquam perturbere: me accedere.i.appropinquare proxime huic virtuti tuæ: hoc est me non multo minus imperterritum esse quam te. ꝩ Quamobrem, neq; metuam.i.non timebo quicq̄, & cauebo omnia.s.metuenda. ꝩ Sed o mi Brute: vide ne tua culpa fu=

tura sit, si ego timeam quicq̃. ¶ Etenim.i. quia etiam si essemus timidi.s. a natura, tñ abiiceremus omnem timorem tuis opibus id est potentiis & consulatu tuo.s. freti praesertim cum esset persuasum omnibus, & maxime mihi: nos diligi vtrice a te. ¶ Ego assentior) vehementer consiliis tuis, quae scribis de quatuor legionibus, & de agris assignandis ab vtrisq; vestrum.i. te & Caesare. ¶ Itaq; cum quidam de collegis nostris.i. de decemuiris ligurirent.i. iam quasi rem dulcem lingerent & degustarent, sperantes ex aere lucrum aut fauorem sese capturos, curationem agrariam.i. agrorum distribuendorum curam: ego disturbaui rem: & reseruaui sup. eam vobis totam integram. ¶ Siquid erit occultius, & vt scribis, reconditum, ego mittam aliquem meorum: quo: id est vt literae perferantur ad te fidelius. Pridie &c.

M.T. Cicero D. Bruto Imp. S.P.D. 24

CVm Appio Claudio C.F. summa mihi necessitudo est, multis eius officiis, & meis mutuis cõstituta. Peto a te maiorem in modũ, vel humanitatis tuae, vel mea causa, vt eum authoritate tua, quae plurimũ valet, conseruatũ velis. Volo te, cum fortissimus vir cognitus sis, etiam clementissimum existimari. Magno tibi erit ornamento, nobilissimum adolescẽtem beneficio tuo esse saluum, cuius quidem causa hoc melior debet esse, q̃ pietate adductus, propter patris restitutionem se cum Antonio cõiunxit. Quare etsi minus veram causam habebis, tamen vel probabilem aliquam poteris inducere. Nutus tuus potest hominem summo loco natũ, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum praeterea & gratissimũ, incolumem in ciuitate retinere. Quod vt facias, ita a te peto, vt maiore studio, magis ve ex animo petere non possim. Vale.

HVBER. CVm Ap. commendat Ci. diligentissime De Bru. Appium quendam: quo cum maximam sibi & iustissimam necessitudinem esse dicit. Rogat autem Decium vt eum contra aduersarios: qui eum vehementer oppugnabant, & vrbe eiicere studebant: tueatur & in vrbe retineat, cum facillime id facere possit, quem eo beneficio dignum esse ostendit. ¶ Meis mutuis. in eum vicissim collatis. ¶ Constituta. confirmata. ¶ Volo sensus, volo quod homines ita existiment te clementissimum, sicut existimauerunt fortissimum: quod assequeris, si hunc defendes. ¶ Patris: scilicet sui. ¶ Minus veram: minus bonam & iustam, debuerat enim quirum conficimus, aliqd mali admisisse. ¶ Pro. proximam vero verisimilem quod patrono cuiq; conceditur. ¶ Nutus potes. alius codex satis emendatus habebat nutus tuus potest, quod magis placet: vt sit sensus: solo nutu tuo potes hominem incolumem in patria retinere.

ASCEN. CVm Appio. &c. Commendat diligentissime Decio Bruto Appium quendam qui cum maximam sibi dicit necessitudinem: rogatq; vt eum tueatur: contra aduersarios, qui eum eiicere vrbe contendebãt: dicens. ¶ Summa necessitudo: id est necessaria coniunctio amicitiae est mihi cum Appio Claudio filio Caii: scilicet Claudii instituta: id est inita & comparata: multis officiis eius. ¶ Et meis mutuis. Peto a te in maiorem modum: id est obnixe: vel causa humanitatis tuę vel mea: vt velis eũ conseruatum.i. saluum esse authoritate tua, quę valet plurimum. ¶ Volo te cum sis cognitus vir fortissimus: existimari.i. iudicari ẽt clementissimum. ¶ Erit tibi magno ornamento adolescentem nobilissimum: esse saluum.i. conseruatum beneficio tuo. ¶ Cuius: scilicet adolescentis causa debet quidem esse melior: hoc: id est propter hoc: q̃ ipse adductus pietate.s. in patrem, coniunxit me cum Antonio: propter restitutionem patris.s. sui. Quare etsi.i. quanq̃: habebis causam minus veram.i. nõ satis iustam: tamen poteris inducere vel.i. saltem aliquam probabilem. ¶ Nutus tuus.i. solum iudicium voluntatis: potest retinere incolumem in ciuitate: hominem natum summo loco: id est clarissimis natalibus: & summo ingenio: & summa virtute, praeterea: id est praeter illas dotes: officiosissimum: scilicet in conferendis beneficiis, & gratissimum in reddendis. ¶ Quod vt facias: id est vt incolumem retineas: ego peto a te: ita: vt non possim petere maiore studio, vt pro vel magis ex animo: id est sententia mea. Vale.

¶ Ex Epistola. Cum Appio Claudio.

¶ Vnde queas mitius hominem summo loco natum, summo ingenio, summa virtute.

D. Brutus M.T. Ciceroni S.P.D. 25

NOs hic valemus recte: & quo melius valeamus, operam dabimus. Lepidus cõmode de nobis sentire videt. omni timore deposito, debemus libere R.P. consulere. Quod si oĩa essent aliena, tñ tribus tãtis exercitibus propriis R.P. valẽtibus, magnum animũ habere debebas, quẽ & semper habuisti, & nunc fortuna adiuuante augere potes. Quae tibi superioribus literis mea manu scripsi terrendi tui causa homines loquuntur. Si frenum momorderis: peream, si te omnes, quotquot sunt, conantem loqui ferre poterũt. Ego, tibi vt antea scripsi, dum mihi a te literae veniãt, in Italia morabor. Vale. VIII. Cal. Iun. Eporaedia.

HVBER. NOs hic. Hortatur Decius Cice. vt bono sit animo, & nihil de repu. timeat: dicit autem Lepidum bene de se sentire: de quo antea suspicatus fuerat, vt supra saepe visum est: iustam autem causam nullius timoris esse ostendit: cum habeat tris exercitus ita fortes: praeterea quae supra scripserat dicit homines loqui & diuulgare: vt terreant ipsum Cice. Hortatur autem vt in eos sit fortis. ¶ Commode: bene. ¶ Libere: sine cuiusquam respectu. ¶ Si omnia essent aliena: id est si alia nobis deessent: vel essent contraria. ¶ Tribus: mei Caesaris & Planci. ¶ Valentibus: fortibus. ¶ Augere: habere maiorem quam vnq̃ habueris. ¶ Quae scripsi: scilicet fuisse dicta a Segul. ¶ Si frenum momorderis.i. si eos contempseris. translatio sumpta ab equo, qui cum sessorem, vel equitem contemnit: frenum mordet. ¶ Peream. iurantis est. ¶ Quotquot sunt: id est etiam essent infiniti. ¶ Conantem. volentem: tentantem.

ASCEN. NOs &c. hortatur Decius Ciceronem vt bono sit animo & de rep. bene speret cum Lepidus iam bene sentiat, & ipse bonas habeat copias. ¶ Ordo est. Nos valemus hic recte: & dabimus operam quo.i. vt valeamus melius. Lepidus videtur sentire commode.i. bene & vtiliter de nobis, nos debemus consulere reipub. libere, quia omni timore deposito. ¶ Quod si omnia essent aliena: scilicet a nobis, tamẽ tu debebas habere magnum animum: tribus tantis exercitibus propriis reipu. valentibus: id est cum tres tamen exercitus reipubli. proprii sint valentes.s. meus Caesaris & Planci, quem: scilicet animum: tu &: id est simul: habuisti semper: & potes nunc augere fortuna fauente aspirante. Homines loquuntur causa tui terrendi.i. vt te terreant, ea, quae scripsi tibi mea manu literis superioribus. Propria autem manu secreta & recondita scriptitabant. Scribae sui manibus vulgatoria. ¶ Si momorderis frenum.i. pertinaci animo contra omnia terricula restiteris tracta metaphora ab equo, qui dum equiti obtemperare non vult frenum mordet: & dentibus tenet, peream si omnes quotquot sunt, poterunt ferre te conantem loqui. Ego vt scripsi tibi antea: morabor in Italia: dum donec literae veniant mihi a te, Octauo &c.

¶ Narro

HVBER.

NArro:rñdet Cic.supiori eplę breuiter, vt dicit imitatione ipsius Decii: dicit tñ oẽm timorẽ, si mõ eẽt timidus, potuisse sibi penitus amoueri illa eius epľa. Narro.q.d.fateor tibi. legiť tñ in aliis codicibus parũ tibi subirascebar. ⁋Breuitati: qd minus breuitet scriberes. ⁋Loquax: nimiũ verbosus. Imitabor te. breuibus scribã, sicut soles. ⁋Quã multa.s.dicam vel scribam. ⁋Paucis: uerbis. ⁋Te re.ua. ordo est si timidus essem, tñ abstersisses mihi oẽm metum ista epistola. s.qđ vis nos recte ꝯfidere. te recte valere.i. qd recte valeas. ⁋Lepidum sentire cõmode: sentiat de te &c. ⁋Frenum momordi. frenũ accepi dentibus. ⁋Etenim. rõ a minori ad maius, est aũt sensus, si audebã spe tui, cũ eras obsessus, qd nũc putas me facere cũ obsidione liberatus: potes me multo magis defendere.q.d. multo magis audeo. ⁋Vigiliã: custodiã reip. vigilare.n. pro diligẽter seruare poniť. Iuu. Sed vigilat ꝯsul. Vt nõ desim ꝯstantiæ.i. ne videar facere ex leuitate. ⁋Si per hostem licet.i. si hostes te permittent morari. ⁋Multa.s.sunt noua. ⁋Confici: finiri. ⁋Antiquius: charius .s.q̃ conficere bellum.

Vigiliam

Cicero D. Bruto S.D. 26.

¶ OCcultiora. secretiora. ¶ Cōsiliū. sapientia. ¶ Grauitas. cōstātia. ¶ Lepos. suauitas moꝝ & verboꝝ. ¶ Lrę. cognitio lraꝝ. ¶ Quapp. post longā digressionē reuertit Ci. ad mtionē querelæ Matii. ¶ Tulisse suf. dedisse vocē tuam: approbas se illā legem, qua decernebat, vt q̃ Cæ. statuisset efficerent. ¶ Non cre. id. n. est ꝓpriū viri sapiētis non facile credere criminationibus oblatis. ¶ Dignitas facit vt aiaduertaẽ. qa oia facta eoꝝ, qui excelso loco sunt obscura esse non pñt. Iuue. Oē animi vitiū tanto ꝯspectius in se crimē habet, quāto maior q peccat hẽ. ¶ Maleuolētia. s. facit. ¶ Durius. asperius, in peiorem partē: qa cū aliquē odimus: qcqd facit, ēt si rectū sit: semp in deteriorē partē accipitur, sicut vtilissimi labores mei & vigiliæ ab inuidis meis. ¶ Ea q̃. de te proferunẽ. ¶ Alia. quæ dicatis fecisse. ¶ Piç. ex offō. ¶ Curatione. ludoꝝ de qua ipse Matius in ꝑcedenti epl'a mētionē fecit. ¶ Sed ho. cū. Cic. ꝑponit duplicē opinionē de offō Matii: latenter innuit vtrū magis sit sequendum. ¶ Illa duo. s. quæ sequunẽ. ¶ Expertē immunē. Scilicet te fuisse authorē suasorē. ¶ Moderandæ, ne Cæs. faceret in victos oia, quæ iure victoriæ potuisset. ¶ Qui non as. mi. i. qui idē nō faterenẽ. ¶ Habeo grām. obligatus sum. ¶ Cām. qa retulit mihi querelā, ex qua inductus sum vt ad te scriberē. Nisi cre. nisi admiseris eam excusationem, quam afferūt. ¶ Expertem. imunem. ¶ Grauius. molestius. ¶ Alienius a te. i. quod minus ad te pertineat.

occultiora, quæ vix verbis exeq possum. Omnia me tua delectant, sed maxime maxima cum fides in amicitia, consilium, grauitas, cōstantia, tum lepos, humanitas, literæ. Quapropter redeo nūc ad querelā. Ego te suffragium tulisse in illa lege, primum non credidi. deinde, si credidissem, nunq̃ id sine aliqua iusta causa existimarem te fecisse. Dignitas tua facit, vt animaduertatur, quicquid facias: Maleuolētia aūt hominum, vt nonnulla durius, q̃ a te facta sint, proferantur. Ea si tu non audis, quid dicam, nescio. equidem siquando audio, tā defendo, q̃ me scio a te contra iniquos meos solere defendi. Defensio autem est duplex. Alia sunt, quæ liquido negare soleam, ut de isto ipso suffragio. Alia, quæ defendam a te pie fieri, & humane, vt de curatione ludorum. Sed te hominem doctissimum non fugit, si Cæsar Rex fuerit, quod mihi quidem videẽ, in vtranq; partem de tuo officio disputari posse: vel in eam, qua ego vti soleo, laudandā esse fidem, & humanitatem tuam, qui amicum etiam mortuum diligas: vel in eam, qua nonnulli vtuntur, libertatem patriæ, vitæ amici anteponendam. Ex his sermonibus vtinā essent delatæ ad te disputationes meæ. Illa vero duo, quæ maxima sunt laudum tuarum, quis aut libētius, q̃ ego commemorat, aut sæpius: te & non suscipiendi belli ciuilis grauissimum authorem fuisse, & moderādæ victoriæ? In quo qui mihi non assentiretur, inueni neminem. Quare habeo gratiam Trebatio familiari nostro, qui mihi dedit causam harum literarum: quibus nisi credideris: me omnis officii, & humanitatis expertem iudicaris, quo nec mihi grauius quicq̃ potest esse, nec a te alienius. Vale.

ASCEN. ¶ OCcultiora. i. secretiora indicia vere amicitiæ quæ vix possum exequi. i. exprimere verbis præter hæc quæ cōmemoraui quæ sunt testata. i. testibus comprobata & pro. i. illustria. i. clara & manifestaria. ¶ Omnia tua. s. dicta & facta delectant me, sed maxime. i. pręcipue maxima, cum. s. ita sit ꝙ me delectent: fides in amicitia: consilium, grauitas, constantia, tum sup. verum est apertius ꝙ me delectent: lepos. i. suauitas loquendi humanitas. i. suauitas viuendi, & literæ. i. eminentia doctrinę, quæ licet maiora non sunt q̃ fides consilium: grauitas, constantia: plus tamen earundem rerū studiosos delectare solent. ¶ Quapropter redeo nunc ad q̃relam. s. quam dicunt te de me fecisse. ¶ Ego primum nō credidi te tulisse suffragium. i. assensum & fauorem in illa lege. s. qua decretū est, vt quæ Cæsar statuerit, rata haberentur. ¶ Deinde si credidissem ego nunquā existimarē te fecisse id sine aliqua iusta cā. ¶ Dignitas tua facit, vt aiaduertaẽ. i. diligenter consyderetur: quicquid facias: maleuolētia autem hoium facit, vt nonnulla proferanẽ. i. diuulgentur durius q̃ sint facta a te. ¶ Si tu non audis ea. s. quæ proferunẽ durius q̃ sint facta a te nescio quid dicam. q. d. si auderem dicere te surdastrum. ¶ Equidem. i. ego quidem: si audio qñ. i. qñque sup. ea ego tam. i. tantopere defendo sup. ea quā. i. quātopere, ego scio me solere defendi a te contra iniquos. s. de me cēsores. ¶ Autem. i. sed defensio est duplex, qa alia sunt quæ soleam aliqñ negare, vt de isto ipso suffragio. i. facto in legē latam, alia sup. sunt quæ defendam. i. defendendo asseram fieri a te pie & humane. Vt de curatione ludorum, scilicet funebrium in honorem Cæsaris. ¶ Sed non fugit te hominem doctissimum: id est tu bene scis eum scis homo doctissimus: si Cæsar fuerit rex, quod quidem videtur mihi posse disputari de officio tuo. s. in illum exhibito, in vtranq; partem & bonam & malam, vel in eam sup. partem, qua ego soleo vti: videlicet fidem & humanitatem tuam in Cæsarem esse laudandam, qui diligas amicum etiam mortuum vel in eam sup. partem, qua nonnulli vtuntur, sup. dicentes: libertatem patriæ esse anteponendam. i. præferendam: vitæ amici. i. Cæsaris tibi. ¶ Vtinam disputationes meæ essent ad te, ex his sermonibus. ¶ Vero. i. sed quis commemorat aut libentius aut sæpius q̃ ego: illa duo quæ sunt maxima. i. præcipua capita laudum tuarum te fuisse grauissimum authorem belli ciuilis non suscipiendi. s. a Cæsare contra Pompeiū, & victoriæ moderandæ. i. modeste habendæ, in quo. s. iudicio de te: ego neminem inueni, qui nō assentiretur mihi. ¶ Quare ego habeo gratiam Trebatio familiari nostro, qui dedit mihi cām harum literarum. s. ad te scribendum, quibus nisi credideris: tu iudicaris pro iudicaueris, me expertem. i. sine participatione hoc est habentem nihil omnis officii & humanitatis: quo. s. iudicio tuo nec quicquam potest esse grauius. id est molestius mihi: nec alienus a te. Vale.

HVBER. DVbitāti. Profecturus Cic. legatus in Græciam, vt in argumento epistolæ primæ lib. x. diximus: esset q; in dubitatione iret ne an non, consulit Oppium qui & per literas, & per Atticum quid sentiret de ea profectione ita aperuit, vt Cice. sibi faciendum putaret quod ille consuluisset, quod hac epistola fatetur: & cōmemorat aliud cōsilium, quod olim sibi datum est sapientissime ab eodē Oppio, simul & q̃ iustis causis eum semper dilexerit. Postremo eum orat, vt & amorem suū erga se seruet, & omnia sua tueatur. ¶ Quod scit. quam rem scit. ¶ Consilio. deliberatione. ¶ Profectionis. in græciam: vt supra, & abiuit proficiscens in Græciam. ¶ In vtranq; partem. vt vulgo dicitur pro & contra. i. vt irem: vt non irem.

M.T.C. M. Oppio S. 3 [illegible]

DVbitanti mihi, quod scit Atticus noster, de hoc toto consilio profectionis, ꝙ in vtranque partem in mentem multa veniebant,

ASCEN. DVbitanti &c. Profecturus Cicero legatus in Græciam, dubitansq; vtrum iret: cōsuluit per literas Oppium de ea re: qui & per literas & per Atticum quid sentiret ita aperuit, vt Cicero sibi faciendum putaret, quod ille cōsuluisset, quod hac epistola fatetur commemorans & aliud consilium ab Oppio datum. Orat q; demum vt amorem sui conseruet. Ordo est. Iudicium & consilium tuum accessit mihi.

¶ Magnum

HVBER.

MAGNVM pondus,magnus effectus,magnū momentum. Ad tollendam dubitationem,nam cum animus est in dubio paulo momento huc vel illuc impellitur. Quid videretur tibi.quid iudicares. In capiēdo prudentiā.quod te mete oībus non crederes,quod non facile supplantari posses. Fidem.fidelitatem,quia consuleres tātmodo quod videretur esse & honestum & vtile. Consuluissem te.interrogassem petiuissem a te consilium. Consulerem dignitati meę.id est vt facerem quod dignitas mea exigeret. Quid sentires.quid iudicares quid in animo haberes.Nam cum scires nō licere mihi non præstare officium meum:& Pompeio cui plurimum debebam & reip.quæ mihi semper charissima fuit, non aperte dixisti vt irem ad Pompeium:ne videreris mihi contra Cæsarem consulere,quo cum tunc eras: sed fideliter consulere cupiens suasisti:vt faciam quod dignitas mea postularet:quod æque fuit,ac si dixisses,vt irem ad Pōp. Religionem:sanctitatem:quia neq; contra Cæsa.mihi consuluisti: neq; contra dignitatem meam. Quod.i.quia. est aūt probatio religionis consilii:neq; exponendum est.quod pro sed: vt quidam dicit. Amicissimum. Cæ. Malle aliud.scilicet vt ad se irem. Equidem.cōmemorat Cic.& amicitiam & causas amicitiæ inter se & Oppium. In magnis periculis. aut tempore bellorum ciuilium, cum eram cum Pompeio: aut tempore exilii mei. Præsentis.qui erant Romæ. Reditum.in patriam. Senserim.iudicauerim. Prædicarim. publice dixerim. Animaduerterem. considerarem, attenderem. Grauissimum.maximum:id est maxime iudicasti me & fidelem & constantem. Comprobaro. mihi placere & gratum esse ostendero. Non putabo me hominem,existimabo me alienum ab omni humanitate. Etsi.quasi parenthesis quandam. Magis more:id est magis ex consuetudine:quia ita mos est scribendi:licet non sit opus. Quæ.scilicet mea menda a te. Erimus nacti.habebimus. Vberiores:id est,prolixiores & pleniores. Hoc.quantum des operam bene valere.

magnum pondus accessit ad tollendam dubitationē, iudicium,& cōsilium tuum.Nam & scripsisti aperte, quid tibi videretur: & Atticus ad me sermonem tuū pertulit.Semper iudicaui,in te & in capiendo cōsilio prudentiam summam esse, & in dando fidem. maximeq; sum expertus,cum initio ciuilis belli per literas te consuluissem,quid mihi faciēdum esse censeres:eūdum ne ad Pompeium,an manēdum in Italia. Suasisti,vt cōsulerem dignitati meæ.ex quo, quid sentires, intellexi. & sum admiratus fidem tuam,& in consilio dando religionem:q;,cum aliud malle amicissimum tuum putares.antiquius tibi officium meum, q̄ illius voluntas fuit. Equidem & ante hoc tempus te dilexi,& semper me a te diligi sensi & cum abessem, atq; in magnis periculis essem, & me absentem, & meos pręsentes a te cultos & defensos esse memini.Et post meum reditum q̄ familiariter mecum vixeris, quæq; ego de te & senserim,& prædicarim,omnes,qui solēt hæc animaduertere,testes habemus. Grauissimū vero iudicium de mea fide,& de constantia fecisti, cum post mortem Cæsaris totum te ad amicitiam meam contulisti.quod tuum iudicium nisi mea summa beneuolentia erga te, omnibusque meritis comprobaro,ipse me hominem non putabo. Tu mi Oppi conseruabis amorem tuum (etsi more magis hoc quidē scribo,q̄ quo te admonendum pute) meaque omnia tuebere:quæ tibi ne ignota essent, Attico mādaui. A me autem,cum paulum ocii nacti erimus, vberiores literas expectato. Da operam, vt valeas.hoc mihi gratius facere nihil potes.

ASCEN.

MAGNVM pondus: id est momentum ad tollendam dubitationem mihi dubitanti.quod id est quam rem Atticus noster scit: de hoc toto consilio profectionis scilicet.i. in Græciam.q.i.quia multa veniebant mihi in mentem in vtranq; partem.i.eūdi & non eundi. Accessit dico magnū pondus omnia & scripsisti aperte quod videretur tibi. & Atticus pertulit ad me sermonem tuū. Ego iudicaui semper summam, & id est simul prudētiam esse in te in consilio capiendo, & fidem in dando.s.consilio & sum maxime expertus sup.illud:cum consuluissem te initio belli ciuilis,qd censeres faciendum esse,ne id est an eundum supp. esset ad Pompeium,an manendum in Italia.Suasisti vt consulerem id est prodessem dignitati meæ:ex quo intellexi quid sentires:& sum admiratus fidem tuam & religionem: id est metum deorum.in consilio dando:q; cum putares amicissimum tuum:scilicet Cæsarem:malle.aliud, officium meum.i.debitum munus,fuit antiquius:id est charius q̄ voluntas illius. Equidem:id est ego quidē dilexi te, & id est simul ante hoc tempus:& sensi semper me diligi a te, & memini cum abessem, & essem in magnis periculis, & id est simul me absentem, & meos præsentes cultos & defensos esse a te.Prudenter commemorat beneficia eius anteacta,vt inuitet ad noua:turpe enim videtur in tam gratos non augere beneficia. Et q̄:id est quantum familiariter vixeris mecum post reditum meū, & quæ ego & senserim & prædicarim de te habemus testes omnes:scilicet homines,qui solent animaduertere:id est considerare hæc:id est huiusmodi officia hominum inter se. Vero:id est sed,tu fecisti grauissimum:id est maximi momenti & ponderis iudicium de fide & constantia mea:cum contulisti se totum ad amicitiam meam post mortē Cæsa. Quod iudicium tuum nisi comprobaro:id est comprobauero,summa beneuolentia mea erga te & omnibus meritis: ipse id est egomet, putabo me non esse hominem,sed pecudem supple. O mi Oppi tu conseruabis amorem tuum.s.in me. Etsi:id est quanquam:ego scribo hoc quidem magis amore:id est ex vehementia amoris mei in te:q̄ quo,id est vt:aut lege q;: id est quid autem te admonendum supple esse, & tuebere:id est proteges omnia mea:quæ ne essent incognita tibi,mandaui Attico.s.vt tibi patefaceret. Autem:id est expectato a me literas vberiores,cum.i.quando nos erimus nacti.paululum.i.modicum ocii.Da operam,vt valeas:tu nihil potes facere mihi gratius hoc.s.q̄ vt eam operam des.s.vt valeas. Quoties autem illam aut similem particulam adpositam videmus, superfluum fuerit addere Vale. Est autem amantius dictum Cura aut da operam vt valeas,q̄ illud tritum vale. Sane in tota hac epistola Cicero id agit,vt se in amicitiam Oppii insinuet. Commemorans eius fidem & religionem:& sanctissimam amicitiam cum potius indicatur Ciceroni faciendum quod ex officio debuit hoc est Pompeium sequi:cui plurimum deuinctus erat: quam quod nouit amico sibi charissimo hoc est Cæsari magis placiturum fuisse. In quo facto dicit se admiratū eius religionē:hoc est, vt Vbertinus interpretatur sanctitatem:vt mihi autem placet:metum deorum:quos amicitiæ inseruiendo vltra id,quod verum & iustū est læderet. Scitum enim est Apud Au. Gel. pręceptum. Amicis inseruiendū vsq; ad aras seu deos.i.sic vt propter amicitiam iustitia & veritas nō lædantur. Vn̄ & ipse Cicero in Lęlio seu libro de amicitia dicit primam esse legem amicitię ne quid inhonestum rogemus ab amico,nec faciamus rogati. Hæc autem & huiusmodi breuitati studeas iubens prætereo.

HVBER. FInem. Ex argumentis primarum epistolarũ. & .xi. libri facilius cognoscuntur sequentium epistolarum argumenta. Sunt. n. ex eadem historia: itaq; breuius referent: cum interfectores Cæ. ex vrbe profugissent, & Anto. qui iã animum ad principatum intenderat pro libidine sua, omnia in vrbe ageret: quemadmodum olim egerat Cæsar: Cic. cum magno dolore ea cõmemorat, & ostendit omnem reliquam plene libertatis spem esse in M. Bru. ipso Cassio & Decio Bruto, quos ita incedit: vt ostendat eos frustra interfecisse Cæs. nisi remp. etiam regno M. Anto. liberent: quem adducit in odium, & inuidiam commemorans eius: tum iniquertum arrogãter facta. ſ Facio nul. ſi. quia semper te amabo .i. maxima laus Bruti & Cassii: de quibus cum se cogitare dicit, de tota rep. se cogitare affirmat, quasi resp. in eis cõsistat: ſ Præclarissime. cum magna laude, quia tutos reddiderat interfectores cum eo consilii, Cassius & M. Brutus descẽdissent; vel quia vt scribit Appia. cum senatu secreto consentiebat aduersus Anto. priusquam Syriam ab eo petere p̃sinsus esset. ſ Manabat. fluebat. ſ Vrbanũ ma. seditio, quæ erat in vrbe: & metus seruitutis. ſ Corroborabatur. confirmabatur. ſ Diffiderem. nullam fiduciã aut spem haberem. ſ Compressa. s. est vrbs. i. composita. ſ Reliqua. quæ supersunt facienda. ſ In vo. te & M. Bru. & D. Bru. ſ Quãquam expli. i. q̃q̃ expediamus & dicamus. ſ Quicq; pri. i. quodcũque maximũ: est autem explicemus imperatiui modi. ſ Tuemur. seruamus. ſ Regios nu. voluntates regias. ſ Id so. s. nutus regios. ſ Ille. Cæsar. ſ Probamus. confirmamus. ſ Ab il. Cæ. ſ Tabulæ. leges nouæ, hęc autem omnia quæ ab Ant. fieri dicit tegiæ sunt voluntatis & potestatis. ſ Immunitates dãt. i. exemptiones & vocationes munerum & onerum publicarum. ſ Describuntur. assignantur. ſ Falsa. quia dñt esse constituta & decreta a senatu cum non sint. Sunt autẽ in supradictis orationibus distinctum & similiter desinens exornationes. Hominis. Cæsaris. ſ Iacet. depressa est.

Immunitates



M.T.C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM

LIBER DVODECIMVS.

M.T.C. C. Cassio. S.P.D.

FInem nullum facio, mihi crede, Cassi de te, & de Bruto nostro, id est de tota R.P. cogitandi: cuius omnis spes in vobis est, & in D. Bruto. quam quidem iam habeo ipse meliorem, R.P. a Dolabella meo præclarissime gesta. Manabat enim illud malum vrbanum, & ita corroborabatur quotidie, vt ego quidem & vrbi, & otio diffiderem vrbano. Sed ita compressum est, ut mihi videamur omne iam ad tempus ab illo duntaxat sordidissimo periculo tuti futuri. Reliqua magna sunt, & multa, sed posita omnia sunt in vobis: quanquam primum quidque explicemus. Nam, vt adhuc quidem actum est, non regno, sed Rege liberati videmur. Interfecto .n. Rege, regios oẽs nutus tuemur: neq; vero id solũ, sed ẽt, q̃ ipse ille, si viueret, nõ faceret, ea nos quasi cogitata ab illo p̃bamus: nec eius qdẽ rei finẽ video. Tabulæ figunt: ĩmunitates dant: pecunię maxĩæ distribuunt: exules reducunt: S.C. falsa referunt: vt tñmõ odium illud hoĩs impuri, & seruitutis dolor depulsus eẽ videat. R.P. iacet in iis perturbatiõibus, ĩ quas eã ille

ASCEN. FInem nullum facio &c. Argumenta huius libri consonant argumentis. x. & .xi. librorum. Nam cum interfectores Cæsaris ex vrbe profugissent: & Anto. qui iam ad imperium animum adiecerat omnia pro libidine sua in vrbe ageret, Cicero ad profugos scribens ea dolenter commemorat, docens oẽm libertatis spem esse in Decio & M. Brutis & Cassio, quos ẽt ad Antonii cædem incendit. Ordo est. O Cassi crede mihi, ego nullum finem facio cogitandi de te & de Bruto nostro & de tota repu. Cuius oĩs spes est in vobis. i. in te & M. Bruto, & in D. Bruto. Quam. s. spem q̃dem. i. certe: ipse. i. ego habeo iam meliorẽ, rep. gesta .i. administrata p̃clarissime, a Dolabella meo. s. genero, q̃ vetuit aras Cæsari extrui & occulte contra Antonium sentit. ſ Enim. i. q̃a: illud malum vrbanũ. i. seditio excitata in vrbe per Antoniũ concitantem veteranos in vltionem Cæsaris, manabat. i. extendebat & corroborabatur quotidie ita: vt ego q̃dem diffiderem & vrbi. i. saluti vrbis, & otio vrbano .i. tranquillitati futuræ in vrbe quam nullam fore fidebam. ſ Sed sup. vrbs. i. cõmotio incepta fieri in vrbe est compressa. i. simul sedata & sopita, ita vt videamur futuri tuti iã ad omne tempus dũtaxat. i. saltẽ ab illo periculo sordidissimo .i. turpissimo: quod imminebat ab Antonio in Cæsaris interfectores. Eo tñ non erat defunctus nec liberatus Cicero: sed nescia mens hoĩum fati sortisq; futuræ. ſ Reliqua. i. quæ restant vltra ea, quæ Dolabella fecit, sunt magna & multa: sed omnia sunt posita in vobis. i. in p̃tãte sunt vestra: quanquã .i. tametsi explicemus. i. expediamus primum quicquam. i. quodlibet quod primum expediendum est, aut explicemus .i. declaremus primum quicquam: id est quod primum explicandum occurrerit. ſ Nam vt quidem. i. sm̃ quod actum est adhuc: nos videmur libertati nõ regno, q̃a adhuc respub. libera non est, ea autem petituris rex futurus fuerit, sed rege. scilicet Cæsare. ſ Enim. i. quia: rege interfecto. i. postquã rex est interfectus: nos tuemur. i. inspicimus oẽs nutus. i. gestus magnificos quasi ad nutum cuncta regentium: regios. i. quales hñt reges. Adnotãdum dico versiculum illũ. Dic tuor inspicio: tueor defendere dico: non sic esse admittẽdũ: vt prouerbio inspicio nõ dicamus ẽt tueor: nam hic dixit tuemur non tuimur. ſ Neq; vero sup. tuemur. i. inspicimus solum hoc. i. nutus regios: sed ẽt nos probamus. i. cõprobamus ea. q̃ ille ipse. i. Cæsar rex, non faceret, si viueret: cõprobamus dicit: quasi cogitata. i. præmeditata ab illo: nec q̃dem video finem eius rei. i. huiusmodi mali eorũ, qui referunt nutus regios. ſ Tabulæ. i. leges nouæ, aut tabulæ p̃scriptionis: figunt. s. ad publicas colũnas. ſ Immunitates dantur. s. militibus Cæsaris mortẽ vlturis: pecuniæ maximæ distribuuntur sup. ipsis: exules reducuntur. s. in vrbem: senatusconsulta falsa. i. nunq̃ a senatu probata: referuntur. s. ad populum: vt ab eo adprobentur: ita sup. vt tñmodo illud odium hominis impuri. s. Cæsaris nihil verentis remp. per quam ita creuit opprimere, & dolor seruitutis videatur esse depulsus. Respu. iacet in his perturbationibus: in quas ille. s. Cæsar coniecit eã.

Hæc omnia

HVBER. ¶ CONIECIT. immisit: quia nihil utile reipu. post eius mortem constitutum est expedienda: expedite facienda. ¶ Satis habere. esse a vobis ei satisfactum. ¶ Pro magnitudine. quia plura & pôt & vult præstare animus vester maximus. ¶ Adhuc. usq. ¶ Vita iniu. su. facit tãtummodo vindictam de oppressione sua. ¶ Per vos. opera vestra nihil amplius. s. habere, q̃ vltionem iniuriarum suarum. ¶ Quæ or. q. d. nulla est enim interrogatiue legendum. ¶ An quod. pro per irrisionẽ dixit ao recuperauit ornamenta sua, cum efficiat decreta Cæsaris, quem viuentem ferre non potuit. ¶ Cuius. Cæsaris. ¶ Acta leges ære incisas. Ouid. primo Metamorpho. Nec verba minantia fixo Aere legebant. ¶ Refigere. auellare, tollere. ¶ Chirographa. scripta commentarios, in quibus decreta sua manu propria scripserat. ¶ At enim obiectio. q. d. aliqs: cur non debemus ita facere: si ita semel decreuimus, vt quæcunq; Cæsar ordinasset, ea efficeremus: & rata haberemus. ¶ Fecimus. responsio ad obiectionem. ¶ Cædentes temporibus. i. sequentes tempora: quia nunc cum decreuimus facere necesse fuit ita facere non autem voluntate adducti, quasi innuat Ci. quod necessitate sit promissum aut factum non esse præstandam. ¶ Quæ. tempora. ¶ Abutantur. quia plus volunt fieri q̃ honestum sit quia viderũt nos faciles fuisse in promittendo. ¶ Coram. s. dicemus.

Refigere

Chirographa

coniecit. Hæc omnia vobis sunt expedienda: nec hoc cogitandum, sa[...]n habere R.P. a vobis. Habet illa quidem tantum, [...]antum nunq̃ mihi in mentem venit optare. sed cont[...]ata nõ est, & pro magnitudine & animi & beneficii vestri a vobis magna desyderat. Adhuc vita [...]uas iniurias est per vos interitu tyranni: nihil amplius. Ornamenta vero sua quæ recuperauit? an q ei mortuo paret, quem viuum ferre non poterat? cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus? At eni ita decreuimus: fecimus id quidem temporibus cedentes, quæ valent in R.P. plurimum: sed immoderate quidam, & ingrate nostra facilitate abutuntur. Verum hæc propediem, & multa alia coram. Interim velim sic tibi persuadeas, mihi cum R.P. quam semper habui charissimam, tum amoris nostri causa, maximæ curæ esse tuam dignitatem. Da operam, vt valeas.

ASCEN. HAEC omnia sunt expedienda. i. abolenda a vobis, nec cogitandum est. i. vobis hoc, videlicet tempu. habere iam satis. i. officii a vobis. Illa quidem habet, tantum quantum nõ q̃ venit mihi in mentem. i. cogitauerim, & ausus fuerim optare, sed non est contenta & desyderat a vobis magna: pro magnitudine & animi & beneficii vestri. ¶ Ipsa vita est adhuc. i. hactenus iniurias suas per vos interitu. i. per cædem tyranni: nihil amplius. s. assecuta est, vero pro sed, quæ ornamenta sua recuperauit? q. d. nulla. An sup. illud ornamentum: quod paret. i. obtemperat ei mortuo, quem non poterat ferre: id est tolerare viuum? & sup. q defendimus etiam chirographa: id est manu scripta eius cuius æra: id est leges in era incisas: debebamus refigere: id est euellere ex columnis & tabulis. ¶ Etenim: id est sed certe, nos decreuimus: id est approbauimus æra: id est leges eius. Responsio fecimus quidem id cedentes temporibus: quę valet plurimum in repu. ¶ Sed quidam, vt Antonius & eius sequaces, abutuntur facilitate nostra immoderate & ingrate. ¶ Verum sup. nos dicemus propediem hæc, & multa alia coram: id est in mutua præsentia, loquentes alter ad alterum. ¶ Ego velim sup. vt persuadeas tibi interim sic, tuam dignitatem esse mihi maximæ curæ, tum. i. pariter causa reipu. quam habui semper charissimam, tum: id est pariter causa amoris nostri: scilicet mutui aut mei in te. ¶ Da operam vt valeas.

M.T.C. C. Cassio. S.P.D. 2

VEhementer lætor tibi probari sniam, & orationem meã, qua si sæpius uti liceret, nihil esset negocii, libertatem, & R.P. recuperare. Sed homo amens, & pditus, multoq; nequior, q̃ ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti, cædis initium quærit, nullamq; aliam ob causam me authorem fuisse Cæsaris interficiendi criminatur, [...] si ut in me ueterani incitentur. quod ego periculum non extimesco, modo facti uestri gloriam cum mea laude communicem. Ita nec Pisoni, qui in eum primus inuectus est nullo assentiente: nec mihi, qui idem tricesimo post die feci, nec Publio Seruilio, qui me est consecutus, tuto in senatum uenire licet.

HVBER. VEhementer. ¶ Absentibus Cæsaris percussoribus ab vrbe: cum Ci. assidue eos tueretur: & de eorum incolumitate seruanda & cogitaret, & aperte publiceq; ageret, Marcus Antonius nimia ira odioq; in ipsum incendebatur: minabaturq; ei mortem, meditabatur quotidie quomodo posset eum e medio tollere, quia videbat suæ voluntati aduersantem. Hæc igitur Cice. exponit Cassio, & qui sunt consulares viri, qui recte sentiant, & in senatu sententiam suam dicere audeant, quos cum ad modum paucos rebus ita pditis esse dicat, ostendit omnem spem esse in eo, & ambobus Brutis. ¶ Sententiam quod ea non probem, quę Antonius facit. ¶ Nihil negocii. nihil laboris: quia traherem reliquos in sententiam meam. ¶ Homo. Anto. ¶ Amens. insanus. ¶ ille ipse, Cæsar. ¶ Initium cædis quærit. male exponunt qui dicunt quærit quis fuerit causa, author cædis Cæsaris: nam affirmabat Ci. nõ fuisse, sed ita est intelligendum. ¶ Quærit initium cædis: scilicet quærit incipere aliquam cædem, quam vellet a me incipere, cum criminatur me fuisse authorem & suasorem interficiendi Cæsaris: vt Veterani Cæ. odio incitati me interficiant, & dicant aperte contra Antonium, non licet venire in senatum.

ASCEN. VEhementer lætor &c. Quia Cæsaris percussores Cicero defendebat: Antonius in eum atrociter sæuiens, excidium minitabatur, vnde ad Cassium scribens: exponit qui sint consulares viri in rempubli. bene animati, & qui audeant apte sententiam dicere, addens rursus omnem spem esse in ipso Cassio, & duobus Brutis. Ordo est. Ego lætor vehementer: sententiam & orationem meam probari: id est approbari & laudari: tibi: id est a te, qua scilicet oratione meam si liceret vt sæpius, nihil negocii esset: id est facilimum esse recuperare libertatem & rempub. ¶ Sed homo amens: id est sine mente & ratione, & perditus: id est desperatæ salutis: scilicet Antonius, & nequior: id est peior multo, q̃ ille ipse: scilicet Cæsar quem tu dixisti esse occisum nequissimum: id est eo q esset, aut cum esset nequissimus. ¶ Quærit initium cędis scilicet faciendæ in me, & nullam: id est non vllam: ipse criminatur me fuisse authorem Cæsaris interficiendi non ob vllã aliam causam: nisi vt veterani: scilicet milites Cæsarem, sub quo militauerant adhuc amantes. ¶ Quod periculum ego non extimesco modo: id est dummodo communicem gloriam facti vestri cum mea laude. i. dummodo, vt particeps fuero pœnæ & vltionis subeundæ ita sim particeps gloriæ vestræ de tyrannicidio: quod tamen me nesciente commisistis: quasi dicat tam gloriosum est factum vestrum vt vitam velim pro tali laude pacisci. ¶ Ita: id est & sic nec licet Pisoni qui inuectus est primus in eum: scilicet Antonium aut Cæsarem: nullo assentiente: nec mihi qui feci idem trigesimo die post: id est qui inuectus sum in Antonium: aut Cæsarem. ¶ Nec Publio Seruilio, qui est consecutus me: id est sententiam meam, aut post me idem dixit, licet venire tuto: id est sine periculo in senatum.

HVBER. Gladiator

CAEdem, gladiator quærit, iniuriose gladiatorem appellat Antoniũ, q̃a gladiator vilissimæ pfessionis nomen erat. Primus inuectus est: primus in eũ acerbissimã oronẽ dixit, licet postea p Ant. Cs. acerrime dixerit: vt testat̃ Appia. lib. iii. Idẽ feci, acerrime quoq; inuectus sum. Eius ini. q̃d supra dixit quærit initiũ cædis. Cõmentatus esset. de ea re cogitasset, & mentionẽ fecisset. In lustris. in lupanaribus. Sũt enim lustra & loca ferarũ & loca meretricũ. Quæ. i. qualis. q. d. fœdissima, & omnino nullius honestatis participes. In vino. in crapula: in cõuiuiis, vbi inebriebat̃, carpit Antoniũ & ebrietatis & libidinis inhonestæ. sicut in paradoxis, & multo magis in philippicis. Vomere, ostendit gestũ ebrioꝝ in dicendo, qui ita effundunt, verba cũ ructibus, vt potius vomere q̃ dicere videant̃: quod & in philippicis Antonio obiicit. Vt in tantis malis. i. sm q̃d in tantis malis profici potuit. Profectũ. aliq̃d vtilitatis factũ. Tres. quos supra nominauit. i. se Pisonẽ & Seruiliũ. Libere. sine respectu Antonii & cuiusquam alterius pro vtilitate reip. Præterea. i. pter nos treis. Tuus necess. credo Lepidum intelligi: qui erat affinis Cassii, vt infra in aliis epl̃is patebit. Noua. quã nouam facit cũ Antonio. Ludoꝝ. translatiue dixit p plausibus: & lætitiis: quæ fiebant de morte Cæ. Dirũpitur. dolore frangitur. Plausu. quẽ facit frater tuus de liberatione pr̃iæ & cæde tyrãni. Nam de ludis non est hic credendũ: quibus rep. tam pturbata, nullus erat locus. Alter. fortasse Paulus Lepidi frater. Cõmentariis. non his, q̃bus scripsit historiã belloꝝ a se gestoꝝ, vt quidã opinant̃, sed q̃bus scripserat testamentũ suum, & oĩa, quæ se factuꝝ decreuerat. Non feren. nullo pacto tolerandũ. s. eum. Qui incertum est de quo dicat. Putant quidã intelligi Philippũ vitricum Cæsaris Octauiani, q̃a suadebat ei petere consulatũ loco Hirci & Pansæ, vt supra diximus. Vestro anno quo vos consules esse debetis. Ob eam causam. vt filius suus habebat cõsulatũ vestro anno. Latroni. Antonio. Fatali despe. q̃a videt oĩa male accidere. Valetudine. mala ægrotatione. Exceptis designatis. s. Planco & D. Bruto. Si non numero. i. si non noio singulatim & numeratim. Habes. intelligis. Qui numerus. supradictoꝝ. Bonis rebus. i. bono statu. in quo non est opus multoꝝ consilio. Quid censes pditus. i. esse quasi diceret, si esset exiguus rebus bonis: multo magis exiguus est rebus pditis: quæ indigent plurimũ consilio, vt seruent̃. Iccirco, ob eam cãm. Ne in vobis q̃dẽ. s. est spes si. n. abestis, quia timeatis vobis, q̃o saluabitis alios? Cogitatis, interea dũ abestis. Velim. saluis nobis. i. cupio cũ salute nr̃a. s. cogitetis. Sin minus. i. si nõ. Id. s. vt saluis nobis cogitetis dignum vestra gloria. Siue non. s. referent, i. non dicent quid eis sit opus. Præstabitur. ostendet.

Cædẽ eni gladiator q̃rit, eiusq; initium ad XIII. Cal. Oct. a me se facturũ putauit, ad quẽ paratus venerat, cum in villa Metelli cõplureis dies commẽtatus esset. Quæ aũt in lustris, & in vino cõmentatio potuit esse? Itaq; omnibus est visus, vt ad te antea scripsi, suo more vomere, non dicere. Quare q scribis te confidere authoritate, & eloquentia nr̃a aliq̃d profici posse: non nihil, vt in tantis malis, est pfectũ. Intelligit enim P. R. treis esse consulares, qui, quia quæ de R. P. bene senserint, libere locuti sunt, tuto in senatum venire non possint. Nec est p̃terea q q̃cq̃ expectes. Tuus enĩ necessarius affinitate noua delectat̃. Itaq; iam non est studiosus ludoꝝ, infinitoq; fratris tui plausu dirũpitur. Alter itẽ affinis nouis cõmẽtariis Cæsaris delenitus est. Sed hæc tolerabilia, illud nõ ferendũ, q est, q vestro anno Cos. filiũ suũ futurũ putet, ob eamq; cãm se huic latroni deseruire præ se ferat. Nã L. Cotta familiaris meus, fatali quadam desperatione, vt ait, minus in senatũ venit. L. Cæsar optimus, & fortissimus ciuis valetudine impedit̃. Seru. Sulpitius, & summa authoritate, & optime sentiens, non adest. Reliquos, exceptis designatis, ignosce mihi, si non numero cõsulareis. Habes authores consilii publici: qui numerus etiã bonis rebus exiguus esset: q̃d censes perditis? Quare spes est omnis in vobis: q si iccirco abestis, vt sitis in tuto, ne in vobis quidem. Sin aliq̃d dignum vestra gloria cogitatis, velim saluis nobis: sin id minus, res tñ publica per vos breui tempore ius suũ recuperauit. Ego tuis neq; desum, neque deero: qui siue ad me referent, siue non, mea tibi tamen beneuolentia, fidesq; præstabitur. Vale.

ASCEN.

ENIM. i. quia, gladiator. s. Antonius, quem per cõtemptum gladiatorem appellat, quærit cædem sup. facere, & putauit se facturum initium eius. s. cædis, a me. i. incipiendo a me ad decimũtertium Calen. Octobris, ad quem. s. me, ipse venerat paratus cum esset commentatus. i. excogitasset modum mei interficiendi: dies complures, i. per plusculos dies in villa. i. domo rustica Metelli. Et si dicas, si paratus & commentatus ac præmeditatus venit, quo modo ergo non effecit quod voluit? Responsio autem. i. sed quæ commentatio. i. subtilis medii excogitatio potuit esse in lustris. i. lupanaribus & in vino? q. d. nulla. Itaq; vt scripsi ad te antea: ipse est visus omnibus non dicere, sed vomere suo more. Quare quod scribis te cõfidere aliquid posse profici authoritate & eloquentia nostra non nih[illegible] aliquid est profectum. i. vtilitatis factum: vt. s. fieri potuit in tantis malis. Enim. i. quia. Populus Romanus intelligit tres. s. viros in senatorio ordine. s. me, Pisonem & Seruilium: esse consulares. i. consulari animo, & dignos qui consules fuerint, qui quia locuti sunt libere quæ senserint bene de rep. non possunt venire tuto. i. sine periculo: in senatum. Est autem tuto aduerbium, sed ne concidat cum pro nomine compositæ figuræ tute: frequentius tuto quã tute legimus. Nec est prætereа. i. præter nos tres qui sumus quodammodo prohibiti a senatu eo q liberi locuti q expectes quicq̃. s. pro te fieri aut dici. Enim. i. quia necessarius tuus. s. Lepidus, delectatur noua adfinitate. i. cum Antonii propinquis. Itaq. i. & ita, ipse iam non est studiosus ludorum. i. non studet sic iis ludis. id est plausibus qui fiunt ob cædem Cæsaris, vt studuit olim ludis Romanis: aut funebribus in laudem Cæsaris celebratis, & dirumpitur. s. inuidia & dolore infinito plausu. i. propter infinitum plausum & lætitiam fratris tui. Item alter ad finis. s. tuus: vt opinor Paulus Lepidi frater est delinitus. i. inescatus & oblectatus nouis commentariis Cæsaris. i. tabulis testamentariis & de rebus a se si vixisset gerendis. Sed hæc. i. huiusmodi insolentia gaudia & studia, sup. sunt tolerabilia, illud non sup. est ferendum, q est. s. quidam, vt vero simile fit Philippus vitricus Octauii Cæsaris qui putet filium suum saltem priuignum futuꝝ consulem anno vestro. i. quo vos merito consules sitis. & præ se ferat. i. indicet se deseruire huic. Latroni. s. Antonio: ob eam causam. Nam Lucius Cotta familiaris meus minus. i. non aut frequenter venit in senatum, quadam desperatione fatali, vt ait. i. quã a fato & astris aut deoꝝ præfinitione dependere putat: vt resp. Romana a tyrãnis occupetur. Lucius Cæsar, auunculus Antonii ciuis optimus & fortissimus. s. animo, impedit. s. venire in senatũ, valetudine. i. ægritudine: Seruius Sulpitius, sup. ciuis, & summa authoritate & optime sentiens. s. de repu. non adest. s. in vrbe. Tu habes reliquos consulares. i. qui cõsules aliq̃n fuerũt, ignosce mihi, si non numero eos: videt̃ hoc ironice precari, quasi paucissimos aut nullos vere consulares censeat: authores adprobatores consilii publici. i. quod a maiore numero decernitur, id enim ignaui & imperiti rei sequi solent, exceptis designatis scilicet consulibus in proximum annum, Decio Bruto & C. Planco: qui numerus scilicet vere consularium, esset exiguus. i. modicus: etiam bonis rebus. i. in bono statu reipubli. quid censes. sup. eum esse, perditis

sup. rebus

sup. rebus? Quasi dicat aut minimum aut nullum, & ita non opus esse vt numerentur reliqui consulares. ⁋ Quæ est enim alia non tibi, omnis spes est in vobis, qui si abestis. s. ab vrbe idcirco, vt sitis in tuto: ne quidem nunc est non etiam in vobis supple spes est. ⁋ Sin. i. sed si, vos cogitatis aliquid dignum gloria vestra. s. iam pa- ta velim sup. id faciatis nobis saluis. i. tandiu spes nostra salui sumus. ⁋ Sin. i. sed si, id sup. fiet minus. i. non saluis nobis: tamen resp. recuperabit breui per vos ius suum. ⁋ Sed ego non desum: id est semper auxilio sum tuis: scilicet necessariis, tecque deero. i. q̄q̄ qui. s. tui, siue referent ad me. i. consultabunt me, siue non: tamen. i. nihilominus beneuolentia mea & fides præstabitur tibi. Vale.

M.T.Cicero C.Cassio.S.P D. 3

AVget tuus amicus furorem in dies. primū in statua, quam posuit in rostris, inscripsit, PARENT.P.OPT.MER. vt non mō sicarii, sed iā ēt paricidæ iudicemini. qd dico iudicemini? iudicemur potius. Vestri. n. pulcherrimi facti ille furiosus me principē dicit fuisse. Vtinam qdē fuissem: molestus nobis nō esset. sed hoc vestrū fuit: qđ qm̄ præterit, vtinā haberē, qd darem vobis cōsilii. Sed ne mihi qdē ipsi reperio qd faciūdū sit. QVID enim est, qđ cōtra vim sine vi fieri possit? Cōsilium aūt oē hoc est illorum, vt mortem Cæsaris persequantur. Itaq; ante diem VI. Non. Oct. productus in concionem a Canutio, turpissime ille qdem discessit, sed tñ ea dixit de conseruatoribus patriæ quę dici deberent de proditoribus: de me quidem nō dubitāter, quin omnia de meo cōsilio & vos fecissetis, & Canutius faceret. Cætera cuiusmodi sint, ex hoc iudica, q legato tuo viaticum eripuerunt. Quid eos interpretari putas, cum hoc faciūt? ad hostem scilicet portari. O rem miseram. dominum ferre non potuimus: conseruo seruimus. & tñ me quidē fauente magis, q̄ sperāte, etiā nunc residet spes in virtute tua. Sed vbi sūt copiæ? De reliquo malo te ipsum loqui tecum, q̄ dicta nostra cognoscere. Vale.

HVBER. AVget. Adducit Ci. Anto. in maximū odiū Cassii: ostēdens qd fecerit in honorem Cæ. mortui contra dignitatem interfectorū: inter quos dicit se ab Ant. numerari. q. d. eū fuisse authorem illius cædis: cui optat se interfuisse: dicit aūt quod sit cōsiliū illorū, qui tuentur acta Cæsaris, & ei cū mortuo fauent: quia nihil aliud cogitant q̄ vlcisci eius mortem. cōmemorat iniurias illatas populi in ipsum Cassii in culus legato dicit viaticū, quod ad eū mittebat ab Anto. & eius amicis ereptū quasi ad hostem mitteretur, non ad ciuē. Indignat postremo Ci. tantam Anto. arrogantiā ita pati ...... ⁋ Amicus. ironice. ⁋ Auget su. in dies fit furiosior. ⁋ Statua. Cę. ⁋ Inscripsit. titulū fecit. ⁋ Patri. i. Cęsari patri patriæ. ⁋ Optime me. qa multa beneficia in patriam contulit. ⁋ Sicarii. sica genus est gladii, quasi seca a secando dicta quicunq; igitur gladio hoiem interfecerit sicarius & homicida appellat. Parricida vero, qui patrem interfecit: ergo Ar. significabat per eā inscriptionem eos non mō sicarios: qui hoiem interfecissent, sed et paricidas: qa patrem: patriæ cecidissent. ⁋ Quid dico. correctio: vt innuat ēt probos se suā in numero bonorū. ⁋ Principem primū. ⁋ Nō eēt n. o. no. qa eū sustulissemus. sicut & Cęsarem. ⁋ Preterit. non est factū. ⁋ Reperio. s. consiliū. ⁋ Vim sine vi. vim. n. vi repellere licet. ⁋ Illorū sce. inimicorū patriæ. ⁋ Persequantur. vlciscantur persequendo, qui eum interfecerunt. ⁋ Canutio. is erat tribunus aduersarius Antonio vt scribit Appia. ⁋ ille. ⁋ Antonius. ⁋ Conseruatoribus. vobis: nam dixit sceleratos fuisse, qui virum sanctū & de repu. bene meritū interfecissent. ⁋ Faceret. cū eū pduceret in concionem. ⁋ Cuiusmodi. i. qualia. q. d. q̄ pessima & malæ spe. ⁋ Viaticū. pecuniam quę ad te mittebat pro impensæ viæ & peregrinationis tuæ. ⁋ Interpretari. intelligere & sentire. ⁋ Scilicet. cū stomacho dicit. ⁋ Ad hostem, quem te iudicant, cum sis defensor patriæ. ⁋ O rem. exclamatio ex indignatione. ⁋ Dominum. Cæsarem. ⁋ Cōseruo. Antonio, qui & ipse erat in seruitute Cæsaris: sicut & nos, conserui enim dicuntur qui simul seruiunt domino. ⁋ Fauente. adiuuante non deserente. ⁋ Residet. remanet. ⁋ Sed vbi. quasi dicat nusquam.

Sicarii. Sicarius. Patricidæ. Viaticum. Conserui.

ASCEN. AVget &c. Adducit Antoniū in maximū odiū Cassii, ondens qd fecerit in honorem Cęsaris & in contumeliam Cassii, vnde ęgre fert q tantam arrogantiam sic patiatur. Ordo est Amicus tuus, per ironiam. i. summus inimicus: scilicet Antonius auget indies furorem, primū in statua. s. Cæsaris quam posuit in rostris, inscripsit. i. titulū posuit, Parenti. s. patriæ. optime merito. s. de pria, vt nos occisores Cæsaris iudicemini non modo sicarii. i. dolosi homicidæ sica. s. pugione vsi, sed ēt parricidæ. i. percussores parētis priæ. Quid dico iudicemini? iudicemur potius. ⁋ Enim. i. qa, ille furiosus. s. Antonius dicit me fuisse principem. i. principalem authorem facti vestri pulcherrimi. Vtinam quidem fuissem, ipse sup. non esset molestus nobis, qa & ipse interfectus fuisset, sed hoc est vestrum. i. vestræ negligentiæ qui non abstulistis simul oē malum e repu. qđ qm̄. i. qm̄ præterit. s. opportunitas aut occasio eius vtinam haberem quid consilii darem. i. dare possem vobis. ⁋ Sed ne quidem. i. non saltem reperio mihi ipsi qd sit faciendū. Quid enim est qđ possit fieri contra vim sine vi? q. d. nihil. ⁋ Aūt. i. sed, oē consilium illorū. s. qui remp. oppugnant est vt prosequant. s. vltione, mortem Cæsaris. ⁋ Itaq; sup. Antonius productus a Canutio. i. tribuno plebis aduersario Antonii authore Appiano in concionem. i. cetū Po. Ro. congregati ad audiendam orationem eius ante diem sextū nonarū Octobris, ille. s. Canutius. equidem certe discessit turpissime, qa debebat resistere, aut pricia sua deterrere, sed tamen Antonius sup. dixit ea de conseruatoribus patriæ, q̄ debe rent dici de proditoribus. ⁋ Non dubitant. i. aduersarii quidem. i. certe de me, qn vos fecissetis & qn Canutius faceret oia de consilio meo. ⁋ Iudica ex hoc. s. qđ dicam, cuiusmodi. i. qualia sint cætera, q eripuerunt. ⁋ Legato tuo viaticum. i. pro via facienda sumptū necessariū. ⁋ Quid putas eos interpretari. i. innuere cū faciunt hoc. s. i. scire licet qd interpretentur, qa portari. s. viaticū, ad hostem. ⁋ O rem miseram, nos non potuimus ferre dominū. i. tyrannū Cæsarem, & seruimus conseruo. i. Antonio, q nobiscū sub Cæsare seruierat, & tñ me quidem magis fauente. i. optante q̄ sperante, qa non verosimile hoc malum posse expugnari, spes residet etiam nunc in virtute tua. ⁋ Sed vbi sunt copiæ? quasi dicat nusquam. ⁋ Ego malo: id est magis volo teipsum loqui de reliquo: id est quod restat, quam cognoscere dicta nostra. Vale.

M.T.Cicero C.Cassio.S.P.D. 4

VEllem Idibus Martiis me ad cœnam inuitasses, reliquiarum nihil fuisset.

HVBER. VEllem. Dolet Cice. Antoniū non interfectū fuisse quo die Cę. fuit interēptus: qđ qdem dicit futurū fuisse, si interfuisset: vt ēt supra lib. x. scripsit ad Treboniū. Deinde dicit q̄les sint sniæ singulorū in his ciuilibus dissensionibus: in qbus maxime queritur de Philippo & Pisone legatis. Postea vero qa Dolobella in Syria pficiscebat, dicit qui rumores de eo sint. Postremo q̄lis opinio de ipso Cassio & Bruto. ⁋ Vellem. recurre ad li. x. ad epi. q̄ incipit. Quam vellem.

ASCEN. VEllem &c. Dolet Cic. q interfectus sit Antonius cum Cæsare, quod fuisset, si interfuisset: docetq; quales sint sententiæ in dissensionibus ciuilibus. & qualis de Cassio & Bruto opinio. Ordo est. Vellem inuitasses me ad cœnam. i. mactationem Cę. Idibus Martiis, nihil reliquiarum fuisset: quia etiam Antonium absumpsissem. i. interfecissem.

HVBER. Exercere Vltro

¶ R Eliquiæ, M. An, quē incolumē reliquistis cū fuisset cū Cę. interficiēdus. ¶ Exercēt. fatigāt, vexāt. Vir. exercere odia. ¶ Præter cæ. pcipue plus q̄ alios. ¶ Turpissimos. q male sentiūt. ¶ Infimo ho. i. q gerūt minores magratus ædiles q̄stores. ¶ Italia vni. q̄ tanq̄ ad extinguēdū cōe incendiū cōspirauit. ¶ Philippo. is erat vitricus Cę. Octauiani. ¶ Pisone. socero Cę. ¶ Legatis, missis ad M. Anto. vt a Mutinensi obsidione desisteret, & vt faceret q̄ decreuissent senatus. ¶ Certas. quasdam. ¶ Vltro. spōte, cū debuissent ipsi mittere pprios legatos: siqd voluisset, postulare. ¶ Intolerabilia. inhonesta, minus supba. ¶ Postulata. q̄ fecit Ant. pter missa ad mandata: q̄ scribunt ab Appia. li. iii. ¶ Ad nos. ad me tanq̄ qui solus audeam aduersari Antonio. ¶ Facti su. pop. i. populo accepti. ¶ Author. s. famę. i. nullus certus nuntius. ¶ Bruto. Marco. ¶ Propius erat. n. Sardinia, vt visum est lib. supiore epla, quæ incipit. Maximo meo dolore. ¶ Succederet. in Syria, quam volebat obtinere, cum fuisset decreta Cassio, & in ea paulum admodum esset moratus. ¶ Recipi. a te. ¶ Cōparasse. collegisse: nam vt scribit App. Brutus pter exercitū quē antea hēbat sex legiones, quæ fuerāt C. Antonii mansuetudine sua deuictas sibi adiūxit, Deinde in Macedoniā transgressus duas alias legiones, Italorum, more pugnantes in vnū collegit. ¶ Rem. qd agatis. ¶ Cām. cur tantus exercitus tam subito si comparatus.

Nunc me reliquiæ vestræ exercēt, & qdē pter cæteros me, quanq̄ egregios Coss. hēmus, sed turpissimos cōsulareis, senatū fortē, sed in infimo quoq; honore fortissimum. Populo vero nihil fortius, nihil melius, Italiaq; vniuersa. Nihil aūt fœdius Philippo, & Pisone legatis, nihil flagitiosius: qui cū essent missi, vt Antonio ex senatus snia certas res nūtiarēt, cū ille earum rerum nulli paruisset, vltro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt. Itaq; ad nos concurritur: factiq; iam in re salutari populares sumus. Sed tu qd ageres, quid acturus, vbi deniq; esses, nesciebā. Fama nuntiabat te esse in Syria: author erat nemo. De Bruto quo ppius est, eo firmiora videnť esse, quæ nuntianť. Dolabella valde vituperabať ab hoībus nō insulsis, q tibi tā cito succederet, cū tu vix dum triginta dies in Syria fuisses. Itaq; cōstabat, eū recipi in Syriā nō oportere. Summa laus & tua, & Bruti est, q exercitū pter spem, existumamini cōparasse. Scribere plura, si rem, cāmq; nossem. Nunc quæ scribo, scribo ex opinione hominum, atq; fama. Tuas literas auide expecto. Vale.

ASCEN. ¶ NVNC reliquiæ vestræ. i. quos reliquistis percutiendos exercent. i. persequunť & cura afficiūt me, & qdem me sup. exercent pter cæteros. i. plus q̄ oēs alios, q̄q̄. i. licet hēmus egregios consules. s. Hirciū & Pansam, sed turpissimos consulares. i. consulatu functos, habemus senatum fortem, sed quenq̄ infimum honore, fortissimū hoc est vt quisq; infimus est honore, ita fortissimus est. ¶ Vero pro sed, nihil sup. est aut hēmus fortius & nihil melius ppło. s. Romano, & Italia vniuersa. ¶ Nihil aūt fœdius Philippo & Pisone legatis. s. cōcordiæ faciendæ cā ad Antoniū missis: & nihil flagitiosius. i. scelestius & increpatione dignus. s. legatis, qui cum essent missi vt nuntiarent Antonio res certas. i. specificat vt non alias, ex snias senatus, cum ille. s. Antonius nulli. i. non vlli, non paruisset vlli earum rerum. s. quas nunciabant ex snia senatus, retulerunt. i. reportauerunt vltro. i. insuper, ab illo. s. Antonio, intolerabilia. s. mandata, ad nos postulantia. s. caput vestrum aut quid simile. ¶ Itaq; concurritur. s. ab oībus ad nos, & nos facti sumus populares. i. de secta populi, & eius fautores in re salutari. i. quæ ad salutem publicam spectat. ¶ Sed nesciebam quid tu ageres, quid acturus sup. esses, deniq; vbi esses. Fama nuntiabat te esse in Syria, nemo erat author. i. certus assertor. ¶ Ea, quæ nuntianť de Bruto. s. Marco, videntur eo. i. tanto: firmiora. i. certiora: quo. i. quanto sup. Brutus est propius. Dolabella vituperatur valde ab hoibus non insulsis id est non imprudentibus, q succederet tibi tam citoq̄ tu vix dum. i. vix adhuc fuisses triginta dies in Syria. ¶ Itaq; constabat. i. cōstans opinio erat, aut manifestum erat, non oportere eum. ¶ Recipi in Syriam laus est & tua aut, vt fere textus habent, tui: id est de te, & Bruti q existimamini comparasse. i. acquisiuisse exercitum, præter spem. s. Summa omnium. ¶ Ego scriberem plura, si noscem. i. cognoscerem rem & causam scilicet rei. ¶ Nunc scribo ea, quæ scribo, ex opinione atq; fama hominum: id est ex priore. ¶ Ego expecto auide literas tuas. Vale.

M. T. Cicero C. Cassio. S. P. D. 5

HYemē credo adhuc phibuisse, quo minus de te certum haberemus, qd ageres, maxime q; vbi esses. loquebanť omnes tamē credo q volebāt, in Syria te esse, habere copias. id autē eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur. Brutus quidem noster egregiam laudem est consecutus. res enim tantas gessit, tamque inopinatas, ut cæ cum

HVBER. HYemem. Primum Cicero dicit ex communi rumore & fama nunciari Cassium esse in Syria: quæ ei decreta fuerat a senatu. Deinde laudat Mar. Brutum, qui C. Antonium. M. Antonii fratrem cum sex legiōibus ad se sua mansuetudine conuertit, vt in præcedenti epistola dictum est, magnāq; spem ostendit in D. Bruto si ex Mutinensi obsidione eripuit: commemorat quas vires & copiarum, & populorum sibi fauentium haberet Antonius: item quas senatus: & qui apparatus fiant cōtra Antonium, Postremo quales in senatu sint omnes. ¶ Hyemem, qua nauigatio impeditur, Ouid. in Herol. Quo fugis obstat hyems. Virg. lib. iiii. Dum pelago desæuit hyems. ¶ Volebant, optabant. ¶ Simile vero, probabile verisimile. ¶ Brutus Marcus. ¶ Res tātas gessit, Nam vt scribit Appia. lib. iii. C. Antonius, M. Antonii frater cum Bruto dissidens bellum agitabat: legionem vnam ex ciuibus secum agens, & Brutum acie inferior obseruat. ¶ Brutus contra simulata fuga insidias illic struebat, nec congressum hostium euitans quicquam moliebatur: immo suis militibus præceperat, vt hostes alloquerentur, & amplecterentur recusantibus hostibus neq; se huiusmodi experimento credentibus ex insidiis tutos permisit abire, cum nocere posset. Deinde ad alia itinera progressus subito in crepidine quadam emicuit: neq; tamen eos est aggressus, sed summa hilaritate suscepit. Illi Brutum vt ciuibus mansuetissimum, & ea sapientiæ & charitatis opinione quæ ferebatur, præditum intuentes vicissimo complexi sunt, & ad eam se conuerterunt omnes, Caius etiam se ille trahit: quem apud se in magno honore habuit, donec cum exercitum corrumperet, neq; reprehēsus desisteret, tandem interfunctus est, hoc igitur est ex quo egregiam laudem consecutum dicit Cicero.

ASCEN. HYemem &c. Dicit nuntiari Cassium esse in Syria eidem ab senatu decreta: laudat Brutum qui. C. Antonium M. fratrem ad se conuertit: Iterum quales sint in senatu aperiens. Ordo est. Ego credo hyemem prohibuisse adhuc: quominus. id est vt non haberemus de te certum quid ageres: & maxime: id est precipue esses: tamen: id est tametsi nihil certi haberemus: omnes loquebantur credo q. i. quia volebant: id est optabant aut opinabantur te esse in Syria & sup. habere copias: id est collegisse exercitum. ¶ Autem: id est sed: id credebatur eo facilius: quia videbatur simile. ¶ Quidem: id est certe quicquid tu feceris. Brutus noster: scilicet Decius consecutus est laudem egregiam, gessit enim tantas res: & tam inopinatas, vt cæ: scilicet res, cum essent gratæ: id est vtiles & acceptæ.

¶ Per se

HVBER

Fultus
Forum Cornelii
Regium Lepidi

¶ PER se:sua natura, quia omnis victoria siue celeris siue tarda grata esse solet. ¶ Celeritatem: quia celerius q̃ quisq̃ opinatus esset.eas affecit. ¶ Tenes:quia potestate tua habes. ¶ Quæ putamus.s.totam Syriam. ¶ Fulca sustentata. iuue/ na,nos vrbem colimus tenui tibicine fulca. ¶ Ora.confinio termino siue regione. ¶ Discrimen.periculum. ¶ Belli reliqui.i. belli remansuri & futuri. ¶ Paruis copiis.paruo exercitu Antonii,quia Antonius posuerat magnam ptem suarum copia/ rum Bononiæ pro præsidio. ¶ Claternæ,ad forum Cornelii.i.foro Cornelii:vel apud forum Cornelii:existimatur autem esse vrbis: quam nunc dicimus Imolam. ¶ Consyderate,cum magno consilio. ¶ Regium Lepidi,ad differentiam Rhegii: qui est Sicilia.

per se gratæ essent, tum gratiores propter celeritatẽ. Quod si tu ea tenes,quæ putamus: magnis subsidiis fulta R.P.est,a prĩa.n.ora Græciæ,vsq; ad Aegyptũ, optimorũ ciuiũ iperiis muniti erimus, & copiis. quãq̃ nisi me fallebat,res sic se habebat, vt totius belli oẽ di/ scrimẽ in D. Bruto positum videret:qui si,vt sperabamus,erupisset Mutina, nihil belli reliquũ fore videba/ tur. Paruis omnino iam copiis obsidebat, q magno p̃sidio Bononiã tenebat Antonius. Erat aũt Claternæ noster Hircius, ad Forum Corneliũ Cæsar, vterq; cũ firmo exercitu: magnasq; Romæ Pãsa copias ex dele/ ctu Italiç cõpararat. Hyems adhuc rẽ geri phibuerat. Hircius nihil nisi cõsyderate, vt mihi crebris literis si/ gnificat,acturus videbat. Præter Bononiã, Regiũ Lepidi,Parmam, totã Galliam tenebamus studiosissimã R.P. Tuos ẽt clienteis transpadanos mirifice coniun/ ctos cũ causa habebamus. Erat firmissimus senatus, exceptis consularibus:ex qbus vnus L. Cæsar firmus est, & rectus. Seru. Sulpitii morte magnum præsidiũ amisimus. reliqui partim inertes, partim improbi. nõ nulli inuident eorum laudi, quos in R.P. probari vi/ dent. Populi vero Romani, totiusq; Italiæ mira con/ sensio est. Hæc erant fere, quæ nota esse vellem. Nunc autem opto, vt ab istis orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat. Vale.

¶ Cum eã cum defensione reip. & libertatis. ¶ Rectus: bene sentiens. ¶ Inertes. ignaui nullius consilii. ¶ Probari:bonos haberi laudare. ¶ Lumen eluceat ab par/ orieo,i. aliquid pclarum a te factum ad nos deferatur,allu/ sit autem ad solum: qui ex oriente primum lumen emittit.

ASCEN

¶ PER se,tum sup.erant ornatiores propter celeritatem: quod si tu tenes ea, quæ putamus, respu. est fulta : id est su/ stentata & munita magnis præsidiis : id est custodiis & pro/ tectionibus. ¶ Enim: id est quia: nos erimus muniti a prima ora:id est extremitate Græciæ vsq; ad Aegyptum imperi/ is & copiis optimorum ciuium q̃q̃ nisi.s. res aut opinio fal/ lebat me:res habebat se sicut omne discrimen:id est pericu/ lum totius belli videretur positũ in D.Bruto: qui si eripuis/ set.i.vi in hostes impetum fecisset. ¶ Mutina: id est ex ea vr/ be:vbi obsessus erat ab Antonio, nihil belli reliqui.i. relicti, aut nihil reliquum belli videbatur fore.i.futurum. ¶ Ipse ob sidebatur tam paruis copiis, q : id est quia Antonius tene/ bat Bononiam magno præsidio.i. multitudine militum ad custodiam vrbis impositorum. ¶ Autem.i. sed, Hircius no/ ster.s.consul erat Claternç.i.in eo oppidulo:cui Imolæ nũc nomen putant, Cæsar.s.Octauius, sup.erat ad forum Cor/ nelii:vterq; supp.erat tam Hircius quam Cæsar cum firmo exercitu:& Pansa alter consul: compararat Romç magnas copias ex delectu Italiæ. Hyems prohibuerat rẽ geri adhuc Hircius nihil videbatur acturus nisi consyderate, vt signifi/ cat mihi literis crebris. ¶ Nos tenebamus totam Galliam.s. Cisalpinam:præter Bononiam. ¶ Regium Lepidi, nam est etiam in Sicilia Rhegium.sup. & Parmam. ¶ Nec habemus transpadanos tuos clientes.i. tuo patrocinio, dum Romæ agebas vtentes, & ita tibi addictos : coniunctos mirifice. ¶ Cum eã.s. quam fauemus.i. cum defensione reip. ¶ Sena/ tus erat.s.tunc cum Decius Brutus obsideretur:fortissimus, exceptis,consularibus.i.iis qui consulatum gesserant,ex quibus vnus.i.solus Lucius Cæsar est firmus & rectus. ¶ Nos ami/ simus morte id est per mortem Seruii Sulpitii magnum præsidium:protectorem & custodem salutis nostræ. ¶ Reliqui.s. consulares:partim supple sunt inertes.i.sine arte & industria:partim improbi : id est improbandi : quia pro repub.facere quæ sciunt & possunt nolunt nonnulli inuident laudi eorum,quos vident probari.i.adprobari in rep. ¶ Vero pro, sed mi/ ra consensio est Po.Ro.& totius Italiæ. Hæc erant fere:scilicet omnia quæ vellem esse nota tibi. Nunc autem opto:vt lu/ men virtutis tuæ eluceat ab istis partibus orientis vnde : id est sol oriens totum illuminat hemisphærium nostrum: pul/ chre ergo ad solem alludit:cum in Syria parte orientali esset Cassius. Vale.

M.T.Cicero C. Cassio S.P.D.

QVi status rerũ fuerit tũ, cũ has lr̃as dedi, sci/ re poteris ex C. Tidio Strabone viro bono, & optime de R.P. sentiente:nã qd dicã cupi/ dissimo tui,q domo, & fortunis relictis, ad te potissimũ pfectus sit? Itaq; eũ tibi ne cõmẽdo qdẽ. aduẽtus ipsius ad te, satis eũ cõmẽdabit. Tu velim sic existimes, tibiq; psuadeas, oẽ pfugium bonorũ in te, & Bruto esse positũ, si, quod nolim, aduersi qd euenerit. Res, cum hæc scribebã, erat in extremũ deducta discri/ men. Brutus n. Mutinæ vix iã sustinebat. Qui si cõser/ uatus erit, vicimus. sin (quod Dii omẽ auertãt) oppres/ sus ibi erit, omnis oium cursus est ad vos. Proinde fac tantum aium habeas, tãtumq; apparatũ, quãto opus est ad vniuersam R.P. recuperandam. Vale.

HVBER.

QVi,commendat Ci.Cassium C. Tidium Strabonẽ ad eum pficiscentem, vt cũ eo esset, dicit aũt posse ex eo intelligere præsentium rerũ statum affirmat, deinde magnam spem & pfugium esse oium bonorum in eo & M. Bruto: nam D. Brutum scribit eum laborare extremo obsi/ dionis periculo: q si fuerit oppressus confugiẽt oẽs ad Bru. & Cassium. ¶ Strabone:cognomen est. ¶ Cupidissimo, amã/ tissimo. ¶ Domo:familia sua, est aũt magnum argumentum beneuolentiæ relinquere domum & res suas pp aliquem. ¶ Potissimum : præcipue cum ad alios pficisci posset. ¶ Ad uentus, qa venit ad te. ¶ Quod nolim, quod deus auertat. ¶ Siquid euenerit, est aposiopesis : tacetur enim verbũ, q.d. actũ erit de nobis. ¶ Sustinebat. qa extrema fama laborat. ¶ Quod omen : quod augurium malum. ¶ Proinde, igitur. ¶ Vniuersam, totam si oppressus fuerit Decius.

ASCEN

QVi status &c. Commendat Cassio C. Tidium Stra/ bonem ad ipsum Cassium proficiscentem vt cum eo esset: dicit autem eum posse ex ipso intelligere præ/ sentium rerum statum : deinde dicit magnam spem esse in ipso Cassio & M. Bruto. Nam Decium Brutum dicit obsi/ dione teneri:itaq; ad illos perfugium fore:si Decius vincatur. ¶ Ordo est. Tu poteris scire ex Caio Tidio Strabone vi/ ro bono & optime sentiente de republica:qui:id est qualis. ¶ Nam sequente:scilicet sæpe qui pro quis legitur : status re/ rum fuerit, tum.i.tunc:cum.i.quando, ego dedi has literas : scilicet ad te dico sup. sentiente op. &c. ¶ Nam quid : id est ad quid dicam cupidissimo:id est q possis scire ex vno cupidissimo tui, qui profectus est potissimum ad te:domo & fortunis .i.diuitiis omnibus relictis, ¶ Itaq; ego ne quidem.i. non etiam commendo eum tibi:quia aduentus eius ad te:commen/

dabit fatis eum.⸿ Ego velim sup. vt tu existimes, & persuadeas tibi sic, omne pfugium bonoꝶ.i. spem se conseruandi pfu ganisse positum in te & in Bruto. si quid.i. aliquid aduersi euenerit. s. bonis: hoc est reipu. fautoribus, quod nolim. s. euenit te.⸿ Res.i. bellica, erat cũ scribebã hæc deducta in extremũ discrimẽ.i. summũ periculũ. Brutus.n. via sustinebat iã Mutineꝶ .s. vim obsidentium, qui.s. Brutus, si erit conseruatus vicimus, non dicit vincemus, sed propter certitudinem victoriç vicimus: Conseruatus aũt fuit nec tñ vicit.⸿ Sin.i. sed si ipse erit oppressus ibi: quod omen dii auertant, omnis cursus hominũ est ad vos. s. a facie Antonianorum. Ad notandum omnis mali amouendi gratia, quoties triste qd quod impẽderet dicturi erant solitos præmittere, quod nollim, quod dii auertant &c.⸿ Proinde.i. & ideo, fac sup. vt habeas tantum animum, & tantum apparatum. quantum opus est. s. habere, ad recuperandam vniuersam rempu. Vale.

M. T. Cicero C. Cassio S. P. D. 7

QVanto studio dignitatẽ tuã & in senatu, & ad populũ defenderim, ex tuis te malo, q̃ ex me cognoscere. q̃ mea sñia in senatu facile valuisset, nisi Pãsa vehemẽter obstitisset. Ea sñia dicta pductus sum in cõcionẽ a Trib. pl. M. Seruilio. Dixi de te q̃ potui, tãta cõtẽtione, quãtũ forũ est tãto clamore, cõsensuq; populi, vt nihil vnq̃ simile viderim. Id velim mihi ignoscas, qd inuita socru tua fecerim. Mulier timida verebat, ne Pãsæ animus offenderet. In concione qdẽ Pãsa dixit, matrẽ quoq; tuã, & fratrem, illã a me sñiam noluisse dici. Sed me hæc nõ mouebãt: alia malebã. Fauei am & R.P. cui sẽp faui, & dignitati, ac gloriæ tuæ. Quod aũt & in senatu pluribus verbis disserui & dixi in cõcione, in eo velim fidẽ meã liberes. Promisi.n. & ppe cõfirmaui, te non expectasse nec expectatuꝶ decreta nr̃a, sed te ipm tuo more R.P. defensuꝶ. & quanq̃ nihil dũ audieramus, nec vbi esses, nec quas copias hêres: tñ sic statuebã, oẽis, q in istis partibus essent, opes, copiasq; tuas esse. per teq; Asiam puinciã cõfidebã iam R.P. recuperatã. Tu fac in augenda gloria te ipsum vincas. Vale.

HVBER. QVanto. Cũ pugnaret in Asia Cassius cõtra Dolabellam, Ci. eũ vehementer laudauerat, pmiseratq; eũ facturũ p se qcqd videret fore vtile reipu. nec expectaturum senatus decreta, vt liberaret Asiam a Dolabella: qui fuerat iudicatus hostis. Itaq; licet Cic. simulet se nolle dicere q̃ pro eo egerit tñ latenter signat. immo quodãmõ breuiter cõmemorat: & ab eo petit, vt ea pstet: q̃ ipse Cic. senatui de eo pmisit, & quasi data fide affirmauit. Postremo dicit se sperare totã Asiã ppediem ab eo liberatã fore.⸿ Malo. volo potius.⸿ Quam ex me. ne videar iactare officiũ meũ.⸿ Facile: nullis aduersantibus.⸿ Pansa: consul.⸿ Productus. in publicũ ductus.⸿ Cõtentione. vehemẽti. oratione.⸿ Quãtũ est foꝶ: quantũ totũ foꝶ poterat audire.i. tanta voce: quanta poterat totũ foꝶ implere.⸿ Nihil si. qa nunq̃ populus magis consensit ad rem aliquã.⸿ Socru. matre vxoris tuæ.⸿ Inuita: nolente.⸿ Offenderet: s. si te laudassem.⸿ Hęc: q̃ socrus tua & mẽ dicebant se nolle.⸿ Fauebã & reip.i. faciebam cã reip. & cã tuæ dignitatis.⸿ Liberes fidem meã: absoluas me fide: quã p te dedi.⸿ Promisi.n. dicit nunc quæ sit ea fides.⸿ Tuo more: vt consueuisti.⸿ Nihil dum. pro nondum.⸿ Statuebam. iudicabam.⸿ Istis: asiaticis.⸿ Recuperatam: ab inuasione dolo.⸿ Vincas teipsum: facias etiam vltra vires.

ASCEN. QVanto stu. &c. Defendrrat Cassiũ pugnantem cũ Dolabella qd nũc paucis tangit: monens vt ea præstet senatui, q̃ Ci. de eo pmisit eũ sper totã Asiã ab eo ppediem liberandã. Ordo est. Ego malo.i. magis volo, te cognoscere ea tuis. s. necessariis: quã ex me: q̃to studio ego defenderim dignitatem tu am & in senatu & ad populũ.⸿ Quæ sñia mea. s. de te: valuisset.i. adprobata fuisset facile in senatu: nisi Pansa obstitisset vehementer. Ea sñia, non scribit eam, quia scit ab amicis Cassii pscriptã, dicta.i. postq̃ erat dicta.⸿ Ego pductus sum in cõcionem.i. cœtũ ppli, a M. Seruilio tribuno ple.⸿ Dixi de te quæ potui. s. decenter dicere: tanta contentione.i. vocis extensione & auctione: quantũ est foꝶ in qd populus conuenit: tanto clamore & consensu populi: vt nihil viderim vnq̃ sile.⸿ Velim sup. vt ignoscas mihi, id videlicet qd fecerim, i. ita contendendo: socru tua.i. matre vxoris tuæ inuita. Mulier timida verebat ne aius Pansæ, qui in senatu obstiterat, offenderet. Pansa qdem dixit in contione matrem quoq; tuam & fratrem, noluisse illam sñiam dici a me.⸿ Sed hæc .s. obstacula non commouebant me, ego malebam.i. magis volebam alia.⸿ Fauebam &.i. simul reip. cui faui semper & gloriæ tuæ.⸿ Autem.i. sed, ego velim sup. vt liberes fidem meam.i. facias vt pollicitus sum te facturꝶ, in eo quod & disserui verbis pluribus in senatu, & dixi in concione.⸿ Promisi enim & proprie confirmaui.i. asserui ita fore te nõ expectasse nec expectaturum esse.⸿ Decreta nostra, sed teipsum.i. proprio iudicio & authoritate defensurum sup. esse remp. tuo more.i. sicut incepisti Cęsarem occidendo.⸿ Et quanq̃ nihil dum.i. nihil tunc adhuc audieramus: nec vbi esses, nec quas copias haberes, tñ statuebam.i. in animo proponebam sic, omnes opes, q̃ essent in istis partibus. s. vbi tu es, & copias sup. omnes esse tuas & confidebam Asiam iam esse recuperatam reip. per te.⸿ Tu fac sup. vt vincas teipsum i. plus facias quam hactenus fecisti, cum tñ ea faciendo alios superatis, in augenda gloria: scilicet tua. Vale.

M. T. Cicero C. Cassio. S. P. D. 8

SCelus affinis tui Lepidi, summãq; leuitatẽ, & incõstãtiã, ex actis, q̃ ad te mitti certo scio cognosse te arbitror. Itaq; nos confecto bello, vt arbitrabamur, renouatum bellũ gerimus: spẽq; oẽm in D. Bruto, & Plãco hẽmus: si veꝶ quæris in te, & in meo Bruto nõ solũ ad pñs pfugium, si, qd nolim, aduersi qd acciderit, sed ẽt ad cõfirmationẽ ppetuæ libertatis. Nos hic de Dolabella audiebamus, quæ vellemus: sed certos authores non habebamus. Te qdem magnum hoiem & præsenti iudicio, & reliqui tpis expectatiõe scito esse. Hoc tibi pposito, fac vt ad summa contendas. Nihil est tantum, quod non P. R. a te pfici, atq; obtineri posse iudicet. Vale.

HVBER. SCelus, post liberationem Bruti ex obsidione Mutinensi Lepidus se cum Antonio cõiunxit, quem dicit valde nocuisse Po. Ro. qa cum credidisset se finisse bellum superato M. Ant. apud Mutinam coactus est gerere bellũ renouatum per perfidiam Lepidi Antonio coniuncti. Itaq; dicit spem esse in M. Bruto & Cassio: quem non solum dicit nũc credi magnum hoiem: sed etiam in futurum: nihil enim esse tam magnum quod po. Ro. non confidat eum non posse pręstare.⸿ Scelus perfidiam, quia Antonium fusum apud Mutinam in societatem & potestatem suã recepit.⸿ Confecto: finito: Decio liberato & Antonio fugato.⸿ Renouatũ per coniunctionem Lepi.⸿ Quæ vellemus: qualia optabimus. s. qd esset a te oppressus: cum enim Cassius in Laodicea obsederat.⸿ Expectatione: spe bona.⸿ Contendas, enitaris.

ASCEN. SCelus &c. Dicit perfidia Lepidi iam cum Antonio coniuncti plurimum nocere populo libertatiq; Romanæ: vnde spem reliquam dicit in Cassio & M. Bruto. Ordo est. Ego arbitror te cognoscere scelus & summam leuitatem: id est mutabilitatem in fide, & pro: id est inconstantiam, affinis tui Lepidi, ex actis.i. scriptis de rebus in acta relatis & de iis, quæ publicæ aguntur, quæ scilicet

licet acta, ego scio certo mitti.i. ꝙ uîtrantur in te. Itaqꝫ quia Lepidus in fide non mansit gerimus bellum renouatũ, bello confecto.i. postq̃ bellum erat confectum & finitum, vt arbitramur & habemus oẽm spem in Decio Bruto & Plãco & sup. si quæris verũ.i. vt quod verum est dicam, habemus sup. in te & in Bruto meo.s. familiarissimo Marco. Non solum perfugium.i. ad quos fugere poterimus ad præsens.i. ad euitandũ instans periculum: aut ad tutelam paru adduraturam, siqd aduersi acciderit.s. nobis & reip. quod nolim, sed ẽẽ ad confirmationem.i. stabilitionem, perpetuæ libertatis. ⁋ Nos audiebamus hic de Dolabella q̃ vellemus, videlicet q̃ a repu. staret, sed nõ habebamus certos authores. ⁋ Scito te qdẽ esse magnũ hoiem: &c.i. simul iudicio pñsenti.i. quod tertur tam de te ob res peractas & expectatione rpis reliqui.i. ob ea, quę homines sperant te gesturum. ⁋ Hoc.s. præmio proposito tibi: fac sup. vt contendas.i. toto conatu eas ad summã.i. consumationẽ rei. ⁋ Nihil est tantum, & tam magnum, quod po. Ro. non iudicet: posse perfici atqꝫ obtineri a te. Vale.

M. T. Cicero C. Cassio S. P. D. 9

Breuitas tuarũ literarũ me quoqꝫ breuiorẽ in scribẽdo facit: & vere vt dicã, nõ satis occurrit, qd̃ scribã. nr̃as enĩ res in actis pferri ad te certo scio: tuas autem ignoramus. Tanq̃ enĩ clausa sit Asia, sic nihil pferẽ ad nos, pter rumores de oppsso Dolabella, satis illos qdẽ constantes, sed adhuc sine authore. Nos cõfectũ bellũ cũ putaremus, repente a Lepido tuo in summã sollicitudinẽ adducti sumus. Itaqꝫ psuade tibi, maximam R.P. spem in te, & in tuis copiis esse. Firmos oĩno exercitus hẽmus: sed tñ, vt oĩa (vt spero) psꝑere pcedãt, multũ interest te venire. Exigua ẽ enĩ spes R.P. nã nullã nõ libet dicere: sed q̃cunqꝫ est, ea despondeẽ anno cõsulatus tui. Vale.

Breuitas. eodem est argumento hac epl̃a quo & superior nisi quod ostendit aduentum Cassii plurimum pfuturum reipu. in parua spe q̃ relicta est. ⁋ Breuiorem, quia breuiter scripsisti breuiter quoqꝫ tibi respondendũ duco. ⁋ Clausa vel circũsessa, vel muro vt ita dicam circundata, vt nunc venire non possint. ⁋ Constantes, eodem tenore non variato. ⁋ Sed tñ, vt. ⁋ Vt.i. q̃uis. ⁋ Interest, refert, vtile est. ⁋ Despondetur, promittitur, deputatur. Vale.

HVBER.

Ve Despõdeẽ

Breuitas &c. Eodem est argumento cum superiore nisi ꝙ ostendit aduentum Cassii plurimũ profuturũ reipu. in parua spe q̃ relicta est, diciteꝗ in principio cur tam breuis sit. Ordo est. Breuitas itaqꝫ tuarũ facit quoqꝫ.i. ẽẽ me breuem in scribendo. Et vt dicã vere, non occurrit satis quid scribam. Scio enim certo res nr̃as perferri ad te in actis.i. instrumentis de actis publicis. ⁋ Autem.i. sed, nos ignoramus, tuas.s. res. ⁋ Enim.i. quia, nihil perfertur ad nos sic: tãquam Asia sit clausa: pter rumores de Dolabella oppsso, quidem.i. certe illos, præter Rumores illos satis constantes.i. continuatos, sed adhuc sine authore.i. certo assertore. ⁋ Nos cũ putaremus bellum confectum.i. finitum esse: adducti summus repente a Lepido tuo.s. ad fine in solicitudinem summam.i. maximam. ⁋ Itaqꝫ persuade tibi maximam spem reip. esse in te & in copiis tuis. ⁋ Nos hẽmus exercitus.s. Bruti & Planci omnino firmos, sed tñ vt.i. demus aut ponamus. vt omnia procedant prospere, vt spero.s. ea processura tñ multum interest.i. multæ vtilitatis est te venire. ⁋ Enim.id est quia, spes reip. est exigua: nam non libet dicere nullam sup. spem reip. esse, sed quæcunqꝫ est ea despondetur: id est promittitur futura anno consulatus tui. Vale.

ASCEN.

M. T. Cicero C. Cassio S. P. D. 10

Lepidus tuus affinis, meus familiaris pr. Calẽ. Quint. sentẽtiis oĩbus hostis a senatu iudicatus est, cæteriqꝫ, q vna cũ illo a R.P. defecerũt. qbus tñ ad sanitatẽ redeũdi añ Calẽ. Sept. potestas facta ẽ. Fortis sane, senatus, sed maxime spe subsidii tui. Bellũ qdẽ, cũ hęc scribebã, sane magnũ erat scelere, & leuitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie, q̃ volumus, audimus, sed adhuc sine capite, sine authore, rumore nũtio. Qđ cũ ita eẽt, tñ lr̃is tuis, qs Non. Mai. ex castris datas acceperamus, ita psuasum erat ciuitati, ut illũ iã oppssum oẽs arbitrarenẽ, te aũt ĩ Italiã uenire cũ exercitu: ut si hæc ex snĩa cõfecta eẽnt cõsilio, atqꝫ authoritate tua roborarenẽ. sin qd forte titubatũ eẽt, ut fit ĩ bello: exercitu tuo niteremur. quem qdẽ ego exercitũ, qbuscũqꝫ potero rebus ornabo. Cuius rei tũ tẽpus erit, cũ qd opis R.P. laturus exercitus sit, aut qd iã tulerit, notũ esse cœperit. nã adhuc tantũ conatus audiuntur, optimi illi quidẽ, & præclarissimi,

Lepidus. Certiorem reddit Ci. Cassium quemadmodũ Lepidus iudicatus est hostis præscripto tamen ei termino quo possit adhuc redire ad sanitatem, hoc est ad societatem populi Ro. diciteꝗ eius coniunctione cum Antonio bellum multum auctum esse. Deinde quid nũciatum sit de Dolabella, postea vero ipsum Cassium & M. Brutum expectari in Italia pp maximum incendium belli renouati pfidia Lepidi: contra quem dicit oppositos esse Plancum & D. Brutum consules designatos, sed maximam spem esse in ipsius Cassio & M. Bruto. ⁋ Defecerunt, reliquerunt fidem po. Ro. ⁋ Sanitatem, qui fuit furor deficere, sanitatem autẽ animi, non corporis intelligimus hoc loco. ⁋ Sine capite, sine origine, quia nescimus quis fuerit: a quo hic rumor pcesserit. ⁋ Rumore nũtio.s. tantumõ fama nunciante. ⁋ Lr̃is tuis. quæ sequuntur inferius incipientes legi tuas literas: debuerant enim pcedere hanc epl̃am, sed vt sæpe diximus, nõ est seruatus rectus ordo harũ epl̃arum. ⁋ Illũ: Dolabella. ⁋ Ex sententiæ, vt volumus. ⁋ Titubatum. erratum: cespitatum ⁋ Niteremur: sustentaremus. ⁋ Cuius rei.s. ornandi exercitum tuum. ⁋ Apparatus: voluntates.

HVBER.

Titubat.

Lepidus &c. Certiorẽ facit Cassiũ quẽadmodũ Lepidus declaratus sit hostis præscripto tñ ei termino, quo possit adhuc redire ad sanitatem mentis: hoc est ad societatem po. Ro, diciteꝗ eius ad Antoniũ accessione bellũ multum auctũ esse, deinde qd nũciatũ sit de Dolabella, & demũ eũ cũ Bruto expectari in Italia scribit. Ordo est Lepidus affinis tuus familiaris meus iudicatus est hostis a senatu oĩbus sententiis: pridie Calẽ. Quintilis.i. Iulii nũc dicti mẽsis & cæteri qd defecerũt vna.i. pariter cũ illo a rep. qbus tñ potestas redeundi ad sanitatem.i. meliorem mentem & saniora consilia ante Calen. Septẽ. est facta.i. pmissa a senatu. ⁋ Senatus sup. est, sane.i. multũ fortis, sed maxima spes sup. est subsidii tui.i. in subsidio tuo. ⁋ Bellũ qdem erat sane.i. valde magnũ, cum scribebam hæc: scelere & leuitate.i. pfidia & incõstantia Lepidi. ⁋ Nos audimus quotidie q̃ volumus de Dolabella.i. eũ oppressum esse, sed adhuc rumore nuncio.i. nunciante: sine capite sine authore.i. certo assertore, qđ cum.i. quãuis esset ita: tñ persuasum erat ciuitati ex literis, quas acceperamus data Nonis Maiis ex castris: ita vt oẽs arbitrarent illum iam oppressum: sup. eẽ, te aũt venire in Italiã cũ exercitu, vt si hæc eẽnt cõfecta.i. absoluta ex snĩa.i. voluntate, roborarenẽ.i. cõfirmarenẽ, cõsilio atqꝫ authoritate tua: sin.i. sed si, qd.i. aliqd esset titubatũ.i. vacillatũ forte: vt fit.i. fieri solet in bello, nos niteremur.i. corroboraremur & fulciremur tuo exercitu, quẽ qdẽ exercitũ.s. tuũ, ego ornabo qbuscũqꝫ rebus potero. Cuius rei exercitus.s. ornãdi: tẽpus erit, sup. tũc: cũ.i. qñ cœperit eẽ notũ.i. pstare qd opis.i. auxilii: exercitus sit allaturus, aut qd attulerit iã reip. ⁋ Nã conatus tantũ & nõ effectus audiunẽ adhuc, illi qdẽ.s. cõatus audiunẽ optimi & pclarissimi.

ASCEN.

HVBER. Jam Jamq. ASCEN.

¶ Gesta. pfecta. ⸿ Vos. te & M. Brutũ. Quãto. s. odio. ⸿ Ille. Antonius. ⸿ Hic. ⸿ Lepidus. ⸿ Cõsules desi. Plancũ & D. Brutũ. ⸿ Iam iãq. i. celerrime, nuc nõc veneras etiam in Sardiniã, vt vidimus li. ix. ⸿ Qd si, obiectio. q̃a possent dicere deuictis hostibus qd est opus nos venire, dicit Ci. authoritate eox posse plurimũ erigere rẽp. ⸿ Exurget et. q. cũ iaceant: q̃si p̃stra. ⸿ Toleraabili, mediocri: si minus optimo. ⸿ Medendum, prouidendum, trat si rio sumpta a corporibus ægrotis.

¶ Si vales &c. Res gesta expectatur Quã, s. rẽ gestã: qdẽ. i. certe ego cõfido, aut aliq̃ te iã aut ad propinq̃re. i. pxime futurã. Nihil est nobilius. i. illustrius & potius virtute tua & magnitudine al. Itaq3 nos optamus vt videamus te q̃primũ in italia. ⸿ Nos arbitrabimur hẽre rẽ. si hẽbimus nos. i. te & Bru. Nos vicera- mus preclare, nisi Lepidus recepisset. Ant. spoliatũ: inermẽ fugitẽ. ⸿ Itaq3 Antoni⁹ nunq̃ fuit ciuitati tanto odio: q̃to Lepidus est. ⸿ Ille. i. gallic. s. Ao. excitauit bellũ ex rep. turbulẽta, hic. s. Lepidus, excitauit bellũ ex pace & victoria. i. vbi pacẽ habuisset resp. pp victoriã. ⸿ Nos hẽmus cõsules designatos. s. Decium Brutũ & Plancũ oppositos huic. s. Lepido, cum Antonio, in qbus. s. cõsulibus designatis est qdẽ magna spes: sed cura anceps pp incertos exitus pliox. ⸿ Persuade igit tibi oia esse in te & in Bruto. s. Marco: & vos expectari, sed Brutũ iã iãq3. i. in singula momenta. qd si veneritis hostibus n̄ris victis vt spero. tñ resp. exurget. i. extollet: authoritate v̄ras & cõsistet. i. stabilietur aliquo statu tolerabili. Sunt enim permulta: qbus erit medendũ. i. qbus erunt remedia adhibenda et si. resp. videbit liberata satis sceleribus hostium. Vale.

sed gesta res expectat quam qdẽ aut iã et aliq̃, aut appropinq̃re cõfido. Tua virtute, & magnitudie ai nihil ẽ nobilius. Itaq3 optamus, vt q̃primũ te in Italia videamus. R.P. nos hẽre arbitrabimur, si vos habebimus. Praeclare vicer amus nisi spoliatũ, inermẽ, fugiẽtẽ Lepidus recepisset Antoniũ. Itaq3 nũq̃ tãto odio ciuitati Antõius fuit, q̃to ẽ Lepidus. Ille. n. ex turbulẽta R.P. hic ex pace, & victoria bellũ excitauit. Huic oppositos Coss. dess. hẽmus: in qbus est magna qdẽ spes, sed anceps cura pp incertos exitus pliox. Psuade tibi igit, in te, & ĩ Bruto tuo esse oia, vos expectari, Brutũ qdẽ iã iãq3. Qd si, vt spo, victis hostibus n̄ris veneritis: tñ authoritate v̄ra R.P. exurget, & in aliquo statu tolerabili cõsistet. Sunt. n. p multa, qbus erit medẽdũ, ẽt si R.P. satis esse videbitur sceleribus hostiũ liberata. Vale.

HVBER. In Syriã. Cassius. Ci. certiorẽ facit se venisse in Syriã deinde qd ibi egerit, firma. n. p̃sidia se hẽre dicit ad defensionem reip. hortat eũ latenter vt eã & rẽp. tueat. ⸿ Crispũ. q̃ Bithyniæ pẽrat. ⸿ Marcũ. q & ipse in Syria erat. ⸿ Quæ gererentur. q̃a decretũ erat p senatum: vt oẽs Bruto & Cassio parerent. ⸿ Legionem quam Qu. Bassus: hæc olim fuerat Iulii Cæ. q cũ p Syriã pficisceret: eã illic relic. uerat iam tum in Parthos meditatus bellũ. huius Cura Cæcilio Basso mandata fuerat. ⸿ A. Allienus: hic. n. nuper Dolabella missus in Aegyptũ q̃tuor legiones e pulicia duxerat, q̃s ex Põpeii clade Crassiq3 dispsas Cleopatra sub Cæs. collectas retinuerat: hũc igit nihil suspicãtẽ Cassius in Palæstina adortus legiones sibi tradere coegit q̃tuor legiõibus cõtra octo pugnare veritũ. Firma. valida. hẽbat. n. au. legiões Cassius. ⸿ Aget. loq̃tur. ⸿ Taricheis. ad Taricam Syriæ ciuitatem positu.

ASCEN. Si vales &c. Dicit se Cassius in Syriam venisse addens quid illic egerit: firma. n. præsidia se hẽre dicit, ac defensionem reip. hortatur aũt latenter vt remp. tueatur: & se non negligat, immo curet defendendum. Breuis aũt est eo q reliq̃ dicit ea Carteio familiari suo accipienda. Ordo est. Si vales bene est, ego quoq3 valeo. Scito me pfectũ esse in Syriam, ad Lucium Murcum & Qu. Crispum imperatores. Viri fortes & optimi ciues. s. Marcus & Crispus, postq̃ audierunt q̃ gererentur Romæ: tradiderunt mihi exercitum, & ipsi administrant vna mecum remp. aio fortissimo. ⸿ Item scito legionem quam Quintus Cæcilius Bassus habuit, venisse ad me, & scito q̃tuor legiones q̃s Aulus Allienus eduxit ex Aegypto, esse traditas mihi ab eo nunc postq̃ sic reip. studem⁹. ⸿ Ego non puto te egere cohortatione, vt defendas nos absentes & remp. q̃tum opus. ⸿ Est ego volo te scire firma p̃sidia nõ d esse nobis senatuiq3, vt defendas remp. optima sp & maximo aio. i. hñs optimã spem victoriæ & maximũ aium ad resistendum inimicis. L. Carteius familiaris meus ag. i. d. et & loqtur aut tractabit tecum cætera. s. q̃ essent scribenda: si ille non diceret ea. Vale. Data. s. epistola Non. Martiis: ergo anno fere reuoluto: post Cædem Cæ. Ex castris Taricheis. s. ad Tharicam Syriæ ciuitatem positis.

C. Cassius Procos. M. T. C. S. P. D.

Si vales, bñ est: ego qdẽ valeo. In Syriã me pfectũ esse scito ad L. Murcũ, & Q. Crispũ Impp. Viri fortes, optimiq3 ciues, posteaq̃ audierunt, q Romę gererent, exercitus mihi tradiderũt, ipsiq3 mecũ vna fortissimo animo R.P. administrant. Item legionẽ, quã Q. Cæcilius Bassus habuit, ad me uenisse scito. Quatuorq3 legiones, quas A. Allienus ex Aegypto eduxit, traditas ab eo mihi esse scito. Nunc te cohortatione non puto indigere, ut nos absentis, remq3 publicã quãtum opus est defendas. Scire te uolo firma præsidia uobis, senatuiq3 non deesse, ut optima spe, & maximo animo R.P. defendas. Reliqua tecum aget L. Carteius familiaris meus. Vale. Data Non. Mart. ex castris Taricheis.

HVBER. Legi. Hæc epla debuit poni in ordine post illã q̃ supius incipit. Quanto studio: cũ. n. Cic. significasset: q̃ p Cassio egisset: & qd de eo pmisisset senatus rñdet tũc Cassius se cognouisse Ci. erga se amorem & qm intelligebat eũ de se grauem curam suscepisse, & vehementer esse solicitũ dicit se statim reddidisse eũ certiorem de rebus prouinciæ, primum hũit exercitum: qui erat in Syria vel in præcedenti epla visum est se etiam scripsisse ad senatum, voluisseq3 vt Ci. prius illas literas q̃ ad senatum mittebantur, inspiceret, q̃ senatui redderentur, quæ redditæ non fuerunt, dicit se non dubitare qn interceptæ fuerint a Lepido: deinde dicit quem exercitum habeat, petitq3 a Cice. vt eius dignitatem tueat & Murcum & Crispum imperatorem, qui ei exercitum tradiderant commendatos habeat, & milites suos: quos dicit esse vehementer Ci. affectos. Postremo dicit se persecuturum Dolabellam in Ciliciam, q regio est minoris Asiæ Syriæ propinqua facturumq3 vt Ci. q̃ primum intelligat quid egerit. ⸿ Literas tuas. quæ, vt dixit, incipiunt quanto studio.

C. Cassius Procos. M. T. C. S. P. D.

Si uales, bñ ẽ: ego qdẽ ualeo. Legi tuas lr̄as, in qbus mirificũ tuũ erga me amorem recognoui. Videbaris. n. non solũ fauere nobis, id qd & n̄ra, & R.P. cã semp fecisti sed etiã

ASCEN. Si vales. Hæc epistola videtur ponenda post illam, q̃ superius incepit quanto studio. Cum enim Cicero significasset quæ pro Cassio egisset, & quid de eo senatus promisisset: respondit Cassius se cognouisse amorem eius in se, & statim respondisse, & petiisse vt literas suas ad senatum det. & inspiciat rogans vt dignitatem suam tueatur, & Murcum cõmendatum habeat: additq3 se Dolabellam psecuturũ. Ordo est. Si vales bñ est, ego quidem valeo. familiaris salutandi forma. ⸿ Ego legi lr̄as tuas, in qbus recognoui mirificum amorem tuum erga me. Videbaris enim non solum fauere nobis, id quod fecisti. i. q fauisti nobis semper & n̄ra cã & reip. cã. i. tam ob bonũ nostrũ priuatum q̃ ob publicum, sed ẽt suscepisse,

¶ Grauem

HVBER.

¶ Grauē curā, quia ītellexit quāta ɔtentione de se verba fecisset. ¶ Oppssa. ab Anto. ¶ Suspicarere: putares. ¶ Moliri: apparatum facere. ¶ De.i.pp. ¶ Simul ac. cum primū. ¶ Ex Aegy. vt in pcedenti epistola declaratū est. ordo est. Itaq; scripsi ad te: & misi cōplures tabellarios Romā, q putabant te existimare nos nō posse quiescere: rep. oppssa: deinde qa putabant te solicitū esse de nr̄a salute, & de rerū euentu. cū suspicarere nos moliri. ¶ Recitatae. lectae: vt ligd videret cōmutādum: cōmutare: arbitrio tuo. ¶ Trebonio occiso, is.n. Asiae pfectus Dolabellā ad se venietē. Pergamo & Smyrna nō admiserat: sed solūmodo ei cōmeatū veluti ɔsuli extra moenia parauerat: aggrediēte eodē cū ira vrbes nihilq; perficiente. Trebo. in Ephesum recipi mādauit, & ad Ephesum eūtem quosdā ex interuallo subseq iussit: hi nocte ingruēte Dolabellā recedētē intuentes, nec vlterius qcq̄ suspicati paucos ex suis liquere: q illū sequerent. Ipsi vero ad Smyrnā redierunt. Dolabella oēs qui relicti fuerāt per insidias interficit: & nocte adhuc instāte Smyrnā versus gressum mouet: quā in custodiā inueniens p scalas occupat. Trebonius in lecto a militibus dephensus, se ad Dolabellam deduci supplicat, spōte se illos eē secuturū: huic turmae ductor eū intuēs, Eia tu seqre inqt, caput interim nobis derelinquas: nō.n. te, sed caput tuū afferre nobis mandatū est: quo dicto caput illi subito abscidit. Orta luce Dolabella Trebonii caput ptorio in solio, quo iudicare solitus erat: affigi iussit: exercitus ira cōmotus: & supplex turba oīs ob necem Caesaris: cuius Trebo. particeps fuisse dicebat: & quod dū interficeretur, Antoniū ad senatus fores verbis detinuisset, in reliquū corpus eius crudeliter saeuit, caput in morem sperae siue pilae instrato lapidi cū risu inuicē diu puolutum, donec contritū effusumq; est: & hic primus ex pcussorū numero tales poenas dedisse dr̄. ¶ Habui paululū morae, paululū moratus sum antequam pugnarē. ¶ Si: affirmatiue ponit pro qa. ¶ Importunissimos: infestissimos ¶ Crudelissimis tyrānis: Antonio & aliis, qui rēp. occupare nitebant. ¶ Quos: exercitus. ¶ Cōfirmasset, aiosiorem reddidisset, si sperasset aduētū eius exercitū. ¶ Quā spē pdę, & rapinarū: quę pmittebant eis ab Ant. & Dolabella & aliis hostib⁹ reip. si eos seq voluissent. Murci & Crispi, de qbus in pcedēti epl̄a vidimus: q Cassio tradiderāt exercitus suos. ¶ Nā Bassus, is erat in Apamea, cū recusaret traderet exercitū Cassio eius milites miserūt legatos ad ipm Cassium se oīno transituros ad eū, & ita vel inuitus coactus ē tradere. ¶ Misere noluit. i. valde noluit, valde recusauit, nā misere pro valde saepe ponit. Teren. misere hanc amat: nec legēdus est misero pro malo & scelerato vel astuto, vt quidam somniat: cū nusquam id significet. ¶ Q de quousq;. ¶ Expugnata: vi capta. Cuius. s. tui. ¶ Sic felices simus, sic nobis omnia prospere eueniant.

grauē curā suscepisse, vehemēterq; esse de nobis sollicitus. Itaq; q te primū existimare putabā, nec a oppressa R.P. qescere nō posse: deide cū suspicarere nos moliri, te sollicitū eē & de salute nr̄a, & de rerū euētu putabam: simul ac legiones accepi, quas A. Allienus eduxerat ex Aegypto, scripsi ad te, tabellariosq; cōplures Romā misi, Scripsi ēt ad senatū lr̄as, quas reddi vetui prius, q̄ tibi recitatę eēnt, si forte mei obtēperare mihi voluerūt. Quod si lr̄ae platae nō sunt, non dubito, qn Dolabella, qui nefarie Trebonio occiso Asiā occupauit, tabellarios meos deprehēderit, lr̄asq; īterceperit. Exercitus omneis, q in Syria fuere, teneo. Habui paululū morae, dum pmissa militibus psoluo. Nūc iā sum expeditus. A te peto, vt dignitatē meā tibi cōmēdatā habeas, si me intelligis nullū neq; periculū, neq; laborē pr̄iae denegasse: si cōtra importunissimos latrones arma cepi te hortāte, & authore: si nō solū exercitū ad R.P. libertatēq; defendēdā cōparaui, sed ēt crudelissimis tyrānis eripui. Quē si occupasset Dolabella: non solū aduētu, sed ēt opinione, & expectatione exercit⁹ sui, Antoniū cōfirmasset. Quas ob res milites tuere, si eos mirifice de R.P. meritos eē aiaduertis: & effice, nequem poeniteat, R.P. q̄ spē pdae, & rapinarū seq maluisse. Itē Murci, & Crispi Imp. dignitatē, quātū est in te, tuere. Nā Bassus misere voluit mihi legionē tradere. Quod nisi milites inuito eo legatos ad me misissent, clausam Apameā tenuisset, quoad ui esset expugnata. Haec a te peto non solum R.P. quę tibi semper fuit charissima, sed ēt amicitiae nostrae nomine, quam confido apud te plurimū posse. Crede mihi hūc exercitum, quē habeo, senatus, atq; optimi cuiusq; esse, maximeq; tuū: de cuius volūtate assidue audiēdo, mirifice te diligit, charumq; habet. qui si ītellexerit commoda sua curae tibi esse, debere ēt se tibi oīa putabit. Literis scriptis, audiui Dolabellā in Ciliciam venisse cū suis copiis. pficiscar ī Ciliciā. qd egerim, celeriter vt scias, dabo operā. Ac uelim, ut meremur de R.P. sic felices simus. Fac ualeas, meq; ames. Non. Mai. ex castris.

ASCEN.

¶ Grauem curam: & esse solicitus vehementer de nobis. ¶ Itaq; q. i. qa ego putabā te existimare. primū nos nō posse quiescere rep. oppressa. i. cum resp. sit oppressa: deinde cū suspicarere. i. suspicaueris, nos moliri. i. aliqd magnū conari q. i. qa putabā te esse solicitū & de salute nostra, & de euētu rerū, simul ac. i. eodem tpe, quo accepi legiones. s. quatuor, q̄s Aulus Alienus eduxerat ex Aegypto, scrip͡si ad te, ac misi Romā cōplures tabellarios. i. nuncios qui tabellas. i. lr̄as in tabellis more antiquo scriptas perferrent, iō aūt complures vt saltem vnus ex illis literas perferret. ¶ Scripsi ēt lr̄as ad senatū, quas. s. lr̄as, vetui reddi. i. tradi senatui, priusquā essent recitatae tibi, si forte mei. s. tabellarii q ex meis, vtpote, seruis aut libertis erant, voluerunt obtemperare. s. obedire mihi. Quod si lr̄ae non sunt perlatae, non dubito qn Dolabella, q occupauit. Asiam Trebonio occiso nefarie. i. per nefas, dephenderit. i. in itinere comprehēderit, tabellarios nr̄os, & interceperit lr̄as. s. nr̄as. Ego teneo oēs exercitus q fuere in Syria. Ego habui paululum morae. i. difficultatis aut dilationis dū persoluo militibus promissa. i. q̄ promiseram vt in verba mea reip. iurarent. ¶ Ego sum nunciam expeditus. Ego peto a te vt habeas dignitatē meā cōmendatam tibi: si intelligis me, nullū neq; periculū neq; laborē denegasse patriae, & sup. si coepi arma contra importunissimos latrones. s. Antonios & Dolabellā: qui tunc remp. oppugnare inceperunt, cū ab illis pręcipue fuit defendēda: te hortante & authore, & sup. si non cōparaui. i. cōquesiui exercitū ad rēp. & libertatē defendēdā, sed ēt eripui. s. exercitum tyrannis crudelissimis. s. iā dictis Antonius & Dolabellae, q tn̄ ab initio pro reip. defensoribus sensit. Duplex aūt beneficiū facit reip. qui e manibus hostiū copias illi allicit, & ēt dupliciter quodāmodo auget: nā si vtriq; triginta fuerint millia, ablatis decē millibus vni parti: altera erit duple numerosior qd non esset, si aliūde cōparauerit. ¶ Quos. s. milites: prius aūt dixit exercitū qui erant in exercitu, si Dolabella occupasset. i. priusq̄ Cassius sibi assumpsisset confirmasset Antonium non solum aduētu. s. suo, sed ēt opinione & expectatione exercitus sui: qa animosiores sumus dū propediem auxilia affutura speramus. Ob quas res o Cicero, tuere. i. defende & protege milites, si aiaduertis eos esse meritos mirifice & mira faciēdo de rep. q̄ spem pdae & rapinarū. Item tuere. i. protege dignitatē Murci & Crispi imperatorū: qui Cassio statim exercitū tradiderant: quantum est in te. i. quantum fieri potest per te. ¶ Nam Bassus. q. d. ideo eum non commendo: qa noluit misere. i. misere affectāter resistēdo, tradere mihi legionē, q si milites misissent legatos ad me sine recōciliatione ipsorū, eo. s. Basso

inuito.i.renuēte tenuisset Apameā.s.vrbē clausam,quoad.i.donec eēt expugnata vi,qa spōte nunq̄ se aut suos tradidis set.Ego peto hęc a te.nō solū noīe reip.q̄ fuit sp charissima tibi:sed ēt amicitiæ nr̄æ,quā.s.amicitia nr̄am ego ↄfido pos se.i.valere,plurimū apud te.Crede mihi hūc exercitū,quē hēo esse senatus atq optimi cuiusq.i.oīs bōi:& maxime tuū .i.militatuꝝ p senatu & optimo quoq & maximo p te.⁋De cuius.s.tua volūtate.i.bñuolētia in se audiēdo.s.a te quo tidie:diligit te mirifice atq hēt charꝝ.Qui.s.exercitus si intellexerit cōmoda sua eēt ibi curæ putabit se debere ēt oīa ti bi.⁋Lr̄is audiui Dolabellā in Ciliciā venisse cum copiis suis:ego pficiscar in Ciliciā dabo operam vt scias celeriter qd egerim.Ac velim sup.vt simus sic felices vt meremur.s.bñ de repub.Fac valeas & ames me.Nonis Maiis ex castris.

C.Cassius S.D. M.T.C.

SI vales,bñ ē:ego qdē valeo.Cū R.P.vel sa lute,uel victoria gaudemus:tū instauratōe tuaꝝ laudū,q maximus cōsularis maximū Cos.teipm vicisti,& lætamur,& mirari satis nō possu mus . Fatale nescio qd tuæ virtuti datū:id qd iā sæpe expti sum⁹.Est.n.tua toga oīum armis felicior:q̄ nūc quoq nobis penevictā R.P.ex māibus hostiū eripuit, ac reddidit.Nūc ergo viuemus liberi.nūc te oīm ma ximū ciuē,& mihi charissimū,id qđ maxīe R.P.tene bris cōparasti nūc te hēbimus testē nr̄i & in te,& ī cō iunctissimā tibi R.P.amoris.& q̄ sæpe pollicitus es te & tacituꝝ,dū seruiremus,& dictuꝝ de me tū,cū pfutu ra essent:nūc illa nō ego qdē dici tātope desyderabo, q̄ sentiri a te ipso.Neq.n.oīum iudicio mali me a te cōmēdari,q̄ ipse tuo iudicio digne,ac mereor,cōmen datus eē:vt hæc nouissima nr̄a facta nō subita, nec in cōueniētia,sed similia illis cogitationibus,quarū tu te stis es,fuisse iudices:meq ad optimā spē priæ nō mini mū tibi ipsi pducēdū putes.Sūt tibi M. Tulli liberi,p pinquiq digni quidem te,& merito tibi.charissimi.eē etiam debent in R.P.proxime ii chari,qui studiorum tuorum sunt æmuli:quorum esse cupio tibi copiam.

HVBER, CVm reip.Scriptis a Cicerone mādatis ad Ant. vt ab obsidione Mutinēsi desisteret,deniq cū id nō faceret eo iudicato hoste cōsilio hortatuq Cic.ita ↄiunctus est Octauianus Cæs.cū rep.vt eius auspiciis sil̄ cū ↄsulibus fusus:pulsusq sit Ant.a Mutina:quā victoriā ita nūc ascri bit Cassius Cic.vt hoc eius factū anteponat opp̄ssioni cō iurationis Catilinæ:dicatq eū esse cām libertatis romanę. petit aūt ab eo vt testis sit amoris sui erga remp.existimet q ea,quæ fecit p rep.nō casu aliquo:neq temere facta eē: sed magna ↄsyderatione magnoq consilio: sicut & alia quoq facere consueuit.dicit aūt se ei charissimū esse debere cū pter cæteros semp eius fuerit studioꝝ maxime æmulus.qd si in genio minus ostēdere potuit pp diutinā seruitutē,aīum tn̄ se pbatuꝝ affirmat.Deīde dicit qd in Asia egerit, quo secu tus sit Dolabellā, & ad quē exitū eū pduxerit:quē dicit hr̄e castra apud Laodiceā,sed penuria reꝝ redactū esse ad ma gnā famē,pussum aūt esse ne alicūde possit adduci ad eū fru mentū.Itaq bonā spē de rep.pollicet̄:& certissimā fiduciā victorię.⁋Salute:saluata ē.n.De.obsidiōe liberato & An. victo.⁋Instauratiōe, inouatione.⁋Cōsularis ma.cō.reip. vicisti:sensus:qa nūc cū sis ↄsularis fecisti plura & maiora:q̄ cū eras ↄsul,licet illa fuerint maxīa:est āt ↄsularis: pptię qui ↄsulatū gessit:neq tn̄ amplius est ↄsul interdū ponit̄ p eo q dignus est ↄsulatu.⁋Fatale diuinū:fato constitutū in bonā partē accipit̄ hoc loco:cū alibi noxiū:& pestiferꝝ significet, vt Cū fatalis equus saltū sup ardua venit Pergama.⁋Id qd. p qd.⁋Tua toga.i.tu togatus.i.nō gerens bellū,sic ipse de se.Cedāt arma togæ:ↄcedat laurea linguæ.⁋Nūc quoq: sicut & tpibus Catilinæ.⁋Eripuit:qa ↄsilio Ci.bellū illud gestū fuerat.Nūc eom.effecisti:consecutus es. ⁋Qđ tenebris reip.s.libertatem.alii legunt cōparasti,in quo tn̄ erit.idē sensus.sed melior prior lectio.⁋Dum serui essemus,dū essemus sub tyrannide:qa frustra esses dicturus vbi nemo te audiret.⁋Tūc rep.libera.sicut nunc est.⁋Illa quæ pollicitus es te di ctuꝝ.ordo est.& nunc non tanto tempore desyderabo illa dici,q̄ sentiri a te ipso quæ sæpe pollicitus es &c.⁋Non tan topere,sensus:non tn̄ desydero vt illam dicas:q̄ vt iudices de me:qa pluris facio esse cōmendatus digne:vt mereor,tuo iudicio,q̄ iudicio oīum aliorum.⁋Commendari,laudari:probari.⁋Subita repentina,sine consilio.⁋Inconuenientia.in commoda.⁋Similia.q.d.magna & matura consultatione pensata.⁋Quarum significat cogitationes, quas fecerant de Cæsare interficiendo.⁋Non minimū:liptote.q.d.principem & maximum producendum:proponendum.⁋Sunt.osten dit Cassius q̄ charus esse Ciceroni debeat.⁋Digni te boni qualis tu es:docet autem Cicero virtutem & imitationē pro bitatis paternæ eam esse:quæ liberos parentibus maxime charos efficiat.⁋Proxime hos.i.post hos:dicimus autem pxi me te & proxime tibi,sicut & propius vrbem & propius vrbi.⁋Aemuli:imitatores.

ASCEN, SI vales &c.Scriptis a Cic.mandatis ad Ant.vt ab obsidione Mutinensi desisteret, & deniq cum non obtemperaret eo iudicato hoste:ↄsilio hortatuq Ci.ita ↄiunctus est Octauianus Cæs.cum rep.vt eius auspiciis simul cum consuli bus fusus pulsusq sit Ant.a Mutina,quā victoriā ita nunc ascribit Cassius Cic.vt hoc eius factum anteponat cōiu rationis Catilinariæ oppressioni,dicatq cum esse causam libertatis Romanæ.petit autem ab eo,vt testis sit amoris sui erga remp,docēs qd in Asia egerit,& demū bonā spē de rep.cōcipiendā pdicat.⁋Ordo est.Si vales bñ est,ego qdem va leo.Cū.s.ita sit q gaudemus vel salute vel victoria reip.tum.i.multo magis.Lætamur instauratione.i.in pristinū statū restitutione laudum tuaꝝ:quod tu maximus consularis.i.qa consulatum gesseris.consulari honore præditus fecisti te ipsum cōsulē.i.plus fecisti q̄ cum esses ↄsul:& non possum satis mirari nescio quid fatale.i.a fatis dependens:datum.i.cō cessum tuæ virtuti:& nos experti sumus sæpe id.s.nomini.tuo fatale quippiam esse . Toga enim tua est felicior.i.tu in toga.i.habitu pacis es felicior.armis rebus in bello gestis oīum:quæ.s.toga tua : eripuit ex manibus hostiū ac reddidit nunc quoq nobis.i.ad vtilitatem nostram remp.pene victam.i.depressam.⁋Nos ergo viuemus nunc liberi. Nunc o ci uis maxime omnium & charissime mihi com.i.consecutus es id quod tenebaris.i.debebas maxime reip.s.liberationem eius.Nos habebimus nunc te testem amoris nostri:&.i.simul in te & in rep.coniunctissimam tibi, & quæ pollicitus es sę pe:te & tacituꝝ.i.celatuꝝ dū essemus serui.s.sub Cæs.& dictuꝝ de me tunc cū.essent pfutura mihi non desyderabo tā topere illa qdē nūc dici q̄ sentiri a te ipso.Neq.n.malim me commēdari a te iudicio oīum,q̄ ipse.i.egomet. supp.malim esse cōmēdatus digne,ac.i.sicut mereor.i.iudicio tuo vt iudices hæc nouissima facta nr̄a.s.de nece Cæsaris non fuisse. ⁋Subita,i.ex inopinato concepta:nec icōueniētia.i.dissona cæteris factis aut cogitatis meis:sed similia illis cogitatio nibus:quaꝝ tu es testis, & putes me pducendū.i.proferēdum & pponēdum tibi ipsi nō minimū imo primariū & prin cipem ad optimam spē patriæ.⁋Aut pducēdū.i.promouēdū non minimū.i.non minimi emolumēti : in futuꝝ tibi ipsi ad optimā spē patriæ.i.ad id,quod optimū speratur de patria.⁋O Marce Tulli:liberi & propinqui digni quidē te. & merito charissimi tibi,sunt tibi &.i.sup.debent ēt esse chari tibi proxime hos:A prope aduerbiū quod virtute positiui vnde deducitur accusatiuum regit.s.propinquos tuos:qui sunt æmuli.i.imitatores studiorum tuorum.s.in rempubli. quorum:scilicet æmulorum studiorum tuorum:ego cupio copiam:id est abundantiam esse tibi.

⁋Sed

HVBER.

¶SED tamen.i.non puto me esse extra numerum eius turbae:quae est aemula tuorum studiorum.¶Quominus:vt nõ. ¶Vacet:liceat.¶Excipere.recipere.¶Probabimus.demonstrabimus.¶Diutina,lõgi temporis,a diu:sicut & diuturnus: nam diuturnus a die deriuatur.¶Ora:regione,vt Troiae qui primus ab oris.¶Maritima,mari vicina.¶Quas naues po tuimus:id est qualea & quo potuimus.¶Delectum,delectationem.¶Remigum:nautarum:neq; legẽdum est , remigiũ. ¶Contumacia:repugnantia.¶Transitionis,simulabat enim se discessurum.& trã:iturum in aliam region:m:cum tamẽ nunquam discederet:& tandem transiuit in Coricũ oppidũ,vbi clauso portu ne ab hostibus inuaderetur,se tener. Coricus autem oppidum Syliciae portu saloq; cinctum,angusto tergore continenti adnexum. Circa hoc oppidum crocum optimum plurimumq; nascitur quod omnibus anteponitur,colore,odore:& succo:quod etiam proficit ad medelam:supra specus est Coritius:de quo tum alii,tum Pomponius:& Solinus multa & mirabilia scribunt: quae q nosse cupit apud eos legat.¶Illa re.s.classe Lucilii praefecti Dolabellae.¶Satius,vtilius.¶Sequebatur:scilicet Lucilium. ¶Classis alte.nostra. ¶Cui prae.quam ducebat. ¶Cimber: hic vnus ex percussoribus fuit.¶Ibi:in Cypro. ¶Tharsenses,populi Ciliciae.¶De Tharso diximus supra libro tertius in epistolis ad Appium:& de Laodicea. ¶Accersiuerunt ad se vocauerunt.¶Vltro illo non hoc poscente. ¶Ex quibus vtriusque,Tharso:& Laodicea. ¶Speciem.exercitus. id est quandam apparentiam & formam exercitus. ¶Demolitus est:diruit.¶Castra:exercitum suum ος χα quidam codices habent sic scriptum quod interpretabimur cum valo,nã ακοντα significat iaculum: sed potest poni pro vallo cum etiam in quodam codice inuenerim latine scriptum cum vallo.¶Sine praelio : sine conflictu.sperãt enim se eum oppressurum fame. ¶ Ternis : tetra drachma. vt libro tert. diximus genus est numi: eodem modo tetradrachma,quae continet quatuor drachmas.dicit igitur. ¶Triticum.id est frumentum esse apud Dolabellam iam in pretio trium tetradrachmarum:quod quidem maximum & charissimum pretium.¶Quid.id est aliquid:scilicet frumenti.¶Cassi,fratris mei. ¶ Praestabunt : efficient prouidebunt:ordo est classis Cassii & tres classes:quas adduximus ego Turulius & Patiscus facile praestabunt. ne Dolabella possit supportare frumentum. ¶Istic:in Italia. ¶Pro nostra parte . quantum in nobis erit:sicut & vos in Italia pro vestra parte . ¶Expedistis:id est confecistis.

Proxime
Quomin⁹
Diutius
Diuturn⁹
Coricus
Coricum
Crocum
Corcius
specus

Drachma
Tetradrachma

sed tamen non maxima me turba puto excludi , quo minus tibi vacet me excipere,& ad omnia, quae velis, & probes producere.Animum tibi nostrum fortasse probauimus:ingenium certe diutina seruitus,qualecũq; est,minus tñ,quã erat,passa ẽ videri. Nos ex ora maritima Asiae prouinciae,& ex insulis ,quas potuimus naueis deduximus.Delectũ remigũ,magna cõtumacia ciuitatũ tñ satis celeriter habuimus. Secuti sumus classem Dolabellae,cui Lucilius praeerat:qui spẽ saepe transitionis pbendo,neq; vnquã non decedendo,nouissime Corycum se cõtulit,& clauso portu se tenere coepit. Nos illa relicta q; & in castra peruenire satius esse putabamus,& sequebatur classis altera,quam anno priore in Bithynia Tullius Cimber comparatat, cui Turulius Quęs.praeerat: Cyprũ petiuimus . Ibi quę cognouimus,scribere ad vos quam celerrime voluimus.Dolabellã vt Tarsenses pessimi socii, ita Laodiceni multo amẽtiores vltro accersierũt. ex quibus vtrisq; ciuitatibus,Graecorum militum numero, speciem exercitus effecit. Castra hẽt añ oppidũ Laodiceam posita:& partẽ muri demolitus est:& castra oppido cõiunxit. Cassius noster cũ decẽ legionibus,& cohortibus viginti auxiliariis,& quatuor milliũ equitum a millibus passuum viginti:castra habet posita cum vallo:& existimat se sine praelio posse vincere. nam iã ternis tetradrachmis triticum penes Dolabellam est: vt nisi quid nauibus Laodicenorum supportarit,cito fame pereat necesse sit.Ne supportare possit,& Cassii classis bene magna,cui pręest Sextilius Rufus,& trea, quas nos adduximus,ego, Turulius & Patiscus,facile praestabũt.Et volo vos bene sperare:& R.P. vt & vos istic expedistis,ita pro nostra parte celeriter iter nobis expediri posse,confidere. Vale.Data Id.Iun.Cypro, Acromani lacride.

ASCEN

¶SED tamen non puto me excludi maxima turba: id est ob copiam minus vacet:id est libeat: aut sat tẽporis ac ocii sit tibi excipere:id est ex multis illis recipere me & producere ad omnia,quae velis & probes. ¶Nos probabimus:id est demonstrabimus:fortasse tibi animum nostrum;seruitus diutina,scilicet sub Caesare.minus:id est non, erat passa ingenium nostrum certe qualecunq; est. id est licet fortasse tenue aut rude sit,tamen quale est non passa videri. Nõ enim sub Caesare fiebãt iudicia nec iuuenũ ingenia sese exercitabant vt antea. hactenus añr ad sui cõmendationem locutus est deinceps res ea se gestas prosequit:dicens.¶Nos deduximus ex ora.i.regione maritima.i.ad mare iacente,vbi fere sunt naualia Asiae prouinciae,& ex insulis.s.vicinis naues,q̃s potuimus.¶Nos habuimus delectũ.i.vt dicunt monstrã & electionẽ remigũ.i.eorũ,q naues impellerẽt remis:magna cõtumacia.i.in cõtumacia repugnantia ciuitatũ:tñ.i.licet repugnarent habuimus satis celeriter.¶Nos secuti sumus classem Dolabellae:cui.s.classi Lucilius pẽrat.q pbendo saepe spem trãsitionis.s.ad nos:aut,vt alii intelligũt,ad aliam regionẽ: neq; vnq̃ non.i.& semper decedẽdo: hoc est non faciẽdo copiam pugnae contulit nouissime.i.vltimo loco se Coricũ.i. ad illud oppidũ Ciliciae vbi magna vis bõi croci nascit & coepit se tenere portu clauso,ne.s.q̃sq̃ igredi posset.¶Nos illa .s.classe Dolabellae:relicta sup.ideo:quod &.i.simul putabamus esse satius.i.cõducibilius puenire in castra.s.nostra & altera classis sequebat:quã Tullius Cymber cõpararat.i.construxerat, & cura sua parauerat anno priore.i.prime elapso in Bithynia,cui Turulius q̃stor pẽrat:nos.petiuimus Cyprum:putantes.s.duarũ classium victores fieri difficile esse.¶Nos voluimus scribere ad vos q̃celerrime.i.maxime celeriter:ea quae cognouimus ibi. ¶Vt.i.quẽadmodũ Tarsenses.i.ciues Tarsi pessimi socii.s.populi Roma.ita Laodiceni amentiores.i.insensati magis:accersierunt pro accersiuerunt.i.ad se vocauerũt Dolabellã: vltro.i.nõ rogati ab eo.¶Ex quibus vtrisq; ciuitatibus Tarso & Laodicea, Dolabella efficit speciem.i.imaginem exercitus numero.s.iusto,militum graecorum.q.d.contemptibilium.quia vt dicit Ouid.Graecia factũ dum,sed male forte genus.¶Et sup.Dolabella habet.¶ Castra posita ante oppidum Laodiceam.s.nomine. Et demolit⁹ est.i.deiecit partem muri & coniunxit castra oppido ita vt castra essent oppido praesidio:& oppidum Castris:Cassius noster.s.amicus & frater.¶Nam tota epistola Cassio ad scribitur:vñ necesse est alterum fuisse Cassiũ de quo loquatur:vt dixi de fratre suo loquitur:habet castra posita cum vallo,cum decem legionibus & viginti cohortibus auxiliatis.i.eorum,qui auxilio venerint,& equitatu quatuor millium:scilicet equitum aut capitum a scilicet castris Dolabellę viginti millibus passuum, & existimat se posse vincere.i.expugnare Dolabellam sine praelio.quia fame.¶Nam triticum est:id est aestimatur & venditur penes Dolabellam, ternis tetradrachmis : id est singulos modios.xii.drachmis nam tetradrachma est nummus,iiii,drachmarum : ter autem,iiii,xii,sunt, Certum est valde charum significate triticum, sed de quo

mensura loquatur incertũ videtur tñ tunc fere vna mensura vendi solitũ:alioqui.n.expressisset. Necesse est sup. vt pereat cito fame,nisi supportarit.i.occulte importarit qd.i.aliqd.s.tritici aut frumenti alterius:nauib⁹ Laodiceno℞.Sed sup. &.i.simul:classis Cassii.s.fratris bñ.i.multum magna:cui Sextilius Rufus pest & tres sup.naues,quas ego Turulius & Patiscus adduximus,præstabunt.i.efficient facile:ne.s.Dolabella:possit supportare.i.clanculũ inferre frumentũ.¶ Et vo lo vos bene sperare & rẽp.confidere,vt & vos expedistis isthic.s.vbi vos estis,sup.omne negocium, quod tñ longe secus erat.Ita iter posse expediri vobis celeriter:pro parte nostra,i,quantum ad nos attinet.

Lentulus Ciceroni suo. S.P.D.

CVm Brutũ nostrum côuenissem,eũq; tardius in Asiã venturũ aĩaduerterẽ: in Asiã redii, vt reliquias mei laboris colligerẽ, & pecuniã q̃ primũ Romã mitterẽ. Interim cognoui in Lycia esse classem Dolabellæ, amplius q̃ centũ naueis onerarias,in quas exercitus eius imponi posset.Idq; Dolabellam ea mente comparasse,vt si Syriæ spes eũ frustrata esset,conscenderet in naueis, & Italiam peteret,seq; cũ Antoniis, & reliquis latronibus coniungeret.Cuius rei tanto in timore fui,vt oĩbus rebus relictis,cum paucioribus,& minoribus nauibus ad illas ire conatus sim. Quæ res,si a Rhodiis non essem interpellatus, fortasse tota sublata esset: tñ magna ex parte profligata est:qñ quidẽ classis dissipata est:aduentus nostri timore milites,ducesq; effugerunt:onerariæ oẽs ad vnã a nobis sunt exceptæ.Certe(quod maxime timui) videor esse cõsecutus, vt nõ possit classe Dolabella in Italiam peruenire,nec sociis suis firmatis durius vobis efficere negocium. Rhodii nos,& R.P.q̃ valde desperauerint,ex literis quas publice misi cognosces. Et quidem multo parcius scripsi,q̃ re vera furere eos inueni. q̃ vero aliquid de his scripsi,mirari noli: mira est eorum amentia. nec me meæ vllæ priuatim iniuriæ mouerunt vnquam: malus animus eorum in nostrã salutem,cupiditas partium aliarum,perseuerãtia in cõtemptione optimi cuiusq; ferenda mihi nõ fuit,nec tñ omneis pditos esse puto.

HVBER. CVm Brutũ:hæc epl'a licet longiuscula sit, nõ multũ tñ habet difficultatis:consumitur.n.fere tota in rerũ narratione queadmodum & sequens. Cum.n. præesset Asiæ proquæstor P. Lentulus narrat queadmodũ cum a Bruto in Asiam reuertisset, vt reliquum pecuniæ:quę colligenda fuerat colligeret, & Romã mitteret,intellexit Dolabellã esse in Lycia cũ magno numero nauiũ onerariarũ,cõtra quẽ se fuisse dicit cũ paucioribus & minoribus nauibus:facileq; fuisse ei ablaturũ totã classem:nisi impeditus fuisset a Rhodiis,de quo℞ pfidia vehemẽter q̃ritur cõmemorãs aĩs eo℞ iniurias illatas olim in Põpeiũ & alios clarissimos viros Romanos,quos Rhodios dicit oĩno eẽ puniẽdos, ne impunitate eo℞ improbitas augeatur. Deinde q̃ Asia erat decreta Hyrtio & Pansæ cõsulibus cũ ex Italia nõ cõmode discedere possent in puinciã:rogat Lẽtulus Ci.vt id agat, q̃ cõsules ei concedant procurationẽ prouinciæ loco suo. Adducit aũt rationes & causas plurimas,quare id facere debeant, & pmissionẽ consulũ,quã ei fecerãt & verbo & scripto:cõmẽdat oĩm suũ,& cõmemorat multa bñficia a se collata in remp.cũ iuuit Cassiũ & pecunia & cõiũctione oĩum exercituũ,q̃ erãt in Asia,deĩde q̃ap rep.suscepit bellũ aduersus Dolabellã,cuius erat sodalis & familiarissim⁹: & aduersus Ant.q̃bus et dicit se sanguine cõiũctũ:& licet sit pseuera turus sp in eodẽ studio & amore libertatis & suscepturus oĩa picula p rep. tñ dicit se multo facilius & alacrius eẽ factu℞:& cũ maiori authoritate si resp.eũ aliq̃bus meritis affecerit.Postremo laudat filiũ Ci.q̃ militabat sub Bru.quẽ fr̃is loco se hr̃e dicit, & q̃a sit eo dignus Bru.q̃ perat Macedõię:mei laboris mei negocii:ẽ ãt labor q̃storis & pq̃storis. colligere pecũias & vectigalia ppl̃i. ¶ Onerarias.mercatorias ad onera serẽda apta.¶ Id.s.vt hr̃et has naues.¶ Ea mẽ. eo cõsilio & pposito.¶ Antonius.Marco & eius fr̃e. C.An. frustra esset:eũ decepisset,nõ successisset ei.¶ Cuius rei.s.ne peteret Italiã:& se cũ Ant.cõiũgere. ¶ Tota:ne aliqd faceret ex iis,q̃ hr̃et in mẽtẽ.¶ Sublata,ex eius ptãte erepta.¶ Profligata.cõfecta.ita.n.& hic & multis aliis locis signat,alias aũt pfligare est fundere,uincere.¶ Interpellatus:ipedit⁹.¶ Dissipata:dispsa.¶ Ad vna.i.vsq; ad vnã:nulla excepta.¶ Exceptæ:dephẽsæ.¶ Q d.quã rẽ:ne pueniret in Italiã.¶ Nec effi.s.possit.¶ Durius:laboriosius,difficiliusad vincendẽ.¶ Publicæ:q̃ infra sequunt.¶ Multo p.multo modestius & minus.¶ Mira.maxia.¶ Nec ul.iniu.pri.m.un.subaudi mouerũt.i. nunq̃ motus sum iniuriis in me priuatim illatis.¶ Malus a.eo.s.nõ fuit ferendus.¶ Cupiditas partiũ aliar.s.non fuit ferẽda.i.qd nimiũ fauerent partibus Dolabellæ nobis cõtrariis.¶ In contẽ.opti.cu.i.eo℞ contumacia & pseuerantia in contemnendis quibusq; optimis & studiosis reip.¶ Oẽs Rhodios:q̃a in tanto numero necesse est esse aliquos bonos.

Profligatus
Profligat

ASCEN. CVm Brutũ &c. Hęc epl'a fere tota licet longiuscula sit, cõsumit̃ in re℞ narratione,queadmodũ & sequens. Cum.n. præesset Asiæ pquæstor:P.Lentulus:narrat queadmodũ cũ a Bruto in Asiã reuertisset:vt reliquũ pecuniæ quæ colligenda fuerat colligeret & Romã mitteret:intellexit Dolabellã esse in Lycia cum magno numero nauiũ onerariarum,cõtra quẽ se fuisse dicit cũ paucioribus & minoribus nauibus, facileq; ei ablaturum fuisse totam classem nisi impeditus fuisset a Rhodiis.de q̃bus queritur:rogans vt consules sibi concedant procurationem prouinciæ addens & alia quæ legenti patebunt.Ordo est cum.i.qñ aut postquam cõuenissem.i.adissem colloquendi gratia, Brutum nr̃m.s. Marcum:& aĩaduerterẽ.i.ex verbis eius cognoscerẽ.eũ ventu℞ tardius in Asiam:vt colligerem reliquias laboris mei, & vt mitterem quã primũ.i.valde cito pecuniã Romã cognoui.interim classem Dolabellæ esse in Lycia nõ in Cilicia,videlicet amplius quã centum naues onerarias.i.onera negociato℞ ferre solitas,in quas.s.naues:exercitus eius posset imponi & cognoui Dolabellã cõparasse id.i.eam classem.¶ Ea mente:vt si spes Syriæ.s.potiundæ esset frustrata eũ:conscẽderet in naues,& peteret Italiã:& cõiungeret se cũ Antoniis.s.duobus fratribus:& reliq̃s latronibus.¶ Cuius rei ego fui in tãto timore,vt oĩbus rebus relictis ego conatus sim ire ad illas.s.cẽtũ naues onerarias:cũ paucioris⁹ & minoribus.s.nauibus.¶ Quæ res si nõ essem iterpellatus.i.impeditus a Rhodiis.esset fortasse sublata tota:tñ.i.in nihilominus licet Rhodii interpellarint:ipsa est profligata.i.afflicta ex magna parte.¶ Q̃nquidẽ classis est dissipata.& milites ducesq; effugerunt timore aduẽtus nostri:onerariæ sup.naues sunt exceptæ.s.captæ a nobis oẽs ad vnã.s.inclusiue,hoc est nulla excepta.¶ Certe ego videor cõsecutus qd timui maxime vt Dolabella nõ possit peruenire in Italiã, nec efficere vobis negociũ.s.bellicũ:durius.i.difficilius sociis.s.Ant.& Lep.firmatis.i.firmioris⁹ facti.¶ Tu cognosces ex lr̃is, quas misi publice.i.ad senatũ publice legenda,quã.i.quantũ valde,Rhodii desperauerint,nos & remp.i.salutẽ nostrã & reip. Equidẽ id est ego certe scripsi multo parcius.s.q̃ res se habet:noli mirari amentia eo℞.s.Rhodio℞ est mira.¶ Nec ullæ iniurię meæ priuatim.i.quæ inferebantur in me noĩe priuato,sup.mouerunt vnq̃ me:aius eo℞ malus.i.peruersus in salute nostra:cupiditas.i.nimiũ studiũ eo℞.alia℞ partiũ.i.in aduersas partes perseuerãtia.s.eo℞.i.contumacia in cõtẽptione.i. vilipensione,optimi cuiusq;.s.ex nr̃is:nõ fuit ferenda.i.tolerãda mihi,nec tñ puto oẽs.s.Rhodios esse perditos.i.peruerse mẽtis.

¶ Sed

HVBER.

¶ IIDEM illi. Rhodii.i.Pō.fugientē ex bello pharsalico, & quosdā alios clarissimos Romanos nō receperunt. ¶ Tunc tpibus bellorū ciuiliū inter Cæ. & Pō. ¶ Aliquo fato.quasi fataliter semp debeant nobis esse aduersi.q.d. mala quadā fortuna, aut magistratū gerūt.i.aut ipsi sunt in magistratu.vt possint iubere: aut hñt in potestate eos, q sūt i magistratu. ¶ Retūdi.reprimi, repercuti, & castigari. ¶ Necessariū: qa cū impūitate & licentia oēs fiant deteriores: nō pōt reipu.consistere, vbi non puniuntur peccata. ¶ De nostra.cōmendat nūc Lētulus dignitatē suā Cice. cū oi tēpore & loco tū vero vt nunc obtineat Asiā loco cōsulū: qbus decreta erat illa puincia post consulatū. ¶ Occasionem.opportunitatem. ¶ Suffragare: faueas: auxilieris. ¶ Permissum est iis.i. cōcessum est a senatu, vt donec ipsi veniāt possint dare negociū administrandæ puinciç aliis. ¶ Alteruter.alter aut Hirtius, aut Pāsa. ¶ In magistratu.i. dū adhuc sunt ɔsules. Debēt eni expectare vt functi sit cōsulatu. ¶ Pœnas datur. suæ perfidiæ. quia spero q Cassius eum oino vincet. ¶ Ibi apud Laodiceam. ¶ Acturos.gesturos: pfectutos. ¶ Coram.verbis: cum istic essem: ne succedat mihi in cōsulatu ne quispiā mittatur in prouinciā loco mei, donec ipse fuerit consul. ¶ Produci.protogari.differri. ¶ Longius spatiū administrandæ puinciæ. ¶ Cupiditate, qa libenter in ea sim. ¶ Periculi .propter multos hostes reipublicæ, ɔtra quos necesse fuit me pugnare & verbis & rebus. ¶ Detrimēti. dāni: qa multū etiam de meo diminutū est mihi, dum sum in hac prouincia. ¶ Consequar reliquias.i.vt efficiā qđ restat meç diligentię. ¶ Laboro.curo. ¶ Morte Trebo.quem diximus supra in Smyrna fuisse interfectū. ¶ Nō præstite. fidem reipu. non seruarunt quod reip. pmiserant. ¶ Reficere.resarcire: instaurare..

Retundi

Sed iidē illi, q tū fugientē patrē meū, qui L. Lentulū, q Pōpeiū, q cæteros viros clarissimos nō receperūt: iidē tanq̄ aliquo fato & nunc aut magistratum gerunt, aut eos, q sunt in magistratu, in sua hñt potestate. itaq; eadē superbia, & prauitate vtuntur. Quorū improbitatē aliqū retundi, & nō pati impunitate augeri, nō solum vtile est R.P. nostræ, sed ēt necessarium. De nr̄a dignitate velim tibi vt semp curæ sit: & quocunq; tpe occasionem habueris, & in senatu, & in cæteris rebus laudi nr̄æ suffragere. Q̄ñ Coss. decreta est Asia, & permissum est iis, vt dum ipsi venirent, darent negocium, qui Asiam obtineant, rogo te petas ab iis, vt hanc dignitatem potissimum nobis tribuant, & mihi dent negociū, vt Asiam obtineam, dum ipsorum alteruter venit. nā q huc properent in magistratu venire, aut exercitum mittere, cām non hñt. Dolabella enim in Syria est: & vt tu diuina tua mente prospexisti, & prædicasti, dum isti venient, Cassius eum opprimet. Exclusus enim ab Antiochia Dolabella, & in oppugnando male acceptus, nulla alia confisus vrbe, Laodiceam, q̄ est in Syria ad mare, se contulit. ibi spero celeriter eum pœnas daturum. Nam neq; quo refugiat hēt: neq; diutius ibi poterit tantum exercitum Cassii sustinere. Spero etiā confectum esse iam, & oppressum Dolabellam. Quare non puto Pansam, & Hircium in consulatu properaturos in prouincias exire, sed Romæ acturos consulatū. itaq; si ab his petieris, vt interea nobis pcurationem Asiæ dent, spero te posse impetrare. Præterea mihi promiserunt Pansa & Hircius corā, & absenti mihi scripserunt: Verrioq; nr̄o Pansa affirmauit, se daturū opam, ne in suo cōsulatu mihi succedatur. Ego porro non mediusfidius cupiditate prouinciæ produci longius spatium mihi volo. nam mihi fuit ista prouincia plena laboris, periculi, detrimenti. q̄ ego ne frustra subierim, me ve prius, q̄ reliqas meæ diligentiæ consequar, decedere cogar, valde laboro. Nam si potuissem, quam exegeram, pecuniam vniuersam mittere: postularem, vt mihi succederetur. Nunc quod Cassio dedi, quod Trebonii morte amisimus, quod etiam crudelitate Dolabellæ, aut perfidia eorum, qui mihi fidem, R. Q. P. non præstiterunt: id consequi, & reficere volo, quod aliter non potest fieri, nisi spatium habuero. id vt per te consequar, velim, ut solet, tibi curæ sit.

Reficere

ASCEN.

¶ SED illi iidē, q nō receperūt, tū.i. tunc videlicet tēpore belli ciuilis cū Cç. patrē meū fugientē.s.a pharsalica clade, qui nō receperūt Lu. Lentulū: qui non receperūt Pōpeiū.i. magnū q nō receperūt cæteros viros clarissimos, iidē tanq̄ aliquo fato.s.reip. nostrç inimico, & nūc gerūt magistratū, aut hñt in sua ptāte eos, q sūt in magistratu. Itaq; ipsi vtūtur eadē supbia in prauitate. ¶ Quorū iptobitatē retūdi.i. frāgi & repelli, & nō pati sup.eā augeri ipunitate: nō solū est vtile reip. sed ēt necessariū. ¶ Ego velim vt tibi sit semp curç de dignitate nostra: & vt suffragere.i. suffragiū & fauorem pbeas nostræ laudi & in senatu & in cçteris rebus: quocunq; tpe habueris occasionē. ¶ Q ñ.i. qñ Asia decreta est.i. decreto addicta, cōsulibus: & pmissum ē iis, vt dū.i. donec ipsi venirent: darent negociū.i. cōmissionē iis sup. qui obtineant Asiā: rogo te petas ab iis: vt tribuant hanc dignitatem potissimū nobis, & dent mihi negociū, vt obtineā Asiā dū.i. donec alteruter eorū venit. Nā nō hñt cām q pperent.i. festinent venire huc in magistratū.s. suū: aut q pperent mittere exercitū huc. Dolabella.n.i Syria, & vt pspexisti diuina mente tua: & pdicasti Cassius opprimet eū dū.i. donec isti.s. cōsules venient. Dolabella.n. exclusus ab Antiochia, & acceptus.i. tractatus male i oppugnādo.s. Antiochiā: nulla.i. nō vlla non cōfisus alia vrbe.i. q possit ab alia recepi: cōtulit se Laodiceā quæ est in Syria ad mare. ¶ Ego spero eum daturum ibi celeriter pœnas.s. perfidiæ suæ in patriā. ¶ Nā neq; habet sup, alium locū quo refugiat, neq; poterit sustinere.i. tolerare, resistendo impetui eius, tantum exercitum Cassii. Spero etiam sup. negociū esse confectum iam: scilicet cum hæc legis & Dolabellam esse oppressum. ¶ Quare non puto Pansam & Hircium in consulatu.i. cum erant consules, properaturos exire: scilicet Italia: in puincia, sed acturos consulatum Romæ. ¶ Itaq; si petieris ab iis: vt dent interea nobis procurationem Asiæ: spero te posse impetrare: scilicet ab eis. Præterea, id est insuper. Pansa & Hircius promiserunt mihi, & id est simul, coram: id est cum præsens essem, & scripserunt mihi absenti & Pansa affirmauit. Verrio nostro.s. communi amico: se daturum operam ne succedatur mihi.i. vt permanerem in magistratu meo, in suo consulatu: id est durante cōsulatu suo. ¶ Ego porro: id est autem non volo mediusfidus.i. per Herculem Iouis filium, aut ita me iudicet deus fidei perspector spatium, tuendæ, prouinciæ produci mihi longius: cupiditate.i. propter cupiditatem prouinciæ.s. regendæ: nam ista prouincia fuit mihi plena laboris: periculi, & supple detrimenti, quæ.s. dicta laboris: pericula detrimenta: ne ego subierim.i. passus sum frustra.i. sine fructu aliquo ne ve cogar decedere priusquam consequar reliquas diligentiæ meæ: ego laboro: id est contendo valde. Nam si potuissem mittere pecuniam vniuersam quam exegeram.s.a prouincialibus: ego postularem vt succenderetur mihi nunc volo: id est paro: consequi & reficere: id est reparare id quod dedi Cassio: quod amisimus.s. omnes qui rempub. fouemus morte Trebonii, etiam quod amisimus crudelitate.i. propter crudelitatem Dolabellæ: aut perfidiæ eorum, qui non præstiterunt.i. non exhibuerunt fidem mihi & reipu. ¶ Quod si illud consequi: & reficere: non potest fieri aliter, nisi habuero spatium.s. temporis, ego velim vt tibi curæ si, vt solet tibi res mea esse curæ, vt consequar.i. impetrerem id.s. spatium.

HVBER. ¶EGO ita cōmendat Lētulus officia sua, vt sibi nō minus deberi dicat & pbet: q̄ vel Cassio, vel ambobus Brutis. ¶Illius facti. cædis Cæsaris: qa ēt fuit inter cōiuratos. ¶Leges. q̄s Antonius fingebat de seruādis decretis Cæs. ¶Traduxi. qa ab eo alienaui & reip. cōiunxi. ¶Cōiunxi. auxilio pecuniæ. quā ad eū misit: vt declarat: cū dicit: nā nisi &c. ¶Ant. q Deciū oppugnabat. ¶Atq; hæc oia. q. d. quāto magis erā cōiūctus iis, quoꝝ postea sū factus hostis cā reipu. tāto maiora bñficia mea videri debet. ¶Is. hēt emphasim. i. ego is. ¶Bñficio il. q fuerā cā, vt darēt mihi: cū nōdū fuissent iudicati hostes. ¶Sed πατρίδα. patriam ἐμοῦ meam: est autem grēs. i. patriā meam: quod apud latinos non satis ornate dicit, sed potius meā μᾶλλον magis φιλῶ amo. i. plus facio patriā mea q̄ oēs vl familiaritates: vl ɔsanguinitates. ¶Induxi. de

Indixi

nunciaui: feci. Vir. Hoc autem æneadis indicere bella Latinis More iubebatur. ¶Hæc. q̄ feci pro rep. ¶Fructum. vtilitatem. ¶Prouocabimur, in vitabimur, incitabimur. ¶Me

Mediusfidius

diusfidue, per Iouis filium: iurantis est. ¶Opinione. existimatione & spe. ¶Pergæ. q̄ est Pamphiliç ciuitas.

ASCEN. ¶EGO puto me eē meritū de rep. ita. vt ñ debeā expectare. i. solū bñficiū istius puiciç. s. ptogādç: sed tñ. i. tā magnū pmiū: q̄tū Cassius & Bruti. i. Marcus & Decius nō solū societate illi⁹ facti & piculi quo Cç. abstulerūt. sed ēt studio & virtute hui⁹ tpis. i. quo vtor erga rēp. hoc tpe piculosissimo. Ego. n. pmus fregi leges Antonianas. i. q̄s Ant. tulit in vltionē interfectoꝝ Cçsaris. ¶Ego pmus traduxi eqtatum Dolabellç, q ass. tūc erat cōsul ad remp. & tradidi sup. ipm Cassio. Ego pmus habui delectus. i. electionē militū p salute oium. i. bonoꝝ cōtra cōiuratione sceleratissimā. Ego solus cōiunxi Cassio & reip. Syriā & exercitus, q erant ibi. i. in Syria. ¶Nam nisi ego dedissem Cassio tantā pecuniā, & tanta psidia, & tā celeriter, ne, qdē. i. non saltem ausus esset ire in Syriā. Et non minora picula instarent nūc reip. a Dolabella, q̄ ab Antonio. s. instant: si. s. Dolabellā: nō expulissem a Syria. Atq; ego feci hæc omnia: is. i. ens aut, si dicat in hoc signatu: exñs is, q erā sodalis. i. socius dapis hoc est cōuictor & familiarissimus Dolabellæ, & q erā cōiunctissimus sanguine. i. cōsanguinitate: Antoniis: ncbā quoq;. i. ēt bñficio illoꝝ, q tūc ɔsules erāt puiciā. s. Ciliciā. ¶Sed φιλῶ. i. amo: μᾶλλον. i. magis, πατρίδα. i. priā, ἐμοῦ. i. meā: Græce aūt pmitiuū ē mei aut mus. ¶Ego pmus idixi oibus meis. i. necessarius Antonio fauētibus bellū. Etsi. i. q̄q̄: ego aiaduerto: hæc. i. hmōi studia mea in rēp. nō attulisse mihi fructū. i. vtilitatē: magnope. i. abūde. tñ ego ñ despero: nec defatigabor. i. nō desista p fatigatiōe, pmanerē ñ solū nō studio libertatis: sed ēt in labore & piculis. s. p ea obeūdis. ¶Attñ. i. licet hæc sim aio. tñ si puocabimur. i. ad talia studia: aliq̄ gloria iusta & merita. s. a nobis: officiis. i. debita exhibitiōe, senatus & optimi cuiusq; nos erimus apd cçteros cū maiore authoritate: & poterimus pdeē reip. eo plus. ¶Argutissima forma petēdi bñficii: cū illud, qd̄ petimus ad rē cōferētis factuꝝ pbamus. de his aūt rebus pulchre locutus: trāsit ad cōmendationē filii Ci. non minus arguto cōsilio sciēs nō posse melius placere Ci. q̄ vt illi bona de filio denūtiet: dicit igit̄ sic. Cū. i. qñ veni ad Brutū. i. Mai. non potui videre filiū tuū. s. Mar. Ci. iō q erat pfectus iā cū eqtibus in Hyberna. i. loca tuta, vbi hyemē trāsigant cū eqs suis. Sed mediusfidi⁹. i. ita me filius Iouis amet aut iudicet, vt veꝝ dico, videlicet Her. vltro psidoꝝ, aut ita media sit fides, ego gaudeo eū. s. filiū tuū: eē ea opinione. i. in ea çstimatione hoiū: aut in eo pposito iuuādç reip. & . i. simul cā tua, q pr eius es. & ita illius glia i te redūdat: & ipsius. s. filii tui, q ex bono studio & bona çstimatiōe fructū aliqn̄ ɔsequat̄: & i pmis. i. pcipue: qd amāter dicit: cā mea. ¶Eni. i. qa q nat⁹ ē ex te: & dign⁹ te. s. patre: ē mihi loco fratris, frater aūt dicit̄ fere alter q̄ si inter se cōiūctiores sint fratres: q̄ pr & filius. Pergç q̄ est ciuitas Pamphiliæ.

Frater

Ego me de R. P. ita puto eē meritū, vt nō puīciç istius bñficiū expectare debeā, sed tñ quātū Cassius, & Bruti, non solū illius facti, periculiq; societate, sed ēt huius tēporis studio, & virtute. Primus eni ego leges Antonianas fregi: primus equitatū Dolabellæ ad R. P. traduxi, Cassioq; tradidi: primus delectus habui p salute oium contra cōiurationē, sceleratissimā: solus Cassio, & R. P. Syriam, exercitusq;, qui ibi erant, coniunxi. Nā nisi ego tātā pecuniā, tantaq; psidia, & tā celeriter Cassio dedissem: ne ausus qdē esset ire in Syriā. & nūc nō minora pericula R. P. a Dolabella instarent, q̄ ab Antonio. Atq; hæc oīa is feci, qui & sodalis, & familiarissimus Dolabellæ eram, coniunctissimus sanguine Antoniis: prouinciā quoq; illoꝝ bñficio habebam: sed πατρίδα καὶ μᾶλλον φιλῶ, oib⁹ meis bellū primus īdixi. Hæc etsi adhuc nō magnope mihi tulisse fructū aiaduerto, tñ non despero, nec defatigabor pmanere non solū in studio libertatis, sed etiā in labore, & periculis. Attñ si ēt aliq̄ gloria iusta, & merita prouocabimur, senatus, & optimi cuiusq; officiis. maiore cū authoritate apud cæteros erimus, & eo plus prodesse R. P. poterimus. Filiū tuū, ad Brutū cū veni, videre nō potui, ideo q iā in hyberna cū eqtibus erat pfectus. sed mediusfidius ea eē eū opiniōe, & tua, & ipsius, & in primis mea cā gaudeo. Fratris enim loco mihi est, qui ex te natus, teq; dignus est. Vale. Data. IIII. Cal. Iun. Pergæ.

HVB. SCelere. eodē argumēto scribit Len. hanc eplam publice quo supiorē ad Ci. nisi qd cū Dolabella inuasisset Asiā, eāq; vastasset, & vectigalia Po. Ro. corripuisset, & ciues Ro. spoliasset: & vendidisset & celerius decessisset ex Asia q̄ psidiū in eā adduci potuisset, dicit Lētu. nō putasse sibi expectandū psidiū mittendū a Bruto ex Macedonia. Itaq; se reuersuꝝ eē ad officiū suū pficiendūq;: & cognoscēdū q fuissent illi psidii: q pecuniā tradidisset Dolabellç, quā ipse Lētulus apud eos deposuerat: itaq; rogat vt isti q tradiderūt eā pecuniā puniant̄, vt facilius possit reliq̄ vectigalia exigere, & puinciā ab iniuria tueri. ¶Postremo se intellexisse ex qbusdā militibus: q fugerāt a Dolabella q̄plurimos milites ab eo fugisse: cū expulsus & exclusus fuisse ab Antiochia, itaq; se sperare eū celerius daturꝝ poenas quā putauerat.

P. Lentulus P. F. Proquæs. Po. Ro. Coss. Prat. Tribb. Pl. S. P. Q. R. S. D.

SI valetis, liberiq;, vestri valent, bene ē: ego quoq; valeo. Scelere Dolabellæ oppressa Asia in proximam prouinciā Macedoniā psidiaq; R. P. q̄ M. Brutus V. CL. tenebat, me contuli: & id egi, vt p quos celerrime posset, Asia puincia, uectigaliaq; in uestram ptātem redigerentur. Quod cum pertimuisset Dolabella, & uastata puincia

ASCEN. SI valetis &c. Scribit eodē argumēto fere hanc eplam publice quo superiorem scripserat ad Ci. nisi q cū Dolabel. inuasisset Asiam eāq; vastasset & ciues Ro. spoliasset & venditis spoliis celerius decessisset ex Asia q̄ psidiū in eā adduci potuisset, dicit non putasse sibi psidiū mittēdū a Bru. oēm aūt diligentiam facere & fecisse ad ingrendum scelus Dolabellæ. Ordo est Si o pres conscripti & popule Romane valetis & liberi vestri valent bene est, ego valeo. ¶Asia oppressa. i. cum Asia esset oppressa scelere Dolabellæ: contuli me & psidia reipubli. quæ Mar. Bru. vir clarus tenebat, in prouinciam proximam, videlicet Macedoniam, & egi. i. effeci id vt Asia prouincia, & vectigalia. s. Asiæ redigerētur in potestatem vestram, sup. per eos: per quos possent sup. redigi, celerrime,

¶Correptis

CCOR reptis.sublatis. Morari.differri reuerti ad exigēda vectigalia. Id accidisset.vt pecunia esset correpta. In terim.narrat q̃ ẽe superiori ep̄la narrauit:conqueriturq; de perfidia & improbitate Rhodiorum. Sensibus: volūtate sen tentia. Cū iis Rhodiis. Quos.S.P.Q.Ro.s.haberet hostes. Absuit.desuit. Statiõe.habitatione:est.n.statio i qua cōmorandi non ppetuo:sed ad tps. Cōmentu. alimentis cibariis. Nos ipsi.ego q essem magistratus Po. Roma. Ipsi habet emphasim. Nauigiolis.paruis nauibus. Indignitatem.opprobrium dedecus. Iuris nostri.i.officii & dignitatis quaesturae nostrae. Intereeptis.ereptis tabellariis Dola. Nulla mi.erat duum mil.am.i.nulla erat,q̃ ad minus non con/tineret & caperet duo millia amphoraru, magnitudo enim nauiũ solet maxime a numero amphorarũ designari, est aũt amphora genus vasis viuarii:non aũt frumentarii:duũ vero syncopat tantũmõ in neutro gñe. Contractas,collectas. Eius.Dola. Obsiden.s.cogneueramus. Parcitus. com/motus. Ad il.vo.eũ ipsi voluerũt. Egi dixi. Instaret.im mineret. Latro. Dola. Ordinũ o.magistratuũ Romanorũ. Propense.vehementer inclinate & cum ai affectione. Pa tientiam se.m.i.qd senatus posset adhuc pati Dola.& Ant. perfidiam nec quisq̃ auderet ipm Dola.consul.Ro.hostem iudicare. Improbi sin.s. quod nos ex nra volũtate non ex senatusconsulto persequeremur ipsum Dolabel. Quam q̃ ve.fa. erant. quod senatusconsulto essent iudicati hostes An.& Dola. Quod cum Dolabella timuisset.s.me factura, prouincia vastata, vectigalibus.i. pensionibus publicis.

Marginalia: HVBER. Morari Statio Cōmeatu Amphora Duum Propense

correptis uectigalibus,praecipue ciuibus Romanis oībus crudelissime denudatis,ac dirreptis,celerius Asia excessisset,q̃ eo p̄sidium adduci potuisset:diutius mo rari,aut expectare p̄sidium nõ necesse habui:& quam primũ ad meũ officiũ reuertẽdũ mihi esse existimaui, ut & reliqua uectigalia exigerem,& quā deposui pecu niam,colligerem:quicqd ex ea correptũ esset, aut quo rum id culpa accidisset, cognoscerem quāprimum,& vos de omni re facerẽ certiores. Interim cũ per insulas in Asiā nauigāti mihi nuntiatũ esset, classem Dolabel lae in Lycia esse, Rhodiosq; naueis complureis in stru ctas,& paratas in aqua habere:cũ iis nauibus,quas aut mecũ adduxerã, aut cõparauerat Pariscus Proquaes. hõ mihi cum familiaritate, tum etiã sensibus in R.P. coniũctissimus, Rhodum reuerti,confisus authorita te vestra, senatusq; consulto,quo hostẽ Dolabellã iu dicaratis,foedere quoq;,qd cũ his M.Marcello, Seru. Sulpitio Coss. renouatũ erat: quo iurauerãt Rhodii, eosdẽ hosteis se habituros, quos.S.P.Q.R. quae res nos uehemẽter fefellit. Tãtũ.n.abfuit, ut illorũ p̄sidio nostram firmaremus classem, vt etiam a Rhodiis urbe, portu,statione, quae extra urbem est,commeatu, aqua deniq; prohiberentur nostri milites:nos uix ipsi singu lis cum nauigiolis reciperemur. Quam indignitatẽ, diminutionemq; maiestatis non solum iuris nostri,sed etiam imperii,P.Q.R.iccirco tulimus, q; interceptis literis cognoramus Dolabellam, si desperasset de Sy ria, Aegyptoq;, quod necesse erat fieri,in naueis cum omnibus suis latronibus, atq; omni pecunia conscen dere esse paratum, Italiamq; petere. Icirco ẽt naueis onerarias, quarum minor nulla erat duum millium amphorarum,contractas in Lycia a classe eius obside ri.Huius rei timore P.C.percitus, iniurias perpeti, & cum contumelia etiam nostra oīa prius experiri ma lui.Itaq; ad illorũ voluntatem introductus in urbẽ,& in senatũ eorũ,q̃ diligẽtissime potui causam R. P.egi: periculumque omne, quod instaret, si ille latro cum omnibus suis naueis conscendisset, exposui. Rhodios autem tanta in prauitate animaduerti, ut omneis fir miores putarent, q̃ bonos:ut hanc concordiã, & con spirationem omnium ordinum ad defendẽdã liberta tem ppense nõ crederent esse factã:ut patientiã sena tus,& optimi cuiusq; manere ẽt nũc cõsiderẽt,nec po tuisse audere quẽq̃ Dolabellã hostem iudicare, ut de niq; oīa,quae improbi fingebant, magis uera existima rent, q̃ quae uere facta erant, & a nobis docebantur.

CCORREPTIS.s.simul raptis. oibus ciuibus pcipue Romanis denudatis ac direptis crudelissime q: pro &.excessisset: Asia celerius qui presidium potuisset adduci eo,non habui necesse morari aut expectare praesidium diu/tius,& existimaui.i.iudicaui, reuertendũ esse mihi ad offi/cium meum, q̃primũ.i.valde cito:vt &.i.simul exigerem pe cuniam quã deposueram,& sup.vt cognoscerem qcqd esset correptum ex ea.s.pecunia deposita:aut quorũ culpa id acci disset & vt facerem vos certiores quamprimũ.i.valde cito, de oi re. Interim cum nuntiatũ esset,mihi nauiganti in Asiã classem Dolabel. esse in Lycia & Rhodios hře naues com/plures instructas & paratas in aqua.i. super aquam: reuerti Rhodum cum his nauibus quas aut adduxeram mecum, aut Pariscus pro q̃stor homo coniunctissimus mihi cum.s. ita sit cp familiaritate. Tum ẽt sensibus.i. consensu in rep. comparauerat.i.adquisiuerat,reuerti inquam Rhodũ,con fisus authoritate vestra,& senatusconsulto:quo iudicaretis Dolabellam hostem,confisus quoq; foedere, quod renoua/tum erat M.Marcello & Seruio Sulpitio:eum iis.s. Rho/diis:quo.s. foedere Rhodii iurauerat se habituros eosdem hostes quos S.P.Q.R. Quae res fefellit nos vehementer. Tantum enim abfuit vt firmaremus classem nram presidio eorum: vt ẽt milites nostri prohiberentur a Rhodiis.i. vr/be.i.ingressu vrbis portu.s.diuturno,statione.i.loco vbi ad tempus possent in nauibus. commeatu.i. vectigalibus de/niq; aqua.s.dulci, aut omni cõmunione & nos ipsi.s. duces vix reciperemur cum singulis nauigiolis.i. paruis nauigiis. Quam indignitatem q; p.i. diminutionem maiestatis nõ solum iuris nostri, sed ẽt imperii & Po. Ro. nos tulimus.i. tollerauimus iccirco q cognoramus pro cognoueramus:li/teris interceptis.i. per literas a Dolabella missas interceptas a nostris: Dolobellam si desperasset de Syria & Aegypto.s. retinendis,quod erat necesse fieri:qa potẽtior erat in Syria Cassius,paratum esse conscendere in naues cũ oibus latro/nibus suis, atq; omni pecunia.s.surrepta, & petere Italiam. Et cognoueramus idcirco ẽt naues onerarias, quarum nul/la erat minor duum millium amphorarum.i. quae non cape ret bis mille amphoras cõtractas.i.in vnum locũ tractas,ob sideri in Lycia a classe eius: o patres conscripti ego percitus timore huius rei:ne.s.in Italia traiceret.malui perpeti iniu tias & experiri prius omnia,etiam cum contumelia nostra. Itaq; ego introductus ad voluntatem.s.Rhodiorũ in vrbem scilicet Rhodum.& in senatum eorũ:egi q̃ potui diligẽtissime cãm reipu.& exposui omne periculum quod instaret, hille s.latro Dolabel.conscendisset naues cum oibus suis. Aũt.i.sed,ego aiaduerti Rhodios in tãta prauitate.i. peruersitate: vt putarent oẽs.s.alios esse firmiores.s.in defendenda cã sua q̃ bonos.i.reipu.fautores:vt non crederent hanc concordiam & conspirationem oium ordinum,esse factam propense.i.affectanter & ex inclinatione animi: ad defendendam liberta/tem:vt considerent patientiam tolerantiam senatus & optimi cuiusq;.i. omnis boni manere ẽt nunc.i. in eum vsq; diem: nec quẽq̃ potuisse audere iudicare Dolabellam hostem. Deniq; animaduerti Rhodios tanta prauitate: vt existimarent omnia q̃ improbi fingebant sup.esse magis vera, q̃ q etant vere facta, & quae dicebantur a nobis.

Marginalia: ASCEN.

HVBER. ¶ QVA mente. subaudi fuerunt Rhodii. q. d. pfidissima ēt ante nostrū aduentum, & hic est verus sensus: quidam aūt hūc locū falsa quadā in interptetatione ita peruerterāt: vt ne se qdem ipsi intelligerent. ¶ Binę leg. pbatio: qđ pessima mente essent, qa cōtra leges suas miserant duas legationes ad Dola. postq̄ Trebonius fuerat interfectus iussu Dola. vt diximus, quē ex eo debeāt cognoscere esse hostem Po. Ro. ¶ Nouo. inusitato. ¶ Hæc. q̄ ab his facta diximus. ¶ Siue ti. dicit causas quare illi ea fecissent. s. aut timore aut furore, ipsi aūt dicebāt se fecisse timore: ppter agros quos incōtinēti habebant ne a Dola. vastarent. ¶ Incōtinenti, in terra firma, cui cōtrarium & fere correlatiuū est insula. ¶ Viros cla. patrem meū & Pompeiū & L. Len. de qbus supra dictū est. ¶ Et nūc ma. mag. ge. i. nos & pcōsules Romanos cōtumelia affecerūt. ¶ Ille par. Dolab. ¶ Ipsi mag. Rhodiorū. ¶ Veniebat in suspi. erāt suspecti. ¶ Demorati esse. i. tenuisse nos in mora. ¶ Res effectus. ¶ In qbus. onerariis nauibus. ¶ Colligendis. cōgregādis. ¶ Dñis. ipsarū nauiū. i. mercatoribus, quorū erāt. ¶ Desiuimus. omisimus, qa videmus non esse opus timere receptis nauibus onerariis, quas ille habuerat. ¶ Sydā. q̄ vrbs est Lyciæ portū habens: vt alibi supra diximus. ¶ Disiectis. dissipatis, dispersis. ¶ Præstiterunt. seruauerunt, noluerunt eam dare Dolo. ¶ Scelere. perfidia. ¶ Deferentes. ipsi Dola. ¶ Inierūt so. cōiuncti sunt cū scelerato Dola. oblatione pecuniæ publicæ. ¶ De qui. q detulerant pecuniā Dola. ¶ Cōstitueritis. iudicaueritis. ¶ Firmaueritis. firmiorem reddideritis approbando q̄ fecerim. ¶ Exacta. ne amittantur, sicut amissæ sunt reliquiæ. ¶ Voluntarium. promptum.

Qua mēte ēt ante nostrū aduētū, post Trebonii indignissimā cædē, cæteraq; tot, tamq; nefaria facinora, binæ pfectæ erāt ad Dolabellā legatiōes eorū, & qdē nouo exēplo, cōtra leges ipsorū, phibētibus iis, q tum magistratus gerebāt. Hęc siue timore, vt dictitār, de agris, quos in continenti hn̄t, siue furore, siue potentia paucorum, qui & antea pari contumelia viros clarissimos affecerant, & nunc maximos magr̄atus gerētes, nullo exemplo, neq; vestra ex parte: neq; nr̄o psentium, neq; imminenti Italiæ, vrbiq; nostræ periculo, si ille parricida cum suis latronibus, nauibus ex Asia, Syriaq; expulsus Italiam petisset, mederi, cum facile possent, noluerunt. Nonnullis ēt ipsi magistratus veniebant in suspicionem, detinuisse nos, & demoratos esse, dum classis Dolabellæ certior fieret de aduentu nostro, quam suspicionem conse cutę res aliquot auxerunt, maxime q subito ex Lycia Sex. Marius, & C. Titius legati Dolabellæ a classe discesserunt, nauiq; longa profugerunt, onerariis relictis, in qbus colligendis non minimum tpis, laborisq; consumpserūt. Itaq; cum a Rhodo cum iis, quas habueramus, nauibus in Lyciam venissemus, naueis onerarias recepimus, dominisq; restituimus, iidemq;, quod maxime verebamur, ne posset Dolabella cum suis latronibus in Italiam venire, timere desiimus. classem fugientem psecuti sumus vsq; Sydam, q̄ extrema regio est prouinciæ meæ. Ibi cognoui partē nauium Dolabellæ diffugisse, reliquas Syriā Ciprūq; petiisse. Quibus disiectis, cū scirē C. Cassii singularis ciuis, & ducis classem maximā fore psto: in Syriam ad meū officiū reuertī, daboq; operā, vt meū studiū, & diligentiā vobis P. C. & R. P. pręstē: pecuniāq; q̄ maximā potero, & q̄ celerrime cogā, oibus cum rationibus ad vos mittā. Si percurrero puinciā, & cognouero, q nobis & R. P. fidem præstiterūt in conseruāda pecunia a me deposita: quiq; scelere vltro deferētes pecuniā publicam hoc munere societatem facinorum cum Dolabella inierūt, faciam vos certiores. De qbus, si vobis videbit, si vt meriti sunt, grauiter cōstitueritis: nosq; vestra authoritate firmaueritis: facilius & reliqua exigere vectigalia, & exacta seruar̄ poterim⁹. Interea quo cōmodius vectigalia tueri, puinciāq; ab iniuria defendere possim, psidiū necessariū, voluntariūq; cōparaui.

ASCEN. ¶ QVA mēte. i. affectiōe & volūtate. binę legatiōes eorū profectæ erant ad Dolabellā ēt ante aduentū nostrū. post indignissimā cædē Trebonii, & cętera tot & tā nefanda facinora & qdē. i. certe legationes erant pfectæ nouo. i. insolito exēplo: qa cōtra leges ipsorū phibentibus iis gerebant. tum. i. tunc magr̄atus. s. Rhodios. ¶ Hæc sup. fecerunt, siue timore vt dictitant de agris. i. ppter agros: quos habent in continenti. i. terra partim mari septa, partim se cū alia terra tenenti: timebant aūt ne vastarent̄ a Dolabella, siue furore, quo correpti nesciunt qd faciāt: siue impotētia. i. superbia, & insolentia paucorū: dicunt̄ aūt impotentes qui irę & aio suo moderari nequeūt qui affecerāt antea, pari contumelia qua. s. nunc nos afficiunt. viros clarissimos. s. patrē Lentulu Pompeium & Luciū Lentulū & nunc sup. afficiūt gerentes maximos magr̄atus: videlicet nos pcōsules Romanos nullo exemplo sumpto. s. ab aliis: neq; ex pte vestra: qui abestis neq; nostra. s. ex pte psentiū. i. qui psētes sumus. ¶ Neq; voluerūt cū possent facile mederi. i. remediū facere: piculo iminēti Italię & vrbi nostrę, si ille parricida. s. Dolabella expulsus ex Asia & Syria: petiisset nauib⁹ cū suis latronibus Italiā. ¶ Ipsi ēt magistratus. s. Rhodii qui videbant̄ in aliis fauere nobis: veniebāt nōnullis in suspicionē detinuisse nos, & eē demorati nos. i. donec classis Dolabellę fieret certior de aduentu nostro. ¶ Quā suspicionē res aliquot cōsecutæ. i. q̄ secutæ sunt: auxerūt maxime q Sextus Marius & Caius Titius legati Dolabellæ, discesserūt subito ex Lycia a classe: & pfugerūt naui longa: onerariis. s. nauibus relictis in quibus. s. nauib⁹ onerariis collegēdis ipsi cōsumpserūt. s. prius, non minimū imo plurimū tpis & laboris. ¶ Itaq; cū venissemus a Rhodo in Lyciā, cum iis nauibus, quas habueramus nos recepimus naues onerarias qa derelictas & restituim⁹ dñis a qbus illas abstulerant. ¶ Itaq;. i. & similiter nō desiimus timere qđ verebamur maxime. s. priusq̄ onerarias recepissemus: ne Dolabella posset venire in Italiam cū latronibus suis: nos psecuti sumus classem. s. Dolabellæ: fugientem vsq; in Sydā q̄ regio est: Lyciæ. s. extrema mare & puinciæ meę. Ibi cognoui partem nauium Dolabellæ diffugisse: reliquas petiisse. s. consilio: Syriam & Aegyptū. ¶ Quibus disiectis cū scirem classem Caii Cassii singularis ciuis & ducis, maximam fore psto. i. paratam sup. pficiscendi in Syriam: reuerti. i. redii ad officium meum. s. tutandæ puinciæ. ¶ Et dabo operam o. P. C. i. patres conscripti vt pstem studiū meū sup. & diligentiam vobis & reip. & cogam. i. congregabo: pecuniā quā potero maximā & quā celerrime sup. potero: aut & valde celeriter & mittā ad vos oibus rōnibus. i. viis & modis. Si percurrero puinciā, & cognouero, q præstiterunt fidem vobis: & reip, in cōseruanda pecunia deposita a me: quiq;. i. & qui deferentes. s. ad Dolabellam vltro scelere. i. per scelus pecuniā publicam. i. reip. inierūt. i. cōtraxerunt societatē. i. participationē facinorū, cum Dolabella hoc munere. i. dono pecuniæ publicæ. De qbus si videbat̄ vobis. s. vtile: si cōstitueritis. i. iudicaueritis ai aduertendū: grauiter. i. acerbe vt meriti sunt, & firmaueritis. i. corroboraueritis nos authoritate vestra. nos poterimus. facilius. & . i. simul i exigere vectigalia reliqua. i. nōdū recepta & poterimus seruare exacta nec. s. alteri dent̄ quā a rep. misso. ¶ Ego comparaui. i. accumulaui præsidiū necessariū: qa sacramento astrictum aut stipendio obnoxium, & voluntarium. i. eo qui sponte obtulerunt, quo possimus commodius tueri. i. conseruare interea vectigalia. s. publica. & defendere prouinciam ab iniuria.

¶ His literis

HVBER. ❡ HIS literis. cum iam esset clausurus ep̃lam adiunxit hanc particulam, de iis, q̃ a quibusdam militibus Dolabel. intellexerat. ❡ Pamphiliã. regionem vicinã Syrię. ❡ Relictis ęgris, labore cõfectus & vulneratis. ❡ Discessisse. s. renũciauerũt ❡ Illi vt, Antiochię. ❡ Dicebãt. i. illi milites. xxx. q fugerãt a Dola. in Pãphiliã. ❡ Iter quatri. i. tñ q̃tũ tribus diebus posset tre. ❡ Celerius opi. cuius q̃ putabamus de Antiochia Laodicea sida, amano, & cęteris his locis diximus plene lib. iis.

ASCEN. ❡ HIS literis scriptis. i. postq̃ hæ literæ erant scriptæ: sed nondum signatę. milites circiter triginta quos Dolabella ex Asia conscripserat, fugientes e Syria: venerunt in Pamphiliam. ❡ Hi. s. milites nuntiauerunt Dolabellam venisse Antiochiam, quæ. s. vrbs est in Syria, non receptum. s. in eam vrbem conatum esse aliquoties introire vi. i. per vim ac violẽtiam, & sup. repulsum esse semper cum magno detrimento. i. damno ac denuntiatione suo, hoc est suarum copiarum, quia semper multos e suis amisit. ❡ Itaq; sup. nuntiatunt eum hoc est Dolabellam amissis. s. militibus circiter centũ, & ægris. s. aliis relictis: profugisse noctu Antiochia versus Laodiceam. ❡ Et sup. nuntiauerunt fere omnes milites Asiaticos discessisse ab eo ea nocte. s. qua aufugit, & octingentos ex his. s. Asiaticis rediisse Antiochiam & tradidisse se sup. iis qui relicti a Cassio prçerãt illi vbi. s. Antiochię aut tradidisse se Cassio: q̃ relicti &c. sed id minus placet, non enim vero simile est transfugis vrbem relictã esse. ❡ Et sup. nuntiauerunt, cæteros. s. Dolabellæ milites descendisse in Ciliciam per Amanum. s. montem intermedium, ex quo numero. s. cæterorum dicebant se quoq; esse. ❡ Autem. i. sed, nuntiatum est. s. ab aliis. Cassium abfuisse iter. i. per spatiũ itineris, quatridui. i. quod quatuor diebus fieri solet, a Laodicea. s. vrbe, cum omnibus copiis suis, sup. tunc cum Dolabella tenderet eo. i. ad eam vrbem. ❡ Quamobrem ego confido latronem sceleratissimum. s. Dolabellam, daturum pœnas. s. scelerum suorũ, celerius opinione. i. quam opinari põt. Datum sup. aut scriptum Pergæ, quarto nonas Iunii.

His literis scriptis, milites circiter XXX, quos Dolabella ex Asia conscripserat, e Syria fugientes in Pamphiliam venerunt. hi nuntiauerunt, Dolabellam Antiochiam, quæ in Syria est, venisse: non receptum conatum esse aliquoties vi introire: repulsum semper esse cum magno suo detrimento. Itaq; centum circiter amissis; ægrisq; compluribus relictis, noctu Antiochia profugisse Laodiceam versus. Ea nocte omneis fere Asiaticos milites ab eo discessisse: ex his ad octingentos Antiochiam rediisse, & se iis tradidisse, qui a Cassio relicti, vrbi illi præerant: cæteros per Amanum in Ciliciam descendisse: quo ex numero se quoque esse dicebant. Cassium autem cum suis omnibus copiis nuntiatum esse quatridui iter a Laodicea abfuisse tum; cum Dolabella eo tenderet. Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem pœnas daturum. IIII Non. Iun. Pergæ.

C. Trebonius M. T. C. S. P. D.

SI vales, bene est: ego quidem valeo. Athenas veni ad XI. Cal. Iun: atq; ibi, qd' maxime optabam, vidi filiũ tuum deditum optimis studiis, summaq; modestiæ fama. Qua ex re quãtam voluptatem ceperim, scire potes etiam me tacẽte. Non enim nescis quanti te faciam. & q̃ pro nostro vetertimo, verissimoq; amore omnibus tuis etiam minimis commodis, nõ modo tanto bono, gaudeam. Noli putare mi Cicero me hoc auribus tuis dare. nihil adolescẽte tuo, atq; adeo nostro (nihil enĩ mihi a te potest esse seiunctum) aut amabilius oĩbus iis, qui Athenis sunt, est: aut studiosius earũ artium, quas tu maxime amas, hoc est optimarum. Itaq; tibi, quod vere facere possum, libenter quoq; gratulor. nec minus etiam nobis, q eum, quem necesse erat diligere, qualiscunque esse, talem habemus, vt libenter quoque diligamus.

HVBER. ATHenas. Cum occiso Cæ. eius percussores in varias prouincias quæ est senatusconsulto et decretæ fuerant proficiscerẽtur. Trebonius Asiam petens cum iter per Athenas faceret, vbi M. C. Ciceronis filius sub Cratippo philosophorum eius ætatis principe philosophiæ operam dabat: scribit ad Ci. se vidisse eius filium, quem summopere laudat, q & optimis studiis deditus esset, vt eum omnes valde modestum prædicarent qua de re ei gratulatur. Deinde dicit: q cum quibusdam coniecturis intellexisset eum cupidum visendi Asiam, inuitauit eum & hortatus est, vt id faceret: interea dum ipse Trebonius ei prouinciæ præesset, se enim habiturum eum loco filii, curaturumq;, vt & Cratippus vna iret, ne interea tempus amitteret. Deinde dicit se audiuisse quædam turbulenta fuisse in vrbe, quæ salsa esse cupit. Postremo dicit se quibusdam versiculis inscriptis ad Cice. inuectum esse in Cæsa. imitatione Lucilii Satyrici poetæ, cum ipse habeat multo iustiorem causam inuehendi in Cæsarem oppressorem propriæ patrię, quam alle in quosdam ciues aliquo scelere pollutos, rogatq; vt eũ inserat sermonibus suis & scriptis, sicut ei pollicitus est. ❡ Q & quam rem. s. videre filium tuum deditũ optimi studiis. ❡ Summa fama. pro summæ famæ, ablatiuus pro genitiuo. i. de quo omnes optime loquuntur esse modestissimum, duo autem dixit in eo fuisseque maxime probantur in adolescente, studium bonarũ artium, & modestiam. ❡ Non modo. pro ne dum. ❡ Dare au. demulcere aures tuas tibi assentiri. ❡ Atq; a. n. quasi quædam correctio. ❡ Nihil. ratio quare dixerit nostro. ❡ Seiunctum. separatum, quod non sit vtriusq;: nam amicorum omnia communia. ❡ Necesse. quia cum te diligam necesse erat res tuas qualescunq; diligere.

ASCEN. SI vales &c. Trebonius post cædem Cæsaris ex decreto Asiam petens vidit Athenis Ciceronem Ciceronis filium philosophantem sub Cratippo, vt in principio officiorum meminit Cicero. Eum ergo sibi visum laudat, dicitq; inuitasse ad Asiam secum visendam, tum dicit se audisse turbulenta ad vrbem: seq; inuectum in Cęsarem. Ordo est Si, vales: bene est, ego veni Athenas ad vndecimũ Calen. Iunii: atq; quod optabã maxime, vidi ibi filium tuum. s. Marcum Ciceronem: deditum optimis studiis, & summa fama. i. habentem summam famam modestiæ. i. moderatæ vitæ. ❡ Qua ex re tu potes scire: etiam me tacente, quantam voluptatem ceperim. ❡ Non enim nescis. i. quia bene scis, quanti faciam. i. ęstimem te: & q̃. i. quantum: gaudeam pro nostro vetertimo & verissimo amore. i. propter vetustissimum & verissimũ amorem nostrum. ❡ Quod nunc dicitur vetus olim dicebatur veter. quo circa in ablatiuo proprie tantum facit vetere & in plurali vetera, vnde etiam superlatiuum vetertimus: omnibus commodis tuis etiam minimis non modo. i. ne dum tãto bono quantum est habere filium talem. Vbi notandum nos etiam alienis gaudere bonis præsertim dum ea nostra censemus: o Cicero noli putare me dare hoc auribus tuis. i. tibi blandiri dicendo quod libenter audias. ❡ Nihil est aut amabilius oĩbus iis qui sunt Athenis: aut studiosius earũ artium, quas amas maxĩe: hoc est optimarũ adolescente tuo atq; adeo. i. oĩno nostro. i. nobis. cõmuni. ❡ Nihil enim post esse seiũctũ. i. diuisum mihi a te: quia amicorũ oĩa sunt cõia: itaq; quod possum facere vere: gratulor quoq;. i. et libenter tibi: nec etiam minus gratulor nobis. s. ambobusq; habemus eũ. s. filiũ tuum quem necesse erat diligere qualiscunq; esset, habemus dico talem vt diligamus quoq;. i. etiam libenter.

Feriatum
Cõcinnaũ
Lucillius
Arunci
Ausonii

HVBER. ¶ I N I E cisset.latenter significasset.¶ In sermone.interloquendõ.¶ Nobis ob.i. dum ego præessem illi puinciæ. ¶ Tuũ paternum.¶ Feriatum.ociosum:nam ferias antiqui festa vocabant.¶ Ingressu.q iã incepit.¶ Pleno gradu.i.citato gressu: translatio sumpta a viatoribus vel ab equis.¶ Procedat lon.progrediatur vlterius ad maiora.¶ Turbulenta.credo intel/ligendũ de M.An.qui cum primũ ostendisset se defensorẽ libertatis, postea concitauit populũ contra interfectores,vt su/pius supra diximus.¶ Ociosa.quieta pacificia.¶ Quod.vt fruamur ociosa libertate.¶ Laxamẽti.recreatiõis.¶ Concinna/ui.cõposui,confeci,dicitũ aũt concinnare non a cano,quia nõ posset geminarem,sed a con & cino,quod erat potionis ge nus ex multis liquoribus confecta.¶ Tibi.ad te ασχημονέστερος.i.turpior,petulãtior, nã ασχημων.i.turpiter & iho neste ago significat, alius codex habebat ερωτος qđ signifi/cat iniucterior.¶ Nos vin. nos excusabit & liberabit a repre/hensione.¶ Et ci. qui cũ debeant tueri libertatẽ patriæ eam opprimunt.¶ Deinde.alia pbatio licentiæ suæ ioci ab exẽ plo.¶ Qui vñ.qua cã, vt Hor. Qui fit Mœcenas. ¶ In eos quos læsi.carmine suo vt Lupum & Mutiũ & alios,ex pri moribus vrbis,de quo Persius.Secuit Lucillius vrbẽ te Lu pe te Muti,& genuinũ fregit in illis.fuit autem ex aruncis, qui & Ausonii dicũtur populi Italiæ,vt exponit Seruius super illud Virgilii,Auruncæq manus,& primus scripsit sa tyram apud latinos,vt ostendit Hora.in sermonibus & Iu uena.Cur tamẽ hoc potius libeat decurrere cãpo, Per quẽ magnus equos Arunca flexit alumnus.¶ Incurreret.inue/ retur,impetum faceret oratione sua.¶ Ferre. habere,nomi/ nando me & immiscendo me ei consilio.¶ Rei.cædis Cæsa ris,cuius fuerim inconscius.

ASCEN. ¶ NON q.i.qa dubitẽ de ꝯſtantia tua : ſed qa mos eſt rogandi ita.¶ Quędã ſunt nũciata vobis ex Syria,tumultuoſiora.ſ.q̃ velimus aut aliquantulũ tumultuoſa quæ qa ſunt ꝓpriora.i.viciniora tibi q̃ nobis mouẽt .i. timore afficiũt, me magis cauſa tua q̃ mea. Summum ocium eſt Romę , ſed ita:vt malis.i.magis velis aliquod negociũ ſalubre.ſ. pñas & honeſtum:quod ſpero fore.i.futurum breui : qa video.i. conſydero id eſſe Cæſari.ſ.Iulio curæ.¶ Scito me dũ.i.interea dum tu abſis.ſ.ab vrbe quaſi nactum occaſionẽ quandam & licentiam ſcribere audacius q̃.ſ. ſi adeſſes : vnde innuit ſe eum vereri , docuerat enim Cornificius publice literas:& ſunt qui eius putent ad Herẽnium libros rhetoricorum,qui Ciceroni aſcribuntur, & qdem fortaſſe, ſup.ſcribere audacius cætera,quæ etiã tu,ſi publicus cenſos : cõcederes:ſed ſcripſi ꝓxime de optimo genere dicẽdi,i quo.ſ.opere:ego ſuſpicatus ſum ſæpe : te diſſidere.i. diuerſum eſſe & diſſentire paululum a iudicio noſtro , ſic vt hominẽ doctũ a non indocto.¶ Ego velim ſup.vt tu ſuffragere.i.faueas & aſpires:huic libro maxime.i.ꝓcipue ex animo.i. vero iudicio,ſi minus.i.ſi non ſup. poſſis id facere, cauſa gratiæ.i.beneuolentiæ tuæ in me.¶ Ego dicam tuis.ſ.miniſtris & ſeruis:vt deſcribãt.i.de meo ſcribant, ſi velint eum.ſ. librũ, & mittant.ſ.eum ad te.¶ Puto.n.etiam ſi.i.q̃q̃ minus.i.non ſatis probabis rem:id eſt opus ipſum tamen iucundum fore tibi quicquid profectum:id eſt ortum ſit a me:in iſta ſolicitudine. ¶ Quod tu commendas mihi æſtimationem & dignitatem tuam:tu quidem facis ſup. id more omnium : ſcilicet qui abſunt a patria.¶ Sed velim ſup.vt exiſtimes ſic,me cum:ſcilicet ita ſit q tribuam plurimum amori,quem intelligam eſſe mutuum inter nos, tum:ſcilicet multo magis eſt, me iudicare de ſummo ingenio:ſcilicet tuo:de optimis ſtudiis tuis, & de ſpe ampliſſimæ dignitatis, ſcilicet quam conſecuturum ſperamus, ita vt neminem anteponam tibi & comparem, id eſt comparandos & ſimiles quodam modo putem paucos. Vale.

Cicero Cornificio Collegæ.S.D.

QVod extremũ fuit in ea epiſtola, quã a te ꝓxime accepi,ad id primũ rñdebo. Aiaduerti eni hoc vos magnos oratores facere non nunquã.Epiſtolas requiris meas, ego autẽ nunq̃ , cum mihi denũtiatum eſſet a tuis ire aliquem, nõ dedi. Quod mihi videor ex tuis literis intelligere, te nihil cõmiſſurũ eſſe temere, nec ante, q̃ ſciſſes, quo iſte neſcio q Cæcilius Baſſus erũperet,quicq̃ certi conſtituturũ:id ego & ſperaram prudẽtia tua fretus: & vt confiderem, fecerũt tuæ grauiſſimæ literæ. Idq; vt facias quam ſæpiſſime,vt & quid tu agas, & quid agatur ſcire poſſim, & etiam quid acturus ſis , valde te rogo.

HVBER. QVod extremum. Reſponſiua eſt hæc epiſtola in qua primum ſe excuſat Cic.apud Cornificium requirentem eius literas q nunquam prætermiſiſti aliquem, quem ſciret ad eum iturum,cui literas non dederit. Deinde dicit quid ex eius prudentia ſperarit eum facturum. Poſtea vero quam etiam in ſuperiori epiſtola fecit damnat ociũ quod erat in vrbe Roma:quod ſit contra dignitatem, optatq; ipſum Cornificium adeſſe quo cum ridere poſſit, quę in vrbe fiunt.¶ Facere hoc, vt mutetis ordinem, & reſpondeatis primum iis, quæ erant extrema in epiſtola amici, ¶ Vos.aſſentatur ei. Fuit autem Cornificius & orator & poeta:vt Ouid.memorat.¶ Ego autem.ordo eſt, ego autẽ nunquam non dedi cum eſſet denuntiatum mihi a tuis aliquem ad te ire.¶ Quod reſpondet ad aliam partem epiſtolæ Cornificii:quam dixerat ſe fore cautem , nec quicquam temere & inconſyderate facturum , quod Cice. ſe ſemper ſperare dicit, fretum eius prudentia.¶ Quo erum. quo euaderet:quorſum conatus ſuos dirigeret.¶ Iſte neſcio qui:cum contemptu dixit. ¶ Cæcilius Baſſus. hic erat in Syria : vt ſupra viſum eſt, conicimus autem eum aliquid conatum eſſe contra Cornificium.

ASCEN. QVod extremũ &c. Excuſat ſe primo q Cornificius lr̃as a ſe nõ accepit:cũ nullũ q eas ferret ꝑtermiſerit:dãnat ociũ vrbis vt qd' putat cõtra dignitatẽ ſuã, mallet eni in rep.floreret. Optatq; ipm Cornificiũ adeſſe:q cũ ridere poſſit q̃ in vrbe fiãt.Ordo eſt.Ego rñdebo pmũ ad id,qd' fuit extremũ.i.vltimũ.i ea epl'a quã accepi ꝓxime a te. Ego eni aiaduerti vos magnos oratores, facere hoc.i.rñdere primũ extremo loco dictis aut obiectis, Incipiens aũt rñdere dicit.¶ Tu reqris nõnunq̃.i.interdũ epl'as meas hoc eſt accuſas q nõ ſcripſerim ad te.¶ Ego aũt nũq̃ nõ dedi.i. ſemp dedi, cũ denunciatũ eſſet mihi aliquẽ a tuis.i.tuoꝝ ire.i.proficiſci.ſ.a me ad te.¶ Quod videor mihi intelligere ex literis tuis te nihil cõmiſſuꝝ.i.factuꝝ eſſe temere.i.inconſyderate, nec cõſtitutuꝝ quicq̃ certi.i.firmi ꝓpoſiti anteq̃ ſciſſes.i. ſciuiſſes: quo.i.in quã partẽ.¶ Iſte neſcio q vulgarius diceret neſcio quis:& ita innuit cõtẽnendus.¶ Cæcilius Baſſus erũperet.i. diu celatum ac tectũ cõſiliũ ſuũ tandẽ vt reuelaret ego:&.i.ſimul: ſperatẽ id.i. te ita factuꝝ:fretus.i. confiſus & adiutus prudentia tua:& literæ tuæ gratiſſimæ mihi fecerunt:vt confiderẽ.ſ.te id factuꝝ.¶ Et ego rogo te valde, vt facias q̃ ſæpiſſimæ.i.frequentiſſimæ:id, vt poſſim ſcire:&.i.ſimul:q̃d agas, & quid agatur.ſ.ab aliis:& ẽt quid ſis acturus.

HVBER. ¶ ET si. nunc damnat ocium vrbis. ¶ Digredi. discedere eo tempore cum discedebas. ¶ Impendentibus: imminentibus: vt arbitrabar. iis qui remanserunt in vrb. ¶ Contra. aliter atq; arbitratus sum. ¶ Istic. declarat quare vtrũq; cõtra accidenit, ¶ Istic. prouincia tua, qa Sextius qui Libyæ, quæ noua dicitur profectus erat. Cornificium ex veteri Libya expellere conabatur, vt scribit Appianus lib. iiii. apud quem vide plura de his bellis. ¶ Ne ipsum. quidem Cæsarem authorem huius pacis, ¶ Obdurui. assuefactus sum, &, vt ita dicam, callum feci. ¶ T. Plancum, hunc intelligimus histrionem egisse. ¶ Laberii & Publii. hi minographi fuerũt, vt alio loco diximus de Laberio: fuit autem eques Romanus. ¶ Tam deesse mihi. tam desyderari a me. ¶ Docte. sine scurrilitate: ingenuis scommatibus. ¶ Is. qui cum rideam.

Digredi

Obdurui

ASCEN. ¶ ET si: id est quanquam patiebar animo periniquo te digredi a me: tamen ego consolabar eo tempore me quod arbitrabar te ire & in summum ocium, & discedere magnis negociis impendentibus: idest imminentibus. ¶ Vtrũq; accidit contra: scilicet opinionem meam. ¶ Bellum enim est exortum illic scilicet vbi tu es, & pax est consecuta hic, sed tamen pax huiusmodi in qua si adesses, multa non delectarent te. ¶ Tamen: id est sed ea, quæ ne quidem: id est non saltem, delectant Cæsarem ipsum: scilicet caput rei. Bellorum &c. probat assumptum dicens. ¶ Enim: id est quia: hi: id est huiusmodi sunt semper exitus bellorum ciuilium, vt non solum ea quæ victor velit fiant, sed etiam vt mos gerendus sit: id est vt obsequendum sit iis, quibus adiutoribus victoria sit parta. id est adquisita. ¶ Equidem: id est ego quidem: obdurui: idest in videndis rebus iustis sic animum obdurui, vt viderem iam animo æquissimo ludos Cæsaris nostri: id est quos Cæsar victor agendos curat, & vt viderem: scilicet agentem. ¶ Titum Plancum, s. histrionem: aut audirem Titum Plancum. i. poetam & poemata Laberii & Publii, qui sunt mimographi. ¶ Et scito nihil tam deesse mihi quam sup. aliquem, qui cum. i. cum quo, ego rideam hæc familiariter & docte. i. ex iudicio arguto. ¶ Tu eris is. s. qui cum ridebo, si veneris quamprimum. i. valde cito, quod vt facias ego arbitror interesse. i. in re esse. non solum mea sed etiam tua. Vale.

Etsi periniquo patiebar animo te a me digredi: tamen eo ipse me cõsolabar, quod & in summũ ocium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negociis discederes. Vtrũq; cõtra accidit. Istic enim bellum est exortũ: hic pax cõsecuta, sed huiusmodi pax, in qua, si adesses, multa te nõ delectarent, ea tamen, quæ ne ipsum Cæsarẽ quidem delectent. BELLORVM enim ciuilium ii semper exitus sunt, vt non ea solum fiant, quæ velit victor, sed etiam, vt iis mos gerendus sit, quibus adiutoribus parta sit victoria. Egdem sic iam obdurui, vt ludis Cæsaris nostri æquissimo animo viderẽ T. Plancum, audirẽ Laberii, & Publii poemata. Nihil mihi tam deesse scito, quam qui cum hæc familiariter, docteq; rideã. Is tu eris, si quam primum veneris. quod vt facias nõ mea solum, sed etiam tua interesse arbitror. Vale.

HVBE. LIbentissime. Cum Cæsar præfecisset Cornificium Syriæ, in ea quæ timeretur aut certe iam esset bellum, optat Cicero eam rem illi feliciter euenire: postea vero cõtra bellum parthicum monet quomodo agere debeat: ostẽditq; se cupidum esse scire, quid egerit. ¶ Volo. cupio. ¶ Quod vt tibi bene & feliciter eueniat. ¶ Fretus. confisus. ¶ De suspicione belli parthici. scripserat enim se suspicari Parthos moturos esse bellum. ¶ Cum. idem & cæ. ¶ Illa gen. Parthorum. ¶ Dum donec. ¶ Pares. æquales Parthis. ¶ Vti consilio. M. Bibuli. id est tacere, sicut fecit Bib. ¶ Oppido munitissimo. Antiochia, cum præfuisset Syriæ: vt visum est lib. ii. ¶ In prouincia. in Syria, expulit autem eos Cassius, vt visum est. ¶ Ex re. vt videbitis rem indigere consilio. ¶ Constitues. consilium capies. ¶ Vsq;. semper assidue. ¶ Idem facias: vt des ad me literas omnibus, quibus dare poteris.

Cõstitues

Vsq;

M. T. Cicero Cornificio S.

16

LIbentissime legi tuas literas: in quibus iucundissimũ mihi fuit, quod cognoui meas tibi redditas esse. Non enim dubitabã, quin eas libenter lecturus esses: verebar, ne redderentur. Bellum, quod est in Syria, Syriãq; prouinciam tibi tributam esse a Cæsare, ex tuis literis cognoui. eãdem rem tibi volo bene, & feliciter euenirẽ. quod ita fore cõfido fretus, & industria, & prudẽtia tua. Sed de Parthici belli suspicione quod scribis, sane me cõmouit. Quãtum copiarum haberes, cũ ipse cõiectura consequi poterã, tum ex tuis literis cognoui. Itaq; opto ne se illa gens moueat hoc tempore, dũ ad te legiones eæ perducantur, quas audio duci. Quod si pares copias ad confligendum non habebis, non te fugiet vti consilio M. Bibuli, qui se oppido munitissimo, & copiosissimo tandiu tenuit, quãdiu in prouincia Parthi fuerũt. Sed hæc melius ex re, & ex tempore constitues. Mihi quidem vsq; curæ erit, quid agas, dum, quid egeris, sciero. Literas ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. A te, vt idem facias, peto: in primisq;, vt ita ad tuos scribas, vt me tuum sentiant esse. Vale.

ASCEN. LIbentissime legi tuas literas &c. Cum Cæsar præfecisset Cornificium Syriæ & in ea bellum timeretur aut iam esset, optat Cicero eam rem illi feliciter euenire: postea vero contra bellum Parthicum monet quomodo agere debeat. ostenditq; se cupere scire quid ille hactenus egerit. Ordo est. Ego legi libentissime literas tuas: in quibus fuit mihi iucundissimum, quod cognoui meas: scilicet literas esse redditas tibi. ¶ Non enim dubitabam quin esses lecturus eas libenter; verebar: id est formidabam ne redderentur: scilicet ibi. ¶ Ego cognoui ex literis tuis. Bellum quod est Syria & Syriam prouinciam esse tributam tibi a Cæsare. ¶ Ego volo: id est opto eandem rem scilicet belli & prouinciæ administrationem euenire tibi bene & feliciter. ¶ Quod confido fore: id est futurum ita: fretus, id est confisus & industria & prudentia tua. ¶ Sed quod scribis de suspicione belli Parthici: scilicet quod instare scribis, commouit me sane: id est multum, quia supple cum scilicet ita sit, quod ipse: id est ego per me ipsum: poteram consequi: id est cognoscere. coniectura: id est per coniecturam. tum: id est multo apertius cognoui ex literis tuis. ¶ Itaq; opto ne: id est vt non: illa gens scilicet parthica, non moueat se hoc tempore. dum: id est donec eæ legiones, quas audio duci id est adduci. id est deligi perducantur ad te. ¶ Quod si non habebis copias pares: id est satis magnas ad confligendum non fugiet te: id est memineris, vti consilio M. Bibuli: qui retinuit se oppido munitissimo, & copiosissimo tandiu quandiu Parthi fuerunt in prouincia. ¶ Sed constitues hoc: id est quid de hoc sit faciendum melius ex re: id est ex dispositione negocii, & ex tempore, id est qualitate temporis. ¶ Quid: id est certe, quid agas erit mihi curæ vsq;: scilicet illud tempus dum sciero quicquid egeris. Nũquam habui cui darem literas ad te, quia dederim. ¶ Peto a te vt facias idem: id est simile. ¶ Et sup. peto in primis vt scribas ad tuos ita, vt faciant me esse tuum. Vale.

¶ Gratæ

HVBER. GRatæ. Cũ pficisceref Cornificius p Campaniã noluit diuertere in Sinuessanũ villam Ci. quare Ci. iocãs dicit villam suam paruã nõ passurã hanc iniuriã, nisi recompensauerit oĩa in Cumano & Pompeiano. Postremo rogat Cornificium: vt se lrĩs lacessat, se.n. facilius posse rñdere q̃ puocare pp occupationes, sed si fuerit ignauus in scribẽdo, se vltro eum puocaturũ, ne & ipse iners fiat. ¶ Diuersoriolũ: hospitiolum. ¶ Sinuessanũ: est aũt Sinuessa ciuitas mediterranea Cãpaniæ, vino satis abũdãs: qđ Sinuessanũ dr. ¶ Villa pu. s. Sinuessanũ. ¶ Cumano & Pomp. villis meis de Cumano alio loco diximus plenius. ¶ παντα περι παντων. i. oĩa de oibus, est autẽ puerbialiter dictum. i. nisi de oibus & singulis: in quibus defecisti in Sinuessano satisfacias in Cumano & Pompeiano, quo velim diuertas. ¶ Lacesses: prouocabis ad scribendũ. ¶ Vt es. s. cessator, vel piger. ¶ Inertiam. s. mihi. ¶ Plura. scribam. ¶ Exaraui: scripsi: sed scribere est ẽt ex ingenio facere: exarare vero tm̃ figuras literarũ facere quasi ergo hæc non sit epistola: dixit exaraui, & non scripsi.

Diuersoriolum — Sinuessanum — Lacessere — Scribere — Exarare

M. Cicero Cornificio Collegæ S. 19

GRatæ mihi tuæ literæ, nisi q̃ Sinuessanum diuersoriolum cõtempsisti. Quam qdem contumeliam villa pusilla iniquo animo feret, nisi in Cumano, & Põpeiano reddideris παντα περι παντων. Sic igitur facies, meq; amabis, & scripto aliquo lacesses. Ego enim respondere facilius possum, q̃ prouocare. Quod si, vt est, cessabis: lacessam, ne tua ignauia etiam inertiã afferat. Plura ociosus, hæc, cum essem in senatu, exaraui. Vale.

ASCEN. GRatæ &c. Iocat̃ q̃ in villam suã non diuerterit, & ad scribendum inuitat dicens. Literæ tuæ fuerunt gratæ mihi nisi q̃ contempsisti diuersoriolũ Sinuessanum. i. quod habeo Sinuessæ. ¶ Quam quidem contumeliam villa .i. domus mea iustitiæ pusilla. i. exigua feret iniquo animo, alludit ad pauperes qui se contemni ægre ferunt, ni i. reddideris. i. sis redditurus in Cumano & Pompeiano, sup. diuersoriis meis. παντα. i. omnia. περι. i. de παντων. i. omnibus. Tu igitur facies sic, & amabis me, & lacesses. i. prouocabis aliquo scripto. Ego enim possum facilius respondere quam prouocare. ¶ Quod si cessabis vt es. s. tardus ad scribẽdũ, ego lacessam. i. puocabo ne ignauia tua afferat etiam sup. mihi inertiam. ¶ Plura sup. scribam ociosus, ego exaraui. i. scripsi hæc cum essem in senatu. Vale.

M. Cicero Cornificio. S. D. 20

CAius Anitius familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negociorũ suorũ causa legatus est in Africam legatione libera. eũ velim rebus oibus adiuues, operamq; des, vt q̃ commodissime sua negocia cõficiat. In primisq;, quod ei charissimũ est, dignitatem eius tibi cõmendo. Idq; a te peto, quod ipse in puincia facere sum solitus nõ rogatus, vt omnibus senatoribus lictores darem: quod idem acceperã, & cognouerã a summis viris factitatum. Hoc igitur mi Cornifici facies: cæterisq; rebus oĩbus eius dignitati, reiq;, si me amas, consules. id erit mihi gratissimum. Da operam, vt valeas.

HVBER. CAius Anitius. Commendat Ci. hac epistola Cornificio pfecto Africę. C. Anitiũ familiarẽ suum proficiscẽtem legatum in eam prouinciam pp negocia quædam sua. Rogat autem Corni. vt eũ oibus rebus adiuuet vt possit negocia sua commodissime conficere, deinde commẽdat etiam eius dignitatem rogans vt ei lictores det, q̃ se sua spõte facere consuetum esse dicit: cum præfuisset Ciliciæ: quia intellexerat summos viros id fecisse. ¶ Omnibus rebus: virtutibus: doctrina, ingenio, nobilitate, & cæteris similibus. ¶ Libera, larga, quia non est præscriptum tantum vnum negociũ agendum, sed quicquid necesse fuerit in prouinciam. ¶ Non rogatus, sponte mea. ¶ Acceperam, intellexeram. ¶ Factitatum hoc, vt des ei lictores, de qua dictione alio loco plene dictum est.

ASCEN. CAius. cõmendat Cornificio præfecto Africæ. C. Anitium familiarem suũ dicens. C. Anitius familiaris meus vir ornatus omnibus rebus, legatus est in Africam legione libera, quia causa negociorum suorum non publicorum. Velim adiuues eum rebus omnibus, & des operam vt conficiat. id est perficiat negocia sua, q̃ commodissime, & in primis commendo tibi dignitatem eius, quod scilicet eam esse commendatam est ei charissimum. Et peto a te, id quod ipse: id est ego solitus sum facere in prouincia non rogatus, vt darem. id est solitus sum dare lictores. id est ministros publicos omnibus senatoribus: id est senatorii ordinis viris quod est quia acceperam idem. s. beneficium: scilicet ab aliis & cognoueram id factitatum: id est frequenter factum, a summis viris. ¶ Tu igitur o mi Cornifici facies hoc, q̃ consules: id est prouidebis & proderis, cæteris rebus eius omnibus, & dignitati & rei eius si amas me, id erit gratissimum mihi. Da operam vt valeas.

M. T. C. S. P. D. Cornificio. 21

NOs hic cum homine gladiatore omniũ nequissimo collega nostro Antonio bellum gerimus, sed non pari conditione, contra arma verbis. At etiam de te concionatur: nec impune: nam sentiet, quos lacesserit. Ego autem acta ad te omnia arbitror perscribi ab aliis. A me futura debes cognoscere, quorũ quidẽ non est difficilis

HVB. NOs hic. Occiso Cæ. scribit Cic. se habere magnum negocium & bellũ cum C. Antonio. M. Ant. fratre, sed se agere verbis, illum armis, dicit etiam eum oblocutum esse, de Cornificio, deinde ostendit omnia oppressa eẽ deesseq; decemuiris bonis & patriæ defensoribus. Brutos enim & Cassium & cæteros interfectores Cæ. abesse a patria, se autem defensurum remp. quantum in se erit. Deinde dicit quid decretum sit a senatu de prouinciis: in quas quidem volebat nouos successores mitti, quod dicit Cic. non placuisse senatui te ita sentiente, ne prouinciæ traderentur, nisi iis, qui ex senatusconsulto missi essent ad succedendum. Superiores oẽs eplæ ad Cornificium vñr scriptæ fuisse ante mortem Cæs. sequentes vero post eius mortem. ¶ Collega nro. nõ in auguratu, vt qdã falso putãt, sed collega quõdã. s. in cõsulatu meo oppressi. ¶ Catilinã, tunc. n. C. Anto. collega fuit Cice. ¶ Verbis. s. gerimus bellum. ¶ Contra arma, quia ille telis mihi minatur, & sic est declarationis imparis cõditionis. ¶ Concionatus est. orationem habuit. ¶ De te, tibi detrahendo. ¶ Quos: quales viros. ¶ Quorum, futurorum.

ASCEN. NOs &c. Scribit se post cędem Cęs. hr̃e magnũ bellũ cũ Ant. sed se agere verbis, illũ armis. Queritur q; rẽp. desolatã cũ Bruti & Cass. absint. Deinde scribit de decreto senatus, vñ hæc epla scripta paulo post necẽ Cæsaris, superiores ante eã. Ordo est. Nos gerimus hic bellũ cũ Ant. collega nro. i. cõsenatore, hoie gladiatore. i. vili & gladiatorio aio arma tractãti, vtpote nequissimo oium. Sunt q putent Cice. de collega consulatus sui loq quod minime placet. Sed gerimus bellũ cõdõne non pari. i. impari vtpote verbis contra arma. ¶ At. i. Ant. concionatur. i. verba ad ppl̃m facit. cõtra te, nec impune. i. nõ sine punitione futura, nã sentiet quos, lacesserit. h. d. vt Cornificiũ ad vltionem stimulet. Ego aũt arbitror oia acta pscribi ad te ab aliis. Tu debes cognoscere a me futura, quorũ qdẽ. s. futurorũ cõiectura nõ ẽ difficilis.

HVBER. Cõiectu/ra Tyranno ctoni

CONiectura:iudicium ex quibusdam signis. Boni:defensoris patriæ & libertatis. τυραννοκτονοι. interfectores tyranni tyrannicidæ.s.Brutus & Cassius. Longe gentium, pro longe, nam gentium additio est, sic nusquam locorum & nusquam gentium. Cõualescit, qa solitus est esse timidus & perseuerat. Maiorũ:q ob aĩ magnitudinẽ seruitutẽ ferre non potuerunt. A quo mea culpa abſit.s.in quo non sit culpa mea. Retinendis:in futurum. Retinendæ tuæ di. vt non cogeris discedere, & ex magistratu fieri priuatus. Quicquam iu.aliquid potestatis. Vere:syncere, sine simulatione. In Sempro.cui vt traderes prouinciã ad te scripseram. Illud:quo traderet Sempronio. Magna res est:qa nescimus cui sit hnda fides. Festinarent : accellerarẽt venire.

Chęrippo:ad quem pp festinationem tuorum scribere nõ potui.is erat amicus Ci.in Africa cum Cornificio.

ASCEN. OMNIA sunt oppressa nec boni hñt ducem, & τυραννοκτονοι.i.tyrannicidæ nostri, absunt longe gentium.s.in longinquis regionibus, Pansa & sentit bene & loquitur fortiter. Hircius noster ꝯualescit.s.ex ægritudine tardiꝰ. Quid futurum sit plane nescio. Atq dixerat se futura dicturũ:sed ea duntaxat, quorum non difficilis esset ꝯiectura. Est tamẽ vna spes.P.R.futurum aliquando.i.tandem similem maiorum.i.suorum.i.libertatis vindicem. Ego certe non deero reip.& feram.i.patiar animo forti quicquid acciderit a quo culpa mea absit. Profecto sup.faciam illud quoad potero, hoc est tuebor famã tuã & dignitatẽ. Senatus frequens est assensus mihi ad.xiiii.Cal.Ian.cum.s.ita sit ꝙ est assensus de cæteris rebus magnis & necessariis, tum.i.multo euidẽtius est assensus de prouinciis retinendis ab iis qui obtinerent .s.eas, neq; tradendis cuiquam nisi qui successisset ex senatuscon. Ego censui.i.dicẽdo sniam cui senatus assensus est iudicaui, hæc cum causa reip.tum mehercule in primis causa dignitatis tuæ retinendæ. Quamobrem ego rogo te causa reip.vt ne patiare cui.i.alicui, quicquam iuris in ꝓuincia tua. Atq; & vt referas oĩa ad dignitatem non ad vtilitatem, qua.i.dignitate, nihil põt esse ꝓstantius. Ego agã tecũ vere.i.ex aĩo & aperte vt necessitudo nostra postulat. Si obtemperasses, literis mei in Sempronio.i.in eo, mandaui de Sempronio, tu adeptus esses ab omnibus maximã laudem. Sed illud & præterit & leuius.i.modici momẽti est: hæc res est magna fac vt retineas prouinciam in potestate reip. Ego scripsissem plura nisi tui festinarent. Itaq; velim excuses me Chærippo nostro.s.ꝙ nihil ad eũ scribo. Vale.

coniectura. Oppressa oĩa sunt nec habent ducẽ bõi nostriq; τυραννοκτονοι lõge gentiũ absunt. Pãsa & sentit bene, & loquiť fortiter. Hircius noster tardius conualescit. Quid futurum sit, plane nescio. Spes tamen vna est, aliquando P.R. maiorum similem fore. Ego certe R.P. nõ deero:& quicquid acciderit, a quo mea culpa absit, animo fortiferam. Illud profecto, quoad potero:tuam famam & dignitatem tuebor. Ad XIII. Cal. Ian. senatus frequens mihi est assensus cum de cæteris rebus magnis, & necessariis, tum de ꝓuinciis ab iis, qui obtinerent, retinendis, neq; cuiquam tradẽdis, nisi qui ex S.C. successisset. Hoc ego cum R.P. cã censui, tum mehercule in primis retinendæ dignitatis tuæ. Quamobrem te amoris nostri causa rogo, R.P. causa hortor, vt ne cuiquam iuris in tua prouincia esse patiare:atq; vt omnia referas ad dignitatem, qua nihil potest esse præstantius. Vere tecum agam, vt necessitudo nostra postulat. in Sempronio, si meis literis obtemperasses, maximam ab omnibus laudem adeptus esses. sed illud & præterit, & leuius est. Hæc magna res est. Fac vt prouinciam retineas in potestate R.P. Plura scripsissem, nisi tui festinarẽt. Itaq; Cherippo nostro me velim excuses. Vale.

M.T.C. Cornificio. S.D. 22

OMnem conditionem imperii tui, statumq; prouinciæ mihi demonstrauit Tratorius. O multa ĩtolerabilia locis oĩbus. Sed quo tua maior dignitas, eo, q̃ tibi acciderũt, minus ferenda. Neq; enim, quæ tu pp magnitudinem & animi, & ingenii moderate fers, a te nõ vlciscẽda sunt, etiam si non sint dolenda, sed hæc posterius. Rerũ vrbanarum acta tibi mitti certo scio. ꝙ ni ita putarẽ, ipse perscriberem, in primisque Cæsaris Octauiani conatum: de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, vt in pecuniam adolescentis impetum faceret. Prudentes autem, & boni viri & credunt factum, & probant. Quid quæris?

HVBER. OMnem.scribit Ci.se intellexisse ex Tratorio quodam oẽm ꝯdõnem prouinciæ Cornificii, in qua intellexerat eum oppressum esse multa digna, quæ licet non videantur valde dolenda, dicit tamen ei esse vlciscen[illegible], deinde licet sciat Cic.acta rerum vrbanarum mitti ad Cornificiũ:perscribit tñ multa, quæ fiebant, & ab Ant.& ab Octa. de quo dicit magnã esse ip[illegible]ug.aut magno [illegible] odio oĩbus quem dicit tentasse solicitare pecunia legiones quatuor, q̃ ex Macedonia veniebant:vt eas hẽet ad oppressionẽ suę ciuitatis.hæc aũt mala dicit se ita ferre, vt valde sit obligatus philosophię:quę eũ ab oĩ solicitudine abducit & armat cõtra impetus fortunæ.cõmendat postremo diligẽtiã & prudẽtiã Tratorii in rebus Cornificii. O exclamãtis est. Sed quo.dicit ꝙ licet multis locis multa sint tolerabilia, tñ q̃to maior sit dignitas Cornificii:eo minus ei ferẽda esse q̃ acciderũt. Intelligimus aũt aliq̃s molestias sibi factas in ꝓuicia, quas Ci.Cornificio vlciscendas esse dicit. Propter ma.ani.qa quãto q̃sq; est maioris aĩ:tãto moderatius fert iniurias & facilis remittit:vt & Arist.& Ci.scribunt, & Ouid.in li.quem de tristibus appellat. Quo,quisq; est maior, magis est placabilis iræ. Et faciles motus mens generosa capit:ordo est:neq; enim a te vlciscenda sunt:quæ tu propter magnitudinem animi, & ingenii moderate fers. Posterius.scilicet scribemus.

ASCEN. OMnem &c.Dicit ex Tratoria se oĩa intellexisse, quæ intolerabilia quidem sunt, sed quæ speret ab eo vlciscenda. Ordo aũt est. Tratorius tuus.s.amicus demonstrauit mihi oẽm ꝯdõnem imperii tui & statum ꝓuinciæ.s.tuæ. O exclamandi particula, multa intolerabilia oĩbus locis &c. Cætera patent. Sed hoc posterius, sup.scribam &c.

HVB. COnatum.i. M.Ant. In pe.ado. vt vsurparet pecuniam Octauiani, quã cũ Anto.vellet habere dicebat se eam dedisse Dolabellæ ꝑfecto Syriæ & legatis P.R. Credũt factum.s.ꝙ voluerit opprimere Anto.

ASCEN. REerum &c. Hanc epistolam quædam exemplaria habent superiori annexam. In qua scribit acta rerum vrbanarum licet ea putet ad Cornificium mitti. scribit autem præcipue de Antonio & Cæsare Octauiano. Ordo est. Ego scio certo.id est vt certum, acta rerum vrbanarum mitti tibi:quod ni.i.nisi putarem Mire subiĩgit putarem cum se certo scire præmiserit:ipse.i.egomet scriberem sup.ea & in primis sup.scriberem conatum Cæsaris Octauiani.i.Octauii filium, de quo vr multitudini crimen fictum ab Antonio, vt faceret impetum in pecuniam adolescentis.i.derelictã ei testamento a Cæsare:vnde Antonius magnam vim sustulit. Autem.i.sed viri prudentes & boni, & credunt factum scilicet a Cæsare ex animo, & probant.s.commendant. Quid quæris.s.vt multa scribam.

In eo

HVBER. ¶ In eo. Octauiano. ſ Noster familiaris: puto ironice dictum qa esset ab eis alienissimus. ſ Interfectores, qui credebãtur mili ab Octa. ſ Ad VII. Cal. hanc rem vide plenissime apud Appia. ſ In cer. no. quasi iugum quoddã imponere ne posſemus ei resistere. ſ Nullam par. reip. sanæ & saluæ. i. incolumis nõ diminutæ. ſ Id. s. sperare. ſ Abducit. attrahit de laudibus philosophiæ & in officiis suis, & in tusculanis quæstionibus & supra in multis epistolis multa dicit. ſ Quicquam: a quo culpa absit. i. in quo non sit culpa nostra. ſ Probassem: bonum iudicassem.

magna spes est in eo. nihil est, quod non existimetur laudis, & gloriæ cã facturus. Antonius autem noster familiaris, tanto se odio esse intelligit, vt cum interfectores suos domi cõprehenderit, rem pferre non audeat. ad VII. Id. Oct. Brũdusium uenerat, profectus obuiam legionibus Macedonicis quatuor. quas sibi cõciliare pecunia cogitabat, easq; ad vrbem adducere, & in ceruicibus nostris collocare. Habes foemam R. P. si in castris potest esse R. P. In qua tuam vicem sæpe doleo, q nullam partem per ætatem sanæ & saluę R. P. gustare potuisti. Atq; antehac quidem sperare saltem licebat, nunc etiam illud ereptum est. Quæ enim spes est: cum in concione dicere ausus sit Antonius, Canutium apud eos locum sibi quęrere, quibus se saluo locus in ciuitate esse nõ posset. Equidẽ & hęc, & omnia, quę homini accidere possunt, sic fero, vt philosophiæ magnam habeam gratiã, quæ me nõ modo a solicitudine abducit, sed etiam cõtra omneis fortunæ impetus armat. tibiq; idem censeo faciundũ, nec a quo culpa absit, quicquam in malis numerandum. Sed hæc tu melius. Tratorium nostrum cum semper probassem, tum maxime in tuis rebus summam eius fidem diligentiam, prudẽtiamq; cognoui. Da operã vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

M. T. C. S. P. D. Cornificio. 23

EGo nullum locum pretermitto (nec enim debeo) non modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem. Sed mea studia erga te, & officia malo tibi ex tuorũ literis, q̃ ex meis, esse nota. Te tamen hortor, vt omni cura in R. P. incũbas. Hoc est animi, hoc ingenii tui: hoc eius spei, quã haberes debes amplificandæ dignitatis tuæ. Sed hac de re alias ad te pluribus. cum enim hæc scribebam, in expectatione erant oia. nondum legati redierant, quos senatus non ad pacem deprecandã, sed ad bellum denuntiandum miserat, nisi legatorum nuntio paruisset. Ego tamẽ, vt primum occasio data est, meo pristino more R. P. defendi: me principẽ Senatui populoq; Romano professus sum: nec postea, q̃ suscepi causam libertatis, minimum tempus amisi tuendæ salutis, libertatisq; cõmunis. Sed hæc quoque te ex aliis malo. T. Pinarium familiarissimum meum, tanto tibi studio commendo, vt maiore nõ possim: cui cum propter omneis virtutes, tum etiam propter studia communia sum amicissimus. Is procurat rationes, negociaq; Dionysii nostri, quẽ & tu multum amas, & ego omnium plurimum. Ea tibi ego non debeo cõmẽdare, sed cõmendo tamẽ. Facias igitur, vt ex Pinarii gratissimi hominis literis tuũ & erga illum, & erga Dionysium studium perspiciamus. Vale.

ASCEN ¶ MAGNA spes est in eo. s. Cæsare, nihil est, quod nõ existimetur esse facturus causa laudis & gloriæ. Ant. aũt noster familiaris: ironia est: intelligit se esse tanto odio, vt cũ deprehenderit interfectores suos. i. ad se interficiẽdũ a Cæs. missos dom. s. suæ nõ audeat pferre. i. diuulgare rẽ. Anto. sup. Venerat ad VII. Idus Octobris. Brundusiũ pfectus. i. egressus obuiã: quatuor legionib9 Macedonicis: quas cogitabat conciliare sibi pecunia, & adducere eas in vrbẽ. i. Romã, & locare in ceruibus nris, vt nobis sint grauamini. Habes. i. intelligis formã reip. si resp. põt esse in castris. In qua. s. re, ego doleo sæpe vicem. i. sortem tuam, q nullã. i. nõ vllã non potuisti per ætatẽ, qa cũ respub. vigeret nimis iuuenis eras, & postquã vir eẽ cœpisti: resp. oppressa fuit, gustare vllã ptem reip. sanæ & saluæ. ſ Atq; licebat quidẽ antehac. i. ante hoc tps: saltẽ. i. ad minimũ: sperare. i. gustare aliqñ partem reip. saluæ & sanæ: nũc ẽt illud. s. sperare talia, est ereptũ. ſ Quæ enim spes est, cum Antonius ausus sit dicere in cõcione. i. sermone ad populũ cõuocatũ Canutiũ q̃rere sibi locum apud eos. s. perditos hoies: qbus te saluo. i. donec fueris saluus, locus non posset esse in ciuitate. ſ Eqdem. i. ego qdem fero & hæc, & oia, quę possunt accidere hoi sic, vt habeã magnam grãm philosophiæ: q̃ nõ mõ. i. nõ solũ abducit me a solicitudine: sed etiã armat me contra oẽs impetus fortunæ, & ego censeo idem faciẽdum tibi: nec numerãdũ quicq̃ in malis. i. quæ vera censenda sunt mala: a quo culpa absit. Id autẽ ex Stoicorum dicit dogmate. ſ Sed tu melius sup. nosti aut dices hæc. ſ Cum. s. ita sit q probassem. i. adprobassem semper Tratorium nostrum. s. coem amicum, tũ cognoui maxime summã fidem, diligentiam & prudẽtiam eius in rebus tuis. Da operam vt valeas. Nihil potes facere mihi gratius, hoc id est quã hoc. s. vt valeas. id autẽ amanter dictũ est. quo addito frustra, immo inepte adderetur. Vale. nam eius loco ponitur: habet q; quandam vim accusationem.

HVB. EGo. scripta est hæc epistola quo tpe Anton. obsiderat Decium Mutinæ. Primũ igitur scribit Cice. se assidue curare & laudes & ornamẽta Cornificii: sed malle quę pro eo agit, ab aliis ad eum referri, q̃ a se scribi. Deinde hortatur eum vt incumbat in remp. Postea vero ostendit nihil esse certi Romæ: quia nondum redierant legati, qui ad Anto. iuerant denunciaturi, vt desisteret ab obsidione, se autẽ dicit diligentissime suscepisse curam tuendæ libertatis. Postremo commendat ei. T. Pinarium quendam procuratorẽ cuiusdam Dionysii, vt amborum causa & Pinarium & negocia omnia, q̃ procurat cõmendata habeat. ſ Animi. s. magni: qui maxime probatur ex defensione reip. ſ Spei: amplificandæ dignitatis: qa nihil magis affert dignitatẽ q̃ protectio reip. ſ Nũcio, mandato. ſ Paruisset, Anto. vt desisteret ab obsidione. ſ Occasio: opportunitas. ſ More meo. vt semper cõsueui. ſ Professus sum: palã obtuli & exposui. ſ Minimum: pusillũ. ſ Propter studia cõia: qa lris & Philosophiæ dat operã: sicut ego. ſ Procurat. gerit. inde pcurator ppie negociorum gestor: quem vulgus factorem appellat. ſ Ea. negocia. ſ Non debeo: quia debent tibi esse cõmendata spõte tua. ſ Illum. Pinarium. ſ Studium: fauorem.

Procurare Procurator

ASCEN. EGo &c. Scripta est hæc epistola quo tpe M. Anto. obsidebat Mutinæ. D. Brutũ, in qua dicit se tueri dignitatem Cornificii: Hortat vt in tempu. incumbat, dicit nihil certi esse Romæ, cum legati ad Antonium missi vt desisteret, nondum redierint, ac demum commendat ei T. Pinarium. Ordo est. Ego nullum id est non vllum, non prætermitto vllum locum: nec enim debeo, non modo laudandi tui, sed ne quidem quod magis liceret: ornandi tui. ſ Sed ego malo mea studia & officia ergo te eẽ nota tibi ex literis tuorum. s. amicorum & familiarium quã ex meis. ſ Tñ ego hortor te: vt incumbas. i. propensus sis oi cura: in rẽp. s. iuuãdã. ſ Hoc. i. incumbere in rẽp, est. s. offm ai tui: hoc est ingenii tui hoc est eius spei, i. ptinet ad eã spẽ dignitatis tuæ amplificã

daꝛ quã debes hre. Sed ſup. ſcribemus aut loq̃mur al's.i.alio tpe, pluribus.ſ.verbis de hac re ad te.n.i.q̃a oia erant in ex pectatiõe, & ita nihil certi neq; pacti, cũ ego ſcribebã hec. Legati.ſ.ad Ant.miſſi nõdũ redierãt, quos ſenatus miſerat, nõ ad pacẽ deprecandã.i.pcibus impetrãdam, ſed ad bellũ denũciandũ.i.indicendũ: niſi.ſ. Antonius pãruiſſet nũcio.i. mãdato: legatoꝝ. Ego tñ vt primũ occaſio data eſt.ſ.libere loquẽdi: defendi rẽp. more meo pſtino.i.in priore ſtatu ſolue to, & pfeſſus ſum me, principẽ ſenatus P.R. neq; amiſi poſtea q̃ ſuſcepi cãm libertatis.ſ.tuẽdæ. Sed ego malo te cogno ſcere: quoq;.i.ẽt hæc ex alis. Ego cõmẽdo tibi Titũ Pinariũ familiariſſimũ meũ tãto ſtudio.i.voluntate: vt nõ poſſim .ſ.eũ cõmendare, maiore.ſ.ſtudio. Cui ego ſum amiciſſimus cũ.ſ.ita ſit q̃ pp oẽs artes, tum ẽt pp ſtudia cõia.ſ.in remp. Is.ſ.Pinarius pcurat.i.quod dicũt ſolicitat, rõnes & negocia Diony.ii noſtri.ſ.cõis amici: quẽ &.i.ſimul tu amas multũ & ego amo pluimũ.i.abũdantiſſime oium. Ego nõ debeo cõmendare tibi ea.i.eiuſmodi.q̃ mihi tantopere ſunt cordi, ſed tñ cõmẽdo. Tu igit facies vt pſpiciamus.i.euidẽter cognoſcamus ex lrĩs Pinarii hoĩs gratiſſimi ſtudiũ.i.fauorẽ dĩ ligentem tuũ, &.i.ſimul erga illũ.ſ.Pinariũ tanq̃ ſolicitatorẽ & procuratorẽ, q̃ ſi rem amici bene pcurauerit emolumen tum ab eo ꝯſequeretur, &.i.ſimul erga Dionyſium.ſ.communem amicum: cuius rationes & negocia ille agit. Vale.

HVBER. Liberalibus. Docet Ci.quã diligẽter egerit cãm Corni ficii, & ut multum Cornificii lrę approbatæ ſint: q̃s Panſa recitauerat. Deinde idẽ dicit rẽ decretũ, de pro uinciis retinendis, quod et dixit, ſupra in alia epla, poſtea vero admittit ex u'atione, quã ille de Sempronio fecerat, & oñdit ſe non deſuturũ reip. quæcunq; fortuna futura ſit, nec ſe defatigatũ iri. Poſtremo cõmẽdat ei quoſdam amicos ſuos: q̃ habuerant hæreditatẽ in Africa, q̃ ei impediebãt a quodam Erote Turii teſtatoris liberto. ¶ Liberalibus. die feſto Liberi patris. ſunt qui putãt principiũ huius eplę eſſe, Literas accepi. Liberalibus aũt finem pcedentis: quod ego non probo, ſed puto Liberalibus eſſe principiũ huius eplę. ¶ Altero vigeſimo.i.quadrageſimo. ¶ Cornificius. filius tu'. ¶ Quinquatribus: die feſto Mineruæ, de hac dictione plura diximus alio loco. ¶ Nõ iuſ.m.nõ repugnante natura.i.ma gna gratia & ſapientia. ¶ Minerua nr̃a: nſm ingeniũ nr̃a cõ ſuetudo die. nõ p rep. ſed alluſit ad Miner. Phidiæ, q̃ in at ce poſita erat tanq̃ cuſtos vrbis, ita dicit ſuam Mineruã cu ſtodem eſſe vrbis. ¶ Turbo: impetus maloꝝ. ¶ Deiecerat: op preſſerat terruerat minis. ¶ Reſtituerat: rediter in priſtinum ſtatum. ¶ Panſa credo aliũ eſſe quã cõſulem, q̃m conſul iam pe rierat, vt infra hac epla. ¶ Sũmo gaudio.ſ.ſenatus. ¶ Offen ſione, moleſtia. diſplicentia. ¶ Minotauri, per contemptũ ap pellauit Anto. minotauꝝ a ſimilitudine feritatis: nã quod ſequit.i.clauis & tanti nõ puto eſſe textum Ci. alius codex hẽt Caluiſii & Tauri, q̃ puto eſſe oia ppria, ſed nõ probo. ¶ Clementior.ſ.fuit. q̃a non ſentiebat eos notãdos infamia. ¶ Cunctantibus: ceſſantibus. ¶ Mihi eẽ aſſenſus ſenatus, vt ſupra in epiſtola q̃ incipit. Nos hic cum hoie. ¶ Labefactare:

M.T.C. S.P.D. Cornificio.

Liberalibus lras accepi tuas, quas mihi Cor nificius altero uiceſimo die, vt dicebat red didit. Eo die nõ fuit ſenatus, neq; poſtero. Quinquatribus freq̃nti ſenatu cãm tuã egi nõ inuita Minerua. Et.n.eo ipſo die ſenatus decreuit, vt Minerua nr̃a, cuſtos vrbis, quã turbo deiecerat reſ ſtitueretẽ. Pãſa tuas lras recitauit. Magna ſenat' appro batio ꝯſecuta eſt cũ ſummo gaudio, & offenſione Mi notauri.i. Caluiſii & Tauri. Factũ de te S.C. honori ficũ. poſtulabat aũt, ut ẽt illi notarẽtur: ſed pãſa clemẽ tior. Ego mi Cornifici q̃io die primũ in ſpem libertã tis ingreſſus ſum, & cũctãtibus cæteris ad XIII. Cal. Ian. fundamenta R.P. ieci eo ipſo die prouidi multũ; atq; habui rõnẽ dignitatis tuæ. Mihi.n.eſt aſſenſus ſe natus de obtinendis puĩciis. Nec uero poſtea deſtiti labefactare eũ, q ſumma cũ tua iniuria, contumeliaq; R.P. prouinciã abſẽs obtinebat. Itaq; crebras, vel po tius quotidianas cõpellationes meas non tulit, ſeq; in vrbem recepit inuitus: neq; ſolum ſpe, ſed certa re iã, & poſſeſſione deturbatus eſt. Meo iuſtiſſimo, hõeſtiſſi moq; ꝯuitio te tuã dignitatẽ ſũma tua virtute tenuiſſe, puĩciæq; honorib' ãpliſſimis affectũ, vehementer gau deo. Q̃d te mihi d̃ Sept. purgas, accipio excuſationẽ:

Labefactare comouere, a pposito auertere. ¶ Eum non dicit q̃s fuerit, ſed intelligimus aliquẽ fuiſſe, q̃ noluiſſet ſuccedere Cornificio eo inuito, ſicut & Sempronius, de quo infra. ¶ Cõpellationes, ſermones reprehenſiones. ¶ Deturbatus. deiectus, vt pup/ pi deturbat ab alta. ¶ Conuitio: reprehẽſione, q̃d nõ diceret eũ ſibi appetere, q̃d erat tuũ. ¶ Tenuiſſe: conſeruaſſe. ¶ Purgas, excuſas, q̃ non tradideris ei puinciã, licet ex ſenatuſcõ. eã peteret, vt penultima epiſtola huius lib. videbimus,

Cõuitiũ

ASCEN. Liberalibus &c. Narrat vt diligenter egerit cãm Cornificii, & vt lrę eius cõmẽdatæ fuerint cũ eas Panſa recitaret. Deinde dicit decretũ eſſe prouinciis retinendis. Admittit excuſationẽ de Sẽpronio, pollicetur ſe reipubl. nõ defu turũ, ac demũ cõmẽdat amicos ſuos, q̃ hæreditatẽ habebant in Africa. Ordo eſt ego accepi lras tuas liberalibus.ſ. feſtis.i.die liberalium, quas Cornificius tuus.ſ.filius reddidit: vt dicebat altero vigeſimo die.i.quadrageſimo die poſtq̃ ſcriptæ erant. Senatus nõ fuit.ſ.habitus collectus eo die.ſ.liberaliũ, neq; poſtero.i.pximo ſequenti. ¶ Ego egi cãm tuã frequenti ſenatu.i.cũ multi addeſſent ſenatores, q̃nquatribus.i.feſtis Mineruæ: q̃ quinto quoq; anno celebrabant nõ inui ta Minerua.i.naturali ingenio aſtipulãte, alludit aũt ad quinquatria quaſi Minerua eo die pcipue fauerit. ¶ Et.n.ſena tus decreuit eo die, vt Minerua noſtra.i.facunda ſapientia cuſtos vrbis ſ: vt patuit in detectione ꝯiurationis catilinarię q̃m turbo.i.tumultus belli ciuilis deiecerat.i.de ſede ſua expulerat, vt turbo.i.vis ventoꝝ deiecerat prius Mineruam Phidiæ opus, q̃ in arce poſita fuerat tanq̃ cuſtos eiuſdẽ eã ergo alludit Panſa recitauit lras tuas. Magna approbatio ſe natus eſt ꝯſecuta cũ ſũmo gaudio, & cũ offenſione Minotauri.i.clauis & tauri: ſic ferre textus hñt nõ nullis dicẽtib' nõ eſſe verba Ci. ſed adſcititia. qd facile crederẽ ſi minotauꝝ in pprio ſignificatu accepiſſet. ſed q̃a metaphoticos nõ odo ſum vertẽ rẽ aptẽ Minotauri igit, videlicet Antonii.i. Clauis & Tauri.i.q̃ claue potẽtię rẽp. occludere vult: & cornu bus tauri.i.petulãtiæ ſuæ ipingere, ſicut Minotaurus labyrintho iclũſos opprimebat. Senatuſc. honorificũ factũ ſup.ẽ de te ẽt.i.ſed poſtulabat.ſ.a me aut ab iis, q̃ cãm tuã agebãt, vt ẽt ill'i.ſ.quos criminat'es notarent.ſ.infamia, ſed Pãſa, vt putat iunior nõ ꝯſul q̃ iã ceciderat i plio, ſup. fuit. Clemẽtior.i.nimis clemẽs, Ego o mi Cornifici quotidie ingreſſus ſum primũ i ſpẽ libertatis.ſ.publicę, & cęteris cũctãtib'.i.heſitãtib', & imorãtib' vt dubiis qd ageret ieci fundamẽta reip.i. icepi facere q̃ ptinebãt ad ſtatũ reip. ad.XIII. Cal. Ian. aut Iam ia.mẽſ. eo die puidi pſpexi multũ: atq; hũi rõnẽ dignita tis tuæ. Eni.i.q̃a, ſenatus ẽ aſſenſus mihi de puĩciis obtinẽdis. Nec vero deſtiti poſtea labefactare.i.debilitare & ab illi tuto amouere eũ.ſ.quẽ noſti q̃ abſẽs obtinebat puĩciã cũ ſũma iniuria tua, & ꝯtumelia reip. Itaq; ipſe nõ tulit.i.ñ potuit pferre ꝯpellatões.i.moleſtatões verbales aut icrepatões meas crebras v'l poti' quotidianas. & ipſe iuit' recepit ſe i vrbẽ. Neq; ſolũ deturbat'.i.eiect' ẽ ſpe, ſed ẽt certa te q̃ p.i. poſſeſſiõe.ſ.puĩcię quã iã tenebat. Ego gau. veh. te tenuiſſe con uitio.i.icrepatõe mea iuſtiſſimo & hõeſtiſſimo.ſ.mihi inferẽti, nã ei cui iculerã, dignitatẽ tuã, virtute tua.i.p virtutem tuã, & affcm eẽ ãpliſſimis honotib' puĩciæ. Q̃d.i.q̃a, tu purgas te mihi de Sept. accipio.i. approbo excuſationẽ.ſ.tuã

¶ Fuit

HVBE.

¶FVIT quoddã tp̃s græ.ser.i.fuit quoddã tp̃s,quo cũ essemus in seruitute in Græcia mallemus viuere. ¶Rapiebar, ferebar,celerrime ibã. ¶Cũ Ethesiæ:q̃.i bonos ciues.i.cũ vẽti Ethesiæ tãq̃ hñtent sensum, & essent ciues boni,noluerũt me seq,qa relinq̃bã rẽp. Boni.n.ciues relinq̃ntẽ rẽp.ꝓseq nõ dñt,sicut Cic.in Lælio de aicitia oñdit. De ethesiis diximus li.ii. ep̃la ad Cœliũ Ruf.q̃ incipit.Nõ potuit accuratius agi,in fine. ¶Auster:vẽtus meridionalis,q & notus dr̃. ¶Aduersus: ꝯtrarius nauigatiõi meæ. ¶Retulerũt:reportauerũt,retroduxerũt. ¶Tribules.i.ad tuos q̃ sunt eiusdẽ trib⁹. ¶In sum.ser. i.cũ reliq oẽs eẽnt serui ego solus sui liber,q sine vllo timore in Ant.reip.inimicũ vehemẽtissime iuectus sum. ¶Sic.tanta

Auster notus

fuit.n.illd̃ quoddã græcũ tp̃s seruitutis.Ego tuoꝝ cõsilioꝝ author,dignitatisq; fautor,iratus tp̃ibus,ĩ Græciã desperata libertate rapiebar,cum me Etesię,quasi boni,ciues,relinquẽtem R.P.prosequi noluerunt:austerq; aduersus maxĩo flatu me ad tribuleis tuos Rhegyum retulit:atq; inde vẽtis,remisq; in patriam oĩ festinatiõe ꝓperaui,postridieq; in summa reliquorũ seruitute liber vnus fui.Sic sum in Antoniũ inuectus, vt ille nõ ferret, oẽmq; suũ vinolentũ furorẽ in me vnũ effunderet,meq; cũ elicere vellet ad cædis cãm,tum tẽtaret insidiis:quẽ ego ructantẽ,& nauseantẽ cõieci in Cæsaris Octauiani plagas.Puer.n.egregi⁹ p̃sidium sibi primũ,& nobis,deĩde summæ R.P. cõparauit. qui nisi fuisset,Antonii reditus a Brundusio,pestis patrię fuisset.Quæ deinceps acta sint,scire te arbitror.Sed redeamus ad illud,vnde diuertimus.Accipio excusationẽ tuam de Sẽpronio.neq;.n.statuti qd in tãta pturbatõe hr̃e potuisti.Nũc hic dies aliã vitã affert,alios mores postulat,vt ait Terẽ.Quãobrẽ mi Quinte cõscẽde nobiscũ,& qdẽ ad puppim. Vna nauis est iã bonoꝝ oĩum:quã qdem nos damus operã vt rectam teneamus,vtinã ꝓspero cursu.sed quicunq; vẽti erũt, ars nr̃a certe non aberit.Quid.n.p̃stare aliud virtus põt:Tu fac,vt animo magno sis, & excelso, cogitesq; oẽm dignitatẽ tuã cũ R.P.cõiunctã esse debere.P.Luceium mihi meũ cõmẽdas,quẽ,quibuscũq; rebus potero,diligẽter tuebor.Hirciũ qdẽ,& Pansam collegas nostros,hoĩes in cõsulatu R.P. salutareis alieno sane tp̃e amisimus,R.P.Antoniano qdẽ latrocinio liberata,sed nõ dum oĩno explicata:quã nos,si licebit,more nr̃o tuebimur:q̃q̃ admodũ sum⁹ iã defatigati.Sed NVLLA lassitudo ipedire offm̃,& fidẽ debet. Verũ hæc hactenus.Ab aliis te de me,q̃ a me ipso, malo cognoscere.De te audiebamus ea,q̃ maxime vellemus. De Cn.Minutio quẽ tu q̃busdã literis ad cœlũ laudib⁹ extulisti,rumores duriores erãt.Id quale sit,omninoq; quid istic agatur,facias me velim certiorem.

M.T.C. Cornificio S.

Q.Turius,q in Africa negociatus est,vir bonus,& honestus, hæredes fecit similes sui Cn.Saturninũ,Sex.Aufidiũ, Cn.Anneũ, Q.Cõsidiũ Galliũ,L.Seruiliũ Posthumũ, C.Rubellinũ.Ex eoꝝ oꝛõne intellexi, gratiarũ actione eos magis egere,q̃ cõmẽdatione. tãta.n. liberalitate se tua vsos p̃dicabant, vt iis plus a te tributum intelligerẽ,q̃ ego auderẽ te rogare.audebo tñ.Scio.n.q̃tũ põderis mea cõmendatio sit habitura.Quare a te pero,vt ad eã liberalitatẽ,qua sine meis lr̃is vsus es,q̃maximus his lr̃is cumulus accedat. Caput autẽ est meæ cõmẽdatõis,ne patiare Erotẽ Turiũ Q.Turii liberũ, vt adhuc fecit, hr̃ditatẽ Turianã auertere: cæterisq; oĩbus rebus hẽas eos a me cõmendatissimos.Magnã ex eoꝝ splẽdore & obseruãtia capies voluptatẽ. Qd vt velis,te vehemẽter ẽt atq; etiam rogo.

ꝯtentione, & vehemẽtia oꝛonis. ¶Vinolẽtũ: qa supra dixit cũ euomuisse i senatu. ¶Effundere:euomere. ¶Elicere:trahere. ¶Ructãtẽ,ructus emittẽtẽ:sunt.n.ructus crepitus vẽtosi q̃ ore remittunt̃ ob crapulã & nimiã repletionẽ. ¶Nauseantẽ,nauseã hñtẽ.i.vomitũ. Dr̃ aũt nausea a nautea,q̃ est aq̃ de coriis:vel verius sñia,licet Põp.videat̃ dicere nauteã a nausea dictã. ¶Qui.Octauianus. ¶Reditus. Antonii a Brũdusio fuisset pestis p̃riæ.i.Antonius a Brũdusio reuersus: quo iuerat:vt supra visum est, & scribit Ap. vt q̃tuor legiões ex macedonia redeũtes sollicitaret, euertisse patriã:sed Octauianus ei restitit. ¶Statuti qd.i.aliqd deliberati. ¶Ad pup.in q̃ parte nauis solet stare gubernator.q.d.nõ in p̃rã, vt regaris, sed in puppim, vt regas. ¶Vna na.cõparat:vt sæpius notauimus supra rep.naui. ¶Alieno incõmodo:cũ maxime eẽnt necessarii reip. ¶Amisimus:fuerãt.n.iterfecti in p̃lio mutinẽsi. ¶Expli.qa sunt adhuc,q putent̃ recepturi Ant. qd̃ pp Lepi. vr̃ dixisse:q, vt supra dixim⁹, An.fugiẽtem recepit. ¶Cn. Minutio:is tũc erat in Africa,puto aũt eũ eẽ:quẽ postea p̃torẽ vrbis in foro ꝯcionãtẽ,cũ Ant.eẽt triũuir:milites Ant. interemerũt. ¶Q.Turius:vltima ps ep̃læ:in qua cõmendat hr̃des Q.Tu.amicos suos, & viros optimos. ¶Caput. summa. ¶Erotẽ:nomẽ ꝓpriũ liberti: græce aũt signat amorem. ¶Auertere:auferre,eripe. ¶Hæredibus,quos Turius sibi instituit. ¶Quod vt ve.i.hr̃e eos commendatissimos.

Effundere Ructus

Nausea Nautea

Erotes

¶Enim.i.qa:illud tp̃s fuit quoddã tp̃s græcũ.i.quo viuẽdũ fuit nobis in Gręcia seruitutis.i.eo q eẽt tp̃s seruitutis, & nõ licebat nobis libere viuere in p̃ria. ¶Ego author.i.approbator consilioꝝ tuoꝝ, & fautor dignitatis tuę & natus tp̃ibus.i.q̃litati tp̃oꝝ,rapiebar in græciã libertate desꝑatã cũ Ethesiæ.s.vẽti illi a tergo eũtib⁹ ĩ Gręcia ab Italia flãtes q̃si boni ciues.i.tãq̃ eẽnt bõi ciues,noluerũt ꝓseq me relinq̃ntẽ rẽp.i.noluerunt a tergo flare, & auster.s.vẽtus aduersus.i. ꝯtrarius retulit me maximo flatu Rhegiũ.i.ad illud oppidũ in ora Siciliæ:ad tribules tuos.i.eos q tecũ eiusdẽ sũt trib⁹: atq; ꝓperaui ide.i.Rhegio vẽtis & remis oĩ festinatõe ĩ patria,qñ aliqd plena opa & sũma ꝓparatiõe fecerimus pulchre remis, & velis nauare dicemur, & ego postridie.i.die seq̃nti ingressum meũ, ego vnus.i.solus sui liber, in sũma seruitute alioꝝ.Ego sic.sum inuectus in Ant.i.tã vehemẽter criminatus sum Anto. vt ille nõ ferret, & effunderet, oẽm furorẽ suũ vinolentũ.i.ꝯtractũ ex ebrietate,cui sæpissime indulgebat, vnũ me vellet tñ.i.sit̃,elicere.i.foras attrahere me ad cam cædis.i.vt me interficeret:tũ.i.simul,tẽtare.i.circũuenire in vrbe insidiis.quẽ eructãtẽ & p.i.nauseãtẽ ego ꝯieci.i.ꝯtudi & repsi:in plagas.i.in me retia tanq̃ feræ rensa Cæs.Octauiani.i.de domo Octauioꝝ.Sæpe tñ Octauius q̃ Octauianus dr̃:aut in plagas.i.vulnera hoc est detrimẽta ab Octauiano illata.Puer.n.egregius,postea tñ mutauit aium, & Cic.proscribi p̄misit,cõparauit p̃sidiũ.i.custodiã militarem, primũ sibi, & nobis, deinde summæ.i.vltimæ saluti reip.qui.s.Cęsar nisi fuisset:reditus Ant.Brũdusio fuisset pestis p̃rię.Ego arbitror te scire q̃ acta sunt deinceps.Sed redeam⁹ vñ diuertimus.Accipio excusationẽ tuã de Sempronio: neq;.n.potuisti hr̃e qd.i.aliqd statuti.i.firmi ꝓpositi ĩ tãta pturbatõe. Nũc vt ait, Ter.i.Simo Terẽtia.i andria.hic dies defert aliã vitã, & postulat alios mores, Quãobrẽ o mi.Quinte,gaudẽt ꝑnoĩe molles auriculæ:vt dicit Hor.ꝯscẽde nobiscũ & qdẽ. ¶Ad puppim.i.summa gubernacula. Vna nauis est iã oĩum bonoꝝ,quã qdẽ.s.nauẽ,nos damus operã, vt teneamus rectã.vtinã sup.in cursu ꝓspero. ¶Sed qcũq; venti erant siue prosperi,siue aduersi:certe ars nostra non aberit. ¶Quid.n. põt virtus pręstare aliud.s.q̃ obniti aduersis, & decẽter vti prosperis.q.d.nihil. ¶Tu fac, vt sis aio magno, & excelso

ASCEN.

HVBER. Lvcius Castronius. Paucis quidem verbis : sed tamen satis efficacibus commendat Ci. Bruto Castronium Pætum Lucensem ciuem, quem & moribus & virtutibus ornatum dicit, & etiam fortuna, quæ maxime solet trahere homines ad sui fauorem. ⸿Lucensis : ex Luca. Ethruscorum mediterranea ciuitate : nam Lucanus a Lucania regione possessiuum est. ⸿Fortuna : diuitiis. ⸿Siquid ad rem pertinet : id est siquid pertinet ad commendationem esse diuitem, quia scit multos moueri fortuna, qui non mouentur virtutibus : inde illud Iusti. Quo se fortuna eo se fauor hominum inclinat. ⸿Nostri ordinis : senatorii.⸿Vt sicut tanquam.

Lucensis Lucanis.

ASCE. Lvcius &c. Paucis sed efficacibus verbis cõmendat Cicero ipsi Bruto L.Castronium Pætum Lucensem ciuem,quẽ & moribus & virtute & fortuna, quæ multum allicere solet, ornatum dicit sic.Lucius Castronius Pætus longe.i.facile aut eminenter princeps municipii Lucensis,est vir honestus grauis plenus officio & plane bonus : & ornatus : tum .i.pariter virtutibus tum etiam fortuna.i.diuitiis siquid pertinet ad rem.i.ad eius commendationem,autem:id est sed ipse est familiarissimus meus:ita vt neminem ordinis nostri.i.senatorii, obseruet.id est colat & offendere metuat : diligentius sup.quam me.Quare ego commendo tibi eum:vt & amicum meum, & dignum amicitia tua quibuscunq̃ rebus commodaueris.i.commodum feceris erit profecto.i.re vera iucundum tibi, & erit certe.i.haud dubie mihi gratum.i.vtile.

HVBER. LVcio &c. Cornelius quidem debebat pecuniam, L. Titioni Straboni, in Gallia, cui præerat Brutus, cūq; conuenisset, Strabo debitorem suū sub Volcatio prætore vrbano: Volcatius causam remiserat in Galliam, vbi fuerat factū debitum, ad quod exhibēdum cum Strabo mitteret libertum suum Ci. eum diligenter cōmendat Bruto, vt illum adiuuet in exigenda illa pecunia. ⸿ Intercedunt: sunt. ⸿ Iura: causæ, rationes. ⸿ Relecta: remissa. ⸿ In Gal. cui tu præes. ⸿ Honestius de ami. pe. q si quispiam laboret pro pecunia sua affert suspicionem auaritiæ: sin vero p amico, significat se officiosum & gratum. ⸿ Negocium confi. vt pecuniam suam consequatur. ⸿ Transfigas, perficias. ⸿ Omnia solent esse, s. curæ.

ASCEN. LVcio &c. Cornelius quidam debebat pecuniam Lucio Ti. Straboni, in Gallia cui præerat Brutus: cumq; conuenisset ipse Strabo debitorem suū sub Volcatio prætore vrbano, Volcatius cām remiserat in galliā ad debitū recuperādū quo cū Strabo mitteret libertū suū Ci. eū diligenter cōmēdat. Ego vtor familiarissime Lucio Titione Stra. equite Ro. honesto & ornato in primis, i. pcipue. ⸿ Oia iura summæ necessitudinis, i. coniūctionis necessariæ amoris & amicitiæ: intercedunt, i. cōicant mihi cū eo Public. Cornelius debet huic pecuniā in puincia tua, s. Gallia. ⸿ Ea res, i. cognitio exactionis eius pecuniæ est. ⸿ Relecta in Galliam a Volcatio qui dicit Romæ ius, i. qui iudicis fungitur officio. ⸿ Ego peto hoc a te diligentius q̄ si res mea esset quo, i. q̄to: aut q. i. qa honestius est laborare, i. anxium esse de pecunia amicorum q̄ de sua, i. propria: peto inquam vt cures negocium cōficiendū, i. expediendū: aut finiendum, & sup. ipse, i. tu: quod dicunt in propria persona, suscipias, i. negociū transigas, i. absoluas: & des operā, quoad, i. si quatenus videbitur tibi æquum & rectum, vt libertus Strabonis, qui missus est, s. ad te in Galliā: eius rei causa: conficiat, i. perficiat aut finiat negociū: cōdōne cōmodissima, i. vtilissima. & pueniat ad numos. Id &, i. simul erit gratissimū mihi, & tu ipse cognosces Lucium Titione gratissimum, & dignissimum amicitia tua. ⸿ Quod vt sit tibi curæ vt oia q̄ scis me velle solent esse rogo te vehementer ēt atq; ēt, i. iterum atq; iterum. Vale.

M. T. Cicero Bruto S.P.D. 14

LVcio Titione Strabone equite Romano in primis honesto, & ornato familiarissime vtor. Oia mihi cū eo intercedunt iura summæ necessitudinis. Huic in tua puincia pecuniā debet P. Cornelius. Ea res a Volcatio, qui Romæ ius dicit, relecta in Galliam est. Peto a te hoc diligentius, q̄ si mea res esset. quo est honestius de amicorum pecunia laborare, q̄ de sua, vt negociū cōficiēdū cures, ipse suscipias, transigas, operāq; des, quoad tibi æquum, & rectum videbitur, vt quamcommodissima cōditione libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est, negociū cōficiat, ad numosq; pueniat. Id & mihi gratissimū erit: & tu ipse L. Titionem cognosces amicitia tua dignissimum. Quod ut tibi curæ sit, vt oia solent esse, q̄ me velle scis, te vehementer ēt, atq; ēt rogo. Vale.

HVBER. PRæcilium ; Cæsari imperatori iam rerum potito post mortem Pōpeii cōmendat Cice. Præcilium adolescētē quēdā nobilissimū, quem & eius cā & ēt pris optimi viri, & sibi amicissimi a se amari dicit: vt aūt Cæ. eum hēat cōmendatiorem: dicit fuisse vnū ex iis, qui in ciuilibus dissensionibus hortatus est eum, vt se cum Cæ. coniungeret, cum ab ipso Cæ. & literis & nunciis inuitaretur, & ēt corā blādis verbis: vt primo lib. in epl'a longa diximus: se aūt ex cæcatū nunq̄ adduci potuisse: vt id faceret, cū qdam ex primoribus Romanis ei dissuaderēt, q̄ grçce exeqtur. ⸿ Re: experientia. ⸿ Eo demonstrantis est cū laude. Inuitaret, promissionibus tuis, & suauissima orōne incitaret αλλεμον dicit culpā suā fuisse: vt nunq̄ potuerit persuaderi: vt se cū Cæ. coniūgeret αλλεμον p αλλαεμον, i. sed meū ουποτε nunq̄ θυμον aium ενι στήθεσσιν pectorib⁹ το στῆθος pectus επειθεν persuasit: est aūt aoristos deuteros, nam πείθω psuadeo, hoꝝ aūt verboꝝ sensus, sed nunq̄ mihi aium inducere potuit. ⸿ Nostros pro. Romanos principes. ⸿ Clamitātes, dicētes mihi αλκιμος fortis εσσο sis vel es ινα vt τις qs σε te καὶ ο ψιγονων posteroꝝ sero nascētiū, nā οψε sero significat ευ bene ειπῃ dicat, i. fortis sis, vt aliqs posteroꝝ te bn̄dicat, i. laudat, vt in tōsum pueri dicitet cynthiū ως: dicit se his psuasionibus esse & excecatū, ως sicut νεφελη nebula, εκαλυψε texit, vel sicut καλυπτω eplecto: μελαινα nigra nebula me texit: vt nō viderē vtilitatē meā sequēdo te, μαιμονας furis, που, forte vel quodāmō δει oportet, σε adiectio ē nihil significās, sicut apud nos huiusce ce syllabe dic dū pro dic καὶ & ακλειως ingl'ie απολεσθαι, s. perire αλλα sed ρεξας faciens ρεξω facio τι aliquid καὶ & εσσομενοισι futuris, πυθεσθαι persuasum iri, i. credendum a posteris.

M.T.C. C. Cæsari. Imp. S.P.D. 15

PRæciliū tibi cōmendo vnice, tui necessarii, mei familiarissimi, viri optimi filiū. Quē cū adolescentē ipsum pp eius modestiā humanitatē, animū, & amorē erga me singularē mirifice diligo: tum patrē eius, re doctus intellexi, & didici mihi fuisse semp amicissimū. En hic ille est, de illis maxime, qui irridere, atq; obiurgare me soliti sunt, q me non tecum, pſertim cū abs te honorificētissime inuitarer, coniūgerem. αλλεμον ουποτε θυμον ενι στήθεσσιν επειθεν, ως νεφελη εκαλυψε μελαινα. audiebā enī nostros pceres clamitanteis, αλκιμος εσσ' ινα τις σε καὶ οψιγονων ευ ειπῃ. Sed tamen idem me consolatur. & iam hoiem perustum, etiamnum gloria voluīt incendere: atq; ita loquūtur. αλλα γε που μαιμονας. ου δ' ειτε καὶ ακλειως απολεσθαι, αλλα μεγα ρεξας τι καὶ εσσομενοισι πυθεσθαι.

ASCEN. PRæcilium &c. Cōmendat Cæ. iam reꝝ potienti Præciliū, a quo se vt Cæ. seqret̄ sepe admonitū frustra fatet: dicens, Ego cōmendo tibi vnice, i. singulariter, filiū viri optimi necessarii tui & familiarissimi mei: quem tū, i. pariter, adolescētem ipm diligo mirifice pp modestiā eius hūanitatem: aium, i. bniuolentiā: & amorem singularem erga me: tū doctus, i. certior factus re, i. effectu ipso intellexi & didici pr̄em eius fuisse semp amicissimū mihi. En hic est ille maxime, i. pcipue de illis, q soliti est irridere atq; obiurgare me, q nō coniūgerem me tecū: pſertim cū inuitarer, s. ad talem coniūctionem tecū abs, i. a te: honorificentissime, αλλεμον pro αλλα, i. sed: εμον, i. meū, ουποτε, i. nunq̄, θυμον, i. aium seu voluntatem ενι στήθεσσιν: pectoribus, επειθεν, i. psuasit. Est aūt αοριστος δευτερος aoristos secundus. nā πειθω dr̄ psuadeo, Sensus aūt hoꝝ verboꝝ inqt Vber. est. Sed nunq̄ mihi aium inducere potuit. Sunt aūt verba Homeri Cæ. nota quo circa maluit græce quā latine rem exprimerę, pſertim, cū pposito maxime conducēt. Audiebam. n. pceres nros, i. principes Ro. clamitantes αλκιμος, i. fortis: εσσο, i. sis vel esto, ινα, i. vt: τις, i. aliqs σε, i. te: καὶ, i. & οψιγονων, i. sero nascentiū, hoc est posterorum: ευ, i. bene ειπῃ, i. dicat: hoc ē sis fortis vt aliqs posteroꝝ te bn̄dicat. ως, i. sic νεφελη, i. nebula εκαλυψε texit aut velauit μελαινα, i. nigra με, i. me, hoc est caligo menti addita fecit, vt sanū consiliū non viderem μαιμονας, i. furis. που, i. quodammodum δει, i. oportet σε: adiectio est ex modo loquendi sumpta per se nihil significant, καὶ, i. & ακλειως, i. ingloriei & est aduerbium, απολεσθαι, i. aboleri aut perire. Sed tamen idem consolat̄ me, et voluit hominem, perustum, i. desiccatum aut qui perfricuit frontem, & inanem, i. vacuum gloria incedere, i. ad gloriam atq; loquūtur ita, αλλα, i. sed ρεξας, i. facis: τι, i. aliquid: καὶ, i. & εσσομενοισι, i. futuris πυθεσθαι, i. persuasum iri, hoc est quod credendum sit.

¶ Sed

HVBER. Magniloquentia

¶ SED me minus mouent: quæ dicuntur mihi. ¶ Magniloquentia: præstantia dicendi: supradicta enim verba ex Homero sunt. ¶ Vera vti: ευριπιδου Euripidis poetæ, μισω ponit verba Euripidis: quorum sensus hic est, odi sapientem qui sibi ipsi non sapiens. s. est μισω. i. odi, dicitur etiam μισω σοφιστην sapientem: οτι qui ουχ αυτω non sibi σοφος sapiens scilicet est: αμα simul, προς ante καὶ οπισω retro αιεν semper αριστευειν optime agere υπειροχον præstantem summum εμμεναι existere, αλλων. ¶ Comprehenderis: complexus fueris. ¶ Nouo genere: nouo more & inusitato: qa multa de me inserui, quæ tamen ad Præcilii commendationem pertinent.

Sed me minus iam mouent, vt uides. Itaq; ab Homeri magniloquentia confero me ad vera præcepta Ευριπιδου. Μισω σοφιστην, οστις ουχ αυτω σοφος. quẽ versũ senex Præcilius laudat egregie: & ait posse eundem & αμα προσσω, καὶ οπισσω videre. & tamen nihilominus αιεν αριστευειν, καὶ υπειροχον εμμεναι αλλων. Sed vt redeam ad id, unde cœpi: vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quæ est singularis, comprehenderis: & ad id, quod ipsorum Præciliorum causa te velle arbitror, addideris cumulum commendationis meæ. Genere nouo sum literarum ad te vsus, vt intelligeres non vulgarem esse cõmendationem. Vale.

M.T.C. C.Cæsari Imp.S.P.D.

16

PVblium Crassum ex omni nobilitate adolescentem dilexi plurimũ: & ex eo cũ ab ineunte eius ætate bene sperauissem, tũ optime existimare cœpi ex iis iudiciis, quæ de eo feceram, cognitis. Eius libertum Apollonium iam tum equidem, cum ille viueret, & magnifaciebam, & probabam. Erat enim & studiosus Crassi, & ad eius optima studia vehementer aptus. Itaq; ab eo admodum diligebatur. Post mortem autem Crassi, eo mihi etiam dignior visus est, quem in fidem, atque amicitiam meam reciperem, q eos a se obseruandos, & colendos putabat, quos ille dilexisset, & quibus charus fuisset. Itaque & ad me in Ciliciam venit: multisq; in rebus mihi magno vsui fuit & fides eius, & prudentia: &, ut opinor, tibi in Alexandrino bello, quantum studio, & fidelitate consequi potuit, non defuit. Quod cũ speraret te quoque ita existimare, in Hispaniam ad te maxime ille quidem suo consilio, sed etiam me authore est profectus. Cui ego commendationem nõ sum pollicitus: non quin eam valituram apud te arbitrarer: sed neque mihi egere commẽdatione videbatur, qui & in bello tecum fuisset, & propter memoriã Crassi de tuis vnus esset: & si vti, commendationibus vellet, etiam per alios eum videbam id consequi posse. Testimonium meum de eo iudicii, quod & ipse magni æstimabat, & ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi. Doctum igitur hominem cognoui, & studiis optimis deditum, idque a puero. Nam domi meæ cum Diodoro stoico, homine meo iudicio, eruditissimo multum a puero fuit. Nunc autem incensus studio rerum tuarum, eas literis græcis mãdare cupiebat. posse arbitror. valet ingenio: habet usum: iampridem in eo genere studui, literarumq; uersatur: satisfacere immortalitati laudum tuarũ mirabiliter cupit. Habes opinionis meæ testimonium: sed tu hoc facilius multo pro tua singulari prudentia iudicabis. Et tamen, quod negaueram, commendo tibi eum. Quicquid ei commodaueris, erit mihi maiorẽ in modum gratum. Vale.

ASCEN.

¶ SED supple. eiusmodi verba minus. i. non mouent iam me: vt vides. Itaq; confero me ab magniloquentia Homeri, cuius sunt superiora verba: ad vera præcepta ευριπιδου: id est Euripidis. μισω: id est odi: dicitur & μισω σοφιστην sapientem. ος τις: id est qui ουχ non αυτω: id est sibi σοφος: id est sapiens supple est: hoc est odi sapientem qui sibi non sapit. ¶ Quem versum Prætilius senex, scilicet pater, & ait eundem posse videre. αμα: id est simul. προσσω: id est ante, καὶ: id est & οπισσω: id est certo, & tamen nihilominus αιεν id est semp αριστευειν: id est optime agere. καὶ id est & υπειροχον: summum εμμεναι: id est existere, αλλων id est aliorũ. ¶ Sed vt redeam ad id: vnde cœpi, scilicet scribere aut loq. ¶ Tu feceris mihi gratum vehementer, si comprehenderis: id est complexus fueris hunc adolescentem, scilicet Præciliũ humanitate tua: quę est singularis, & addideris ad id quod ego arbitrabor te velle causa Præciliorum ipsorum, hoc est propter amorem ipsorum cumulum. i. magnam accessionẽ commendationis meæ. ¶ Ego sum visus ad te nouo genere literarum vt intelligeres supple hanc commendationẽ non vulgarem supple esse, sed egregiam. Vale.

HVBER.

PVblium Crassum Apollonius quidam Pub. Crassi libertus cum res gestas Cæsar. monimentis literarum græcarum mandare cuperet: vt id Cæs. gratius accideret: testimonium Cicer. per literas commendatitias ad Cæsar. optauit. Itaque Cicero hac epistola vehementer laudat eius ingenium doctrinam & exercitationem dicendi, putatque idoneum ad scribendas res gestas Cæsar. cui eum vehementer commendat. Repetit autem in principio epistolæ causas commendationis ab eius patrono Crasso deinde q Cæsar. non defuerit & fide & diligentia in bello Alexandrino, ex eo dicit illum debere esse vehementer ei commendatum. ¶ Ab ineunte ætate: ab adolescentia. ¶ Bene sperauissem: quia ea ætas solam spem potest dare. ¶ Existimare: i. opinionẽ habere iudicare. ¶ Ille: Crassus. ¶ Aptus vtilis. ¶ Alexandrino, quod apud Alexandriam ciuitatem Aegypti gestum est a Cæsar. vt ab eo in commentariis plene scribitur. ¶ Consequi, efficere. ¶ Non defuit exhibuit se tibi promptum. ¶ Suo consilio, proprio motu. ¶ Authore, suasore. ¶ Crassi: quem tu amasti. ¶ Id consequi posse: id est habere ab aliis ad te commendationes. ¶ Testimonium iudicii de eo ei dedi libenter: id est volui libenter testificari his literis apud te: quod iudicium de eo habebam. ¶ Magni æstimabat, multifaciebat. ¶ Eram expertus, quia credidisti, iudicio meo de aliis. ¶ Studio, amore. ¶ Posse, id est idoneum esse, scilicet mandare res tuas literis græcis. ¶ Vsum: exercitationem. ¶ In eo genere, scribendi. ¶ Quod negaueram. scilicet me commendare eum. ¶ Maiorem immodum. id est vehementissime.

ASCEN.

PVblium Crassum &c. Apollonius. Pub. Crassi libertus cum res gestas Cæsaris monimentis literarum græcarum mandare cuperet, vt id Cæsari gratius accideret per testimonium Ciceronis literas commendatitias ad Cæsarem optauit, quas nunc exhibet Cicero dicens. ¶ Ego dilexi plurimum ex omni nobilitate: id est inter omnes nobiles. Publium Crassum adolescentem, & cum bene sperauissem ex eo ab ineunte ætate: scilicet eius, tum id est multomagis cœpi existimare, id est iudicare per me scilicet ipsum, ex iis iudiciis: quæ feceram de eo, cognitis id est exploratis & compertis. ¶ Ego & faciebam: id est existimabam magni, & probabam: id est laudabam & approbabam Apollonium libertum eius, id est eius liberalitate libertate donatum, quidẽ. i. certe, iam tum cũ ille. s. Crassus viueret. ¶ Enim, i. qa, sup. Apollonius erat studiosus Crassi:

id est studiose fauens & inseruiens Crasso, & erat vehementer aptus ad optima studia eius. s. Crassi adiuuāda. ¶ Itaq. i. & ita ipse Apollonius diligebat admodū. i. perfecte quasi vsq; ad iustum modū, ab eo. s. Crasso. ¶ Autem. i. sed ipse visus est mihi post mortem Crassi eo. i. ppea dignior quem reciperem in fidem atq; amicitiam meam: q putabat eos obseruā dos. i. verendos: & colendos sup. esse a se, quos ille. s. Crassus dilexisset, & quibus fuisset charus. ¶ Itaq; cum venit ad me in Ciliciam. s. prouinciam: q. i. & fides eius & prudentia fuit mihi magno vsui: id est multum vtilis: in multis rebus, & vt opinor, non defuit tibi. i. ēt auxilio fuit in bello alexandrino. i. quod Alexādriæ, quæ regia est Aegypti gessisti: quā tum potuit consequi. i. efficere, studio & fidelitate: quod. i. quam rē cum speraret te quoq; existimare. i. iudicare ita ipse est profectus in Hispaniā ad te: qdem. i. certe: ille inquam profectus est, maxime ɔsilio suo, sed ēt me authore. i. approba tore eius consilii. ¶ Cui ego non sum pollicitus cōmendationē nō qn arbitrarer: eā. s. cōmendationē meā valiturā apud te: sed sup. Apollonius: neq; videbat mihi egere cōmendatione, qui & fuit tecū in bello, & qui esset vnus de tuis. s. fami liaribus aut necessariis: pp memoriā Crassi. Et videbā si vellet vti cōmēdationib⁹. ¶ Eū posse ɔseq id. i. vti cōmēdatiōi bus ēt p alios. Ego dedi ei libenter testimoniū meū aut mei iudicii de eo, qd. s. iudiciū: & ipse æstimabat magni, & ego etā expertus valere apud te. Igit: vt. s. testimoniū perhibeā. Ego cognoui sup. eum hoiem doctū, & deditū optimis stu dus: & id a puero. Nā fuit multū a puero. i. puerili ætate domi meę cū Diod. stoico hoie meo iudicio eruditissimo. Nūc aūt incensus studio rerū tuarū: cupiebat mādare ea lris græcis: ego arbitror sup. eū posse. s. mādare græcis lris: nā sup. va let ingenio: hēt iāpridē. s. a plusculo tpe: vsum. i. experientiā: & vt dnt practicā: & versat in eo gne studii, & literarū cu pit mirabiliter satisfacere. i. sufficiētia alimēta pbere: imortalitati laudū tuarū. ¶ Tu hēs testimoniū opinionis meæ: sed tu iudicabis hoc multo facilius: p singulari prudentia tua. i. p singularē prudentiā tuā. ¶ Et tū quod negauerā. s. me factu rum ego cōmendo tibi eum. ¶ Quicquid cōmodaueris. i. cōmodi feceris ei erit mihi gratum maiorem in modum.

M.T.C. S.Sulpitio. S.P.D. *11*

MArcus Curius, qui Patris negociatur, multis, & magnis de causis a me diligitur. nam & amicitia peruetus mihi cū eo ē, vt primū in forū venit, instituta: & Patris cū aliquoties antea, tū pxime hoc miserrimo bello domus eius tota mihi patuit. q, si opus fuisset, tā essem vsus, q̄ mea. Maximum autē mihi vinculū cū eo est, quasi sanctioris cuiusdā necessitudinis, quod est Attici nostri familiarissimus, eūq; vnū preter cæteros obseruat, ac diligit. quē si tu iam forte cognouisti, puto me hoc, quod facio, facere serius. Ea. n. ē humanitate, & obseruantia, vt eū tibi iā ipsum per se cōmēdatū putē. Quod tū si ita ē, magnopere a te quæso vt ad eā voluntatē, si quā in illū ante has meas literas contulisti, quā maximus postea cōmendatione cumulus accedat. Si aūt pp verecundiā suā minus se tibi obtulit, aut eū non dū satis habes cognitū, aut quæ causa est, cur maioris cōmēdationis indigeat: sic tibi eū cōmēdo, vt neq; maiore studio quē quā, neq; iustioribus de causis cōmendare possint. faciāq; id, quod debent facere ii, qui religiose, & sine ambitione cōmendant. Spondebo n. tibi, vel potius spōdeo, in meq; recipio, eos esse M. Curii mores, eāq; tum probitatē, tū etiā humanitatē, vt eū & amicitia tua, & tam accurata cōmēdatione, si tibi sit cognitus, dignū sis existimaturus. Mihi certe gratissimū feceris, si intellexero has literas tantū, quantū scribens cōfidebam, apud te pondus habuisse. Vale.

HVBER. MArcus Curius. Seruius Sulpi. Græciæ præerat vt libro. iiii. diximus, cumq; Patris quæ est Peloponēsi ciuitas in regione, quæ proprie appellatur Achaia authore Ptolo. M. Curius multa negocia haberet magna & veteri amicitia Cice. coniunctus & Attico vtriusq; familiarissimo valde dilectus Cice. hac epistola diligenter eum cō mendat Seruio, vt si pro eo aliquid vnquā efficere voluit, accedat ad id maximus sua cōmendatione cumulus, si vero Curius se verecundia sua nondum obtulit Seruio nec ei notus est. dicit Cic. eum non minus a se cōmendari, quem af firmat Cic. fore dignum suā tam diligenti cōmēdatione & amicitia ipsius Seruii. ¶ Et Patris cum aliquo. Patris nō est genitiuus, vt quidam putant, sed ablatiuus. ¶ Patris. in pa tris ciuitate. ¶ Patuit, fuit mihi exposita. ¶ Sanctioris, fir mioris. ¶ Attici, cuius cā me oia debere puto. ¶ Cumulus, augmentum accedat, adiungat. ¶ Obtulit, ad te venit. ¶ Satis, bene. ¶ Aut quæ causa. i. aut si causa est. s. aliqua quæ in digeat maioris cōmendationis. i. quæ vehementius sit cō mendāda. ¶ Religiose, pie syncere. ¶ Eos, tales. ¶ Accurata. diligenti studiosa.

ASCEN. MArcus &c. Seruius Sulpitius Græciæ præerat. igit cum patris vrbe Achaiæ in Peloponneso. M. Curius multa negocia haberet cōmendat eum Seruio, vt amicum sibi & Attico iucundissimum dicens. M. Curius q negociatur. i. mercationi incumbit Patris vrbe Achaiæ: di ligitur a me de causis multis & magnis. i. ob causas multas & magnas nā & amicitia peruetus. i. valde vetusta est mihi cum eo: instituta: id est incepta cum eo: vt primum veni in forum: scilicet iudiciale & domus eius tota patuit mihi Patris. id est in ea vrbe, cum scilicet ita sit q aliquoties antea tum. i. multo magis: hoc bello miserrimo. s. ciuili, cuius mi serrimus est exitus. ¶ Qua. scilicet domo ego fuissem tam: id est tantum: quam id est quantum mea: si fuisset opus. ¶ Autem. id est sed: maximum vinculum quasi necessitudinis cu iusdam sanctioris: id est minime violabilis: est mihi cum eo: q id est eo q ipse est familiarissimus Attici nostri. scilicet Pomponii, & obseruat, id est, offendere timet: ac diligit eum vnum præter cæteros. ¶ Quem. scilicet Curium si tu cognouisti forte iam. s. antequam hæc legeris: ego puto me facere hoc, quod facio, id est eum commendare serius. i. nimis tarde. ¶ Ipse enim est ea humanitate & obseruantia. i. obseruandi suos studio: vt putem ipsum iam: si enim cognouisti: commendatum tibi per se: id est sine literis meis, quod tamen si est ita: id est si eum nosti & commendatum habes: ego quæso. id est requiro a te magnopere: vt quam maximus cumulus. i. maximum incrementum accedat. i. addatur aut adueniat, ad eam voluntatem quam contulisti ante has literas meas in illum: siquam, i. aliquam contulisti. ¶ Autem. i. sed si ipse propter verecundiam suam minus, i. nō obtulit tibi se, aut si nō dum habes eum satis cognitum aut quæ. i. aliqua causa est legerem vna dictione: aut quam: cur indigeat maioris cōmē dationis: ego cōmendo eum tibi sic: ut neq; possim commendare quenquam maiore studio. i. affectu: neq; de iustiorib⁹ causis. i. ob iustiores causas. Et ego faciam id: quod debent facere: ii qui commendat. ¶ Religiose i. sancte & cum timore & sine ambitione. i. affectione nimia. ¶ Spondebo enim tibi vel potius spōdeo: scilicet iam, & recipio in me. i. polliceor me præstatorem, eos esse mores Marci Curii: & eam tum probitatem tum etiam humanitatem vt sis existimaturus. i. iu dicaturus si sit cognitus tibi eum dignum & amicitia tua, & tam accurata commēdatione. i. mea. Certe tu feceris mihi gratissimum si intellexero has literas habuisse apud te tantum pondus: id est tantum valorem, quantum scribens: id est cum eas scriberem, confidebam: scilicet eas habituras. Vale.

¶ Non

HVBER. NOn concedam. Pomponius Atticus in Epiro negocia habebat q̃ pars est prouinciæ: cui præerat Seruius. Itaque cum Seruius id intelligens vltro scripsisset ad Atticum non rogatus: neq; admonitus ab eo se omnino paratum esse ei fauere quibuscunq; rebus posset Cic. ostendit has tam liberales literas Seruii non minus sibi gratas fuisse q̃ Attico: quem eius mira quandam lætitia affectum atq; elatum dicit. Quãobrem & ei cõmẽdat Atticum: cuius tamen causa se oia facturum pollicitus fuerat, & gratiã agit de tam liberali pollicitatione ai eius erga Atticum. ¶ Non cõ. non sinã non vincet me Atticus in hoc. ¶ Prope: fere. ¶ Aeq;: æqualr. ¶ Quasi: tanq̃. ¶ Rogatus: ab eo: cũ nihil ad te scripsisset.

M.T.C. S.Sulpitio. S.P.D. 18

NOn concedam, vt Attico nostro, quẽ elatũ lætitia vidi, iucundiores tuę suauissimæ ad eum, & humanissime scriptæ literæ fuerit, q̃ mihi. Nã & si vtriq; nostrũ prope æque gratæ erant: tamen ego admirabar magis, te, quasi rogatus, aut certe admonitus liberaliter Attico respondisses (quod tamen dubium nobis, quin ita futurũ fuerit, non erat) ultro ad eũ scripsisse, eiq; nec opinãti voluntatẽ tuam tantam per literas detulisse. De quo nõ modo rogare te, vt eo studiosius mea quoq; causa facias, non debeo, (nihil enim cumulatius fieri potest, q̃ polliceris) sed ne gratias quidem agere, q; tu & ipsius causa, & tua sponte feceris. Illud tamen dicam, mihi id quod fecisti, esse gratissimum. Tale enim tuum iudicium de homine eo, quem ego unice diligo, nõ potest mihi non summe esse iucundum. Quod cum ita sit, esse gratum necesse est. Sed tamen quando mihi pro coniunctione nostra, uel peccare apud te in scribendo licet: utrunque eorum, quæ negaui mihi facienda esse, faciam. Nam & ad id, quod Attici causa te ostendisti esse facturum, tantum velim addas, quantum ex nostro amore accessionis fieri potest. Et quod modo uerebar, tibi gratias agere, nũc plane ago: teq; ita existimare uolo, quibuscunq; officiis in Epiroticis, reliquisq; rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore. Vale.

¶ Vltro sponte tua sine eius rogatione aut admonitione. ¶ Agere. s. debeo. ¶ De ho. eo: Attico necesse est nihil. n. põt esse iucundum, quod idem non sit gratum. ¶ Quando: qm. ¶ Et. i. ẽt. ¶ Peccare: errare. ¶ Vtrũq; eorũ: declarat quæ sint ea. ¶ Nã & ad id quod Attici causa. hoc. n. negauit se facturum: cum dixit supra: de quo nõ modo rogare te, vt eo studiosius mea quoq; causa facias non debeo. ¶ Accessionis: augmenti. ¶ Modo: paulo ante: non dixit, sed ne gratias qdẽ agere debeo. ¶ Epiroticis: quas in Epiro habet.

Vltro

Accessio

ASCEN. NOn &c. Pomponius Atticus in Epiro negocia habebat. Cui Seruius tunc præerat itaq; cum Seruius id intelligens vltro scripsisset ad Atticum separatum eẽ ipsum iuuare quibuscunq; rõnibus posset: ostendit Ci. has Seruii liberatissimas literas sibi gratissimas esse nec minus Attico: quem tamen ei commendatiorem facit: dicens non concedam vt literæ tuæ suauissimæ & scriptæ humanissime ad Atticum fuerint iucundiores Attico nostro. s. Pomponio: quem vidi elatum. i. exultantem lætitia: q̃ mihi. ¶ Nã & si. i. quanquam: literæ tuæ erant prope. i. quasi æque gratæ vtriq; nostrum, tñ ego admirabar magis te scripsisse ad eum vltra & detulisse per literas tuas ei nec opinanti tantã voluntatem tuam: quasi rogatus: aut certe. i. saltem admonitus respondisset liberaliter: Attico. i. votis Attici. ¶ De quo non modo. i. non solũ non debeo rogare te: vt facias quoq; . i. etiam causa mea eo. i. tanto studiosius. i. fauorabilius & diligentius. ¶ Nihil enim potest fieri cumulatius. i. auctius q̃ polliceris. s. te sponte facturum, sed ne quidem. i. non saltẽ sup. debeo agere gratias, q; tu feceris, aut quod. i. de eo qđ tu feceris, & . i. simul causa ipsius. s. Pomponii Attici & tua sponte. i. propria inclinatione at naturali voluntate. Ego tamen dico illud, id quod fecisti mihi esse gratissimũ. ¶ Tale enim iudicium tuum de eo homine: quem ego diligo vnice non potest esse non summe iucundum mihi. ¶ Quod cum sit ita: necesse est esse gratum. i. vtile. ¶ Sed tamen quando: id est quandoquidem: licet mihi pro coniunctione nostra vel. i. etiam peccare in scribendo: ego faciam vtrunq; eorum quæ negaui. i. dixi non esse facienda mihi. id est a me. ¶ Nam ego velim sup. vt addas ad id quod ostendisti te facturum causa Attici tantum: quantum accessionis. i. incrementi: fieri potest ex amore meo. i. propter accessionẽ amoris mei. Est quod verebar modo. i. pauloante: videlicet agere tibi gratias: ago plane. i. animo aut manifeste & volo te existimare ita: quibuscunq; officiis. i. beneficiis quasi ex debito aut honesto factis: obstrinxeris. i. deuinxeris Atticum in rebus Epiroticis: id est quas curandas habet in Epiro & reliquis: scilicet rebus me fore obligatum tibi iisdem: scilicet rebus. Vale.

HVBER.

M.T.C. S.Sulpitio. S.P.D. 19

CVm Lysone Patrẽsi est mihi qdẽ hospitiũ uetus, quã ego necessitudinẽ sctẽ colendã puto: sed ea cã ẽt cũ aliis cõpluribus familiaritas tãta nullo cum hospite, & ea cũ officiis eius multis, tum ẽt consuetudine quotidiana sic est aucta, ut nihil sit familiaritate nostra coniunctius.

CVm Lysone. Lyso Patrensis ciuis veteri hospitio & familiaritate officiis & cõsuetudine quotidiana aucta: Cice. cõiunctus erat. Is in dissensione ciuili inter Cæs. & Pomp. pompeianis partibus maxime studuerat. Itaq; licet speraret Cice. Seruium eius causa omnia facturum esse: tamen quia omnia erant in potestate Cæs. aliquãtulum verebatur, sed postea impetrauit omnia a Cæs. pro ipso Lysone: quare Cice. hac epistola ita eum commendat Seruio: vt licet Cæs. omnia ei concesserit, ipse nihil minus sibi pro eo agendum putet, sed impetrata eius incolumitate a Cæ. petit Cice. a Seruio: vt omnia eius magis commendata habeat: & præcipue faueat eius filio: qui adoptatus fuerat a quodam. C. Mẽmio gemello, qui patris ex exilio fuerat. ¶ Sãcte co. i. religiose, & immobiliter seruandam: quod fiebat apud antiquos. vnde & Iuppiter hospitalis colebatur qui pręesset hospitis. Virg. Iuppiter, hospitibus nam te date iura loquuntur.

ASCEN. CVm Lysone &c. Lyso ciuis Patrensis Ciceroni veteri hospitio & consuetudine coniunctus. i. dissensione ciuili Põpeianas partes secutus erat, quo circa licet putet Seruium eidem facturum: tum quia oia erant in potestate Cæsa. aliquantulum verebatur: hũc Ci. diligenter cõmendat in præsenti epistola: dicens: Hospicium vetus. i. ius hospitalitatis est quidem mihi cũ Lysone Patrensi. i. ciue patrarum in Achaia: quam necessitudinem. s. hospitalitatis ego puto colendam sancte. i. inuiolabiliter, nam ioui curæ est, vnde Dido: Aenei. i. Iuppiter, hospitibus nam te date iura fatẽtur. ¶ Sed ea causa. s. necessitudinis, est supple mihi etiam cum compluribus aliis, qui etiam illius hospites sunt familiaritas tanta sup. est mihi cum nullo hospite. s. quanta cum ipso, & ea. s. familiaritas aucta est tum officiis multis: tum etiam consuetudine, i. communicatione vitæ quotidiana, sic vt nihil sit coniunctius familiaritate nostra.

HVBER. ¶IS.s.Lyso.¶Vnius:Cæ.¶In.nostra causa,in pompeianis partibus.¶Timebamus:ne Cæ.male consuleret eius reb⁹.¶Splẽdore ipsius quo Cæ.motus est.¶Studio:fauore.¶Quæ ue.incolumitatem vitæ & fortunarum suarũ.¶Remittimus:diminuimus:quasi adepti omnia.i.tanquam oia obtinuerimus a Cæs.& non egeamus fauore tuo.¶Eo:ppter id:quia a Cæ.obtinuimus:quæ voluimus.¶Dubia fortuna:cum nondum sciebamus mente Cæ.& an ei esset cõcessurus incolumitatem.¶Mederi:prouidere.¶Explorata:certa.¶Domũ:familiã:vt Virg.Dum domus æneæ capitoli imobile saxum Accolet.¶Adolescentem.s.cõmendo.¶C.Mẽmius:is ciuis Ro.partes in exiliũ missus adoptauit in filiũ Lysonis filium.¶Cumulate:plene.¶Me il.i.puet et me vsum esse negligentia in commendando:non autem te esse oblitum mei, quem scit a te plurimum diligi.

Cumulate

Is cum Romę annum ppe ita fuisset,vt mecũ viueret, & si eramus in magna spe,te meis literis, commendationeq; diligẽtissime facturũ id qđ fecisti,vt eius rem, & fortunas absentis tuerere:tñ q in vnius potestate erant omnia,& q Lyso fuerat in nostra cã,nostrisq; psidiis,quotidie aliqd timebamus.Effectũ tamen est & ipsius splẽdore,& nostro,reliquorũq; hospitũ studio, vt oĩa,quæ vellemus,a Cæsare impetrarent.quod intelliges ex iis lr̃is,quas Cæsar ad te dedit.Nunc non mõ nõ remittimus tibi aliqd ex nr̃a cõmẽdatione q̃si adepti iã oĩa:sed eo vehemẽtius a te cõtẽdimus,vt Lysonẽ in fidẽ necessitudinẽq; tuã recipias.Cuius dubia fortuna timidius tecũ agebamus, verẽtes neqđ accideret eiusmodi,vt ne tu qdẽ mederi posses.Explorata vero eius incolumitate,oĩa a te studia summa cura peto.Quę ne singula enumerem,totam tibi domum cõmendo:in his adolescẽtẽ filiũ eius,quem C.Memmius Gemellus cliens meus,cum in calamitate exilii sui Patrensis ciuis factus esset,Patrẽsium legibus adoptauit:ut eius ipsius hęreditatis ius,causamq; tueare. Caput illud est,ut Lysonem,quẽ ego virum optimũ gratissimumq; cognoui,recipias ĩ necessitudinẽ tuã. Quod si feceris,non dubito,quin postea in eo diligẽdo,cæterisq; postea cõmẽdando,idẽ,qđ ego,sis iudicii & voluntatis habiturus.Quod cũ fieri vehemẽter studeo:tum etiam illud vereor,ne,si minus cumulate uideberis fecisse aliquid eius causa,me ille negligẽter scripsisse de se putet,nõ te oblitũ mei.Quanti enim me faceres,cũ ex sermonibus quotidianis meis,tũ ex epistolis etiam tuis potuit cognoscere. Vale.

ASCEN. ¶IS.s.Lyso cum fuisset Romæ prope.i.quasi Annũ,ita vt viueret mecũ:& si eramus in magna spe te facturum diligentissime id quod fecisti,literis meis & cõmẽdatione mea .i.pp lr̃as meas,& cõmendationem meam videlicet:vt tuerere.i.protegeres rem & fortunas eius abñtis:tñ q.i.qa oia erant in potestate vnius.s.Cæsaris & q Lyso fuerat in cã nr̃a.i.Pompeianas partes nobiscum secutus & in p̄sidiis nostris.i.nostrarũ partium nos timebamus quotidie aliqd.s.aduersi illi posse contingere.¶Tñ effectum est,&.i.simul:splendore.i.eminenti honestate vitæ ipsius,& studio nr̃o & reliquorum hospitũ:vt oĩa impetrarent a Cęsare,q̃ vellemus.¶Quod intelliges.s.verissimũ esse ex iis literis,quas Cæsar dedit ad te.¶Nũc.s.qñ tuto scribere possumus,non mõ.i.nõ solũ nõ remittimus.i.relaxam⁹ aut detrahimus tibi aliquid ex cõmendatione nostra:quasi adepti sup.simus iam omnia,sed contendimus.i.petimus a te eo.i.propterea vehementius:vt recipias Lysonem in fidẽ.i.in fidelem tutelam & necessitudinẽ tuã.Cuius fortuna sup.ente dubia.i.tãtisper.dubia erat nos agebamus tecum timidius.i.magis timide:q̃ tunc aut aliquantulum timide:quia nunc timide non agit verẽtes.i.formidãtes nequid eiusmodi accideret, vt ne tu quidem:qui maxime posse videris,posses mederi.i.curare & incolumitati restituere.¶Vero.i.sed:incolumitate .i.salute cum fortunis eius explorata.i.cõperta,ego peto a te oĩa summo studio & cura.s.summa.¶Quæ.s.petita ne enumerem singula:ego cõmẽdo tibi totam domum.i.familiam & rem familiarem eius:& cõmendo in his.¶Non dicit in hac:quia ad rẽ respicit,sic domus Aarõ sperauit in dño:adiutor eo℞ & protector eo℞ est.i.inter hos qui sub noie domus comprehendunt:filium eius adolescentem:quẽ Caius Mẽmius Gemellus cliens meus.i.qui me colit eo q patrocinio meo vtitur:cum factus esset ciuis Patrensis sup.in calamitate exilii sui adoptauit.i.in filiũ assumpsit legibus.i.sm leges Patrensium.s.ciuium vt tueare.i.defendas ius & causam hæreditatis ipsius.s.filii Lysonis,quæ obueniret illi ex Memmio.Illud est caput.i.p̄cipua pars petitionis meę. vt recipias in necessitudinem tuam.i.inter necessarios tuos aut in vinculum necessitudinis tuæ:Lysonem quem ego cognoui virum optimum & gratissimum.¶Quod si feceris:non dubito quin in diligendo & commendando.s.eo:cæteris sis habiturus idem iudicii & voluntatis.s.de eo & in eum,quod ego.s.habeo.¶Quod fieri.i.vt fiat studeo.i.studeo laboro:tum vehementer:tum etiam vereor illud ne si videberis fecisse aliquid minus cumulate.i.aucte,cã.i.in cã eius:ille putet me scripsisse negligenter nõ sup.putet te oblitum mei.¶Enim.i.quia ipse potuit cognoscere quanti.i.q̃ magno feceris.i.æstimaueris me tum.i.pariter.i.pari mensura ex sermonibus meis quotidianis:quia quotidie de beneficiis tuis in me aliquid loquor.tum etiam ex epistolis tuis,quibus omni mihi defers &c. Vale.

M.T.C. S.Sulpitio. S.P.D. 20

ASclapone Patrensi medico utor ualde familiariter:eiusq; tum consuetudo mihi iucunda fuit,tum etiam ars,quam sum expertus in ualetudine meorum.In qua mihi tũ ipsa scientia,tum etiam fidelitate,beneuolẽtiaq; satis fecit.Hunc igitur tibi commendo,& a te peto,ut des operam,ut intelligat,diligenter me scripsisse de sese, meamq; cõmẽdationem usui magno sibi fuisse.Erit id mihi uehementer gratum. Vale.

HVB. ASclapone:Asclaponẽ Patrensem ciuem & medicum commendat Cic.Seruio:huius autem medici artem laudat & fidelitatem quorum vtrunque dicit se expertum,cum sui ægrotarent:quoniam eos diligenter cura uit & fideliter.¶Ars:medendi.¶Scientia:doctrina.¶Valetudine:ægrotatione.¶Notandum autem tria in medico:scientiam fidem beneuolentiam:sine quibus non bene satisfacere potest.

ASCEN. ASclapone.Commendat Asclaponem medicum bene de suis:vt inquit,meritum:dicens.¶Ego vtor familiariter Asclapone Patrensi.i.ex Patris oppido Achaiæ medico:& tum consuetudo:id est conuersatio & communicatio eius:fuit mihi iucunda tum etiam ars:videtur addendum secundum Vallę elegantias grata:quam sum expertus in valetudine.i.mala dispositione meorum.In qua .s.valetudine meorum ipse satisfecit mihi:tum.i.pariter ipsa scientia:tum etiam fidelitate & beneuolentia.Igitur cũ fuerit talis in meos ego commendo tibi hunc:& peto a te vt des operam,vt intelligat me scripsisse diligenter de se,& commendationem meam fuisse sibi magno vsui,i,magnæ vtilitati,id erit mihi vehementer gratum. Vale.

HVBER.

MArcus Aemilius. Inscriptio huius epistolę vt plurimum est Octauio sed puto factum errorem: vt pro Seruio scriptum sit Octauio, quod ex epistola quadam inferius posita: quæ incipit licet eodem exemplo &c. cognosci pōt: in qua Ci. non Octauio, sed Seruio agit gratias: q̄ hanc cōmēdationē suam diligenter obseruauerit, primū igitur Ci. commemorat causas beneuolentiæ suæ erga Auianum, & antiquas, & iustas. Deinde quia aberat Sicyone vrbe vbi erat Seruius Sulp. cōmendat eum diligenter Seruio & præcipue Hāmonium eius libertum: quem summopere laudat: ab eoq; se magna officia accepisse dicit tpe exilii sui. Itaq; Ci. a Seruio vt hunc Hammoniū libertū: & in rebus pro/mi adiuuet: & eius noie charum habeat & diligat: dignū. n. eius amore pollicetur.

M. T. C. Seruio Sulpitio S. P. D. 21

MArcus Aemilius Auianus ab ineunte adolescentia me obseruauit, semperq; dilexit: vir cū bonus, tū perhumanus, & ī oī genere officii diligēdus. Quē si arbitrarer esse Sycione, & nisi audirē, ibi eū ēt nunc, vbi ego reliq, Cibyræ cōmorari: nihil eēt necesse plura me ad te de eo scribere. Perficeret. n. ipse pfecto suis moribus, suaq; humanitate, vt sine cuiusq̄ cōmendatione diligeret abs te non minus, q̄ & a me, & a cæteris familiaribus. Sed cū illū abesse putē, cōmēdo tibi maiorē in modū domū eius, q̄ est Sycione, remq; familiarē, maxime C. Auianum Ammoniū libertum eiusquē quidē tibi ēt suo nomine cōmendo. Nam cū propterea mihi est pbatus, q̄ est in patronū suū officio, & fide singulari: tū ēt q̄ in me ipsum magna officia cōtulit mihiq; molestissimis tēporibus ita fideliter, bñuoleq; pręsto fuit, vt si a me manumissus esset. Itaq; peto a te, vt cum Ammoniū & in patroni eius negocio sic tueare, vt eius pcuratorē, quē tibi cōmendo: & ipsum suo nomine diligas, habeasq; in numero tuoꝝ, hoiem pudentē, & officiosum cognosces, & dignū qui a te diligatur. Vale.

Sycione

¶ Sicione. quæ ciuitas est mediterranea Sicyone partis Achaiæ: vt scribit Ptolemæus, alia eum in Laconia. ¶ Cybira aūt. vt alio loco diximus authoritate Strab. vrbs est Asiæ australis. Cuius administratio inter maximas totius Asiæ censebaī. Inde Ho. in epl̃is. Ne cibyratica: ne bithyna negocia pdas. ¶ Perficeret. si pn̄s esset. ¶ Libertum quē manumisit. i. ex seruo libertū fecit. ¶ Abesse. Sicyone. ¶ Etiam su. no. i. ppria: cā ipsius liberti, non mō patroni cā. ¶ Nam laudat libertū ipsum. ¶ Probatus mi. i. placet mihi est mihi gratus. ¶ Molestissimus. aduersissimis q̄bus eram in exilio. ¶ Præsto. paratus. ¶ Vt sicut. ¶ Manumissus. s. liber factus. ¶ Patronus. Amaui patrono enim opponitur libertus: sunt enim nomina ad aliquid dicta. sicut dn̄s & seruus. ¶ Ipsum. libertum. ¶ Suo nomine: propria causa. ¶ Pudentē verecundum & modestum.

Cybira

Præsto

Patronus

Libertus

Dominus

Seruus

ASCEN.

MArcus &c. Commendat diligēter & accuratis verbis M. Aemilium Auianum, & domū eius, & præcipue Hammonium libertū eius ob pclara vtriusq; merita: dicens Marcus Aemilius Auianus: obseruauit. i. coluit me cauendo offendere me adolescentia. s. sua ineunte. i. incipiente. ¶ Et dilexit me semper. s. deinceps: vir. i. qui est virtutum bonus: tum perhumanus & diligēdus omni genere officii. ¶ Quem si ego arbitrarer esse Sicyone. i. in ea vrbe Achaiæ. & nisi audirem eum commorari etiam nunc. i. adhuc Cybiræ. i. in ea vrbe Asiæ australis: vbi ego reliqui eum. s. tunc cū essem Imperator Ciliciæ nihil esset necesse me scribere plura de eo: enim. i. qa ipse perficeret profecto suis moribus & sua humanitate: vt diligenter a te sine cōmendatione cuiusq̄ non minus sup. q̄ diligitur a me: & a cæteris familiaribus suis. ¶ Sed cum putem. s. eū abesse ego commendo tibi in maiorem modum. i. non vulgariter domum. i. familiam eius quæ est in Sycione & rem familiarem sup. eius: & maxime Caiū Ausanum Hammonium libertum eius quem quidem ego commendo tibi etiam suo. i. proprio nomine nedum patroni. ¶ Nam cum. s. ita sit: q̄ est probatus. i. probus habitus mihi, q̄. i. qa est officio & fide singulari in. i. erga patronum suum, tum etiam contulit magna officia in meipsum & fuit mihi præsto. i. auxilio paratus tēporibus molestissimis aut exilii, aut post cladem Pharsalicam: ita fideliter & beneuole: vt supp. esse deberet: si esset manumissus a me. Itaque peto a te: vt tueare. s. cū Hammonium &. i. simul negocio patroni eius. s. Marci Aemilii sic vt diligas. eius procuratorem: quem commendo tibi, & ipsum. s. Hammonium, suo. i. & proprio: nomine. i. respectu: & habeas in numero tuorū, quia sup. tu cognosces eum hominem prudentem & officiosum & dignum & diligatur a te. Vale.

M. T. C. Seruio Sulpitio, S. P. D. 22

TItum Māliū, q negociatur Thespiis, vehementer diligo. Nā & semper me coluit, diligentissimeq; obseruauit, & a studiis nostris non abhorret. Accedit eo, q̄ Varro Murena Magnope eius causa vult oīa, q ita existimauit, etsi suis literis, q̄bus tibi Manlium cōmēdabat, valde confideret, tū mea commēdatione aliqd accessionis fore. Me quidem cū Manlii familiaritas, tum Varronis studiū cōmouit, vt ad te quāaccuratissime scriberē. Gratissimū igitur mihi feceris, si huic cōmendationi meæ tantum tribueris, quantū cui tribuisti plurimū, id est si T. Manlium quammaxime, quibuscunq; rebus honeste, ac p tua dignitate poteris, iuueris, atq; ornaueris. Ex ipsiusq; ꝑterea gratissimis, & humanissimis moribus cōfirmo tibi eum te, quem soles fructū a bonoꝝ virorum officiis expectare, esse capturum. Vale.

HVB.

TItum Man. Laudat Ci. Manlii erga se beneuolentiā dicitq; eū valde charum esse Varroni Murena, a quo fuerat commendatus ipsi Seruio: qui Varro licet confideret multum literis suis commendatitiis, tamen existimauit cōmendationem Cic. posse aliquid addere. Itaq; Cice. dicit & Manlii familiaritate: & Varronis studio cōmotum esse, vt eum cōmendaret diligentissime, affirmat enim fore: vt officium viro neq; ingrato neq; imemori sic pręstatutus. ¶ Negociatur. mercatur: habet negocia. ¶ Thespiis. quod est oppidū Heliconi proximū, quod ēt singulari numero Thespia: vt scribit Str. lib. ix. q de eo loco plura dicit. ¶ Non abhorret. non est alienus. i. studiosissimus: liptote. ¶ Eo: ad id. ¶ Confideret suis literis haberet magnam fiduciam in literis suis. ¶ Studiū. amor. ¶ Quantum cui tri. p. i. si eum tanti feceris quanti vnquam feceris aliquem. ¶ Pro tua di. i. quātū tua dignitas patitur. ¶ Fructum. vtilitatem, & voluptatē.

Negociari

Thespiæ

Functus

ASCEN.

TItum &c. Valde cōmendat Titum Manlium, q negocia eius, Seruio Sulpitio: utpote communis & homini docto ac probo: dicens. Ego diligo vehementer Titum Manlium qui negociatur. i. mercaturam agit Thespiis. i. in eo oppido iuxta Heliconem, vnde Musæ Thespiades interdum dicuntur. ¶ Nam ipse &: id est simul coluit, & obseruauit me semper diligentissime, & nō abhorret, id est nō est alienus a studiis nostris aut legalis, aut oratoriæ, aut stoicæ disciplinæ. ¶ Accedit. i. additur eo: id est ad eam commēdationem, q̄ Varro Murena vult magnopere omnia. s. fieri aut facere causa eius: id est propter eum: qui: scilicet Varro tamen & si pro tametsi, confideret valde literis suis, quibus commendabat tibi Manlium, tū existimauit aliqd accessio

nis:id est augmenti fore:commendatione mea.i.per commendationem meam. ꝑ Quidem.i.certe:tum familiaritas Manlii:tum studium Varronis.s.Murenæ,commouit me,vt scriberem ad te quamaccuratissime. ꝑ Igitur tu feceris mihi gratissimum:id est rem gratissimam,si tribueris huic commendationi meæ tantum quantum sup.illi cui tribuisti plurimum.s. si iuueris atq; ornaris pro ornaueris Titum Manlium,quibuscunq; rebus poteris honeste pro dignitate tua.i.seruata dignitate tua. ꝑ Ego præterea confirmo tibi ex gratissimis & humanissimis moribus eius te capturum esse eum fructum: id est eam vtilitatem, quem:scilicet fructum soles expectare ab officiis bonorum virorum. Vale.

M.T.C. S. Sulpitio. S.D.P. 23

LVcio Cossinio amico, & tribuli tuo valde familiariter vtor.nã & inter nosmetipsos vetus vsus intercedit:& Atticus noster maiorem ẽt mihi cũ Cossinio consuetudinẽ fecit. Itaq; tota Cossinii domus me diligit.in primisq; libertus eius L.Cossinius Anchilaus, hõ & patrono, & patroni necessariis,quo in numero ego sum,probatissimus.Hũc tibi ita cõmẽdo:vt si meus libertus esset, eodẽq; apud me loco esset,quo & est apud patronum suũ,maiore studio cõmẽdare nõ possem.Quare pergratum mihi feceris,si eũ in amicitiam tuã receperis, atq; eũ quod sine molestia tua fiat,si qua in re opus ei fuerit,iuueris.Id & mihi vehementer gratum erit, & tibi postea iucundum.Hoĩem enim summa probitate, humanitate, obseruantiaq; cognosces. Vale.

HVBER, COssinio.Cõmendat Cic.hac ep̃la Seruio L.Cossinii L.Cossinii amici:& tribulis sui libertum non minus q̃ si esset libertus suus:causas autem commendationis sumit:tum a patrono:tum ab ipso liberto. ꝑ Tribuli.ex tribu.mea. ꝑ Vsus.consuetudo. ꝑ Quo in numero. scilicet necessariorum. ꝑ Probatissimus.gratissimus. ꝑ Quod.scilicet iuuare ipsum:vbi opus fuerit.

ASCEN, LVcio &c.Commendat Seruio Sulpitio L.Cossinium Lucii Cossinii amici & tribulis sui.i.eius qui eum de eadem tribu erat: libertum perinde ac si proprius esset: dicens. ꝑ Ego vtor valde familiariter Lucio Cossinio amico & tribuli tuo.i.viro ex tribu. ꝑ Nam vetus vsus.id est mutuum obsequium intercedit,id est mediũ est:inter nos metipsos:& Atticus noster.i.Pomp.fecit mihi etiam maiorẽ cõsuetudinẽ cum Cossinio. ꝑ Itaq; tota domus Cossinii diligit me:& in primis.i.p̃cipue libertus eius.L.Cossinius.Anchilaus hõ ꝓbatissimus:&.i.simul patrono.s.suo:& necessariis p̃roni.s.sui,in quo numero ego sum. ꝑ Ego cõmẽdo tibi hunc.s.Libertum eius:ita vt si esset libertus meus, & si esset apud me eodẽ loco.i.in,eadẽ charitate, quo &.i.etiam est: apud patronum suum,ego non possum commendare eũ maiore studio. ꝑ Quare tu feceris mihi pergratum,si receperis eum in amicitiam:atq; iuueris eũ:quod fiat sine molestia tua:si opus fuerit ei qua,id est in aliqua re.Id erit. ꝑ Etsi,id est simul gratum mihi vehementer, & erit postea iucundum tibi. ꝑ Tu enim cognosces sup.eum esse hominem summa probitate,humanitate & obseruantia. Vale.

M.T.C. S.Sulpitio. S.D.P.24

CVm antea capiebã ex officio meo voluptatem, q̃ meminerim,q̃ tibi diligenter Lysonem hospitem, & familiarem meum cõmẽdassem tum vero posteaquã ex literis eius cognoui,tibi eum falso suspectum fuisse,vehementissime lætatus sum,me tam diligentem in eo commendando fuisse.Ita enim scripsit ad me, sibi meam commendationem maximo adiumento fuisse,q̃ ad te delatum diceret, sese contra dignitatem tuã Romæ de te loqui solitum esse.De quo etsi pro tua facilitate, & humanitate purgatũ se tibi scribit esse: tamen primũ, vt debeo,tibi maximas gratias ago,cum tãtum literæ meæ potuerunt,vt his lectis omnem offensionẽ suspicionis.quam habueras de Lysone,deponeres.Deinde credas mihi affirmanti velim,me hoc non pro Lysone magis,q̃ pro omnibus scribere:hoĩem esse neminem,qui vnquam mẽtionẽ tui sine tua summa laude fecerit.Lyso vero cũ mecũ ꝓpe quotidie esset, vnaq; viueret:nõ solũ quia me libẽter audire arbitratur,sed quia libẽtius ipso loquebat̃,oĩa mihi tua & facta,& dicta laudabat.Quapropter etsi a te ita tractat̃, ut iam nõ desyderet cõmẽdationẽ meam:tñ q̃ se literis meis omnia consecutum putet:tñ a te peto maiorẽ in modum, vt eum etiam atq; etiam tuis officiis,liberalitate complectare.Scriberem ad te,qualis vir esset,vt superioribus literis feceram,nisi eum iam per seipsum satis tibi esse notum arbitrarer. Vale.

HVBE. CVm antea.Seruius suspectũ habuerat Lysonẽ Patrẽsem ei a Cic.supra cõmendatũ q̃ ad se delatum fuerat eum Romæ locutum contra dignitatem suam,quod falsum erat: cumq; ille se apud Seruium excusasset, Seruius pp lr̃as Cic.cõmendatitias omni offensione deposita Lysonẽ commendatũ habuit.Quãobrẽ Cic. hac epistola dicit se semper accepisse magnã voluptatẽ de eo quod scripsisset diligenter de Lysone ad ipsum Seruiũ:sed magis se lætatũ posteaquã intellexit eũ fuisse falso suspectũ Ser.nã si negligẽter scripsisset: visus fuisset quodãmodo ꝯscius huius rei.Itaq; primum agit gr̃as Seruio:qui oẽm suspicionis offensionẽ deposuerit pp lr̃as suas cõmendatitias.Deinde excusat ipsum Lysonẽ qđ non mõ nunq̃ dixerit aliq̃d ꝯtra dignitatem Seruii, Sed semp oĩa cũ summa eius laude,qđ idem ab oĩbus factũ dicit.Postremo rursus cõmendat ei hunc Lysonem. ꝑ Purgatũ.excusatũ. ꝑ Offensionẽ.molestiã. displicentiam, vt ita dicam. ꝑ Affirmanti.testificanti,certificanti. ꝑ Neminem.s.esse. ꝑ Non solum.i.non solũ,quia sciret me libẽter audire laudes tuas,sed etiam quia ipse libentius de te cum laude loquebatur. ꝑ Ita.cum tanta humanitate & liberalitate. ꝑ Lr̃is meis. quibus eum antea tibi commendaui.

ASCEN. CVm antea &c.Seruius suspectum habuerat Lysonem quod audierat contra dignitatẽ suam Romæ locutũ: quam suspicionem pro commendatione Ciceronis deposuerat:quod factum sibi gratissimum nunc dicit Cicero. Ordo est.Cum,s.ita sit quod capiebam antea voluptatem ex officio meo:q̃ meminerim quam diligenter commendassem tibi Lysonem hospitem & familiarem meum. ꝑ Tum vero.i.tunc multo magis:& quasi ex vero aut ad verum: posteaquam cognoui ex literis eius eum fuisse suspectum tibi falso:lætatus sum vehemẽtissime,me fuisse tam diligentẽ in eo cõmendando. ꝑ Ita.n.scripsit ad me meã cõmendationẽ fuisse sibi maximo adiumento:q̃ id est eo q̃ diceret delatũ: supple fuisse ad te sese solitum esse loqui Romæ de te contra dignitatem tuã. ꝑ De quo etsi:id est q̃q̃ scribit se purgatũ esse tibi pro facilitate & humanitate tua,tamẽ ego ago primum tibi maximas gratias vt debeo,cũ.i.quandoquidem literæ meæ potuerunt tantũ.i.tam multum:vt his lectis:id est postquam eas legeres:deponeres oẽm offensionem suspicionis.i.ortam ex suspicione,quam habueras de Lysone. ꝑ Deinde velim sup.vt credas mihi adfirmanti me scribere hoc non magis pro Lysone.s.purgando:q̃ pro omnibus:scilicet Romæ agentibus:hominem neminem.i.nullum esse,qui fecerit vnq̃ mentionẽ tui sine summa laude tua. ꝑ Vero.i.sed Lyso

cum esset

cum esset mecum prope.id est fere quotidie,& viueret vna:id est pariter:non quia arbitrabatur:id est putabat me audi re libenter,sed quia ipse libentius loquebatur,laudabat mihi omnia facta & dicta tua.¶ Quapropter & si.i.q̄q̄, tractat a te ita:vt iam non desideret commendationem meam & is putet se consecutum.i.obtinuisse omnia:scilicet quę velit literis meis.i.per literas meas,tamen peto a te in modum maiorem:idest formam non vulgarem, vt complectare eū etiā atq; etiam.i.frequenter,tuis officiis:sup. & liberalitate.¶ Ego scriberem ad te qualis vir esset, vt feceram superioribus.s. literis nisi arbitrarer iam esse satis notum tibi per seipsum. Vale.

M.T.C. S.Sulpitio. S.D.P. 25

HAgessaretus Larissæus magnis meis beneficiis ornatus in consulatu meo, memor, & gratus fuit,meq; postea diligentissime coluit. Eum tibi magnopere cōmendo, vt & hospitē,& familiarē meum,& gratum hominem, & virum bonum,& principem ciuitatis suæ,& tua necessitudine dignissimū. Pergratum mihi feceris, si dederis operam,vt is intelligat hanc meam commēdationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

HVBER. HAgessaretus. Laudat Cic. multū Hasagareti Larissæi gratitudinem & beneuolentiam erga Sul. Deinde cōmendat eum Seruio Sulpi.¶ Larissæus. ex Larissa ciuitate Thessaliæ in sinu pelasgico, vnde & Achilles Larissæus: vt Virgil. lib.ii. Aenei. quem non mille rates, nec Larissæus Achilles.

Larissa

ASCEN. HAgessaretus &c. Laudat Hasagareti Larissæi gratitudinem & beneuolentiam,atq; ita eum Sulpitio facit commendatiorem:dicens Hasagaretus Larissæus.i.ex Larissa oppido Thessaliæ in sinu pelasgico:vnde Achilles Larissæus vocatus est,ornatus magnis beneficiis meis in cōsulatu meo, fuit memor & gratus:& coluit me postea diligentissime.¶ Ego cōmendo tibi eum magnopere: vt & hospitem meum & familiarem meum, & sup. vt hominem gratum, & virum bonum, & principem ciuitatis suæ, & dignissimum necessitudine.i.arcta coniunctione tua. ¶ Tu feceris mihi pergratum,si dederis operam vt intelligat hanc commendationem meam habuisse apud te magnum pōdus.i.momentum in commendando.¶ Omnia sunt tam aperta vt expositione non egeant, nec in ordine quisquam primas modo literas doctus errare possit:nolui tamen propter facilitatem vnius aut alterius epistolæ ab incepto desistere. Vale.

M.T.C. S.Sulpitio S.D.P. 26

LVcius Mescinius ea mecum necessitudine coniūctus est, q̄ mihi Quæs. fuit. Sed hāc causam quam ego, vt a maioribus accepi, semper grauem duxi, fecit virtute, & humanitate sua iustiorem. Itaque eo sic vtor, vt nec familiarius ullo, nec libentius. Is quanquam confidere videbatur, te sua causa, quæ honeste posses, libenter esse facturum: magnum tamen esse sperauit apud te meas quoq; lr̄as pōdus habituras. Id cū ipse ita iudicabat: tū p̄ familiari cōsuetudine sępe ex me audierat, q̄ suauis esset inter nos, & quanta cōiunctio. Peto igitur a te tanto scilicet studio, quāto intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario, & tā familiari: vt eius negocia, quæ sunt in Achaia, ex eo q̄ hæres ē M.Mindio fratri suo, qui Elide negociatus est, explices, & expedias tum iure, & potestate, quā habes, tū ēt authoritate, & cōsilio tuo. Sic enim pręscripsimus iis, quibus ea negocia mandauimus, vt omnibus in rebus, quæ in aliquam controuersiam vocarentur, te arbitro, & quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore vterentur. Id vt honoris mei causa suscipias, vehementer te etiam atq; etiam rogo. Illud pręterea, si nō alienum a tua dignitate putabis esse, feceris mihi pergratum: si qui difficiliores erunt, vt rem sine controuersia confici nolint, si eos, quando cum senatore res est, Romam reieceris. Quod quo minore dubitatiōe facere possis, literas ad te a M.Lepido Cos. non quæ te aliquid iuberent (neque enim id tuæ dignitatis ēē arbitramur) sed quodammodo quasi cōmendatitias sumpsimus. Scriberem q̄ id beneficium bene apud Mescinium positurus esses, nisi & te scire confiderem, & mihi peterem. Sic enim velim existimes, non minus me de illius re laborare, q̄ ipsum de sua. Sed cum illum studeo quamfacillime ad suum peruenire: tum illud laboro. vt non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur. Vale.

HVB. LVcius Mescinius. M.Mandius Mescinii quæstoris Cic. frater Helidæ negociatus fuerat, illic petiit, quare cum Mescinius hæreditatem fratris peteret: quosdam habebat aduersarios in hac causa & pręcipue Oppiam, quę vxor fuerat ipsius Mandii. Itaque Cice. expositis causis suę coniunctionis cum Mescinio: commendat eum Seruio, vt in obtinenda hac hæreditate eum adiuuet: sitq; in omnibus eius rebus, quæ in controuersiam vocabantur arbiter & disceptator, deinde si aliqui ex aduersariis fuerint duriores: qui nolint causam componi sine controuersia, petit a Seruio, vt eos Romam remittat ad litigandum si id sine p̄iudicio dignitatis suæ fieri poterit, & vt id liberius facere posset: dicit se habuisse literas a M.Lepido consule ad ipm̄ Seruium, non quæ cogant illum aliquid facere: quoniā existimasset contra eius dignitatem: sed quæ hortentur & cōmendent Mesciniū pro cuius causa & rebus dicit Cic. se nō minus laborare: q̄ eum ipsum.¶ Grauem. magnā.¶ Vt a maioribus accepi. sic enim supra ad Bru. in cōmendatione M. Var. inquit, satis enim tibi commendatum arbitror ab ipso more maiorum, qui vt te non fugit, hanc quæsturæ coniunctionem liberorū necessitudini proximā voluit esse.¶ Achaia. prouincia tua.¶ Helide. regione Achaiæ, vt scribit Ptolemæus: in qua est Helis ciuitas.¶ Negociatus est. mercaturā exercuit.¶ Explices. liberes.¶ Potestate. proconsulari de iure dicendo in p̄uincia tua.¶ Cōsilio. prudentia.¶ Authoritate, qua plerūq; tolluntur multæ lites.¶ Præscripsimus. iussimus, ordinauimus, & quasi legem dedimus.¶ Iis. procuratoribus.¶ Controuersiam. litem.¶ Vocarentur. traherētur. ¶ Arbitro. meditatore & iudice.¶ Disceptatore.¶ Discussore, cōpositore.¶ Alienū tua digni.i. remotū a dignitate tua hoc est contrariū tuæ dignitati.¶ Difficiliores. duriores & pertinaciores. ¶ Confici. componi. ¶ Reieceris. remiseris. ¶ Quando. quoniam.¶ Res est cum senatore.i. quoniā ius & controuersia est cum Mescinio senatore, & ita poteris te honestare reiiciendo Romā eos qui cum senatore litigant, iuberent te.i. facere. ¶ Bene positurus: bene collocaturus tanq̄ apud gratum & memorem.¶ Et peterem mihi.s. hoc beneficium.i. pro me.¶ De sua. de propria re sua.

Helis

Præscribo

Disceptator

ASCEN. LVcius Mescinius &c. M.Mindius Mescinii quæstoris Cicer. frater Helide petierat, quocirca eum. L.Mescinius fratris hæreditatem peteret, Oppiam vxorem Mindii aduersariam habuit, contra quam hic Mescinium commendat Cicer. dicens. L.Mescinius est coniunctus mecum ea necessitudine: id est vinculo amicitiæ, q̄ fuit mihi q̄stor.s. in Cilicia: sed fecit virtute & humanitate sua hāc cau

sam quam ego duxi.i.æstimaui semper grauem.i.magni momenti, & ponderis. ¶ Vt accepi sup. eam a maioribus.i.præcessoribus nostris: feci dico iustiorem.i.meliorem. ¶ Itaq; ego vtor eo sic, vt neq; sup. vtar vllo familiarius nec libentius. ¶ Is: scilicet Lucius, q̄q̄ videbatur confidere te facturum esse libenter causa sua.i.amore sui, quæ posses.s. facere honeste tamen sperauit meas literas habituras sup. esse magnum pondus apud te. ¶ Cum: scilicet ita sit q ipse iudicabat id supp. esse ita, tum: id est multo magis, audierat sæpe ex me: pro consuetudine familiari: id est propter consuetudinem familiarem, quam mecum habet: audierat inquam, q̄.i. quantum suauis: id est dulcis: & quanta.i. q̄ magna coniúctio esset inter nos: id est inter te & me. ¶ Peto igitur a te: scilicet tanto studio quanto intelligis me debere petere pro homine tã necessario mihi, & tam familiari: vt explices & expedias: id est oi impedimento liberes, negocia eius quæ sunt sup. ei in Achaia ex eo q est hæres. M. Mindio fratri suo qui negociatus est.i. mercaturã gessit. ¶ Heli.i. in eo oppido in Helide regione Achaiæ, sunt qui Helide legant: expedias: inquam tũ iure & potestate quam habes.s. illic, tum etiam authoritate & consilio tuo. ¶ Nos enim præscripsimus.i. præcepimus iis quibus mandauimus ea negocia.s. solicitanda & procuranda: vt vterentur in omnibus rebus, quæ vocarentur in aliquam controuersiam.i. litem aut diuersas assertiones, iuris, te arbitro, & q.i. quoad possit fieri commodo tuo, te disceptatore.i. litigatore & causæ discussore. ¶ Ego rogo vehementer & atq; etiam, vt suscipias id: scilicet oneris causa honoris mei. ¶ Præterea tu feceris mihi pergratum si illud non putabis esse alienum a dignitate tua, siqui erunt difficiliores: scilicet in hæreditate assignanda ita sup. vt nolint.i. non patiantur rem confici.i. transigi & finiri sine controuersia: id est sine lite si reieceris eos Romam.i. ad forum Romanum, quando: id est quoniam res: id est negocium & lis est eis cum senatore: scilicet Mescinio. ¶ Quod: scilicet reiicere litigatores Romam: id est vt, possis facere minore dubitatione: scilicet an liceret tibi nos sumpsimus literas ad te a Marco Lepido consule: non quæ: id est non tales quæ iuberent te sup. facere aliquid aliter diceret tibi. ¶ Neq; enim arbitramur id: scilicet iubere aliquid tibi qui in prouincia consulatem habes potestatem: esse dignitatis tuæ: sed quodammodo quasi cõmendatitias scilicet negocii. ¶ Scriberem q̄ bene positurus: id est locaturus esses id beneficium apud Mescinium: nisi & confiderem te scire: & peterem mihi: id est reputarem mihi impensum quod Mescinio impenderis. ¶ Velim enim existimes: id est iudices sic, me non minus laborare de re illius, q̄ ipsum de sua: scilicet re. Sed tum: id est pariter studeo, id est cupio illum, scilicet Mescinium peruenire q̄ facillime ad suum: scilicet ius: aut bonum hæreditarium, tum laboro.i. contendo: illud vt arbitretur se consecutum non minimum, id est non minimam partem hac commendatione mea. Vale.

M.T.C. S.Sulpitio. S.D.P. 21

Licet eodem exemplo sæpius tibi huius generis literas mittam, cum gratias agam, q meas commendationes tam diligenter obserues, quod feci in aliis, & faciã, vt video, sæpius: sed tñ non parcam operæ, & vt vos in vestris formulis, sic ego in epistolis de eadẽ re alio modo. C. Auianus igitur Ammonius incredibileis mihi gratias p literas egit & suo, & Aemilii Auiani patroni sui nomine, nec liberalius, nec honorificentius potuisse tractari, nec se præsentẽ, nec rem familiarẽ absentis patroni sui. Id mihi cum iucundum est eorum causa, quos ego tibi summa necessitudine, & summa coniunctione adductus commendaueram, q M. Aemilius vnus ex meis familiarissimus, atque intimis maxime necessarius homo, & magnis meis beneficiis deuinctus, & prope omnium; qui mihi aliquid debere vidẽtur. gratissimus: tum multo iucundius, te esse in me tali volũtate, vt plus prosis amicis meis, q̄ ego præsens fortasse prodessem: credo q magis ego dubitarem, quid illorum causa facerem, q̄ tu quid mea. Sed hoc non dubito quin existimes mihi esse gratum. Illud te rogo, vt illos quoq; gratos homines esse putes. quod ita esse tibi promitto, atq; cõfirmo. Quare velim quicquid habent negocii, des operam, quod cõmodo tuo fiat, vt te obtinente Achaiam, cõficiant. Ego cum tuo Seruio iucundissime, cõiunctissimeq; viuo: magnãq; cum ex ingenio eius, singulariq; studio, tum ex virtute, & probitate voluptatem capio. Vale.

HVBER. Licet. Agit Cicero gratias Seruio: quod liberalissime & honorificentissime tractasset Caium Auianum Hammonium & suo nomine & nomine etiam patroni sui Aemilii Auia. quos supra commendauerat, vt visum est in epistola quam falso inscriptam diximus Octauio pro Seruio: ostendit autem Cice. q̄ sibi id iucundum & gratum fuerit: & rursus eos eorumq; negocia commendat. ¶ Obserues. efficias. ¶ Sed tamen. pro tamen. vtitur interdum Cicer. his aduersatiuis geminatis pro simplici. ¶ Vos. iurisconsulti. ¶ In formulis. in vestris legibus. ¶ Alio modo. diuerso modo cum tamen eadem res sit. ¶ Absentis. qui supra dixerat eum non esse Sicyone: sed Cibyre. ¶ Eorum. & liberti & patroni. ¶ Deuinctus. astrictus. ¶ Quid mea.s. causa faceres. ¶ Te ob. Ac. dum es in Achaia procõsul. ¶ Cum tuo ser. filio tuo. ¶ Ingenio. quo plurimum valet.

ASCEN. Licet &c. Agit Seruio gratias q C. Auianum Hammonium liberalissime tractarat & suo. id est Ciceronis nomine atq; respectu & patroni ipsius Auiani. Ostẽdit q quantum sibi id gratum & iucundum fuerit, & rursus tam patronum q̄ libertum & vtriusque negocia eidẽ Ser. Sulpitio cõmendat: dicens. ¶ Licet ego mittam tibi sæpius literas eodem exemplo: id est eadem forma scriptas & fere iisdẽ verbis huius generis: cuius sunt hæc cũ agã gratias. ¶ Quod obserues: id est perficias tam diligenter commendationes meas, quod.i. quam rem: feci in aliis.s. literis meis, & faciam vt video sæpius, sed tamen: id est attamen non parcam operæ, id est labori. ¶ Et vt sup. vos iurisconsulti, soletis in formulis: id est instrumentis vestris.s. scribere de eadem re alio modo sic ego sup. scribam in epistolis. ¶ Igitur vt rem exequar. Caius Auianus Hammonius homo libertinæ conditionis egit mihi per literas: gratias incredibiles: & suo nomine & nomine Aemilii Auiani patroni sui: cum: scilicet ita sit: q.i. mihi iucundum causa eorum quos ego commendaueram tibi adductus summa necessitudine & summa coniũctione: q Marc. Aemilius vnus ex meis familiarissimis atq; intimis: homo maxime necessarius, & deuinctus maximis beneficiis meis & gratissimus prope: id est quasi omnium qui videntur debere mihi aliquid: tum sup. est mihi multo iucũdius te esse tali voluntate in me, vt prosis plus amicis meis q̄ ego præsens: id est si essem præsens prodessem fortasse supp. eis. Causam addit dicẽs. ¶ Credo: &c.i. propterea q ego magis dubitarem quid facerem causa illorum.s. meorum: q̄ tu qd sup. faceres, mea.s. causa. ¶ Sed non dubito quin existimes hoc.s. beneficium tuum esse gratum mihi. ¶ Ego rogo te illud, vt putes, illos quoq; homines gratos, quod esse ita, ego probo: id est approbo vtq; cõfirmo quare velim sup. vt des operam, sup. vt conficiant: id est absoluant & perficiant: te obtinente.i. tantisperdum obtinebis Achaiam quicquid negocii habent: scilicet in ea. ¶ Ego viuo iucundissime & cõiunctissime, cũ Seruio tuo: scilicet filio, & capio magnam voluptatẽ tum ex ingenio eius & studio singulari: tum ex virtute & probitate. Vale.

¶ Etsi

HVBER.

ETsi. Exposuerat L. Mescinius Ciceroni literas eius ꝓ se cõmendatitias ad Seruium: quas ante superiorem vidimus tantũ sibi profuisse vt statim iis lectis Ser. eius procuratoribus oia pollicitus sit, & etiã multo plura & maiora esse cerit ꝗ promiserit. Quare Cic. hac epistola ostendit ꝗ gratũ sibi fuerit & ꝗ recte collocauerit id beneficium. Deinde laudato plurimũ Mescinio petit a Seru. vt augeat sua erga illum beneficia: & transmittat Romam Oppiam, quæ fuerat vxor Mindii: quæ auertebat illam hæreditatem. Postremo cõmendat ei ciuitatem Lacedæ. rogatu cuiusdã Philippi Lacedæ. vt licet ipse eos diligat: & pro iustitia sua sit oia facturus: tñ significet eis se etiam facere aliquid causa Cic. cui intelligit fore gratissimũ.

M.T.C. Ser. Sulpitio S.P.D.

ETsi libenter petere a te soleo, siqd opus est meorum cuipiam: tamen multo libentius gratias tibi ago, cum fecisti aliquid cõmendatione mea: quod semper facis. incredibile est enim, quas mihi gratias omnes agant, etiam mediocriter a me tibi commẽdati. quæ mihi omnia grata, sed de L. Mescinio gratissimum. Sic enim est mecum locutus, te, vt meas literas legeris, statim procuratoribus suis pollicitum esse omnia, multo vero plura, & maiora fecisse. Id igitur (puto enim etiam atque etiam mihi dicendum esse) velim existimes mihi te fecisse gratissimum. quod quidem hoc vehementius lætor, ꝙ ex ipso Mescinio te video magnam capturum voluptatem. Est enim in eo cum virtus, & probitas & summum officium, summaq; obseruantia: tum studia illa nostra, quibus antea delectabamur, nunc etiam viuimus. Quod reliquum est, velim augeas tua in eũ beneficia omnibus rebus, quæ te erunt dignæ. Sed duo, quæ te nominatim rogo. Primum, vt siquid tibi satisdandum erit amplius eo nomine non peti, cures, vt satisdetur fide mea. Deinde cum fere consistat hæreditas in iis rebus, quas auertit Oppia, ꝗ vxor Mindii fuit: adiuues, ineasq; rationem, queadmodum ea mulier Romam perducatur. quod si putarit illa fore, vt opinio nostra est, negocium conficiemus. Hoc vt assequamur, te vehementer etiam atq; etiam rogo. Illud, quod supra scripsi, id in me recipio, te, ea quę fecisti Mescinii causa, quæq; feceris, ita bene collocaturũ, vt ipse iudices homini te gratissimo, iucundissimo benigne fecisse. Volo enim ad id, quod mea causa fecisti, hoc etiam accedere. Nec Lacedæmonios dubitare arbitror, quin ipsi sua, maiorumq; suorum authoritate satis commendati sint fidei, & iustitiæ tuæ: & ego, ꝗ te optime nouissem, non dubitaui, quin tibi notissima & iura, & merita populorũ essent. Itaq; cum a me peteret Philippus Lacedæmonius, vt tibi ciuitatem cõmendarẽ: & si memineram me ei ciuitati omnia debere, tamen respondi commendatione Lacedæmonios apud te nõ egere. Itaq; sic veli existimes, me omneis Achaiæ ciuitates arbitrari pro horum temporum ꝑturbatione feliceis, ꝙ tu his præsis: eundẽq; me ita iudicare, te ꝙ vnus optime nosses non nostra solum, sed etiam Græciæ monimenta omnia, tua sponte amicũ Lacedæmoniis & esse, & fore. Quare tantum a te peto, vt cum ea facies Lacedęmoniorum causa, quę tua fides, amplitudo, iustitia postulat: his, si tibi videbitur, significes te non moleste ferre, ꝙ intelligas ea, ꝗ facias, mihi quoque grate esse. Pertinet enim ad officium meum, eos existimare, curæ mihi suas res esse. Hoc te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

¶ Multo libentius, ꝗ peto. ¶ Vt legeris. i. legeris. ¶ Etiã atq; ẽt dicendũ. i. sæpius repetendũ, vt intelligas me esse memorẽ & gratum beneficii. ¶ Studia nostra. s. sunt in Mescinio. ¶ Antea. temporibus felicibus erant nobis delectationi. ¶ Nunc etiam viuimus. nunc sunt nobis saluti: quia nisi nos consolarentur, & a curis abiicerent viuere non possemus. Hanc sententiã multis locis supradixi literis tẽporibus secundis esse ornamento & delectationi: aduersis vero ẽt saluti. ¶ Quæ erũt digna: ꝗ non erunt ꝯtra honorẽ & dignitatẽ tuã. ¶ Noiatim, noie declarãdo quæ sint. ¶ Satisdãdũ. fide iubendũ, & te ipsa certificandũ. ¶ Eo noie ea cã eo debito. ¶ Fide mea. i. sub fide mea me ꝑmittẽte tibi. ordo est. Siqd erit satisdandũ amplius non peti eo noie: cures vt satisdeť fide mea: oportebat. n. Mesciniũ dare fideinsorem: ꝙ non peteret amplius eo debito. i. ꝙ nõ peteret amplius eo debito & hæreditate: quæ ad se perueniebat. ita. n. inter litigãtes fieri solet: maxime ab eo qui petit. ¶ Auertit. amouit e domo mariti sustulit, vt faciũt plerũq; vxores mortuis maritis. ¶ Illa mulier. Oppia. ¶ Benigne. liberaliter. i. ꝓstitisse beneficiũ. ¶ Maiorꝝ. fuerunt. n. clarissimi & imperiũ Græciæ: vt Trogus scribit: multos annos tenuerũt. ¶ Iura. quæ hñt specialia: quibus teganť. ¶ Ne de. oia. a qua fuerã meis aduersissimis tẽporibus humanissime exceptus. ¶ Non ege. quia propria voluntate es inclinatus ad eoꝝ fauorem. ¶ Pro perturbatione. id est quantũ patitur perturbatio eoꝝ temporũ, quibus bella ciuilia fuerunt inter Cæsarem & Põpeium. ¶ Nostra monumẽta. i. scripta & historias nostras id est Romanas. ¶ Significes. demonstres: facias eos intelligere. ¶ Officium meum. qui eis debeo.

ASCEN.

ETsi &c. Exposuerat Lucius Mescinius Cicerõi literas eius pro se cõmendatitias ad Seruiũ Sulpitiũ, tñ sibi profuisse vt statim illis lectis Seru. oia pollicitus sit & maiora effecerit ꝗ pollicitus fuerit: quamobrẽ Cice. gratias agit: petens tñ vt beneficiũ ineunde augeat. Ordo est. Etsi. i. ꝗꝗ, soleo libenter petere a te, siquid opus est cuipiã. i. alicui meorum: tamen ego ago multo libentius tibi gratias: cũ fecisti aliquid cõmendatione mea. i. propter cõmendationẽ meam, quod facis semper. ¶ Enim. i. quia incredibile est quas gratias agant mihi cõmendati a me tibi ẽt mediocriter: quę omnia sunt grata mihi: sed gratissimum supple est de Lucio Mescinio. i. quod factum audio per te de illo. ¶ Ipse enim locutus est sic te vt. i. postquam legeris literas meas statim pollicitũ esse procuratoribus suis oia: sed fecisse multo plura & maiora. Ridiculũ videreť nisi ex more loquendi sit: ꝙ plura ꝗ oia fecisse dicat, sed intelligamus oia quæ polliceri debebant pollicitũ, fecisse aũt longe plura. ¶ Igitur ego velim existimes: puto. n. dicendũ esse mihi etiam atq; etiam. i. frequẽter te fecisse, mihi id gratissimũ: quod. i. quã tẽ: equidẽ. i. ego quidẽ: lætor. i. lætitia ꝓsequor, hoc. i. eo vehementius, ꝙ video te capturũ magnã voluptatẽ ex ipso Mescinio. Eni. id est quia tum. i. simul, virtus & probitas ai est in eo: tum. i. simul sup. sunt in eo illa. ¶ Studia nostra. s. philosophica: qbus delectabamur ant ea. i. ante occupationẽ reip. nunc etiam viuimus: quia sine illis viuere nollemus. Quod. i. quantum ad id quod reliquum est. i. adhuc restat, ego velim sup. vt augeas bñficia tua in eũ. s. Mescinium, oibus rebus, quæ. s. bñficia erunt digna te. i. quæ a te fiant. Sed rogo te duo quidẽ nominatim. i. per nominis expressionem. Primum vt siquid erit satisdandũ. i. pollicendũ præstare, non peti amplius. s. ꝗ iustũ est: eo noie. s. hẽditatis. vt sup. cures sup. vt id satisdetur. i. cõpromittať: fide mea. Videreť. n. diffidere Mescinio, si ordo sit: peto vt cures siquid amplius erit satisdandũ eo noie non peti vt satisdetur nomine meo, legamus ergo priore meo. Deinde cum hęreditas ꝯsistat fere in iis rebus, ꝗs

Oppia quae fuit vxor Mindii.s.fratris Mescinii,auertit.i.abstulit in suum vsum vertēdo:adiuues.s.pcuratores & ineas .i.inuenias,tōnē.i.modū & viam,quēadmedum ea mulier perducatur Romā.¶Quod.s.eam perduci Romā,si illa puta rit fore.i.futurū,nos conficiamus,i.absoluamus negociū:vt opinio nostra est,qa malit restituere oblata q̄ Romam pficisci.¶Ego rogo te vehementer ēt atq; ēt:vt adsequamur.i.obtineamus hoc.¶Ego recipio in me.i.polliceor me p̄stare id quod scripsi iupta te collocaturū ea quae fecisti quaeq;.i.& quae feceris.i.facturus fueris causa Mescinii:ita bene,vt ipse.i.tute iudices te fecisse benigne hr i gratissimo.¶Volo.n.etiam hoc accedere.i.addi aut aduenire,ad id quod fecisti causa mea,hoc est vt ēt Mescinius tibi gratias agat.¶Nec arbitror Lacedaemonios dubitare,quin ipsi satis cōmendati sint fidei & iustitiae tuae:authoritate sua & maiorū suorū.¶Et ego qui nouissem te optime,non dubitaui qui & iura & merita populorū.i.Lacedaemoniorū essent notissima tibi.¶Itaq; cum Philippus Lacedaemonius peteret a me,vt commēdarē tibi ciuitatē.s.Lacedaemoniā hoc est Lacedaemonē.¶Et si memineram me debere ciuitati oia tū respondi Lacedaemonios non egere cōmendatione.¶Itaq; ego velim sup.vt existimes sic me arbitrari oēs ciuitates Achaiae felices:sup.esse pro perturbatione.i.fm perturbationē:aut fm q̄ possit esse in perturbatione horum tempor̄,in quibus.s.Caesar omnia tenet q̄ tu praesis iis.s.ciuitatibus.¶Et me eundē iudicare te,aut me iudicare te eundē,q̄.i.quia,tu vnus.i.solus:nosses optime non solum oia monimenta.i.oēs antiquitates & antiqua instituta:nostra.i.Romana:sed ēt Graeciae:esse & fore.i.futurum esse amicū Lacedaemoniis tua sponte.i.propria voluntate & inclinatione.¶Quare peto a te tm̄.i.dūtaxat, vt cū .i.qn̄,facias causa Lacedaemoniorū ea,quae fides,amplitudo,iustitia tua postulat:significes iis.s.Lacedaemoniis,si videbitur tibi.s.honestum ac vtile & ferre non moleste q̄ intelligas ea,quae facias esse grata quoq;.i.etiā mihi.¶Enim.i.quia ptinet ad officium meum eos existimare res suas esse mihi curae:ego rogo te.h.i.vehementer etiam atq; etiam.

M.T.C. Cn.Planco S.P.D. 29

NOn dubito,quin scias in iis necessariis,qui tibi a patre relicti sunt,me tibi esse vel coniunctissimū,non his modo causis,quae speciem hn̄t magnae cōiunctionis,sed iis etiā, quae familiaritate,& consuetudine tenentur:quā scis mihi iucūdissimam cū patre tuo,& summā fuisse. Ab his initiis noster in te amor pfectus,auxit paternā necessitudinē,& eo magis,q̄ intellexi,vt primum p aetatē iudicium facere potueris quanti quisq; tibi faciendus esset,me a te in primis coeptū esse obseruari,coli,diligi.Accedebat nō mediocre vinculū cum studiorum,quod ipsum est per se graue,tum eorum studiorum,earūq; artiū,quae per se ipsae eos, qui volūtate eadem sunt,ēt familiaritate deuinciunt.Expectare te arbitror,haec tam lōge repetita principia,quo spectent. id primū ergo habeto,non sine magna, iustaq; causa hanc a me cōmemorationē esse factam.C. Atteio Capitone vtor familiarissime. Notae tibi sunt varietates meorū temporū.in omni genere & honorum, & laborum meorum & animus, & opera, & authoritas, & gratia, etiam res familiaris C. Capitonis praesto fuit,

HVBER. NOn dubito. Hac epistola cognoscit̄ q̄ difficile sit aliquid ab eo aperte postulare,quem laeseris: quod si nō nunquam sit faciendum,& longa & insinuata oratione potius q̄ breui & aperta vti,cum ex huius epistolae imitatione,tum vero ex preceptis artis ipsius Cicer.docemur. Argumentum aūt huius epistolae hoc est.C.Capito institutus fuerat haeres ex dimidia: & tertia parte ab Antistio propinquo suo:qui aliquādo quaestor Macedoniā obtinuerat. In sextante vero instituerat fiscum publicū:dūmodo id posset sine cuiusq̄ querela fieri,verū cum hanc haereditatem Capito sine magno fauore Caes.impetrare non posset, & Plancus multū valeret authoritate & gratia apud Caesarē. Cic. Amicus Planci q̄ sciret & se & Capitonē aduersus Caesarē fuisse in bellis ciuilibus:primū placat sibi Plancū longa repetitione & cōmemoratione veteris,& magnae suae cum eo & eius patre necessitudinis. Deinde excusat Antistiū propinquum Capitonis.Primū q̄ semp desyderauit Capitonē ad Caesarē reuerti,deinde q̄ Macedoniā non sponte cōcesserit Pompeio,sed ab eo oppressus: & exprimit casum Antistii & eius testamentū,cōmendatq; ipsum Capitonē Plāco,vt det operā vt Caes.beneficio.C.Capito hēditatē fratris sui obtineat,hec.n.beneficiū si impetrauerit,in se collocatum existimaturū dicit.postea vero Ci.excusat qd fecerit in bello ciuili ptra Caesaris voluntatē,sed id fecisse nō pprio motu,sed aliorū consilio hortatu & authoritate.Capitonis aūt nullū consiliū vnq̄ fuisse contra Caesarē significat.Postremo affirmat ipsum Capitonē fore gratissimū,& memorē tanti bn̄ficii. ¶Vel.i.ēt:vt vel Priamo miseranda manus.¶Speciem. appatentiā.¶Quā ɔsuetudinē.¶Profectus.qui pcessit.¶Vt primū.cum primū.¶Per aetatem firmiorē:haec.n.apta est ad amicitiarū iudiciū.Hora.in arte poetica.Conuersis studiis aetas aiusq; uirilis Quaerit opes & amicitias,inseruit honori. Cōmisisse cauet q̄ mox mutare laboret.¶Graue.magnū per se.sua cā eorū.s.ea arte significat studia humanitatis & artes liberales.Nā & si oium studiorū similitudo beneuolentiā conciliat,pcipue tn̄ eorū quae de humanitate,de moribus:de disciplinis tractant.¶Repetita.supra cōmemorata.¶Quo.ad quē finē.¶Principia.exordia.¶C.Attico. incipit exponere cās cōmendationis.¶Meorū tem.mearū fortunarū,quas diuersis tpibus sum passus.¶Animus.voluntas,dispositio.

ASCEN. NOn dubito &c.Hac epistola docemur q̄ difficile sit aliqd ab eo postulare,quē laeseris,in qua postulatione saepe lōga opus est insinuatione,qua vtitur Ci.cum cām Capitonis in haereditate adennda,quā sine fauore Caesaris impetrare nō poterat,Planco Caesaris familiari cōmendat,dicens.non dubito,quin scias me esse tibi vel.i.etiam cōiunctissimum in iis necessariis.i.inter eos necessarios,qui relicti sunt tibi a patre,hoc est qui patri necessarii etiam ppea sunt tibi necessarii habendi.¶Non.s.coniunctissimū esse me tibi:iis de causis.i.propter eas causas,quae hn̄t spēm.i.imaginem magnae ɔiunctionis:sed etiā iis,quae amentur familiaritate,& consuetudine quam.s.consuetudinem scis fuisse mihi cum patre tuo iucundissimam & summam.Amor noster in te profectus ab his.i.huiusmodi initiis:auxit necessitudinem paternā.i.a patre relictam,& eo magis q̄ intellexi me coeptū esse obseruari:coli diligi a te in primis.i.inter primos. vt primū potueris per aetatem facere iudiciū.i.diiudicare quāti,quisq; faciendus esset tibi.i.a te.¶Nō mediocre.i.magnū vinculum tum.i.pariter,studiorū.s.consilium quod ipsum est per se graue.i.magni ponderis ac momenti,tum eorum studiorum.s.humanitatis & earum.i.eiusmodi artiū.s.liberaliū:quae ipse per se.i.ex ppria natura deuinciunt.i.ligant eos qui sunt eadem voluntate.i.qui habent idem propositum:ēt familiariter,addebatur ad veterem coniunctionem. Ego arbitror te expectare cum hec legis,quo.i.ad quem finem,spectent hec principia.i.exordia orationis repetita tam lōge. ¶Ergo ne diutius haesites:habeto.i.vt certum teneto primū id:videlicet:hanc cōmemorationem.s. necessitudines nr̄ae esse factā.s.a me:non sine magna & iusta causa:quid.¶Ego vtor sua familiarissime Caio Atteio Capitone varietates.i. mutationes meorū tempor̄.s.nunc laetorū nunc tristiū sunt notae tibi.¶Et aius & opa,& authoritas & gratia:res familiaris ēt Caii Capitonis fuit praesto,i.parata,mihi in omni genere & honorum & laborum meorum.

HVBER.

¶PARVIT. obsecuta est: inseruiuit. ¶Reuerti. s. ad Cæsa. ¶Attigit. assumpsit. ¶Signaret. imprimeret. qm̄ signatetur pecunia: vel facie alicuius vel titulis, vel bigis, quadrigis, boue, Iano, naui, & victoria: vnde & nūmos victoriatos dicit Plin. appellatos Iuue. Concisum argentū in titulos faciesq; minutas. Nā non intelligunt verbi proprietatem: qui exponunt signaret. p assignaret. s. a Pōpeio suis militibus. ¶Apolloniæ. vnā ponit Ptolemæus in Thracia, alterā in Migdonia aliā in Pisidia Galatiæ, aliā in Macedonia, de qua hic intelligit. ¶Præfuisse. curasse illā pecuniā signādā. ¶Plus duobus. s. affuit. ¶A castris. Pōpeii. ¶In in. Ma. in interiorē partē Macedoniæ. ¶Post p̄. quo Pōpeius victus est in Thessalia.

& paruit & tēporibus, & fortunæ meæ. Huius propinquus fuit T. Antistius: q cū forte Quæs. Macedoniā obtineret, neq; ei successum esset, Pompeius in eam p uinciā cū exercitu venit, facere Antistius nihil potuit: nā si potuisset, nihil ei fuisset antiquius, q̄ ad Capitonē, quē vt parentē diligebat, reuerti: præsertim cū sciret quanti is Cæsarē faceret, semperq; fecisset. Sed opp̄ssus tantū attigit negocii, quantū recusare nō potuit. Cū signaretur argētum Apolloniæ, nō possum dicere eū præfuisse, neq; possum negare eū affuisse, sed nō plus duobus, aut tribus mensibus. Deinde abfuit a castris: fugit omne negociū. hoc mihi, vt testi, velim credas. meam enim ille mœstitiam in illo bello videbat: mecum omnia cōmunicabat. Itaq; abdidit se in intimam Macedoniā quo potuit longissime a castris, non modo vt non præesset vlli negocio, sed etiam vt ne interesset quidem. Is post prælium se ad hominē necessarium A. Plancium in Bithyniam contulit. Ibi eum Cæsar cum vidisset, nihil aspere, nihil acerbe dixit, Romā iussit venire. Ille in morbum continuo incidit: ex quo non conualuit. Aeger Corcyram venit: ibi est mortuus. Testamento, quod Romæ Paulo, & Marcello Coss. fecerat, hæres ex parte dimidia, & tertia ē Capito. in sextante sunt ii, quorū pars sine vlla cuiusq̄ q̄rela publica pōt esse. ea est ad HS. XXX. Sed de hoc Cæsar viderit. Te mi Plance pro paterna necessitudine, p nostro amore, p studiis, & omni cursu nostro totius vitæ simillimo rogo, & a te ita peto, vt maiore cura, maiore studio nullo possim, vt hanc rem suscipias, meam putes esse, enitare, contendas, efficias, vt mea commēdatione, tuo studio, Cæsaris bn̄ficio hęreditatē ppinqui sui C. Capito obtineat. Omnia, quę potuissem in hac summa gratia tua, ac potētia a te impetrare, vltro te ad me detulisse putabo, si hanc rē ipetrauero. Illud fore tibi adiumēto spero, cuius ipse Cæsar eē optimus iudex pōt: semp Cæsarē Capito & dilexit, & coluit. Sed ipse huius rei testis est noui hominis memoriā. Itaq; te nihil doceo: tm̄ tibi sumito p Capitōe apd Cæsarem, q̄tum ipsum meminisse senties. Ego qd̄ in me ipso experiri potui, ad te deferā. in eo quātū sit pōderis, tu videbis. Quā partē in R. P. causamq; defenderim, per quos homines, ordinesq; steterim, qbusq;

¶Bithyniā. q̄ regio est in Asia. ¶Incidit. deuenit. ¶Corcyrā. ea q̄ magna est, adiacet Epiro: insula in qua authore Ptolemæo ciuitas eiusdē nois. ¶In se. ois hǣditas fm iurisc. libra dicebat siue as: qa sicut libra i duodecim vncias diuiditur: ita & hǣditas. Assis aūt partes sunt fm Varro. vncia, q̄ ab vno dr̄ deunx quasi vncia dēpta ex asse, dextans vnciæ decē: dodrās vnciæ nouem: bessis vnciæ octo: septunx vnciæ septē, semunciæ sex. i. media libra: q̄ & salibra dr̄, quincunx vncię q̄nq;: triens vnciæ quatuor: quadrans vncię tres: sextās vnciæ duæ. i. sexta pars assis. As aūt siue libra ɔtinet totū. De his vide Varronē in lingua latina, & iuriscōsultos, dicit ergo eū instituisse hǣdē Capitonē ex pte dimidia & tertia: hoc est ex decē vnciis, nā dimidia ps semis. i. sex vnciæ. Tertia ps libra est triēs. i. q̄tuor & sic restant vnciæ duæ, q̄ sextunx dr̄, in quo erant hǣdes ii, quorū siue cuiusq̄ q̄rela potuerat esse publica. i. ad quos potuerat publice peruenire. ¶Ad tri. sest. i. illæ duæ vnciæ sunt triginta sestertia. ¶Hoc. vi. vtrū sine illa querela possit esse pu. ¶Te mi. adiurat Plancū. ¶Enitare cō. Cæ. dissolutio. ¶Detulisse ad me. in me cōtulisse. ¶Nihil do. te. nihil p̄pono tibi: qd agas. ¶Sūmitto. suggero: & quasi in memoriam redigo. ¶In eo. in sententia. ¶Quā partē. s. Pōpeianā. ¶Steterim. fuerim in magistratu.

Corcyra

Assis ptes
Vncia
Deunx
Dextans
Dodrans
Bessis
Septunx
Semis
Salibra
Quincūx
Triens
Quadrās
Sextunx
As
Libra

ASCEN.

¶ET paruit. i. obsecuta est & tpibus & fortunæ meę. i. inseruiuit mihi pro ɔdōne mea. Titus Antistius fuit propinquus. i. ɔsanguinitate: coniunctus huius. s. talis amici mei q. i. Antistius cū quæstor obtineret forte Macedoniam, neq; successum esset ei: Pōpeius venit in eam puinciā cū exercitu. Antistius nihil potuit facere, qa potentior erat Pompeius. ¶Nā si potuisset, nihil fuisset ei antiquius. i. charius: q̄ reuerti ad Capitonē, quē diligebat vt parentē. i. patrē, p̄sertim cū sciret q̄ti is. s. Capito faceret & fecisset sp Cæsa. ¶Sed opp̄ssus. s. a Pōpeio attigit tm̄ negocii. i. administrationis publicæ q̄tū nō potuit recusare. i. quantum coactus est suscipere. ¶Cum argentū signaret. i. cum fieret moneta argētea Apolloniæ: q̄ vrbs est in Macedonia: nā sunt eiusdē nois alię vt i Thracia, Migdonia Pisidia &c. nō possum dicere eū p̄fuisse. s. ei rei neq; possum negare eū affuisse: sed sup. nō affuit plus duobus aut tribus mēsibus, deinde abfuit a castris, fugit oē negociū velim credas hoc mihi vt testi. s. iurato: ille. n. videbat meā mœstitiā in illo bello, & sup. cōicabat mecum oia. ¶Itaq; vt fugeret negocia: ipse abdidit. i. ɔpsuit sese in intimam Macedoniā, quo. i. quanto longissime potuit a castris. s. Pompeianis: vt non modo. i. nō solū non præesset vlli negocio. s. bellico: sed etiam vt ne quidem. i. non etiam interesset. i. pñs esset. ¶Is. s. Antistius contulit se in Bithyniā: post prælium. s. Pharsalicum: ad Aulum Plancū: hoiem necessarium. s. sibi: aut suū. Cæsar cū vidisset aspere neq; acerbe: iussit. s. dūtaxat venire Romā. ¶Ille. s. Antistius incidit continuo. i. statim post in morbum, venit æger Corcyram vrbem in Corcyra insula iuxta Epirum mortuus est ibi.

¶Capito est hæres sup. eius, testamento. s. per testamentum quod fecerat Romæ Paulo & Marcello cōsulibus: ex parte dimidia, & tertia sup. assis hoc est ex decē vnciis ii quorum pars pōt esse sine vlla querela publica. i. de iure cōmuni: sunt in sextante. i. sexta parte assis: hoc est duabus vnciis, ea. s. pars est ad triginta sextertia de hoc. i. de illa parte viderit Cæsar. s. quod statuere voluerit. ¶O mi Plance ego rogo te pro necessitudine paterna: pro amore nostro: pro studiis & pro omni cursu nostro totius vitæ simillimo, & peto a te ita vt nullo. i. non vllo: non possim. i. petere sup. vlla cura maiore, & vllo studio maiore. vt suscipias. i. defendēdā capias hanc rem, & sup. vt putes meam sup. esse: vt enitare, contendas, efficias vt Caius Capito obtineat hæreditatem propinqui sui. s. Antistii: cōmēdatione mea: studio tuo, sup. & beneficio Cæsaris. ¶Ego putabo te detulisse ad me vltro oia, quæ potui impetrare a te in hac summa gratia tua. s. quam habes in oculis Cæsaris, ac potentia. s. tua si impetrauero hanc rem. ¶Ego spero illud fore tibi adiumentū. s. ad impetrandū a Cęsa. pōt esse optimus iudex qa poscit an verū sit, videlicet Cæsaris: qui oēs memoria tenet a quibus obseruatus est. ¶Itaq; doceo te: sumito tibi pro Capitone. i. in defensione Capitonis quantū ipse. i. tute: senties: sup. Cęsarē meminisse. ¶Ego deferam ad te. i. tibi significabo tu videbis. i. iudicabis quantum ponderis sit in eo. s. qd iudicabo tibi. ¶Tu nō ignoras quam partem & cām ego defenderim in rep. & per quos hoies, & ordine steterim. s. in honore &, dignitate, & qb9 fueri.

HVBER. Minus ¶MVNITVS.defensus.¶ Minus ex vo.Cæ.i.quod Cæ.nollet, nam minus pro nō ponitur.¶ Quo fuerim.i.si q̄d fecerim in quo fuerim moderatior:velim credas me id fecisse maxime.¶ Authoritate.i.suasione.¶ Cuius.Capitonis.¶ Similes.Ita moderatos,neq; valde morosos contra Cæsarem.¶ Non nihil aliquantulum.

ASCEN. ¶MVNItus.i.ptectus ac cōfisus,ego velim credas mihi hoc siq̄d fecerim in hoc ipso bello minus.i.non,aut nō satis ex volūtate Cæ.q̄d intellexerim ipm Cæ.scire,me fecisse inuitissimū,id feci ɔsilio,hortatu:authoritate alioꝝ:vt Pōpeii Lentuli,Catonis &c.¶ Q̄d fueri moderatior & rēperātior.s.in oppugnādo Cę.q̄ q̄sq̄.s.alius i ea pte.s.Pōpeiana,credas inq̄ me fecisse id maxīe authoritate Capitōis.C.s.Capitonis, vtr̄ genitiuo,q̄a de moribus loquit̄: si habuissem reliquos necessarios siles,ego ꝓfuissem fortasse nō nihil reip.q̄a pauciores boni ciues ꝓfuissent,& ꝓfuissem certe.i.sine dubio plurimū mihi.O mi Plance si tu effeceris hanc rē:tu ɔfirmaueris .i.ec corroboraueris spē meā de bñuolētia tua erga me, & adiūxeris sūmo bñficio tuo ad necessitudinē tuā.i.ad necessarios tuos,aut ad deuinctionē amicitiæ q̄si necessariæ, ipm Capitonē:viꝝ gratissimū,officiosissimū: optimum. Vale.

HVBE. Sosæ Susa Catina Decurio MAnlius.Cōmēdat Cic.Acilio ꝓcōsuli in Sicilia.Mālium quēdā:vt ei faueat in ɔsequēda hr̄ditate fratris, q Catinæ perierat,& vt oñdat dignū cōmēdatione: laudat eius ꝓbitatē & doctrinam. ¶ Sosis nomen vrbis vt puto quæ & Susa dr̄ in Susania parte Asiæ maioris.¶ Catinensis.ex Catina,q̄ vrbs est Siciliæ.¶ Reliqs nea. q ciuitate Romana donati fuerūt.¶ Decurio nomē est magratus:de quo alio loco plenius diximus.¶ Ascriptus.recept⁹.¶ In id. m.Neapolitanum.¶ Est in b.in possessione bonorum.

ASCEN. LVcius Mālius &c. Cōmēdat Acilio ꝓcōsuli in Sicilia Mālū quēdā ad obtinēdā hr̄ditatē frīs Catinæ defuncti.dicēs.Lucius Manlius est Sosis.i.in ea vrbe Asiæ q̄ & Susa dr̄,is.s.Mālius fuit Catinēsis.s.ciuis hoc est Catinę ciuitatis Siciliæ,sed est factus ciuis Ro.vna.i.sil̄, cū reliqs Neapolitanis,ergo &,ipse Neapolitanus, qūo ergo:Catinēses:docebit id stati,& factus ē decurio Neapoli.i.i ea vrbe: quę noua vrbs dr̄:cū prius Parthēope diceret.¶ Ipse.n.erat ascriptus.i.scripto receptus in id municipiū.s. Neapolitanū & ita licet Catinæ natus:Neapolitanus dici potuit.añ ciuitatē.s.Romā:datā sociis & latinis.fr̄ ei⁹.s.Mālii mortu⁹ est nup Catinæ:nos nullā.i.nō vllā non arbitramur eū habituꝝ oino vllā ɔtrouersiā.i.litē de ea hr̄ditate, & ē hodie in bonis.i.in bonoꝝ possessione,sed q̄n.i.q.n hēt p̄terea.i.p̄ter hæreditatē illā vetera negocia in Sicilia sua.s.patria,ego cōmendo tibi & hāc hæreditatē fraternā,& oīa eius.s.bona,& in primis,i.pcipue cōmendo tibi ipsum,virum optimū,& familiarissimū mihi: p̄ditum his studiis literaꝝ & delector maxime.Igitur peto:abs te:vt scias eum esse in intimis meis & maxime,necessarius:siue aderit.i.p̄ns erit:siue venerit in Siciliam & tractes eū ita vt intelligat meā cōmendationem fuisse sibi magno adiumento. ¶ Sunt qui legant siue: adierit,sup:te:siue nō venerit in Siciliam,sed si non venerit quomodo Acilius eum tractabit. Vale.

munitus fuerim,nō ignoras.Hoc mihi velim credas: siq̄d fecerim hoc ipso in bello minus ex Cęsaris volūtate,q̄d intellexerim scire ipm Cęsarē, me inuitissimū fecisse:id feci alioꝝ cōsilio,hortatu,authoritate: Quo fueri moderatior,rēperatiorq;,q̄ i ea pte q̄squā,id me fecisse maxīe authoritate Capitōis.cuius similes si reliquos necessarios habuissem:R.P.fortasse non nihil, mihi certe plurimū p̄fuissem.Hāc rē mi Plance si effeceris,meā de tua erga me bñuolētia spē cōfirmaueris, ipmq;Capitonē gratissimū,officiosissimū,optimū viꝝ ad tuā necessitudinē,tuo summo bñficio adiunxeris.

M.T.C.Acilio Procos.S.P.D. 30

LVcius Manlius est Sosis. is fuit Catinēsis: sed ē vna cū reliqs Neapolitanis ciuis Roman⁹ factus,Decurioq;Neapoli.erat.n.adscriptus i id mūicipiū añ ciuitatē sociis,& Latinis datā.Eius fr̄ Catinæ nup mortu⁹ ē.nullā oīno arbitramur de ea hr̄ditate cōtrouersiā eū habituꝝ:& ē hodie ī bōis.Sed q̄n hēt p̄terea negocia vetera ī Sicilia sua, & hanc hæreditatē fratrē,oīa eius tibi cōmēdo, in primisq; ipsum,virū optimum,mihiq; familiarissimū,his studiis literaꝝ,doctrinaq; prędītum,q̄bus ego maxime delector.Peto igitur abs te,vt eum,siue aderit,siue nō venerit in Siciliā,in meis intimis,maximeq; necessariis scias esse:itaq; tractes, vt intelligat meam commendationē sibi magno adiumēto fuisse. Vale.

HVB. CAio Flauio.Cōmendat Cic.Flauiū equitē Romanū q fuerat valde necessarius.Caius Pisonis olim gñi sui, oñdit aūt eum fore magnæ voluptati ipsi Acilio.

PHI. Pernecessarius Obseruo Ambitio Ambitus Simonia CAio Flauio,Siciliā tunc procōsul Acilius ministrabat Cū Ci.has ad eū lr̄as dedit,q̄bus.C. Flauiū eq̄rē Ro. valde necessarium. Cn.Pisonis diligētissime comendauit.In primus hoiem laudat in quē beneficiū conferendum est:vt eo dignus esse videat̄.Inde q̄d vult postulat,demum remunerationē oñdit.¶ C.Pisonis duos habuit,vt ante diximus,generos.¶ Pernecessarius. valde familiaris.¶ Obseruat.venerat̄.amar. ¶ Cā.vt si dicas respectu ab eo deducit̄ causat,q̄d in futuro facit,q̄ est cōburo, hēt.n. vim quādam ardoris cā.¶ Ambitione cupiditate honoris & laudis viciosa & differt ab ambitu.¶ Nam ambitio in voluntate est ambitus in actu.¶ Qui.n. p aliq̄ dignitate adipiscēda largitur peccat ambitu quē iuniores simoniā appellare ɔsueuerunt.

M.T.C.Acilio Procos.S P.D. 31.

CAio Flauio,honesto,& ornato eq̄te Romano vtor valde familiariter. Fuit.n.gñi mei. C.Pisonis pnecessarius:meq; diligētissime obseruat & ipse,& L.Flauius fr̄ eius.Quapp velim honoris mei cā,q̄bus rebus hōeste, & p tua dignitate poteris,quā honorificētissime, & q̄ liberalissime C.Flauiū tractes.Id mihi sic erit gratū,vt gratius esse nihil possit.Sed p̄terea tibi affirmo,neq; id ambitione adductus facio,sed tum familiaritate,& necessitudine,tum etiam veritate: te ex C.Flauii officio, & obseruantia,& praeterea splēdore, atq; inter suos gratia magnam voluptatem esse capturum. Vale.

ASCEN. CAio &c. Eidem procōsuli in Sicilia cōmendat Caium Flauium equitem Romanum necessarium Ce.Pisonis,dicens. ¶ Ego vtor valde familiariter Caio Flauio,equite Romano honesto & ornato.i.decorato.s.moribus & virtute. ¶ Fuit enim pernecessarius.i.valde necessarius Caii Pisonis.s.Cassipedis generi mei.i.mariti filiæ meæ Tulliæ & obseruat.i.cauet offendere me diligēter.¶ Et.i.simul ipse, & Lucius Flauius frater eius.¶ Quapropter velim.¶ Causa honoris mei,sup.vt tractes Caium Flauium q̄ honorificentissime & q̄ liberalissime,q̄bus.i.q̄buscunq; rebus poteris sup.eū sic tractare honeste & p dignitate tua.i.secundum dignitatem tuā:id erit mihi sic gratū:vt nihil possit esse gratius.¶ Sed p̄terea.i.p̄ter hoc q̄ erit mihi gratissimū.neq; affirmo tibi,neq; facio id adductus ambitione.i.nimia cupiditate impetrādi q̄ vellē q̄ ducunt̄ ambitiosi, sed sup. adductus tum familiaritate & necessitudine,tū ēt veritate:te esse capturum magnā voluptatē ex officii Caii Flauii quod.s.tibi reponet & obseruantia.s.eius in te,& praeterea ex splendore atq; gratia inter suos.i.quā habet inter suos. Vale.

¶In alesina

HVBER. IN alesina, Hac ep̄la cōmēdat quosdā hospites & familiares suos ex Alesina: vrbe, petitq́ vt non minus putet cōmendatos: eo q̄d plis cōmendet: sibi eū gratissimum fore quicquid Acilius in illam familiam contulerit. ¶ Alesi possessiuū est ab, q̄ est Siciliæ ciuitas: authores Ptole. & Stra. ¶ Exęquere: ęquales facere. ¶ Ambitione, vt videar multi.

ASCEN. IN Alesina. Cōmēdat hospites suos Alesinos quos hoc loco noīat, dicēs. Ego hēo ī ciuitate Alesina. i. Alesæ oppidi in Sicilia: tam lauta. i. splēdida & culta, q̄ nobili: coniunctissimos sup. mihi & hospitio & familiaritate Marcū & Clodiū Archagathū & Philone. ¶ Sed vereor ne, q͞a cōmēdo tibi p̄cipue cōplures: videar exequare. i. æq̄les facere cōmendatiōes meas q̄dā ambitione. i. cupiditate gl͞ię. gloriosum enim videt̄ multos hēe æq̄liter cōmēdādos: q̄q̄ satisfit q̄dē. i. certe a te & mihi & meis oībus. Sed velim sup. vt existimes sic hanc familiā. s. Archagatha nā, & hos. s. supra noīatos esse maxime coniunctos mihi, vetustate: officiis sup. & bñuolentia. ¶ Quāobrē peto a te in modū maiorē. i. nō vulgarē, vt cōmodes. i. cōmodū facias: his. s. supradictis, in oībus rebus q̄tū dignitas tua & fides patiet̄. ¶ Si tu feceris: id erit mihi gratum vehementissime. Vale.

M. T, C. Acilio Procos. S. P. D. 32.

IN Alesina ciuitate tā lauta, q̄ nobili cōiunctissimos hēo & hospitio, & familiaritate M. C. Clodios: Archagathū, & Philonē, sed vereor, ne, q͞a cōplureis tibi p̄cipue cōmendo, exæq̄re videar ambitōe q̄dā cōmēdatōes meas: q̄q̄ a te q̄dē cumulate satisfit & mihi, & meis, oībus, Sed velī sic existimes, hāc familiā, & hos mihi maxīe eē cōiunctos vetustate, officiis, bñuolētia Quāobrē peto a te maiorē in modū, vt his oīb⁹ ī reb⁹, q̄tū tua dignitas, fidesq́ patiet̄ cōmodes, Id si feceris, erit mihi vehemētissime gratū.

HVBER. CN. Octacilio. clara est hæc ep̄la cōmēdatione Octacilii Nasonis, quem Ci. sibi & familiaritate & ꝯsuetudine maxīa coniunctū esse dicit. ¶ Ordinis: eq̄stris.

PHI. CN. Octacilio, Alia est ep̄la ad eūdē cōmendatitia: in q̄ eandem seruat cōmendationis formā. Fuit is Octacilius Naso. Ci. valde familiaris. ¶ Prorsus valde oīno q̄si porro versus appellatū. ¶ Ordinis senatorii: aut eq̄stris. ¶ In p̄uincia: Siciliā dicit. ¶ Ilarius, nō apponas aspirationis notam: gręcum ἱλαρός & lætum significat, factū inde nomen viri p̄prium Ilarius. ¶ Antigonus ab ἀντὶ contra γόνον factum. ¶ Demostratus a δῆμος dictum & στρατός quasi in exercitu fortunatus. ¶ Pondus: existimationem metaphoricos dictum ab auro ponderato.

Prorsus

Ilaris

M. T. C. Acilio Procos. S. P. D. 33

CNeo Otacilio Nasone vtor familiarissime, ita p̄rsus, vt illius ordinis nullo familiarius. Nā & humanitate eius, & p̄bitate in consuetudie quotidiana magnope delector. Nihil iā opus est expectare te, q͞bus eū verbis tibi cōmēdē, quo sic vtar, vt scripsi. Hēt is in p̄uincia tua negocia, q̄ p̄curant liberti Hilarius, Antigonus, Demostratus: quos tibi, negociaq́ oīa Nasonis nō secus commendo, ac si mea essent. Gratissimū mihi feceris, si intellexero hanc cōmēdationē magnū apud te pondus habuisse. Vale.

ASCEN. CNeo &c. Cōmēdat Octacilū & negocia eius per tris libertos eius, quos & noīat curāda: paucis quidē, sed electis verbis. Dicens. Ego vtor familiarissime. C. Octacilio Nasone, ita p̄rsus. i. oīno & in cōem partem versus: vt nullo illius ordinis sup. vtar familiarius, nā ego delector magnope & hūanitate eius & probitate: in cōsuetudine. i. cōuersatiōe, quotidiana. ¶ Nihil opus est iā expectare te: q͞bus verbis cōmēdē tibi eū, quo vtor sic vt scripsi. q. d. scis q̄ exquisitis cōmendatum velim. ¶ Is hēt in p̄uincia. s. tua Siciliēsi negocia, q̄ procurant liberti. s. eius. Ilarius. Antigonus, Demostratus, quos & negocia oīa Nasonis ego cōmendo tibi nō aliter: ac. i. q̄ si essent mea Tu feceris mihi gratissimum, si intellexero hanc commendationem habuisse magnum pondus apud te. Vale.

M. T. C. Acilio Procos. S. P. D. 34

AVitū mihi hospitiū est cū Lysone Lysonis filio Lilybætāo, valdeq́ ab eo obseruor, cognouiq́ dignū & patre, & auo. Est eni nobilissima familia. Qua propter cōmendo tibi maiorē in modū rē, domumq́ eius ī magnoq́ opere abs te peto, cures, vt is intelligat meā cōmēdationē maximo sibi apud te, adiumento, & ornamento fuisse. Vale.

HVB. AVitū: dicit Ci. Lysonem Lysonis filiū sibi Acilio commendandū iure vetustissimi hospitii & magnę erga se bñuolentiæ & obseruantiæ. ¶ Auitum vsq́ ab auo inceptum: est. n. ab auo deriuatiuum nomen.

Auitus

ASCEN. AVitū &c. Nō minus accurate cōmēdat Lysonē Lysonis Libitoni filiū ac domū & negocia eius dicēs. Hospitiū auitū. i. ab auo vsq́ īceptū ius hospitalitatis: ē mihi cū Lysone Lysonis filio Lybitoni: & ego obseruor. i. veneror ab eo valde, & cognoui supple eū dignū & patre & auo. Familia enim sup. eoꝝ est nobilissima. s. in Sicilia. Quāobrem ego cōmēdo tibi in maiorem modū rem, & domū eius & peto a te magnope sup. vt cures: vt is. s. Lyso intelligat cōmendationem meam fuisse sibi apud te maximo & adiumento & ornamento. Vale.

M. T. C. Acilio Procos. S. P. D. 35

CAius Auianus Philoxenus antiquus ē hospes meus, & p̄ter hospitiū, valde ēt familiaris: quē Cęsar meo bñficio in Nouocomenseis retulit. Nomē aūt Auiani cōsecutus ē q̄d hoīe nullo plus est vsus, q̄ Flacco Auiano, meo, queadmodum te scire arbitror familiarissimo. Quæ ego oia collegi, vt intelligeres, nō vulgarē esse cōmendationem hanc meam. peto igitur abs te, vt oībus rebus, q̄d sine molestia tua facere possis, ei cōmodes, habeasq́ in numero tuorū, p̄ficiasq́, vt itelligat has l͞ras meas magno sibi vsui fuisse. Erit id mihi maiorē in modū gratū. Vale.

HVB. CAius Auianus: Auiani quoq́ siculū iure hospitii & familiaritatis cōmēdat, quē dicit a Cæsarę in Nouocomēsis esse relatū. Deide exponit cām q̄re Aui. sit noiatus. ¶ Philoxenus: pōt eē cognomē gręce aūt significat hospitalē: siue amatorē hospitii. ¶ Meo be. meo fauore. ¶ Retulit: trāstulit: p̄posuit. ¶ In no. cō. i. in numero eoꝝ. quos ciues Nouocomēses fecit. Comū eni ciuitas ī radicibus mōtiū: q̄ Rhetos sunt oli: vt scri. Stra. li. v. mediocris colonia fuit, sed Pōpeius Stra. magni Pō. p̄r colonos ī eā restituit: quā icūbētes Rheti vastauerāt. Inde. C. Scipio tria hoium millia insup adiecit: postmodū diuus Cæ. q̄nq́ miglinoꝝ millia ad inhabitādū deduxit: e q͞bus q̄ngēti illustrissimi fuere Græci. hos ēt ciuitate donatos inhabitatoꝝ numero describsit. nō tñ ibi domiciliū habuere, sed oppido nomē relinq̄ntes & nouū Comū appellātes Nouocomēses oppida nos vocauet: huic loco finitimis Lari⁹ ē: lacus: quē Addua fluui⁹ auget īde flumē Padū īgrediēs. Hęc Str. ¶ Secut⁹: adept⁹.

Philoxenus

Comum

Nouum Comum

Larius

ASCEN. CAius &c. Commendat, C. Auianum Siculum iure hospitii, quod plurimum apud priscos valuit, præsertim longa serie deductum: dicens. Caius Auianus Philoxenus est antiquus hospes meus, & valde familiaris etiam præter hospitium, quem Cæsar retulit, id est recensuit & adnumerauit: in Nouocomenseis, i. inter ciues Nouicomi vrbis

in radice.montium iuxta Rhetos,beneficio meo.i.intercessione mea. Aũt.i.sed ipse est secutus.i.ad secutus nomen Auiani q̃ nullo hoĩe vsus est plus q̃ Flacco Auiano meo familiarissimo,quemadmodũ arbitror te scire. ¶Quæ oĩa.s.vincula amicitiæ,ego collegi.i.simul citaui & adduxi,vt intelligeres hanc commendationem meam esse non vulgarem.i. egregiam.Peto igitur abs te,vt commodes.i.commodum facias ei.s. Auiano oĩbus rebus quod.i. quoad possis facere sine molestia: & habeas sup.eum in numero tuorum, & perficias intelligat has literas meas fuisse sibi magno vsui.i. magnæ vtilitati,Id erit mihi gratum in modum maiorem.i.ad mensuram non vulgarem. Vale.

M.T.C.Acilio Procos.S.P.D.

CVm Demetrio Mega mihi vetustũ hospitiũ ẽ,familiaritas aũt tãta,quãta cũ Siculo nullo. Ei Dolabella rogatu meo ciuitatẽ a Cæsare ĩpetrauit.Qua ĩ re ego interfui. Itaq̃ nũc P.Cornelius vocaẽ. Cũq̃ pp quosdã sordidos homines,q̃ Cæsaris bñficia vẽdebãt,tabulã, ĩ q̃ noĩa ciuitate donatoꝝ ĩcisa eẽnt,reuelli iussisset: eidẽ Dolabellæ,me audiẽte,Cæsar dixit,nihil eẽ, qđ de Mega vereret:bñficiũ suũ in eo manere.Hoc te scire volui,vt eũ ĩ ciuiũ Romanoꝝ numero haberes. Cæterisq̃ in rebus tibi eũ ita cõmendo, vt maiore studio nemínẽ cõmendarĩ.Gratissimũ mihi feceris,si eũ ita tractaris,vt intelligat meã cõmẽdationẽ magno sibi ornamẽto fuisse.

HVBER. CVm Demetrio. Hũc Demetriũ Siculum hoĩem Cæ. bñficio Dolabellæ a Cæ.rogati ciuẽ Ro. fecerat,cũq̃ Cæ.indignatus, qđ nõnulli sordidi hoĩes ciues facti bñficio suo abuterent̃ reuulsisset tabulas, in q̃bus erãt scripta noĩa eoꝝ,q̃ facti erãt ciues,dicit. C.Cæ.voluisse oĩno Demetriũ remanere in numero ciuium.Itaq̃ tanq̃ ciuẽ Ro. commendat eũ Acilio.¶Quãta.s.est.¶Ciuitatẽ:vt fieret ciuis Ro.¶Nũc postq̃ est donatus ciuitate.¶P. Cor.qa id ꝑpriũ est nomen maxime ciuium Ro.neq̃ Publii alii vocantur quam Romani iidẽq̃ libri. ¶Persius:libertate opus est non hac quam quisq̃ Velina Publius emeruit &c. ¶Reuelli:refigi:affigebant̃ enim in foro: vt ab oĩbus possent legi. ¶Manere.se enim nolle mutare factum.

Reuelli

ASCEN. CVm &c.Cõmẽdat Demetriũ Siculũ, sed ciuem Ro. effectũ,dicẽs. Hospitiũ.i.huius hospitalitatis.i. vetustum.i.antiquũ, est mihi,cum Demetrio Mega,aũt.i. sed tanta familiaritas sup. est mihi cũ eo, quãta cum nullo Siculo.s.alio.nã & ipse Siculus est Dolabella,quam gener Ciceronis fuit impetrauit a Cæ.ei ciuitatem.i.Romanam:rogatu meo.i.pp preces meas. In qua re.i.in donatione ciuitatis eius ego interfui.¶Itaq̃ ipse.vocaẽ nunc.s.ciuis eius effectus.P.Cornelius. Cumq̃.i.& cum hoc est q̃n:Cæsar sup. iussisset tabulam,in qua noĩa donatoꝝ.i.eoꝝ qui donati fuerunt ciuitate,incisa essent reuelli.i.a loco eminenti in quo fixa erat auelli pp quosdam hoĩes sordidos.i.turpiter auaros,qui vendebant beneficia Cæsaris.i.ius ciuitatis gratis a Cæsare donatum Cæsar dixit eidem Dolabellæ me andiente,nihil.i.nullam causam esse quod veretur de Mega.i.Demetrio,beneficium.s.donatæ ciuitatis manere. Irreuocatum esse in eo. ¶Ego volui te scire hoc vt haberes.i.reputares. eum in numero ciuium Romanorum & commendo tibi eum in cæteris rebus ita: vt neminem commendarim: maiore studio.i.affectu & conatu.¶Tu feceris mihi gratissimum si tractaris pro tractaueris eum ita: vt intelligat meam commendationem fuisse sibi magno ornamento.i.ad hoc:vt ornetur honore & æstimatione. Vale.

M.T.C.Acilio. Procos.S.P.D.

HIppiã Philoxeni filiũ Calatinũ,hospitẽ,& necessariũ meũ tibi cõmẽdo maiorẽ in modũ. Eius bona, quẽadmodũ ad me delata res est,publice possident̃ alieno noĩe contra leges Calatinorũ.Id si ita est, ẽt sine mea cõmendatiõe ab æq̃tate tua res ipsa ĩpetrare debet, vt ei subuenias. Quoquo modo aũt se res habet,peto a te vt honoris mei causa eũ expedias, tantumq̃ ei cõmodes & in hac re,& in cæteris,quãtum tua fides,dignitasq̃ patietur. Id mihi vehementer gratum erit. Vale.

HVBER. HIppiam. Commendat Hippiam quendam: cuius bona vsurpabatur.rogatq̃ Acilium,vt pro æquitate & pro eius amore eum tueatur.

ASCEN. HIppiã &c. Cõmendat Hippiam amicum ,cuius bona vsurpabantur inique, dicens. ¶Ego cõmendo tibi in maiorẽ modũ.¶Hippiam Calatinum filiũ Philoxeni.s. Auiani,hospitẽ & necessariũ meũ.¶Bona eius possident̃.s. ab iniustis occupatorib⁹,publii.i.manifeste:q̃ a noĩe alieno cõtra leges Calatinoꝝ quẽadmodũ res est delata ad me.i. vt accepi.¶Si.i. ita: res ipsa debet impetrare ab æquitate tua:vt subuenias ei , etiã sine cõmendatione. ¶Aũt.i. sed, quoquo.i.quocunq̃ modo res hẽt se , peto a te vt eã honoris mei expedias.i. lite liberes eũ.s. Hippiam. & cõmodes .i.cõmodum facias ei in hac re & in cæteris: tñ q̃tum fides tua & dignitas patieẽ. Id erit mihi gratum vehementer.

M.T.C.Acilio Procos. S.P.D.

LVcius Brutus eques Romanus, adolescens oĩbus rebus ornatus,ĩ meis familiarissimis est,meq̃ obseruat diligẽtissime. cuius cũ patre magna mihi fuit amicitia iã inde a q̃stura mea Siciliensi. Oĩno nunc ipse Brutus Romæ mecum est,sed tñ domũ eius,& rem familiarem, & procuratores tibi sic cõmendo, vt maiore studio cõmendare non possim.Gratissimum mihi feceris,si curaris,vt intelligat Brutus,id quod ei recepi,hanc meam cõmẽdationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.

HVBER. LVcius Bru. Ex lectione textus facillime cognoscunt̃ argumenta in plerisq̃ ep̃lis cõmendatus. Itaq̃ omissis iis,q̃ necessaria interpretatione non indigent ea dũtaxat,q̃ obscuriora sunt, declarabimus. Commẽdat igitur quendam Bru. adductis sm morem suum causis commendatiis.¶Nam inde.i. vsq̃.¶Siciliensis,q̃ gessi in Sicilia. ¶Domum eius: quam habet in Sicilia.

PHI. LVcius Bru.q̃ summopere delectant. Idem in multis facit ep̃lis nunc hos:nunc illos cõmendando:& semp variis vocabulis, varia dicendi copia in eadem materia vti videmus.Commendat hic.L.Bru.eqtem Ro. ¶Iam inde.i. vsq̃.¶A q̃stura.In Sicilia quæstor fuit. Est enim Sicilia a Siculo Sicanorum duce appellata.Pars olim fuit Italiæ:nunc insula,vñ Vir.Hæc loca vi quondam vasta conuulsa ruina. Tm̃ æui longinqua valet mutare vetustas Dissiluisse ferunt cum protinus vtraq̃ tellus Vna foret. Vnde Siciliensis & Siculus, Domum in Sicilia.

Iam inde Sicilia

Siciliensis

ASCEN. LVcius &c. Cõmendat Lu.Bru.equitẽ diligentissime.dicẽs Lu.Bru.eques Romanus adolescens ornatus oĩbus rebus est in familiarissimis meis.i.inter familiarissimos meos:& obseruat.i.cauet offendere & ita veneraẽ me diligentissime. Cum cuius dare fuit mihi magna amicitia iam inde a q̃stura mea siciliẽsi.i.statim ab eo tpe quo q̃store in Sicilia fui. Ipse Bru.est nunc oĩno Romæ mecũ:sed tñ ego cõmendo tibi domum eius & rem familiarem & procuratores sicut non possim cõmendare maiore studio. Tu feceris mihi gratissimũ:si curatis pro eo quod est curaueris vt Bru.intelligat in qđ recepi quod.i. ꝑmisi ei:hanc cõmendationem meã fuisse sibi magno adiumento. Vale.

¶Cum.

HVBER.

c Vm familia, Argumētū cōmēdatiōis,p se patet. ⸿ Reliquus ē:relictis cæteris mortuis. ⸿ Pręsidii:tutelæ: adiumēti.

ASCEN.

CVm familia &c. Cōmendat. M. Titurnium dicens. Vetus necessitudo.i.necessaria quodāmō amicitiæ cōiunctio intercedit.i.cōis est:mihi cum familia Titurnia, ex qua Marcus Titurnius Ruffus est reliquus.i. solus supstes: qui est tuendus.i.protegendus mihi oi diligentia atq officio. ⸿ Igitur est in ptāte tua vt ille.i. M. Titurnius, putet satis præsidii.i.tutelæ & protectionis honestæ esse sibi in me. ⸿ Quapropter ego cōmendo tibi eum in modū.i. formam aut mensuram maiorem,i.non vulgarem aut ingentem. ⸿ Et peto abs te, sed ante q & t venuste dicitur abs. vt efficiat, vt is

M. T. C. Acilio Procos. S.P.D. 39

CVm familia Titurnia necessitudo mihi intercedit vetus:ex qua reliquus ē M. Titurnius Rufus, q mihi oī diligentia, atq officio est tuendus. Est igit in tua potestate, vt ille in me satis sibi præsidii putet esse. Quapropter eum tibi commendo maiorem in modū: & abs te peto, efficias vt ia cōmēdationem hanc intelligat sibi magno adiumento fuisse. Erit id mihi vehementer gratum. Vale.

M. C. Q. Anchario Q. F. Procos. S.D. 40

LVcium & C. Aurelios L. F. quibus & ipsis, & patre eorum viro optimo familiarissime vtor, cōmēdo tibi maiorē in modū, adolescēteis oibus optimis artibus ornatos, meos, p necessarios, tua amicitia dignissimos. Si vlla mea apd te cōmēdatio valuit, qd scio multas plurimū valuisse, hæc vt valeat, rogo. Quod si eos honorifice, liberaliterq tractaris: & tibi gratissimos, optimosq adolescenteis adiunxeris, & mihi gratissimum feceris Vale.

M. T. C. L. Culleolo. S.P.D. 41

QVæ fecisti L. Lucceii causa, scire te plane volo te hoī gratissimo cōmodasse: & cū ipsi, q fecisti, pgrata sunt, tū Pōpeius, quotiescūq me videt, videt aūt sæpissime, gratias tibi agit singulareis. Addo ēt illud, quod tibi iucundissimū esse certo scio, me ipsum ex tua erga Lucceiū benignitate, maxima voluptate affici. Quod superest, quāquā mihi non est dubiū, quin cum antea nostra cā, nunc iā etiam tuæ constantiæ gratia mansurus sis in eadē ista liberalitate: tū abs te vehementer ēt, atq etiā peto, vt ea, quæ initio ostendisti, deindeq fecisti, ēt ad exitum augeri, & cumulari per te velis. Id & Lucceio & Pōpeio valde gratum fore, teq apud eos præclare positurum cōfirmo, & spondeo. De R. P. deq his negociis, cogitationibusq nostris perscripserā ad te diligenter paucis ante diebus, easq literas dederam pueris tuis. Vale.

M. T. C. L. Culleolo Procos. S.P.D. 42

LVcius Lucceius meus familiarissimus, hō oīum gratissimus, mirificas tibi apud me gratias egit, cū diceret oīa accumulatissime & liberalissime pcuratoribus suis pollicitū esse. Cū oratio tua tam ei grata fuerit: q gratam rem ipsam existimas fore, cū, vt spero, quæ pollicitus es, feceris? Omnino Bylliones ostēderunt sese Lucceio Pōpeii arbitratu satisfacturos. sed vehementer opus est nobis, & voluntatem, & authoritatē, & imperiū tuum accedere. Quod vt facias, te etiam atq etiam rogo. Illudq mihi gratissimum est, quod ita sciunt Lucceii procuratores, & ita Lucceius ipse ex literis tuis, quas ad eū misisti, intellexit: hominis nullius apud te authoritatem, aut gratiam valere plus, q meam. Id vt re experiatur, iterum, sępius te rogo. Vale.

intelligat hanc cōmendationem.s.meam fuisse sib: magno adiumento. Id erit mihi gratum vehementer. ⸿ Nihil est quod expositionis egeat. Vale.

HVBER.

LVcium & C. Aurelios:ex familia Aureliorum. ⸿ Quod scio:quia scio.

ASCEN.

LVcium &c. Aurelios Cōmendat dicens. Ego commendo tibi in maiorem modum Lucium & Caium Aurelios filios Lucii, qbus & ipsis & pte eoꝝ viro optimo vtor familiarissime: commendo inquam eos adolescentes ornatos oibus optimis artibus. Vbi ois cū superlatiuo iungitur, sed videtur illud complexum optimæ artes q̄si pro vno vocabulo poni, sicut artes liberales, p necessarios meos dignissimos tua amicitia. ⸿ Si vlla cōmendatio mea valuit apud te:quod scio, vt pote multas.s.cōmendationes meas valuisse plurimum.s.apud te, rogo vt hęc valeat.s.apud te plurimum. ⸿ Quod si tractaris pro tractaueris eos honorifice & liberaliter tū &.i.simul coniunxeris tibi adolescentes gratissimos & optimos, & feceris mihi gratissimum.

HVBER.

QVæ fecisti: tractauerat Culleolus liberalissime. L. Lucceiū virum doctissimū: ad quem Ci. scripsit li. v. illā eplam coram me tecū &c. Itaq ōndit Ci. hoc bñficiu Caleo in Lucceiū collatū gratū fuisse non solū ipsi Lucceio, sed ēt Pōpe. & sibi. Itaq hortat ipm, vt pseueret eadem liberalitate bñficiēdi Lucceio. ⸿ Id enim & Pō. gratum fore & bñficiū collatū iri bene in viro grato. ⸿ Ipsi:Lucceio. ⸿ Tuæ con. gratia, vt videaris esse vir cōstans. ⸿ Deinceps:, postea. ⸿ Cumulari: abunde impleri. ⸿ Pueris:seruis.

ASCEN.

QVæ fecisti &c. Gratum sibi dicit q. C. Culleolus Lucium ad quem lib. v. scripsit eplam coram me tecū &c. liberaliter tractauerat dicens. Ego volo te scire plane te commodasse.i. ad commodum impendisse: hoi gratissimo sup. ea, q fecisti cā Lucii Lucceii. & tum.i. pariter ea q fecisti sunt pergrata ipsi:tum Pompeius.i.magnus quotiescūq videt me:videt autem sępissime, agit tibi gratias singulares. ⸿ Addo etiam illud, quod scio certo gratissimū esse tibi:me ipsum adfici maxima voluptate, ex benignitate tua.i.propter benignitatem tuam erga Lucceiū. ⸿ Quod superest.i.quod reliquum est, q̄q̄ non est dubium mihi, quin cum antea, cā nostra:nunc iam.i.deinceps ēt gratia constantiæ tuæ sis mansurus in eadem ipsa liberalitate, tū peto abs te vehementer ētq vt velis augeri.i. perduci ad exitum & cumulari.i. multiplicari per te, ea q ostendisti initio.i.te facturum: deinde q fecisti. ⸿ Ego confirmo & spondeo id &.i.simul fore valde gratum Lucceio & pompeio & te positurum.i.locaturū apud eos pclare, quia apud gratissimos. Ego perscripseram ad te diligenter paucis diebus ante.s. quam has scriberem de rep. & de iis negociis & cogitationibus nostris, & dederam eas literas pueris.i.seruis tuis: vnde non est opus nunc scribere. Vale.

HVB.

LVcius Lucceius:eum. L. Lucceius ab eo ad quem scribit haberet in prouincia Luce. quandam cām pecuniariā aduersus belliones quosdam noiatos licet belliones dixisset se satisfacturos L. arbitratu & iudicio Pom. tū rogat Ci. hunc, ad quem scribit vt interponat authoritatem suā: id faciant quod se facturos promiserant procuratoribus eius: quos miserat pp eam cām. In quibusdam codicibus inuenio inscriptionem eplæ huius esse culeolo quod magis pbo. ⸿ Quam g. ex i.q.d. multos gratiorem, est cum interrogatione legendum. ⸿ Arbitratu: iudicio voluntate.

ASCEN

LVcius &c. Lucceium commendat. dicens. Lucius Lucceius familiarissimus meus, & sup. homo gratissimus omnium egit tibi apud me: id est me audiente: gratias mirificas, cum diceret te pollicitum esse cumu/

latissime & liberalissime: pcuratoribus suis oia.s.q̃ petebāt. Cū oro.i.pollicitatio tua.fuerit tā grata ei: q̃.i.quātū gratā existimes rem ipsam fore: cū feceris oino: vt spero.s.te facturū: ea q̃ pollicitus es.q.d. certū esse q̄ gratissimā. Belliones.s. debitores sic vocati ondetunt sese satisfacturos Luceio: arbitratu Pompeii. ¶ Sed opus sup.est nobis vehementer, & voluntatem & authoritatem & imperium tuū accedere.i. Addi. Verosimile est non esse Luciū Luceiū ad quē scribat: cū ēt si alter eius nois fuisset, non tacuisset Cicero de nois saltem cōicatione. quocirca malui ad eū, ad quem superior scripta est, datam dicere. Quod vt facias.i.authoritatem, & imperium tuū addas, rogo te ēt atq; ēt. Et illud est gratissimū mihi q̄ pcuratores Luceii sentiunt ita, & ipse Luceius intellexit ita, ex lris quas misisti ad eū, authoritatem aut gratiam nullius hois valere plus apud te quā meā. Ego rogo te itez & saepius vt.s.Luceius experiat.i. experimēto cognoscat id Vale.

M.T.C.Qu. Gallo.S.D.

Etsi plurimis rebus spero fore, vt perspiciā quod tū iampridē perspicio, me a te amari: tū nunc ea causa tibi datur, in qua facile declarare possis tuā erga me bñuolentiam. L. Oppius M.F. Philomeli negociatur, hō mihi familiaris. eū tibi vnice cōmendo, eoq; magis, q̄ cū ipsum diligo, tū q̄ negocia procurat L. Egnatii Rufi: quo ego vno equite Romano familiarissime vtor, & qui cum consuetudine quotidiana, tum officiis plurimis, maximisq; mihi cōiunctus est. Oppium igitur praesentem vt diligas, Egnatii absentis rē vt tueare, aeque a te peto, ac si mea negocia essent. Velim memoriae tuae causa des literarum aliquid, quae tibi in prouincia reddātur: sed ita cōscribas, vt tum, cū eas leges, facile recordari possis huius meae cōmendationis diligentiā. Hoc te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

HVBER, Etsi.cōmendat Gallo pconsuli Ciliciae L. Oppiū mercatorem negocioꝝ L. Egnatii, rogatq; vt & ipsum psentem commendatum hēat, & Egnatii negocia tueatur. sibi.n. gratissimum futurum. ¶ Des: scribas. ¶ Aliquid lit. quibus ostendas id esse facturum.

ASCEN, Etsi &c. cōmendat Gallo proconsuli Ciliciae L. Oppium curatorem negocioꝝ Lucii Egnatii: rogatq; vt & ipsum oppium praesentem commendatum hēat & Egnatii absentis negociū tueatur dicens. ¶ Etsi spero pluribus rebus fore.i. futuꝝ vt pspiciā iampridē, me amari a te, tū ea cā dat̃ nūc tibi in qua possis declarare facile beneuolētiam tuā erga me Lucius Oppius filius Marci negociat̃.i. mercaturā agit Philomenii: in vrbe illa Phrygiae maioris in planicie cuiusdam iugi sita, in cuius altera parte est Antiochia: vt docet Stra. lib. xii. hō familiaris mihi. Ego cōmendo tibi eū vnice.i. singulariter, & eo magis q̄ cum.s.ita q̄ diligo ipsum, tum q̄ pcurat negocia Lucii Egnatii Rufi: quo eqte Romano ego vtor vno.s. solo familiarissime, & qui coniunctus est mihi tum cōsuetudine quotidiana: tum maximis & plurimis officiis. ¶ Igit̃ ego peto aeque.i. aequaliter a te acsi essent negocia mea: diligas Oppium praesentem.s.tibi in prouincia, & tueare.i. protegas rem.i. diuitias & negocia Egnatii absentis. ¶ Ego velim sup. vt des.s.mihi aut Egnatio, aliquid literarum cā memoriae tuae.s.per eas conseruandae: quae.s.literae reddantur tibi in prouincia: haec igitur ad eum scripserat Ci. cum iam profecturus esset, sed, vt conscribas.s.literas ita vt possis recordari facile diligentiam huius commendationis meae tum.i. tunc cum leges eas.s.in prouincia. ¶ Ego rogo te vehementer etiam atq; etiam hoc.s.vt id facias. Vale.

M.T. Cicero Qu. Gallo. S.P.D.

Etsi ex tuis, & ex Lucii. Oppii familiarissimi mei literis cognoui te memorem commendationis meae fuisse, idq; pro tua summa erga me beneuolentia, proq; nostra necessitudine minime sum admiratus: tamen etiam atque etiam tibi Lucium Oppiū praesentem, & Lucii Egnatii mei familiarissimi absentis negocia commendo. Tanta mihi cum eo necessitudo est, familiaritasq;, vt si mea res esset, non magis laborarem. Quapropter mihi gratissimum feceris, si curaris, vt is itelligat me a te tantum amari, quantum ipse existimo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. idq; vt facias, vehementer te rogo. Vale.

HVBER, Etsi ex tuis. Eodem argumento, quo in praecedenti epistola commendauit Gallo eundem Oppium: quem superius commendauit: & negocia Egnatii.

ASCEN, Etsi &c. commendat rursus eundem dicens. ¶ Etsi cognoui ex literis: & ex literis Lucii Oppii familiarissimi mei, te fuisse memorem commendationis meae, & ego sum minime admiratus id: pro summa beneuolentia tua erga me: & pro necessitudine nr̃a, hoc est, q̄a id beneuolentia tua in me & necessitudo mutua exigebat: tamen ego commendo tibi etiam atq; etiam Lucium Oppium praesentem, & negocia Lucii Egnatii familiarissimi mei, absentis: scilicet a prouincia tua. ¶ Tanta necessitudo & familiaritas est mihi cum eo, vt non laborarem: id est cōtenderem, magis: id est validius: aut abundantius. ¶ Qua propter tu feceris mihi gratissimum: si curaris procurraueris: vt is scilicet Egnatius intelligat me amari a te tantum: id est tam multum aut tam impense, quantum ipse.i. ego existimo: scilicet me amari a te. ¶ Tu nihil potes facere mihi gratius hoc.i. quā hoc & rogo te vehementer vt facia id. Vale.

M.T.C. Apuleio Proquaes. S.P.D.

Lucio Egnatio vno equite Romano vel familiarissime vtor. Eius Anchilaum seruū, negociaq;, quae habet in Asia, tibi commendo non minore studio, q̄ si rem meam commendarem. Sic enim existimes velim, mihi cū eo non modo quotidianam cōsuetudinem summam intercedere, sed ēt officia magna, & mutua nostra inter nos eē. Quamobrem etiam atq; etiam a te peto, vt cures vt is intelligat me ad te satis diligenter scripsisse. nam de tua erga me voluntate non dubita. Id vt facias, te etiam atq; etiam rogo. Vale.

HVBER. Lucio Egnatio. Commendat Ci. Apuleio proquestori in Asia libertum Egnatii & eius negocia quae hēbat in Asia, expositis causis commendationis.

ASCEN. Lucio &c. Commendat Egnatium equitem Romanū: dicens. ¶ Ego vtor vel: id est etiam familiarissime vno: id est solo Lucio Egnatio: equite Romano ego commendo tibi Anchilaum seruum eius & negocia, quae hēt in Asia, non minore studio quam si commendarem: scilicet tibi rem meam. Velim.n. sup. vt existimes sic: non modo quotidianam consuetudinem intercedere: id est cōmunem esse & coniunctionem facere mihi cum eo, sed etiam officia magna & mutua nostra esse inter nos. ¶ Quamobrem ego peto a te etiam atq; etiā. vt cures: vt is: scilicet Egnatius. intelligat me scripsisse ad te satis diligenter. Nam ipse non dubitat de voluntate: id est beneuolentia tua erga me, & ita si non senserit praesidium abs te: putarit a me non satis diligenter petitum. Ego rogo te etiam atq; etiam sup. vt facias id. Vale.

Lucius

HVBER. LVcius Nostius institutus fuerat hæres Ci. ex pte a quodā liberto suo ēt ptē hr̄ditatis relīqrat. Ci. hūc libertum co hæredem suū Apuleio. cōmēdat Vtrūq; illū esse cohęredem meū & hęredē ptoni sui. ❡ Ornatus: cū factus est hęres.

ASCEN. LVcius &c. Diligenter cōmendat cohæredē suū dicens Lucius Nostius Zoilus .i. cognomēto est cohæres meus .i. mecum hæres: hæres aūt patroni sui .s. Lucii Nostii, nam liberalitate donati patronorum accipiebant noia. Ego scripsi vtrūq; .s. & cohæredē mihi esse, & patroni sui: ea re .i. ppterea: vt & .i. pariter scires mihi cūm amicitiā ec cū illo esse qa cohæredes inter se amare debent: vñ nobis magna necessitas amandi Christū indicitur: cuius & per quem cohæredes dei pris facti sumus. ❡ Et .i. pariter existimares .i. iudicares sup. eum hoiem probum, qui ornatus esset iudicio patroni, vt ab eo heres sit scriptus. ❡ Igitur ego commendo tibi eum sic vt .i. tanq̄ vnum ex nostra domo. ❡ Erit mihi valde gratum, si curaris, procurauerís: vt intelligat hanc cōmendationem fuisse sibi magno adiumento apud te.

M. T. C. Apuleio Proquæs. S. P. D. *46*

LVcius Nostius Zoilus est cohæres meus, hæres aūt patroni sui. ea te vtrūq; scripsi, vt & mihi cum illo cām amicitiæ scires esse, & hoiem pbum existimares, q patroni iudicio ornatus eēt. Eū tibi igit̄ sic cōmēdo, vt vnū ex nr̄a domo. Valde mihi gratū erit, si curaris, vt itelligat hanc cōmēdationē sibi apud te magno adiumēto fuisse. Vale.

M. T. Cicero Silio S. D. P. *47*

QVid ego tibi cōmendē eū, quem tu ipse diligis? Sed tñ, vt scires eū nō a me diligi solū, verum ēt amari, ob eā rē tibi hęc scribo. Oīum tuorum officiorum, q̄ & multa, & magna sunt, mihi gratissimū fuerit, si ita tractaris Egnatiū, vt sentiat & se a me, & me a te amari. Hoc te vehementer ēt atq; ēt rogo. illa nr̄a scilicet ceciderūt: Vtamur igit̄ vulgari cōsolatione. Quid si hoc melius? Sed haec corā. Tu fac, qd̄ facis, vt me ames, teq; amari a me scias. Vale.

HVBER. QVid ego. Ci. dum dissimulat se cōmendare Egnatiū Silio multo magis cōmendationem iam oppsita rep. factam ōndit. ❡ Verūetiā a. hic sicut & alio loco oñdit maiorem esse vim amandi q̄ diligendi. ❡ Illa no. f. ociosa & faceta: quibus yti solemus. ❡ Ceciderunt: amissa sunt calamitate pub. ❡ Vulgari: q̄ etiam vulgus vtitur. ❡ Quid si hoc melius: hoc dici solet, vbi nulla apparet ratio facti, sicut etiam illud, sic visum superis.

PHI. QVid ego tibi: cōmendat Egatiū quodāmō dissimulanter non eodem ordine, quo cæteros. Addidit in calce q̄dam de seipso. Q d ego ti. Simile ppemodū & illud Martia. Peccat Qui cōmendādū se putat esse suis. ❡ Nō diligi solū: verū ēt amari, vt ad. M. Brutum: Clodius Tri. ple. designatus valde me diligit vl. vt ἐμφατικώτερον. q. d. plus q̄ dici possit, valde me amat. ❡ Illa nr̄a: puta iocosa & familiaria. ❡ Etiā atq; ēt rogo, qd̄ Brutus dicit rogo: & qdē valde rogo: eodē dicēdi gn̄e vtit̄ i valeo, vt ēt atq; ēt vale. ❡ Ceciderunt: calamitate tēporum amisimus. ❡ Quid si hoc melius: Quādo nullā afferre possumus facti rōnem hmōi vtimur oratione Quale est ēt illud apud Virgiliū. Postq̄ res Asiæ Priamiq; euertere gentē Immeritā, visum superis.

ASCEN. QVid &c. Eūdē quodāmō dissimulāter cōmēdat: dicēs. ❡ Quid, .i. ad qd: ego cōmēdē tibi eū quē tu diligis .q. d. frustra. Sed tñ vt scires eū: loqt̄ de Egnatio, nō solū diligi, verum ēt amari, qd plus est a me. ego scribo tibi hęc ob eā rē. Gratissimū oium officiorū tuorum, q̄ sunt & multa & magna, fuerit mihi si tractaris p tractaueris Egnatiū: ita vt sentiat & se amari a me, & me amari a te. Ego rogo te hoc vehemēter ēt atq; ēt. Scilicet .i. scire licet cur sic pter. Illa nr̄a, qbus in foro nup p̄stabam⁹, ceciderūt. Vtamur igit̄ cōsolatōe vulgari: vt .s. velimus id qd possum⁹. Quid sup. dicas si hoc meli⁹. Voluit aliqd dicere, sed reticuit subdēs. Sed hęc sup. dicā corā. Tu fac qd facis vt ames me & scias te amari a me, Vale.

M. T. C. Sextilio Rufo Quæs. S. P. D. *48*

OMneis tibi cōmēdo Cyprios, sed magis Paphios: qbus tu q̄cūq; cōmodaris, erunt mihi gratissima. Eoq; facio libētius, vt eos tibi cōmendē, q. & tuæ laudi, cuius ego fautor sum, conducere arbitror, cū primus in eā insulam quæs. veneris, ea te instituere, quæ sequantur alii. Quæ, vt spero, facilius consequere, si & P. Lentuli necessarii tui legem, & ea, quæ a me constituta sunt, sequi volueris. Quā rem tibi confido magnę laudi fore. Vale.

HVB. OMneis: Sextilio Ruffo q̄stori i Cypro cōmēdat Ci. gn̄alit oēs Cyprios: sed sepati Paphios qd̄ ei honori cessurū dicit, si instituerit q̄ alii imitentur, in quo hortatur eum: vt sequat̄ legem. P. Lentuli pconsulis ipsius Cypri: vt dixit in pri. lib. ad P. Lentulū q Cyprū Ciliciāq; tenēas &c. ❡ Paphios. ciues Paphi. Est .n. Paphos ciuitas Cypri: in qua maxime colitur Venus, vñ & Paphia dicitur: Hora. O Venus regina Gnidi Paphiq; q est autem authore Ptolemæo, & noua, & Vetus Paphos.

Paphos

ASCEN. OMneis &c. Cōmēdat q̄stori oīs Cyprios dicēs. Ego cōmendo tibi oēs Cyprios: sed magis sup. q̄ cæteros Paphios .i. Paphi ciues, qbus q̄cūq; tu cōmodaris .i. prēueris: erūt mihi gratissima, & facio eo .i. ppterea libentius vt cōmēdē tibi eos: hoc ē iō eos tibi libētius cōmēdo, q arbitror, & .i. ēt cōducet .i. pdesse tuę laudi: cuius ego sum fautor. Ergo fautor ēt gt̄um tegit eū pmū veneris i eā isulā: hoc ē i Cyprū q̄stor .i. tāq̄ q̄stor te istituet .i. vt dn̄t a pncipio ordiare ea, q̄ alii sequant̄ .i. seq debeāt. Quę, vt spo, vt cōseqre .i. obtinebis pe. lōga facilius; si volueris seq legē Publii Lētuli necessarii tui, ad quē agētē i Cilicia cui Cypr⁹ annexa ē, sunt epl̄ę primi libri, & ea, q̄ cōstituta sunt a me. nā & ipse i Cilicia iperator fuerat. ❡ Quā rē .i. ea seq, ego cōfido fore tibi magnę laudi. cū ēt Lētulo & Ci. laudi fuerit. Vale.

Cicero Curio Procos. S. D. *49*

QVintus Pōpeius Sex. F. multis, & veteribus causis necessitudinis mihi cōiunctus est. Is cū antea meis cōmendationibus & rem, & gratiam, & authoritatē suam tueri consueuerit, nunc pfecto te puinciam obtinente meis lr̄is asseq debet, vt nemini se intelligat cōmendationem vnq̄ fuisse. Quā obrem a te maiorem in modum peto, vt cū oēis meos æq; ac tuos obseruare p nr̄a necessitudine debeas, hūc in primis i.a in tuā fidem recipias, vt ipse intelligat, nullā rem sibi maiori vsui, aut ornamento, q̄ meam commendationem, esse potuisse. Vale.

HVB. POmpeius. Curio Græciæ præsidenti v. eiusdem lib. vii. vidimus. commendat Cice. Qu. Pom. ea diligentia, qua alios sibi amicissimos commendari solitos vidimus. ❡ Prouinciam græciam.

ASCEN. QVintus &c. Cōmēdat. Quitū Pōpeiū Sexti filiū dicens. Quintus Pōpeius filius Sexti .s. Pōpeii cōiunctus est mihi: multis & veteribus causis necessitudinis .i. amicitiæ necessario cōseruādę Iam sexcenties fere exposita sunt vocabula, sed qa forte in vnū epistoliū incidet qui alia non legerit: cogor rem vnā sæpius exponere: is cū cōsuerit .i. cōsueuerit: dicitur enim vtrūq; & sueui & suetus sum, tueri .i. protegere, & rem .i. diuitias & gr̄am & authoritatē: cōmēdatiōibus meis, debet nūc pfecto te obtinēte, & puinciā .i. dū tu obtines puinciā, adsequi. nā cisci li

teris meis.i.per lfas meas:vt intelligat se nemini fuisse vnq̄ cōmendatiorem.i.magis cōmendatum q̄ tibi. Videtur hoc loco passiue capi & temporis pręteriti rationem seruare:ita vt participia interdum comparatiua putes.⸿Quamobrem ego peto a te in modum maiorem vt cum debeas obseruare.i.colere.& vt dicunt supportare:omnes meos.s.familiares & amicos,æque.i.æqualiter,ac.i.sicut tuos:pro nostra necessitudine.i.propter necessitudinem,hoc est necessarium coniunctionem & amicitiam nostram recipias hunc.s.Quintum Pompeium in primis.i. inter primos aut præcipue. in fidem .i.fidelem protectionem & confirmationem tuam:ita vt ipse intelligat nullam rem potuisse esse sibi maiori vsui.i.vtilitati:aut ornamento.i.decori quantum ad bonum honestum quam commendationem meam. Vale.

M.T.C.Aristo Procos.S.D.

SVmpsi hoc mihi pro tua in me obseruantia, quā penitus pspexi, quandiu Brundusii fuimus,vt ad te familiariter, & quasi pro meo iure scriberem, siqua res esset, de qua valde laborarem.M.Curius; qui Patris negociat̄, ita mihi familiatis est,vt nihil possit esse coniunctius.Multa illius in me officia,multa in illum mea quoq;: & qd̄ maximū ē,summus inter nos amor,& mutuus. Quæ cum ita sint, si vllam in amicitia mea spem habes, si ea, quæ in me officia, & studia Brundusii cōtulisti, vis mihi etiam gratiora efficere,quanquam sunt gratissima: si me a tuis omnibus amari vides, hoc mihi da, atq; largire,vt M.Curium sartum & tectum, vt aiunt, ab omniq; incommodo, detrimento, molestia syncerum,integrumq; conserues.Et ipse spondeo,& omnes hoc tibi tui pro me recipient,ex mea amicitia,& ex tuo in me officio maximum te fructum, summamq; voluptatem esse capturum. Vale.

HVBER. SVmpsi:non indigeat argumento & hæc epistola: quæ texto ipso satis putet. sic & sequens de quibus nihil aliud est declarandum.

ASCEN. SVmpsi &c.Commendat.M.Curium Patris negociantem apprime diligenter aut Aristo.proconsuli aut Coelio:vt quidā textus hñt.Ordo est,Ego sumpsi.i,adsumpsi,& quasi ad rogaui hoc mihi pro obseruantia tua in.i.erga me hoc pp eam in dictis & factis tuis ne me lædas custodiam:ex veneratione quadam procedentem quam perspexi.i.percepi penitus q̄diu fuimus Brundusii:sumpsi in q̄ vt scriberem ad te familiariter,&,quasi pro iure meo, siqua:id est si aliqua res esset:de qua laborarē valde:id est pro qua vellem multos subire labores, aut multum timerem. M. Curius qui negociatur:id est mercimonia agit Patris in ea vrbe Achaiæ est mihi familiaris ita vt nihil possit esse coniunctius. Multa sup.sunt officia.i. ex debito bene facta: illius in me,& multa quoq; sunt sup. officia mea in illū, & quod maximum est.i.vinculum coniūctionis summus & mutuus amor est inter nos.⸿Quæ cum sint ita, si habes vllam spem in amicitia mea:si vis efficere ea officia & studia. quæ contulisti Brundusii in me:etiam gratiora mihi, scilicet q̄ nunc sint, q̄q̄ sunt gratissima si vides me amari a tuis omnibus da atq; largire mihi hoc vt conserues M. Curium: sartum & tectum,vt aiunt:id est vt est in vetere: prouerbio ex villarum locatione sumpto,quas sic locare solemus,vt conductor eas sartas:id est omnibus partibus suis conseruatas,& clausas,ac tectas a iniuriæ coeli conseruet, alioqui locatori id præstandum esset,exponit autem Ci.subdens,vt sup. conserues eum Sincerum & integrum ab omni incommodo:detrimento & molestia.⸿Et ipse.i. egomet spondeo & omnes tui recipient.i.promittent hoc tibi pro me: te esse capturum ex mea amicitia & ex officio tuo in me maximū fructum, & summam voluptatem. Vale.

M.Cicero P.Cæsio.S.D.

PVblium Messenium equitem Romanum omnibus rebus ornatum, meumq; perfamiliarem tibi commendo ea commendatione,quæ potest esse diligentissima. Peto à te & pro nostra,& pro paterna amicitia,vt eum in tuā fidem recipias,eiusq; rem, famamq; tueare. Virū bonum, tuaq; amicitia dignum tibi adiunxeris, mihiq; gratissimum feceris. Vale.

ASCEN. PVblium commendat dicens. ⸿Ego commendo tibi P. Messenium: equitem Ro. ornatum omnibus rebus & perfamiliarem:id e.i valde familiarem meum: ea commendatione, quæ potest esse diligentissima Peto a te & pro nostra & pro paterna amicitia, vt recipias eum in fidem:id est fidelem protectionem tuam & vt tuearis:id est protegas rem & famam eius. Tu adiunxeris tibi virum bonum & dignum amicitia tua: & feceris mihi gratissimum. Vale.

Cicero Regi.S.

AVlus Licinius Aristoteles Melitensis, antiquissimus est hospes meus,& præterea coniunctus magno vsu familiaritatis. Hæc cū ita sint,non dubito, quin tibi satis cōmēdatus sit.Etenim ex multis cognosco,meā cōmēdationē plurimum apud te valere. Hunc ego à Cæsare liberaui. Frequens enim fuerat nobiscum: atq; etiā diutius in causa est, q̄ nos, commoratus. quo melius te de eo existimaturum arbitror. Fac igitur mi Rex, vt intelligat has sibi literas plurimum profuisse. Vale.

HVBER Melitensis. AVlus Licinius. Licinium Melitensem pompeianorum partium studiosissimum Regi commendat. ⸿Melitensi ex Melita insula. Ciliciæ. quæ authore Pomponio Africam versus est: & Strabo dicit eam imminere Pachino, de qua Catelli portantur: quos melitæos vocant. de hac Ouidius lib.iii. fastorum. Fertilis est Melitæ sterili vicina Cosuræ Insula, quam libyci verberat vnda freti.⸿Nobiscum:contra Cęsarem.⸿In causa:bellorum ciuilium.

ASCEN. AVlus &c.Commendat Regi Aulum Licinium Melitensem hospitem suum,qui Pompeianarum partium studiosus fuerat,sed reconciliatus Cæsari verum quia eo nomine eum commendat q Pompeianus esset ne literæ forte deprehensæ officiant ei, ad quem scribit credo non nominatum a Cice, sed nomine regis tm̄ significatum. Reges enim diuites omnes & præcipue principes conuiui vocabant veteres. Melite insula est Siciliæ authore Pomponio Africam versus. Et Strabo dicit eam imminere Pachino:vnde Catelli melitæi asportabantur, de qua Ouidius fast.iii. Fertilis est Melitæ sterili vicina Cosurę Insula quā libici verberat vnda freti.Ordo est.Aulus Licinius Aristoteles cognomento Melitensis patria,est hospes meus antiquissimus,& prætetea.i.præter eā coniunctionē coniunctus.s. mihi magno vsu familiaritatis.i.magna consuetudine Cū hæc sint ita: nō dubito quin sit satis cōmendatus tibi.⸿Etenim ego cognosco ex multis cōmendationē meā valere plurimū apud te.Ego liberaui hunc a Cæsare.i.a persecutione Cæ.hoc est reconciliaui eū. Fuerat enim nobiscum.i.in partibus Pōpeianis frequens.i.negociosus & diligens,atq; moratus est in causa.i.vt dicunt in querela Pōpeiana:diutius.s.q̄ nos:quia et post mortem Pompeii:quo.i.pp quod, ego arbitror, supra te existimaturum de eo melius.Igitur o mi rex fac vt intelligat has literas,profuisse sibi plurimum. Vale.

⸿Lucio

LVcio Gemicilio, Thermo ꝓpretori in syria cōmendat Gemiciliū, quē dicit nihil esse petituꝝ, nisi qđ & se & Thermo dignū sit. ¶ Nihil abs te. sic Hora. in epistolis. Vtere Pōpeio. Grospo, & siqd petet vltro: Defer: nihil Grosphus nisi veꝝ orabit & ęquū ⲇιοικησιν dioecesim. i. iurisdictionē. ¶ Hellesponto: Hellespontus in Phrygia est ab Helle sorore Phryxi dicto. Phrygia autem regio dicta est Asiæ maioris quæ et Phrygia etiam Troas dicitur.

HVBER. Dioecesis Hellespontus Phrygia

LVcio &c. Thermo ꝓ ptori i Syria cōmēdat Gemiciliū, quē dicit nihil petituꝝ nisi qđ se & Thermo dignū sit, quo noie Horatius ēt Grospū cōmēdat in ep'la dicēs: Vtere Pōpeio Grospho & si qd petet vltro Defer, mi Grosph' nisi verū orabit & ęquū. Ordo est. Ego vtor iāpridē. i. a plusculo tpe familiarissime. L. Gēicilio. Curuo, viro optio & hoīe gratissimo: ego cōmēdo tibi eū pēitus atq; trado. s. fidei, tuę: pmū vt cōmodes. i. cōmode exhibeas te ei in qb' rebus quo ad. i. q̄tenus fides tua. s. inseruāda ęqtate: qa fides fundamētū ē iustitię: vt dicit. i. offi. & dignitas tua patieꝛ: patieꝛ aūt ī oīb'. s. q̄ petet ipse. n. nihil postulabit vnq̄ abs te: qđ sit alienū tuis aut ēt suis morib'. i. qđ n̄ sit hōestū & ęquū. Ego āt ꝯmēdo tibi p̄cipue negocia ei'. q̄ sūt i Hellespōto isula Phrygię ab Helle soror Phryxi. illic i pōto submersa denoiata. Primū vt obtineat ī agris. s. hellespōticis. id iuris. qđ ciuitas ꝑiana, q̄ illic est decreuit: & dedit ei, & qđ obtinuit sp sine vlla ꝯtrouersia. i. cōtradictiōe. Deinde si hēbit aliqd ꝯtrouersię. i. litis & discrepatiōis cū aliquo hellespōtino. i. incola hellespōti: vt reicias in illā dioecesim. i. in illā iurisdi. h est ad foꝝ illius iurisdi. vbi antiquū ius obtinet. Neqs erret dr dioecesis. ii. & iii. lōgis n̄ diocesis: nā grece scribit ⲇιοικησιν. Sed ego cōmēdari tibi diligētissime totū hoiem. i. oīa negocia ei' nō videor mihi debeꝛ pscribeꝛ ad te singulas cās eius. Illa sit sūma. i. gn̄alis clausula: qcqd officii q̄si debiti: bn̄ficii. i. bn̄facti liberale ipēsi, sup. et honoris, cōtuleris in Gemiciliū. i. impenderis Gemicilio ego existimabo te cōtulisse id in meipsum atq; in rē meā. Vale.

ASCEN.

M.T.C.Qu. Thermo Propraet. S.D. 53

LVcio Gemicilio. Curuo iāpridē familiarissime vtor, optio viro, & hoīe gratissimo. Eū tibi pēitus cōmēdo, atq; trado. Primū vt oībus i reb' ei te cōmodes, quoad fides tua, dignitasq; patieꝛ: Patieꝛ aūt ī oīb': nihil. n. abs te vnq̄, qđ sit alienū tuis aut ēt morib', postulabit. Pręcipue āt tibi cōmēdo negocia ei' q̄ sūt i Hellespōto. Primū, vt obtineat id iuris i agris, qđ ei Pariana ciuitas decreuit, & dedit, & qđ sp obtinuit sine vlla cōtrouersia. Deīde, siqd hēbit cū aliquo Hellespōtio cōtrouersię, vt ī illā ⲇιοικησιν reiicias. Sed nō mihi videor, cū tibi totū hoiem diligentissime cōmēdari, singulas ad te eius cās pscribere dēre. Summa illa sit. qdqd officii, bn̄ficii, honoris ī Gemiciliū cōtuleris, id te existiabo ī meipm, atq; in rē meá cōtulisse.

M.T.C.Qu. Thermo Propraet. S.D. 54

CVm mihi multa grata sunt q̄ tu adductus mea cōmēdatiōe fecisti: tū in primis, q̧ M. Marciliū amici, atq; interꝑtis mei filiū liberalissime tractauisti. Venit. n. Laodiceā, & tibi apđ me mihi pp te gr̄as maxias egit. Quare, qđ reliquū ē a te peto, qn̄ apud gratos hoīes bn̄ficiū ponis, vt eo libentius his cōmodes, opamq; des, quoad fides tua patieꝛ, vt socrus adolescētes rea ne fiat. Ego cū antea studiose cōmēdabā Marciliū, tū multo nūc studiosius, qđ in lōga apparitōe singularē, & ꝓpe incredibilē pr̄is Marcilii fidē, abstinētiā, modestiamq; cognoui. Vale.

55

M. T. C. Qu. Thermo Propraet. S.D.

ETsi mihi videor intellexisse, cū tecū Ephesi de re M. Annii legati mei locutus sum, te ipsius causa vehementer oīa velle: tn̄ & M. Anneiū tanti facio, vt mihi nihil putē ꝑtermittēdū, qđ illius intersit: & me a te tāti fieri puto, vt nō dubitem, quin ad tuá voluntatē magnus cumulus accedat cōmēdationis meæ. Nā cū iādiu diligerem M. Anneium deq; eo sic existimarē, vt res declarat q̧ vltro ei detulerim legationem, cū multis iā petentibus denegassem: tū vero, posteaq̄ mecū in bello, atq; in re militari fuit, tātā in eo virtutē, prudētiam, fidē, tantáq; erga me bn̄uolentiá cognoui, vt hominem neminē pluris faciá.

HVBER. Reus

CVm multa. Primū ōn̄dit Ci. sibi gratū eē quod fecerit Therm' p. M. Marcilio. Deinde eū rogat, vt det opā, ne socrus Mae. rea fiat. rea ne fiat in iudiciū deducaꝛ. ¶ Reus. n. dr quicūq; in lite deducitur. ēt si nihil admiserit.

ASC.

CVm mihi &c. Primū ōn̄dit sibi gratū eē quod fecerat Thermus ꝓ M. Marcilio: deide rogat: vt det opam ne socrus Marci. rea fiat. Ordo ē. Cū multa sint grata mihi: q̄ tu fecisti adductus cōmēdatiōe mea. i. p me fca: tū i primis sub. gratū est.: nō sit, vn̄ ſm Vallā qui vult cū & tū indicatiuū postulare legendū esset, cū mihi multa grata sūt &c. q̧ tractauisti liberalissime. M. Marciliū filiū amici mei: atq; interꝑtis forte lingua gilicū: aut inteecessores: qa p interptem res agere magni viri solēe. sed cū constet de pcatoris illic eguisse Ci. dici linguæ alienæ expositorē fuisse & p regulā ꝑuanā eo noie, quo filiū vocatū, n. i. qa. M. Marcil. venit Laodiceā, q̄ vrbs est in ꝓuincia Cilicię, & egit mihi maximas gr̄as pp te. i. bn̄ficiū tuū q̄ee ego peto a te: qđ reliquū est. i. qđ restat adhuc qn̄. i. qn̄ qdē. aut qn̄ tu ponis. i. collocas bn̄ficiū apud hoīes gratos: vt cōmendes. i. ꝓsis & cōmodū facias iis eo. i. tāto libentius: & sup. des operā, quoad fides. s. tua patieꝛ. Fidē vt dixi. h eā intelligit, q̄ est fundamentū iustitiæ q̄ ea: q̄ decenter ꝓmissimus fideliter seruamus, vn̄ ad fidem iudiciū ptinet nemini iniuriā faceꝛ dū alicui cōmodū facit: vt socrus. i. mr̄is vxoris adolescentis. i. Marcilii ne. i. non fiat rea. i. non voceꝛ in iudiciū, nā reus dr qcūq; cogiꝛ cām dicere & se defendere etiā si culpa vacet, non aūt esset iudicis eā, q̄ sons esset facere vt insons sit licet ignoscere possit: ego cū cōmendabā ergo prius legā cū multa sunt antea. M. studiose, tū sup. cōmēdo eū nūc multo studiosius. q̧ cognoui. in lōga apparitiōe. i. obsequio q̄si apparitoris, singularē, & ꝓpe. i. q̄si incredibilē fidē. i. fidelitatem, abstinentia modestiā Marcilii pr̄is. i. senioris. Vale.

HVBER. Ephesus

ETsi mihi Ci. diligenter commendae, Thermo. M. Annei legati sui negocia. De quo dicit se locutum esse cū eo Ephesi: quæ ciuitas est. vt supra diximus: Asiæ regionis in Icario pelago.

ASCEN.

ETsi mihi &c. Diligentissime cōmēdat Thermo. M. Annei: legati sui negocia: de quo dicit se locutū esse cū Thermo cū eēnt Ephesi Ordo ē. etsi videor mihi intellexisse cū locutus sum tecū Ephesi, q̄ ciuitas ē Asię de re Mar. Annei legati mei te velle vehemēter oīa cā ipsius: tn̄ ego facio. i. æstimo tanti. M. Anneū: vt nihil putem ꝑtermittēdū mihi: quod intersit. i. in te & vtilitate sit illius, & puto me fieri. i. æstimari a te tanti: vt nō dubitē quin magnus cumulus cōmēdationis meæ. i. qui sit cōmendationis meę malim tn̄ legere cōmendatione mea. i. pp cōmendatione meá, accedat. i. addaꝛ ad voluptatē tuā. Nā cū diligerē diu. i. p multos dies. M. Anneū, & existimarē. i. iudicarē de eo sic, vt res declarat: q̧ detulerim. i. obtulerim ei vltro. i. nō requisitus: legationē. i. vt esset mihi legatus in Cilicia: cū denegassem: sup. eā multis iam petentibus. s. eam: tum vero. i. præcipue posteaq̄ fuit mecū in bello atq; in re militari: cognoui in eo: tantā virtutē. i. fortitudinē: prudentiam: fidem & tantam beneuolētiam erga me: vt neminem. i. nullum hoiem faciam pluris. s. q̄ eū.

HVBER. Sardian. ASCEN.

¶ SARdiani.non ex Sardinia,sed Sardia ciuitate.Quẽadmodũ q̃liter q̃ta moderatiõe.Dicas ius.administres iustitiã.

¶ TV scis eũ hẽe cõtrouersiã cũ Sardianis.i. ciuibus Sardiæ ciuitatis in prouincia Ciciliæ:nos exposuimus tibi cãm Ephesi.i.cũ illic essemus,quã tñ tu cognosces facilius & melius corã.i. qñ veneris in rem p̃sentẽ aut litigatores audieris. mehercule dubiũ fuit diu,qd scriberẽ de reliquo.i.de eo qd̃ restat potissimũ ad te.¶ Enim.i. qa ius sup.eius quẽadmodũ dicis est clarũ.i. euidens,& notum est.s.tibi,cũ magna laude tua,qa iurisperitus euasit. Nihil aũt aliud opus est nobis in hac cã:nisi te dicere.i.vt dicas ius.i.iudices.instituto.i.more tuo.¶ Sed tamen cũ non fugiat.i. lateat me, quãta authoritas sit in p̃tore p̃sertim ista integritate.i. qui p̃tor sit illiusmodi integritate, grauitate, clementia: qua constat te esse inter omnis peto abs te p necessitudine nostra coniunctissima.i.arctissima: & officiis plurimis: paribus ac mutuis.s. inter nos:vt pficias voluntate:authoritate: studio tuo: vt M.Anneus intelligat te.¶ Et.i. simul: amicum esse sibi:qd non dubitat:locutus est enim sæpe mecum.s. hoc adserendo, & esse factũ amicorũ multo.i. q̃ fueras his literis meis. Nihil est quod possis facerẽ mihi gratius in toto impio tuo atq; puincia.i. tantisper dum eris in puincia Imperator. Ego non existimo te dubitare iam.s.vbi cognosces rem mihi tant opere cordi esse, quam bene positurus.i. locaturus sis studiũ atq; officiũ tuum habet hominem gratissimum atque virum optimum. Cum vir a virtute dicatur frequẽs illi epithetõ est bonus aut optimus, Vale.

Eum cũ Sardianis habere cõtrouersiã scis; causam tibi exposuimus Ephesi:quã tu tamen corã facilius,melius q; cognosces. De aliquo mihi mehercule diu dubiũ fuit,quid ad te potissimũ scriberem. Ius enim quẽadmodum dicas,clarum, & magna cũ tua laude notũ est. Nobis aũt in hac cã nihil aliud opus est, nisi te ius instituto tuo dicere.Sed tñ cũ me nõ fugiat,quanta sit in Prær.authoritas, p̃sertim ista integritate,grauitate, clementia,qua te esse inter oẽs constat:peto abs te p nr̃a coniunctissima necessitudine, plurimisq; officiis paribus,ac mutuis, vt voluntate, authoritate, studio tuo perficias,vt M.Anneius intelligat, te & sibi amicũ esse,qd̃ nõ dubitat, sæpe enĩ mecũ locutus est:& multo amiciorẽ his meis literis esse factum. In tuo toto imperio,atq; puincia nihil est, quod mihi gratius facere possis.Iã,apud ipsum gratissimũ hoiem, atq; optimũ virum q̃ bene positurus sis studiũ tuum,atq; officium, dubitare te non existimo. Vale.

M.T.C.Q. Thermo Propræt.S.D. 56

CAius Cluuius Puteolanus valde me obseruat,valdeq; est mihi familiaris. Is ita sibi psuadet,qd̃ in tua puincia negocii hẽt,nisi te puinciã obtinẽte meis cõmẽdatiõibus cõfecerit, id se in pditis,& desperatis habiturũ.Nunc qñ mihi ab amico officiosissimo tantũ oneris imponitur, ego quoq; tibi imponam p tuis in me summis officiis,ita tñ,vt tibi nolim molestus esse. Mylasii, & Alabandenses pecuniã Cluuio debent.Dixerat mihi Euthydemus, cum Ephesi essem,se curaturũ,vt ecdici Mylasii Romã mitterent.Id factũ non est.Legatos audio missos esse:sed malo ecdicos, vt aliqd cõfici possit. Quare peto a te, vt eos,& Alabandẽses iubeas ecdicos Romã mittere. Præterea Philotes Alabandensis ὑποθήκας Cluuio dedit.hæ cõmissæ sunt. Velim cures,vt aut de hypothecis decedat, easq; pcuratoribus Cluuii tradat:aut pecuniã soluat.Præterea Heracleotæ,& Bargyletę, q itẽ debent,aut pecuniã soluant, aut fructibus suis satisfaciant.Caunii p̃terea debent:sed aiũt se depositã pecuniã habuisse. Id velim cognoscas:& si intellexeris eos neq; ex edicto,neq; ex Decreto depositã habuisse,des opam,vt vsuræ Cluuio,instituto tuo cõseruentur.His de rebus eo magis laboro,q agit̃ res Cn. Põpeii etiã nr̃i necessarii:& q is magis ẽt mihi laborare videt̃, q̃ ipse Cluuius: cui satisfactũ eẽ a nobis valde volo. His de rebus te vehementer ẽt atq; ẽt rogo. Vale.

HVBER. CAius Cluuius. Negocium Cluuii Puteolani ita commendat Thermo: vt dicat ipsum Cluuium de eo desperare,nisi id confecerit Thermo puinciam obtinente,exponit Cice.quid sit in eo negocio: & quid agendum putet.¶ Puteolanus:ex Puteolis oppido Campaniæ.¶ Desperatis:sine spe.¶ Milassa.Milassa & Alabãda ciuitates sunt authore Ptolemeo Lydię Meonię.¶ Endici:syndici defensores.¶ ὑποθήκας Hypothecas:q sunt obligationes bonorũ imobiliũ:sicut:ctra pignora bonorũ mobiliũ sũt ãt termini iuris.¶ Heracleotę, ciues Heraclea Heraclea aũt & Batcilia authore Stra.ciuitates sunt Cariæ.¶ Caunii:qui incolunt Caunũ oppidũ Carię valetudine, habitantium infame a Cauno fratre Biblidis cognominatũ. ¶ Et edicto.p̃torio. ¶ Decreto:senatus.¶ Vsuræ:vtilitati.¶ Is.i.Pompe.

Milassa alabanda Eodici Hypotheca Heraclea Batcilia Caunum

HVBER. Cereliæ. antequam proficisceret̃ Seruilius in Asiam Ci. ei cōmendauerat coram Cereliam necessariam suā, quę multa habebat in Asia: quā etiam tunc per literas com mendat, rogatq̃ eū vt illam adiuuet cū habeat facultatē id faciendi pp senatuscō sultū quod ɔtra hr̄des C. Venonii fa/ ctum erat in fauorē Cereliæ. ꝭ Cōmone faciendū, admonen dum: in memoriā tibi id factum reducēdū. ꝭ Propter magni tudinē puinciæ qa hēs magnā administrationē prouinciæ per quā posses forsasse esse imemor eius: qd' mihi promisit. ꝭ Recepisse. promisisse. ꝭ Facultatē. cōmoditatē: occasionē .s. faciendi, quæ recepisti. ꝭ Ex eo senatuscō s. pp id senatusc. ꝭ In hæ. contra hæredes: qui Cereliæ aduersarii erant. ꝭ Cō modandi. cōmodū faciendi.i. qd est factū in fauorem Cere/ liæ. ꝭ Interpretabere. videbis qd velit. ꝭ Eius or. senatorii. ꝭ Magni su. magni æstimatā esse. Itaq̃ eā debebis cōseruare faciēdo quicqd decreuit ipse senatus. ꝭ Quod reliquum est. pro in eo quod reliquū est, præter interpretationē illius se/ natusconsulti. ꝭ Benigne. liberaliter bene.

ASCEN. Cereliæ &c. Cōmendat & Cereliā mulierē sibi necessa/ riamq̃ multa habebat in Asia vbi Seruilius iam tum erat negociatus. Ordo est. Ego cōmendaui tibi pñs.i. coram, in hortis tuis: q̃.i. quantum potui diligentissime: rē .s. litem: noīa.i. debita per nomina debitoꝝ notata, & possessiones Asiaticas.i. quas habet in Asia. ꝭ Et tu recepisti.i. pro misisti liberalissime mihi pro consuetudine tua, & pro ppetuis & maximis officiis tuis in me: hoc est conformiter ad ea te facturum oīa. ꝭ Ego spero te meminisse.i. memoria tenere: id.s. te recepisse: scio.n. sup. te solere.s. meminisse. ꝭ Sed tñ pro/ curatores Cereliæ scripserunt te esse cōm nefaciendum ēt atq̃.i. frequenter & diligēter, pp magnitudinē prouinciæ: q̃ & multitudinē negocioꝝ.s. tuoꝝ in ea. ꝭ Peto igitur vt memineris te recepisse.i. pmisisse mihi cumulate.i. abunde oīa q̃ fides tua pateret. ꝭ Equidē.i. ego certe existimo te hr̄e magnā facultatē. ꝭ Sed hoc est ɔsilii tui.i. ptinet ad ɔsiliū tuum. & iudicii.s. ad iudiciū tuum cōmodandi.i. cōmodi faciendi Cereliæ. ꝭ Ex eo senatuscō.i. virtute illius senatusconsulti: qd' factū est in.i. contra hæredes Caii Venonii: qa qd in vnū latū est pōt in cōsimiles applicari, vnde addit. ꝭ Tu interpreta bere id senatusconsultum pro sapientia tua. ꝭ Scio.n. authoritatem eius ordinis.s. senatorii fuisse semp apud te magni.i. magnæ æstimationis. ꝭ Quod reliquū est.i. quantū ad id, quod restat scribendū: ego velim sup. vt existimes sic qbuscūq̃ rebus feceris benigne, i. fauorabiliter Cereliæ, te facturum esse gratissimum.i. rem gratissimam mihi. Vale.

M.T.C. Q.Philippo Procos. S.D. 73

Gratulor tibi, q̃ ex puincia saluū te ad tuos recepisti incolumi fama, & R.P. Q d' si Ro mæ te vidissem, corā gratias egissem, q̃ tibi L. Egnatius familiarissimus meus abñs. L. Oppius pñs curæ fuisset. Cum Antipatro Derbete mihi non solum hospitiū, verum ēt summa familiari tas intercedit. Ei te vehemēter succensuisse audiui, & moleste tuli. De re nihil possum iudicare, nisi illud mi hi certe persuadeo, te talem virū nihil temere fecisse. A te autem pro vetere nostra necessitudinē ēt atq̃ ēt peto, vt eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi potis simum condones nisi quid existimas in ea re violari existimationē tuā. quod ego si arbitrarer, nunq̃ te ro/ garem: mihiq̃ tua fama multo antiquior esset, q̃ illa necessitudo ē. Sed mihi ita psuadeo (pōt fieri, vt fallar) eā rē laudi tibi poti⁹ q̃ vituperatiōi fore. Quid fieri pos sit & qd mea cā facere possis nā, qd velis, non dubito) velim, si tibi graue nō erit, certiorē me facias. Vale.

HVB. Gratulor. Gratulat̃ Ci. Q. phi. q̃ bñ administrata pro uincia incolumi fama & rep. in patriam ad suos se rece pisset: cui gr̄as a se agendas dicit q̃ L. Oppiū p̄sitem, & Egnatium abñtem familiarissimos suos commendatione sua curæ habuisset: deinde quia Philippus iratus fuerat cui dam Antipatro Derbeti hospiti Ci. & familiari, & eius fi/ lios detinuerat & in ptāte sua habebat, petit ab eo: Ci. vt si sine p̄iudicio eius existimatiōis & dignitatis fieri pōt: sibi condonet illos filios: de quo qd acturus sit petit se certiorē fieri. ꝭ Incolumi. integra: qa oēs bñ de te loquunt̃. ꝭ Et resp. s. incolumi. hoc est bñ administrata. ꝭ Succēsuisse. iratū esse. ꝭ De te. de cā pp quā ei succēsuisti. verū iusta an iniusta. ꝭ Te mere. sine cā. ꝭ In tua po. a te detēti. ꝭ Cōdones ex domo di mittas. ꝭ In ea re. cōdonādo eos mihi. ꝭ Violari. lædi. ꝭ Exi stimationē. authoritatē. ꝭ Antiquior. prior: charior. ꝭ Pōt fi. possibile est, sed oratores rarissime dicūt possibile est: sed semper fieri pōt. ꝭ Quid ue. s. facere. ꝭ Nō dub. qa scio te oia velle mea causa: si modo salua fama tua facere possis.

Temere

Possibile

ASCEN. Gratulor &c. Gratulat̃ Publio Philippo q̃ bñ admini strata puincia incolumi fama & rep. ad suos se recepis/ set. ꝭ Deinde eidem gr̄as agendas a se dicit q̃ Lucium Oppium pręsentem, & Egnatium absentem commendatos habuit. ꝭ Tum Antipatri reconciliationem & filiorum eius liberationem ambit honestissimis verbis hoc ordine. ꝭ Ego gratulor tibi: q̃ recepisti te saluum ex prouincia ad tuos & hoc fama.s. tua incolumi.i. integra: & repu. incolumi.i. salua quod si vidissem te Romæ, egissem gratias, q̃ Lucius Egnatius familiarissimus meus fuisset tibi curæ absens.i. cū esset absens, & L. Oppius præsens.i. cum esset præsens. ꝭ Non solum hospitium: verumetiam summa familiaritas intercedit.i. est vinculum necessitudinis mihi. Cum Antipatro Derbete ego audiui te succensuisse.i. iratum fuisse vehementer & tuli sup. id moleste.i. dolenter. ꝭ Ego nihil possum iudicare de re.i. de causis irarū, nisi sup. q̃ psuadeo mihi illud: te talē virū .i. cū sis talis, i. tā iustus & prudēs vir: nihil fecisse temere.i. sine legitima cā. ꝭ Aūt, i. sed: ego peto a te ēt atq̃ ēt p necessi/

tudine nfa vetere, vt cōdones.i.dono emittas & libere abire finas: potissimū mihi.i.pcibus aut amori meo, filios eius q̄ sūt in ptāte tua.i.detinenſ a te captiui. nī.i. existimas.i.iudicas existimationē.i.reputationē seu nomē & famā tuā viq̄ laii qd.i.in aliquo in ea re.i.p eoꝝ cōdonationē & in remissione. ¶ Q d si ego arbitrarer.s.factuꝝ, ego nūq̄ cogarē.s.te id, & tua fuma esset mihi multo antiqor.i.charior: eoq; antiqſſimos amicos chariſſimos hēmus: quā est illa necessitudo.s.cū Antipſo hospite. ¶ Sed pſua.m.ita: pōt fieri: vt fallar, eā rem fore tibi potius laudi.i.ad laudē: q̄ vitupetationi.i. ad vituperationē. ¶ Velim si nō erit tibi graue sup. vt facias me certiorē: qd possit fieri, & quid velis facere cā mea: nā non dubito quin velis.s.multa facere. Vale.

M.T.C. Q. Philippo Procos. S.D.

ETsi nō dubito ꝓ tua in me obseruātia, ꝓq; nfa necessitudi e, qn cōmēdationē meā memoria teneas: tñ ēt atq; ēt eūdē tibi L. Oppiū familiarē meū pſentē, & L. Egnatii familiarissimi mei abſñtis negocia cōmēdo. Tāta mihi cū eo necessitudo ē, familiaritasq;, vt si mea res eēt, ñ magis laborarē. Q uapp gratissimū mihi feceris, si curaris, vt is itelligat me a te tm̄ amari q̄tū ipe existīo. Hoc mihi gratius facer̄ nihil potes. idq; vt facias, te vehemēter rogo.

HVBER. ETsi non. Eidem Philippo cōmendat Cic. eosdem Oppium & Egnatiū, quos antea cōmendauerat, de qbus in præcedenti epistola vidimus. ¶ Is. Egnatius.

ASCEN. ETsi &c. Cōmēdat rursus Oppium & Egnatium Philippo, dicens. ¶ Etsi non dubito pro obseruantia tua in me & pro necessitudine nostra quin teneas memoria cōmendationem meā.s. quam nuper feci, tñ ego cōmēdo tibi ēt atq; etiam eundem L. Oppium familiarem meū pñtem.i.q apud te est, & negocia Lucii Egnatii familiarissimi mei abſñtis q̄ Romæ agentis. ¶ Tanta necessitudo & familiaritas ē mihi cum eo, vt nō laborarē magis, si esset res mea. Quaptopter feceris mihi gratissimū, si curaris pro curaueris: vt is.s. Egnatius intelligat: me amari a te tm̄, quātum ipse existimo. ¶ Nihil potes facere mihi gratius hoc.i. q̄ sit hoc, & rogo te vehementer, vt facias id. Vale.

M.T.C. T. Titio T.F. Legato. S.D.

ETsi nō dubito, qn apđ te mea cōmēdatio prima satis valeat: tñ obsequor hoi familiarissimo C. Auiano Flacco: cuius cā oia tū cupio, tū mehercule ēt debeo. De quo & pñs tecū egi diligēter, cū tu mihi humanissime rñdisti: & scripsi ad te accurate antea; sed putat interesse sua, me ad te q̄sæpissime scribere. Quare veli mihi ignoscas, si illi⁹ volūtati obtēperans, minus videor meminisse cōstantiæ tuæ. A te idē illud peto, vt loco, quo deportet frumentum, & de tpe Auiano cōmodes. quoꝝ vtrūq; p eundem me obtinuit triēniū, dū Pōpeius isti negocio pręfuit. Sūma est, in quo mihi gratissimū facere possis, si curaris, ut Auianus, quādo se a me amari putat, me a te amari sciat. Erit id mihi pergratum. Vale.

HVBER. ETsi non. Epistola imitatione vtilis ad excusationem importunitatis de repetione eiusdem cōmēdationis, quā Ci. se facere Titio dicit, nō diffidētia eius cōstantiæ, qui semel ꝓmiserat, sed vt satisfaciat: & obsequaſ Auiano Flacco ita se postulanti: vt rursus p lřas eū cōmendaret ipsi Titio: quod Ci. facit: & qm̄ erat Titius legatus annonæ pfectus petit ab eo: vt concedat Auiano & locū & tps depertādi frumentū, qd alias p seipsum dicit obtentū, & impetratū, cū Pōp. huic negocio ꝓpositus fuerit. ¶ Obsequor. morem gero. ¶ Interesse sua. sibi vtile esse. ¶ Minus videbor.i. si non videbor recordari: & tenere memoria quod id qđ semel ꝓmiseris cōstanter efficias. qui.n. sæpe petit vł aut immemor esse aut diffidere. ¶ Vtrūq;. & locum & tps. ¶ Isti, negocio.i. cum esset annonæ & rei frumentariæ præfectus.

ASCEN. ETsi &c. Epistola hæc imitatione digna est ad excusandā importunitatē eiusdem cōmēdationis quam se facere Ci. fatet, dicens. ¶ Etsi nō dubito qn prima cōmendatio mea valeat satis apud te: tñ obsequor.i. inseruio & morē gero Caio Auiano Flacco hoi familiarissimo: cuius cā ego tū.i. pariter: cupio oia tum.i. pariter etiā, me hercule. debeo oia.s. quæ possem illi cōmodare. ¶ De quo &.i. simul, egit tecū diligenter pñs.i. cum pñs tibi essem, cū tu rñdisti mihi humanissime: & scripsi antea ad te accurate.i. cum cura & diligentia. ¶ Sed sup. Auianus putat interesse.i. in rē esse ac referre sua, me scribere, q̄ sæpissime ad te. ¶ Quare velim sup. vt ignoscas mihi: si ego obtēperās.i. morē gerens volūtati illius minus.i. non, aut non satis videbor meminisse.i. memor esse cōstantiæ tuæ: q quod semel ꝓmisisti, nō ꝓtermittis. ¶ Ego: item.i. sīr: peto a te illud: vt cōmodes.i. cōmodū facias, & inseruias Auiano, de loco & de tpe quo deportet.i. trāsportet frumētū.s. qd emere ac vēdere vult. Quoꝝ vtrūq;.i. & locū & tps deportādi frumēti ipse obtinuit triēniū.i. p spatium triū annoꝝ, p eūdē me.i. p cōmēdationē meā, dū Pōpeius pfuit isti negocio.i. rei frumētariæ sūma.s. votoꝝ aut principalis petitio mea est supp. eius in quo possis facere mihi gratissimū si curaris p curaueris, vt Auianus qñ.i. qñqdē putat se amari a me: sciat me amari a te. Id erit mihi pgratū. Vale.

M.T.C. Quatuor Viris, Et Decurio. S.D.

TAntę mihi cū Q. Hippio cāę necessitudis sſt, vt nihil possit eē cōiūcti⁹, q̄ nos īter nos sumus. Q đ nisi ita eēt, uterer mea cōsuetudie, vt vobis nul'a i re molest⁹ eēm. &.n. vos mihi optimi testes estis, q̄q̄ mihi pſuasū eēt, nihil eē, qđ a vobis īpetrar̄ ñ possē, nūq̄ me tñ gravē vobis eē voluisse. Vehemēter igit̄ vos ēt atq; ēt rogo, vt honoris mei cā liberalissime C. Valgiū Hippianū tractetis, rēq; cū eo cōficiatis, vt quā posſiōnē hēt i agro Fregellāo a vobis emptā, eā liberā, & īmunē hr̄e possit. Id si a vobis īpetraro, sūmo me bñficio vr̄o affectū arbitrabor. Va.

HVBER. TAntæ. Quatuor viri & decuriones magistratus erant ita a numero dicti: iis commendat Cice. Valigenium Hippianum: vt possessionem quā ab eis in agro Fregellano emerat, liberā & īmunē eum hr̄e permittant. ꝑerant.n. in vendendis agris publicis. ¶ Molestus essem, afferrē tædium. ¶ Fregellano. Fregella vrbs Campaniæ.

Fregella

ASCEN. TAntæ &c. Quatuor viris & decurionibus qui magistratus a numero dicti sunt, commendat Valgiū Hippianum: dicens. ¶ Tantæ causæ necessitudinis sunt mihi cum Quinto Hippio, qui vt coniectura consequi possem: aut pater: aut frater, aut summe alioqui necessarius fuit eius quē cōmēdat: afr.n. frustra illi⁹ necessitudinis meminerit vt mihi possit eē cōiūctius q̄ nos sumus iter nos. Credā tñ legēdū nō q̄ nos iter nos sumus sed q̄ sum⁹ iter nos, idq; Valla astipulatē qđ nisi eēt ita, vterer cōsuetudine mea: vt nulla.i. nō vlla nō essem molestus vobis in vlla re. ¶ Eteni.i. nā certe vos estis mihi optimi testes q̄q̄ pſuasum eēt mihi: nihil esse qđ nō possem ipetrare a vobis: tñ me vnq̄ voluisse esse grauē.i. molestū vobis. Igit̄ qa cogor ꝑgo rogo vehementer vos ēt atq; ēt: vt cā honoris mei, qa turpe est ꝓcantē nō exorare: tractetis liberalissime Caiū Valgiū: sunt qui Valigeniū scribant: Hippianū ergo de domo Hippioꝝ, & cōficiatis.i. finiatis cū eo rem.s. cōtrouersiā, vt possit hr̄e eā possessionem liberā & īmunem.i. nulli oneri obnoxiā, quā habet in agro Fregellano.i. iuxta Fregellas vrbem Campaniæ: emptā a vobis. ¶ Si ego impetrato pro impetrauero a vobis id ego arbitrabor me affectum.s. a vobis summo beneficio. Valete.

¶ Cum his

Vm his scripsit Ci. se pter cõsuetudinẽ suã iuisse in senatũ frequẽtius: ne deesset honori Sulpi. q̃ tũ ex sequẽtibus cõicimus, pcerat Dalmatiæ. Itaq; cũ rẽ bene egisset, dicit Ci. se libẽter affuisse in senatu, & ei supplicationẽ decreuisse. Deinde cõmendat ei. M. Bollanũ veterem amicũ suum: qui multũ in eius puincia versabat, aut certe aliquẽ lo cũ apud eũ hẽbat. Postremo rogat eũ, vt det operã. Dionysiũ seruũ: qui aufugerat, ad se remitti. ¶ Ventitarem: frequẽter venirem. ¶ Supplicationẽ: pp res a te in puincia bene gestas. ¶ Iure suo. i. licenter & sine vllo respectu. ¶ In hac re: quam mõ dicã. ¶ Dionysius. exponit in quo velit eũ elaborare. ¶ Bibliothecã. i. libros: licet ppriẽ significet locũ vbi reponunt libri. ¶ Multoꝝ nũ. i. q̃ numuũ era magna ipẽsa. ¶ Tractauit: curæ habuit, & i ptãte sua: vñ supra li. v. ad Vati. appellatur eũ Anagnostẽ. i. lectorem. ¶ Surripuisset, furatus esset. ¶ Latuꝝ: i pune. i. nõ fore sine punitiõe. ¶ Naronæ, q̃ est ciuitas Dalmatiæ: i vt in epla Vatinii in fine cognoscitur li. v. ¶ Manumissum: liberatũ. ¶ Res ip. pat. i. non magni ptii est ipse suus & qd asportauit. ¶ Sed do. ma. qd ita fuerim ab eo delusus, & deceptus. Per te opã & cura tua.

Narona

M. T. C. P. Sulpitio Imp. S. D. 77.

Cum his tpibus nõ sane i senatũ vẽtitarẽ, tũ vt tuas lr̃as legi, nõ existimaui me saluo iure nr̃æ veteris amicitiæ, multorũq; inter nos officioꝝ facere posse, vt honori tuo deessem. Ita q; adfui, supplicationemq; tibi lubenter decreui: nec reliquo tpe vllo aut rei, aut existimationi, aut dignitati tuæ deero. Atq; vt hoc tui necessarii sciant: hoc me aio erga te esse, velim facias eos p lr̃as certiores, vt si qd tibi opus sit, ne dubitẽt mihi iure suo denũtiare. M. Bollanũ viꝝ bonũ, & forte, & oĩbus rebus ornatũ, meũq; veterem amicũ tibi magnope cõmendo. Pergratum mihi feceris, si curaris, vt is intelligat hanc cõmendationẽ sibi magno adiumẽto fuisse. tẽq; viꝝ optimũ, gratissimũq; cognosces. Promitto tibi, te ex eius amicitia magnã voluptatẽ eẽ capturũ. Præterea a te peto maiorẽ i modũ p nr̃a amicitia, & p tuo ppetuo me studio, vt i hac re ẽt elabores. Dionysius seruus meus q meã bibliothecã multoꝝ numoꝝ tractauit, cũ multos libros surripuisset, nec se ipũe latuꝝ putaret, aufugit. Is est i puĩcia tua. Eũ & M. Bollãus familiaris meus, & multi alii Naronæ viderũt: sed cũ se a me manumissum eẽ dice ret, crediderũt. Hũc tu si mihi restituẽdum curaris, nõ possum dicere q̃ mihi gratum futurũ sit. Res ipsa pua, sed aĩ mei dolor magnus est. Vbi sit, & qd fieri possit, Bollãus te docebit. Ego, si hoĩem per te recuparo, sum mo me a te bñficio affectum arbitrabor. Vale.

Cum his &c. Scribit ne deesset honori ipsius Sulpitii: libenter affuisse in senatu, & ei supplicationẽ decreuisse. Deide cõmẽdat ei. M. Bollanũ veterẽ amicũ suũ: dicens. Cũ nõ sane. i. multũ ventitarẽ. i. freq̃nter irẽ aut venirẽ in senatũ: tũ: vt. i. postq̃ legi lr̃as tuas. s. petẽtes supplicationẽ p re bene gesta nõ existimaui me posse deesse, honori tuo. i. rei. in q̃ agat de honore tuo saluo iure veteris amicitiæ nr̃æ, & multoꝝ officioꝝ inter nos. i. mutuo exhibitoꝝ. Itaq; ego affui. i. pñs fui & decreui. s. cũ aliis. ¶ Libenter tibi supplicationẽ. i. vt dicũt togationẽ gñalẽ. ¶ Nec deero vllo tpe reliquo. i. deinceps: aut rei, aut existimatiõi. i. famæ & reputatiõi: aut dignitati tuæ, atq; vt necessarii tui sciãt me esse hoc. i. hmõi aio erga te: velẽ sup. vt facias eos certiores p lr̃as: vt si qd sit opus tibi ne dubitent. i. vereant, denũciare. i. indicare mihi suo iure. i. audacter qui sup. iure qd de nõcient. Ego cõmendo tibi magnope, M. Bollanũ viꝝ bonũ & fortem, & ornatũ oĩbus rebus. i. ornamentis debitis, & veterem amicũ meũ. Tu feceris mihi pgratũ. i. rem valde gratã: si curaris. i. curaueris: vt is intelligat: hanc cõmendationem fuisse sibi magno adiumento. Et cognosces ipm sup. esse viꝝ optimũ & gratissimũ. ¶ Ego promitto tibi te esse capturũ magnam voluptatem ex amicitia eius. s. Bollani. Præterea ego peto a te in modũ maiorem. i. non vulgarem, pro amicitia nr̃a perpetuo studio. i. fauore tuo in me: vt ẽt elabores. i. cutaris efficere qd peto in hac te. Dionysius seruus meus q tractauit bibliothecã. i. vt dñe liberatiã meã multoꝝ numoꝝ. i. n unis multis emptã constatem: erat. n. vt v. li. ad vatiniũ dctũ est anagnostes. i. lector: cũ subripuisset. i. clã abstulisset multos libros, nec putaret se latuꝝ impune, aufugit. Is est in puincia tua. M. Bollanus familiaris. i. meus, & multi alii viderunt eũ Naronæ. i. in ea vrbe Dalmatiæ. ¶ Sed cũ diceret se manumissum a me, crediderũt sup. ei. ¶ Si curaris hunc restituendũ mihi, non possum dicere q̃ gratum sit futuꝝ mihi. res ipsa est pua, sed dolor animi mei est magnus. Bollanus docebit te vbi sit & quid possit fieri. s. pro eo comprehendendo. Ego si recupauero hoĩem per te: arbitrabor me adfectum beneficio. Vale.

M. T. C. Allieno Procos. S. D. 78.

Democritus Sicyõius nõ solũ hospes meus ẽ, sed ẽt, qd nõ multis cõtigit, Græcis pfertim, valde familiaris. Est. n. i eo sũma pbitas, sũma virtus, sũma in hospites liberalitas, & obseruãtia meq; p cæteris & colit, & obseruat, & diligit. Eũ tu ñ mõ suo rũ ciuiũ, veꝝ ẽt pene Achaiæ pricipẽ cognosces. Huic ego tm̃mõ aditũ ad tuã cognitionẽ patefacio, & īnuo cognitũ, p te ipm, q tua nã ẽ, dignũ tua amicitia, atq; hospitio iudicabis. Peto igit a te, vt his lr̃is lectis recipias eũ i tuã fidẽ. Polliceaꝛ oĩa te factuꝝ mea cã. De rliquo si, id qd cõfido, fore dignũ eũ tua amicitia, hospitioq; cognoueris, peto, vt eũ cõplectare, diligas, in tuis habeas. Erit id mihi maiorẽ in modũ gratũ. Vale.

Democritus. Allienũ pconsulẽ Græciæ rogat vt recipiat in amicitia suã Democritũ Sicyoniũ. Deinde si videbit dignus amicitia sua: eũ cõseruet & diligat. Laudat aũt Ci. eius liberalitatem & obseruantiã in hospites oẽs, sed pcipue in se, quem dicit esse primarium totius Achaiæ, & fore dignũ quem Allienus & hospitio & amicitia dignum iudicet. ¶ Principem: primarium ex primis. ¶ Patefacio, aperio. paro. ¶ Innuo: significo: & quasi quodã nutu demonstro. ¶ Complectare, suscipias.

Innuo

Democritus &c. Allienũ pconsulẽ Græciæ rogat vt recipiat i amicitiã suã democritũ Sicyoniũ: deide vt si dignus videaꝛ, rogat eũ cõseruet & diligat dicens. Democritus Sicyonius est non solũ hospes meus, sed ẽt valde familiaris sup. mihi: quod. s. esse mihi familiarem cõtin git nõ multis præsertim Græcis. ¶ Enim. i. qa summa pro bitas, summa virtus, summa liberalitas in hospites & obseruantia sup. summa est in eo, & colit & obseruat & diligit Auxelis est: me p cæteris. i. ante alios: hoc est plus q̃ cæteros hospites suos. ¶ Tu cognosces eũ principem. i. primariũ: non solũ ciuium suoꝝ. s. Sicyonioꝝ. verũetiam pene. i. quasi totius Achaiæ. ergo Sicyon in Achaia est Ego patefacio huic tantũmõ aditum ad cognitionem tuam: & innuo. i. significo: cognitũ. i. p te ipm. i. vbi cognosces eum: q. i. sm qd natura tua est tu iudicabis dignũ tua amicitia atq; hospitio. Peto igit a te vt his lr̃is lectis: recipias eũ in fidem tuã, sup. & vt: pollicearis te factuꝝ oĩa. s. licita & honesta: causa mea. De reliquo peto si cognoueris: id quod confido fore. i. futuꝝ eum dignum tua amicitia & hospitio: vt complectare eũ, & sup. diligas & habeas in tuis, i. in numero tuoꝝ. Id erit mihi gratum in maiorem modum. Vale.

HVBER. ET te. Ca. Auianus Flaccū quē supra Titio cōmēdauit Ci. cōmēdat ēt nūc Allieno pcōsuli Greciç cōmēdat ēt eius filios & M. Auianū eius fratrem, q cū Ci. erat, M.s. Auianus eius fr. ¶ Illius pritis.s. Auiani. ¶ Vtriusq; Ci. & Marci.

ASCEN. ET te &c. Auianū Flaccū, quē supra Titio cōmēdauit Ci. cōmēdat nūc Allieno pcōsuli Greciæ: cōmēdans ēt eiusdē liberos & fratrē. M. Auianū: vñ hic liber fere cōmēdatitius est, sed tāta varietate, vt torrētē Ciceronianç facūdiç nemo satis mireť. Ordo ē. Et. i. simul aut pariter seu pariformiter: ego arbitror te scire q̄ti fecerim. i. existimauerim seu p Caiū Auianū Flaccū, & ego. i. pariter audierā ex ipso. s. Auiano, hoīe optimo & gratissimo: q̄. i. q̄tū liberalr eēt tractatus a te. Ego cōmēdo tibi filios eius: dignissimos tali. i. tā optimo pře, & necessarios meos, quos diligo vnice. i. singulatitet, hoc ē maxie: q̄a quos vnicos hēamus, maximope diligimus: cōmēdo inq̄ sic, vt nullos. i. nō vllos, nō possim cōmēdare vllos maiore studio. i. affectu: fauore. & cōatu. Caius Auianus est in Cilicia: Marcus. s. Auianus frater eius est nobiscū: rogo te vt ornes dignitatem illius. s. Caii præsentis. s. tibi, vnde duci legendum in Cilicia non Sicilia: & defendas rem vtriusq;, tu nihil potes facere mihi gratius hoc. i. q̄ hoc in ista. s. tua prouincia & rogo te vehementer etiā atq; etiam. i. iterum atq; iterum, vt facias id.

M.T.C. Allieno Procos. S.P.D. 19

ET te scire arbitror, q̄ti fecerim C. Auianum Flaccum: & ego ex ipso audieram optimo, & gratissimo homine, q̄ a te liberaliter eēt tractatus. Eius filios dignissimos illo patre, meosq; necessarios, quos ego unice diligo, commēdo tibi sic, ut maiore studio nullos commendare possim. C. Auianus in Sicilia est, Marcus est nobiscū. Vt illius dignitatem p̄sentis ornes, rem vtriusq; defendas, te rogo. Hoc mihi gratius in ista puincia facere nihil potes. idq; vt facias, te vehemēter ēt atq; ēt rogo. Vale.



M.T.C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM

LIBER QVARTVSDECIMVS.

M.T.C. Terētiç, Et Tulliolç, Et Cicerōi Suis S.P.D. j

ET literis multorum & sermone omniū perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem & fortitudinem esse teq; nec animi nec corporis laboribus defatigari. Me miserum, te ista virtute, fide, probitate, hmanitate in tantas erumnas pp me incidisse: Tulliolamq; nostram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus! Nam quid ego de Cicerone dicam qui cum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores, miseriasq; percepit. Quæ si, vt tu scribis, fato facta putarem, ferrem paulo facilius: sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab iis me amari putabam, qui inuidebant: eos nō sequebar q petebant. Quod si nostris consiliis vsi essemus, neq; apud nos tantum valuisset sermo aut stultoȝ amicoȝ, aut improboȝ, beatissimi viueremus.

HVBER. EX litis, prolixitas q̄ vsus sum in primis libris interp̄tādis merito me breuiorē in sequētibus facere debuit. Nā q̄ pluribus ep̄lis a me exposita sunt ea vbiq; repetere nō mō inutilis, veȝ ēt ingrati laboris, & magnæ molestiæ lectori fore existimaui. Itaq; si q̄spiā q̄buīdā ep̄lis aliq̄d desyderandū putabit, eū oratū velim ne prius laborē meū accuset q̄ totū opus legerit. Inueniet. n. vel vlla vel certe admodū pauca interp̄tatione digna a me p̄termissa esse, & aliunde sumet, qd̄ aliū locū trāslierat: sed iā ad istituta pgam. vt aliq̄n ɔsumato opi deo iuuāte finē imponā huius igr̄. xiiii. voluminis ep̄læ vno fere sunt argumento ad Teren. a. Ci. scriptæ, quo tpe erat in exilio, sed in hac prīa dolet Cic. & ingemiscit, q̄ culpa sua Teren. in tantas miserias cōiecta sit & simul liberi sui. Ondit deinde in q̄bus spē reditus sui hře possit, postea vbi sit, & qd agat, postremo p̄termissis aliis piculis q̄ ex ep̄la cognoscunt, q̄a Teren. scripserat se venditurum villam, vt hēret pecuniā: vt per eā possit sibi aliquorum fauorem cōciliare. Ci. eā obsecrat, ne id faciat: ne Ci. filius postea paup relinquať. ¶ Virtutē. constantiam. ¶ Fortitudinem magnitudinē ai in aduersis tolerādis. ¶ Laboribus ai vt dolore solicitudine & cogitatione puidendi rebus nřis. ¶ Me mi. ingemiscit Cic. se esse cām miseriaȝ vxoris suæ. sic Oui. ad vxorem. Tristis es, indignor qd̄ sim tibi cā doloris. ¶ Istu tali. ¶ Sapere: intelligere vti ratione &, vulgarius dicam, discretionem hře. ¶ Fato deoȝ voluntate, & lege immutabili. Quippe, qui optabant me secum esse.

Fatum

ASCEN. EX litis &c. Huius decimi q̄rti libri ep̄læ vno fere sunt argumento ad Terentiam vxorem Ciceronis missæ, quo tpe erat in exilio. Sed in hac prima dolet & ingemiscit, q̄ sua culpa Terentia in tantas miserias cum liberis suis cōiecta sit. Ondit deinde in q̄bus spem redditus hēat: ac demum obsecrat ne villam vendat. Ordo est Perfertur ad me ex litis multoȝ. s. q ad me scribūt, & ex sermone oium. s. qui de te loquunť: virtutē & pro. i. fortitudinem tuam esse incredibilem. i. tam magnam vt nemo credere possit: id aūt scribit Cicero, vt talis esse velit. interdum. n. dū immerito laudamur, erubescimus nos tales non esse, q̄les p̄dicamur. ¶ Erat aūt re vera mulier paȝ pudica, & rei familiaris dissipatrix: quam repudiatā Sallustius factus Ci. inimicus duxit: vt secreta eius rimareť ex ea. Et fertur ad me. te nec laboribus animi, vt curis solicitudinibus: nec laboribus defatigari. i. ad extremum vltra quod nil possis fatigari. Me miserum minor est excandescentia, & minus pathos inducitue q̄ si dixerit O me miseȝ, te. s. p̄ditam ista virtute, fide, pbitate, humanitate incidisse in tantas erūnas. i. calamitates, & miserias pp me, & Tulliolam blandiendi gr̄a vtitur diminutiuo: nr̄am. s. cōem filiam percipere tantos luctus ex eo pře: ex quo pře capiebat tātas voluptates. Quia Ci. eam vsq; ad notam adamasse dicitur, casto tamen vt boni interpretantur amore. Nam quid dicam ego, de Ci. scilicet cōi filio, qui cum cepit primum sapere. i. aliquid intelligere percepit. s. in patre, acerbissimos dolores & miserias Quia eꝛgo minor natu erat q̄ Tullia: eum postremum in salutatione ponit, & nunc cōmemorat. Quæ. s. mala aut aduersa: si. i. ego.

putarem

putarē ita vt tu scribis facta esse fato.i.ex ꝯstituto volūtatis & fati.s.dicti deoꝝ:ego ferrem paulo.i.modico facilius:im/mo siq̄ fato fieri sciremus,modestissime ferenda essent.sed nouit Cic.se hoiem:nec posse tātā suoꝝ calamitatē aequo aio ferre:sed oia sunt cōmissa mea culpa.i.errore non tñ peccato q:Nota relationē fieri ad primitiuū,cū tñ poni nō possit.s. ego cū dictū sit mea,putabā me amari ab iis q inuidebāt:& nō seq̄bar eos q petebāt.i.expetebāt amicitiā & amorē meum: qd si vsi fuissemus ꝯsiliis nr̄is.i.si fecissem⁹,qd iudicabamus faciēdū,neq̄ sermo.i.oro aut amicoꝝ stultoꝝ si nesciuerūt se perperā consulere,aut improboꝝ si sciuerūt,valuisset tm̄.s.quātū valuit apud nos,nos viueremus beatissimi.

Nūc qm̄ spare nos amici iubēt,dabo opam,ne mea va letudo tuo labori desit.Res quanta sit,intelligo,quan toq̄ fuerit facilius manere domi,q̄ redire. Sed tñ si oēs trib.pl.hēmus,si Lētulū tā studiosū,q̄ vr̄,si vero ēt Pōpeiū,& Caesarē:non est desperandū.De familia, qūo placuisse amicis scribis,faciemus.De loco nūc q̄dē iam abiit pestilētia:sed quādiu fuit,me non attigit. Plācius hō officiosissimus me cupit esse secū,& adhuc retinet.Ego volebam loco magis deserto eē in Epiro, quo neq̄ Hyspo veniret,nec milites:sed adhuc Plan cius me retinet:sperat posse fieri,vt mecū in Italiā de cedat.quē ego diē si videro,& si in vestrū cōplexū ve nero,ac si & vos,& meipm̄ recuparo: satis magnum mihi fructū videbor pcepisse & vestrę pietatis,& meę. Pisonis humanitas,virtus,amor in oēs nos tātus est, vt nihil supra possit esse.Vtinā ea res ei voluptati sit: gloriae qdē video fore.De Q.fr̄e nihil ego te accusa/ ui:sed vos,cū praesertim tā pauci sitis,volui eē quācō iūctissimos.Quibus me voluisti agere gr̄as,egi,& me a te certiorē fcm̄ eē scripsi. Qd̄ ad me mea Terentia scribis,te vicū vēdituram:qd obsecro(me miserū)qd fu turū est:& si nos premet eadē fortuna,qd puero mise ro fiet?Nō queo reliqua scribere(tanta vis lachryma rū est)ne te in eundē fletū adducā,Tm̄ scribo:si erunt in officio amici,pecunia nō deerit:si nō erunt,tu effi cere tua pecunia nō poteris.Per fortunas miseras no stras vide,ne puerū perditum perdamus.cui si aliqd erit,ne egeat,mediocri virtute opus ē,& mediocri for tuna,ut caetera consequatur.Fac valeas,& ad me ta/ bellarios mittas,vt sciam qd agat,& vos quid agatis. Mihi oīno iam breuis expectatio est,Tulliolae,& Cice roni salutē dic.Valete D.ante diē.VI.Cal.Decem. Dyrrhachii.Dyrrhachiū veni,qd & libera ciuitas est, & in me officiosa,& pxima Italiae.Sed si offendet me loci celebritas,alio me conferam,& ad te scribam.

HVBER.

¶ Sperat:reditū in pr̄iam.¶ Res.reditus meus.¶ Lētulum. de quo in prima ep̄la q cōsul,vt.i.lib.diximus,tulit legē de reuocādo Cice.¶ De fa.s.seruoꝝ liberāda,vt infra ep̄la.iiii. videbimus.Familię āe appellōne & Vlpiano iurisconsulto: & Festo Pōp.teste nō solu liberi hoies,sed ēt serui ꝯtinent. ¶ De lo.vbi sum.¶ Nō attigit,nō lęsit non nocuit.¶ Quē di.s. aduentus mei in Italiā.¶ Vestrae:tuae & filioꝝ in me.¶ Piso nis:gn̄i nr̄i.¶ Ea res:cura & diligētia,q̄ p impetrādo reditu meo vtit.¶ De Q.fr̄e,q̄tū cōiicim⁹,Ter.scripserat se nō mul tū vti ꝯsilio Q.fr̄is Ci.q̄re cū Ci.ad eā scripsisset eā male fa/ cere:hortatusq̄ eēt,vt eius ꝯsilio vteret,q̄sta est:q Ci.eā ac cusasset.Ci.vero rescribēs dicit se nō eā accusasse,sed noluis se:vt cū fr̄e suo dissideret:p̄sertim cū valde paucos hēret:q p salute sua agerēt.¶ Vicū:villā.¶ Obsecro te,rogātis est.¶ Ea dē for.mala & sp aduersa,quali nūc pmor.Vir.Nūc eadē for tuna viros tot casibus actos insequit.¶ Puero:filio nr̄o Ci. ¶ Tāta u.tāta copia.¶ Si e.in offi.i.si voluerint esse q̄les de/ bent.¶ Si nō erūt.s.in offō.¶ Nō po.s.aliqd efficere.¶ Per for tunas.adiurat Ci.Terē.ne hoc dānū filio suo inferat aliena do vicū illū ¶ Per for.s.obtestor.¶ Perditū:pdamus:ne ex i/ felicissimo infeliciorē faciamus:plus aūt significat perditū, perdamus q̄ si dixit pdamus,est.n.q̄si exaggeratio q̄dam vt. Oui.in heroidibus.Perdita ne pdā timeo:tale ēt illud Vir. Nō capti potuere capi.¶ Si ali.s.bonoꝝ aut diuitiaꝝ.¶ Me diocri vir.cū nihil hn̄tibus:ēt maxima virtus vix possit esse adiumēto.Iuue.Haud facile emergūt quoꝝ virtutibus ob/ stat Res angusta domi.¶ Caetera,dignitates & honores in vrbe.Et ita i'gñat Ci.plus valere mediocrē virtutē cum di uitiis,q̄ maximā virtutē cū pauptate.¶ Quid agat.in vrbe p amicos meos.¶ Et vos:vtu filii.¶ Dyrrhachii:qd est oppi/ dum Macedoniae:vt scrib.Pto.qd ēt Epidanū dictum est.

Familia

Dyrrha/chium Epidanū

ASCEN.

¶ NVNC qm̄.s.qm̄ amici iubēt nos sperare.i.hre spē de re/ ditu in p̄riam:dabo operā ne valitudo p valetudo:aut vale tudo a valēdo ducto vocabulo,est.n.secūda lōga mea desit .i.nō rn̄deat labori tuo.¶ Ego intelligo quāta.i.quātae dif/ ficultatis res sit:& quāto facilius fuerit manere domi q̄ redi re.s.domū.¶ Sed tñ si hēmus oēs tri.ple.sup.studiosos & fa uentes:si hēmus.L.s.ꝯsule,ad quē primū lib.ep̄lae tā studio/ sum.s.nostri:q̄.i.quātū vr̄.i.studiosus eē,si vero hēmus etiā Pōpeiū & Caes.sup.studiosos nō est desperādū.s.de reditu. Nos faciemus de familia qūo scribis placuisse amicis.¶ De lo co.s.quē dicis fugiēdū:pestilētia q̄dē abiit nūc:sed nō atti/ git me quādiu fuit.Plācus hō officiosissimus cupit me eē secū,& retinet adhuc.Ego volebā esse in Epiro loco magis de/ serto.s.a frequentia notoꝝ:quo neq̄ ipse.s.praecipuus hostis noster alii legunt hispo veniret,nec milites supp.venirent. ¶ Sed Plancus:vt opinor senior retinet me adhuc,& sperat posse fieri,vt decedat mecū in Italiā.Quē diē si ego video:& si venero in cōplexū vestrum:ac si recuperauero & vos & meipsum:ego videor pcepisse satis magnū fructū pietatis.i.pii amoris & vrae.i.tuae liberoꝝ in me,& meę.s.in vos Humanitas,virtus,amor Pisonis.s.gn̄i nr̄i Crassipedis:est tātus in nos oēs,vt nihil possit eē supra.Vtinā ea res sit ei voluptati video:qdē fore glię.i.futura ad gl̄iā eius.Ego nihil accusa/ ui te.s.in aliis literis:de Q.fratre.i.q nō adhibuistis eum ꝯsiliis vestris:sed volui vos p̄sertim cū essetis tā pauci:esse quā/ coniūctissimos.i.viuere maxie vnanimes.Ego egi gr̄as sup.iis,qb⁹ voluisti me agere.s.gr̄as:& scripsi me eē fcm̄ certiorē a te.s.de eoꝝ in nos fauore aut meritis,Qd o mea Terētia:scribis ad me te vēditura vicū.i.villā totā quā hēmus in agro. Quid obsecro te qd futurū est me.i.o me miserū.¶ Etsi eadē fortuna pmet nos qd fiet puero misero.i.Cic.Nō queo.Nimis amāter oia scribit,ita vt ēt mollioris ai notat⁹ sit,reliq̄ scribere,tāta vis.i.tā vehemēs copia lachrymaꝝ ē ne adducā te in eādē fletū.¶ Tm̄.i.dūtaxat scribo sup.id si amici erūt i offō.i.faciēt qd debēt:pecunia nō deerit.s.nobis ad reditū cōparā dū,p quo simulabat Terētia se velle vēdere villā si sup.amici:nō erūt sup.in offō:tu nō poteris efficere.s.vt sint in offō: aut q p̄dis,pecunia tua.i.p pecuniā tuā.Vide.i.p̄spice,sup.rogata aut obsecrata p fortunas miseras ne pdamus pueꝝ pditū.i.destitutū auxilio p̄ocinio.¶ Cui.s.puero,si aliqd.s.rei erit:ne egeat,op⁹ ē mediocri virtute & mediocri fortūa: vt ꝯsequat cętera,q.s.ad gl̄iā & dignitatē ptinēt.Fac sup.vt valeas & mittas tabellarios.i.nūcios scripta in tabellis pfe rētes:vt sciā.¶ Quid agat.s.Romę de me,& qd vos agatis.Oino breuis expectatio.s.lraꝝ tuaꝝ est mihi iā.Dic Tullio/ lę.s.filię Lepidissimę,& Ci.filio salutē.Datū Dyrrhachii.i.i eo oppido Macedōię qd ēt Epidanū dicm̄ volūt,ad.vi.Cal. Dec.¶ Ego veni.i.applicui me Dyrrhachiū,q &.i.sil ē ciuitas libera,& ita nō obnoxia Ro.imperio,& officiosa in me.& pxima Italiae,sed si celeritas.i.celebris frequētia loci offendet me.i.nō placebit mihi.Ex hoc vr̄ Cicero aut fugisse aut p scriptus esse,non habere locū exilii,in quo tutus sit:ego cōferam me alio.i.ad alium locum:& scribam ad te, - Vale.

HVBER. NOli. Excusat se Ci. de breuitate lraꝝ: cũ ad oẽs alios: tũ vero ad vxorẽ suã: ad quã dicit se nõ posse scribere sine multis lachrymis. Deide dicit se dolere ꝙ intellexerit eã a qbusdã vexatã esse, cũ id fiat culpa ipsius Ci. Postremo dissuadet ei sumptũ in ędificãdo, hortatur ꝙ eã, vt cæteris oibus omissis valetudinẽ diligẽter curet. ¶ Cui. s. scribẽdi plura. ¶ Rescribi. s. plura vel lõgiores epl̃as. ¶ Pręstare: efficere. ¶ Id: vt essetis beatissimę. ¶ Cohortatus: vt nõ desistat ab inceptis. ¶ Eiusmodi talẽ. s. ¶ Vt me. m. i. vt velis esse misera, vt subleues miserias meas. ¶ Officiosus: q in me beneuolentiã ostẽ pstat. ¶ Ad Vestæ: subaudit̃ tẽplũ sic. n. ponebãt antiq. ¶ Ad Vestæ: ad Veneris subaudiebat̃ tẽplũ: Teren. in Adelphis: Vbi ad Dianę veneris. Hora. in sermo. Ventũ erat ad Vestę media iam pte diei. ¶ Ad ta. va. nõ erat puerbiũ: vt qdã exponunt: sicut nũc dicimus a pyro ad ficũ. Sed tabula p lege ponit̃: vñ & tabularia dicebant̃ authore Seruio, loca vbi tabulæ figebant̃, & interdũ actus publici. Maro in geor. Insanũq; foꝝ & ppl̃i tabularia vidit. ¶ Erat igit̃ tabula valeria lex a Valerio lata de bonis pscriptoꝝ vẽdendis: vt oñdit Ci. i orõne: p Sexto Roscio. Ad hãc igit̃ tabulã deducta erat Terẽtia: qa ea lege bona Ci, tanq̃ p scripti cogebant̃ vendi. ¶ Hem. dolentis & ingemiscentis. ¶ Vexari: distrahi male tractari: nã vexor verbũ est teste Asconio ingẽtis calamitatis: de quo alibi diximus: qd Seruius & Gellius sentiãt. ¶ Proicies: abiicies: alienabis. ¶ Reliquias tu. id est quod tibi reliquũ est. Legendum est autem etiam ne reliquias tuas misera proiicies? ¶ Versaris. es appares. ¶ Thessalonicæ: quæ ciuitas est Macedoniæ.

Tabula — *Tabularia* — *Vxor* — *Thessalonica.*

ASCEN. NOli &c. Excusat se de breuitate lraꝝ cũ ad oẽs alios, tũ vero ad vxorẽ suã: ad quã dicit se nõ posse scriber̃ sine multis lachrymis: deide dicit se dolere, ꝙ intellexit eã a qbusdã vexatã eẽ, cũ id fiat culpa sua posttemo suadet ne sumptũ in ędificãdo faciat, monetꝙ vt valetudinẽ curet. Ordo est. Noli putare me scribere ad queq̃ epl̃as longiores. s. q̃ ad te: aut lõgiores. i. aliquãtulũ longas: nisi qs scripsit ad me plura. i. valde multa: cui puto oportere rescribi. s. a me. Nec. n. hẽo qd̃ scribã nec facio hoc tpe qcq̃ difficilius. i. iuitius. s. q̃ scribere. ¶ Vero. s. sed nõ queo scribere ad te & ad Tulliolã nr̃am. s. filiam Lepidulam: sine plurimis lachrymis. ¶ Ego. n. video vos esse miser literas: q̃s ego voiui semp esse beatissimas, & debui pstare. i. efficere id. s. vt beatissimæ essetis & pstitissem nisi fuissemus tã timidi. ¶ Ego amo plurimũ Pisonẽ nr̃m. s. geneꝝ: merito eius. Ego cohortatus sum eũ p lr̃as: vt potui, & egi gr̃as, vt debui. ¶ Ego intelligo te hr̃e spẽ. s. reductiõis meę: in nouis tri. ple. i. pximẽ creãdis id. s. spei erit firmũ. si volũtas Põpeii erit. s. adherit, sed tñ timeo Crassum illi. n. tres. Põpeius Crassus & Cę. tũc pricipes erãt i senatu. ¶ Ego video oia fieri qdẽ. i. certe a te: vt de aliis taceã aut dubitẽ: fortissime & amãtissime: nec miror: sed mœreo. i. doleo casum eiusmodi vt meę miserię subleuẽt̃. i. minuant̃: tãtis miseriis tuis. Nã P. Valerius hõ officiosissimus scripsit ad me: id qd̃ legi cũ maxio fletu, queãdmodũ ducta eẽs a Vestę. s. tẽplo aut ęde. ad tabulã Valeriã. i. eã, in q̃ scripta erat lex valeria de vẽdendis bonis pscriptoꝝ ac pfugoꝝ, vt ea lecta ad vẽditionẽ bonoꝝ cõpellaris. Hẽ flẽtis vox, O Terẽtia mea lux mea, dsyderiũ meũ: vnde. i. a q̃ oẽs solebãt petere opẽ. i. auxiliũ: qa pcõiuges sępe ad viros aditus patefecit te vexari sic. i. dignũ ne est aut ferendum, aut diis placitũ. ¶ Est. n. figuratũ & elegans Pathos: vt in illo Pacuuiano, quod in Cæ. cõmiserationẽ recitatũ est. Mẽ seruasse vt essent q me perderent, & sup. te iacere sic in lachrymis & sordibus? & id fieri mea culpa: non quidem peccati, sed negligẽtiæ aut meticulositatis: qui seruaui cæteros. s. a cõiuratione Catili. vt nos periremus manifeste. Alludit ad illud quod modo citaui Pacuuianũ. O descriꝰbis de domo. i. area: qa vt̃ domus fuisse direpta supp. soluenda ab hypotheca, aut potius fisco: ego vero. i. certe videbor mihi deniq; tũ. i. tũc restitutus. i. totus in pristinũ statũ reductus si illa erit restituta nobis. Veꝝ hæc nõ sunt in manu. i. ptãte nostra, qa vt dixi, i manu fisci erãt. ¶ Ego doleo illud sup. te miserã & spoliatã. s. bonis oibꝰ, venire sup. in ipensam q̃ ipẽsa faciẽda ẽ i pte eius. i. repatiõe alteriꝰ, quã vt opinor Terẽtia noie dotis sibi vẽdicarat: qd̃ si negociũ cõficit̃. i. si restituimur, nos conseq̃mur oia. s. ablata. Sin. i. sed si: eadem fortuna premet nos: obsecro te. i. q̃ro a te o vita mea quod blãde dr̃: sed blãdius dr̃ gręce, iuxta illud Iuu. Quoties lasciuũ iteruenit illud ζωὴ καὶ ψυχή. i. vita & aia. s. mea: ne. i. an tu misera. i. miserãda. ¶ Proicies. i. vltro pdes ẽt reliqas tuas. i. qd̃ tibi fortunaꝝ relictũ est? ¶ Si eẽt pietas: tũc exponere obsecro. i. p sacra rogo ne pijcias &c ¶ Qd. i. quãtũ attinet ad sumptũ. s. faciẽdũ: &. i. simul sine. i. pmitte alios: vt Pisonẽ & fr̃em: sustinere. i. onus: si mõ. i. dũmõ pñt, & noli vexare. i. minimũ torquere: valetudinẽ tuã infirmã, si amas me. Nã versaris. i. pñtaris mihi ante oculos, dies & noctes. Ego video te excipere. i. ex aliis adsumere oẽs labores, timeo vt. i. ne nõ sustineas. i. possis sustinere. ¶ Sed video oia. s. auxilia aut bona nr̃a eẽ i te. Quare vt pseq̃mur id qd̃ speres & id qd̃ agis. i. molitis adseq, fui. i. serui valetudini. Ego nescio ad quos scribã. i. scribere debeã, nisi aut ad eos: q scribunt ad me, aut ad eos, de qbus uos scribitis aliqd de me. Ego nõ discedã longius, qm̃ ita placet uobis, sed nelim sup. ve mittatis lr̃as q̃ sępissime, pfeti siqd ẽ firmiꝰ qd̃ spemꝰ. Vale o desydetia mea. Valete Datũ ad. III. no. oct. Thessalõice, q̃ citas ẽ Macedõię.

M. C. Terentiæ, & Tulliolæ & Ciceroni Suis. S. D. P.

NOli putare me ad quenq̃ longiores epl̃as scriber̃, nisi qs ad me plura scripsit, cui puto rescribi oporter̃. Nec. n. hẽo, qd̃ scribã: nec hoc tpe qcq̃ difficilius facio. Ad te vero, & ad nr̃am Tulliolã nõ queo sine plurimis lachrymis scribere. Vos. n. video esse miserrimas, q̃s ego beatissimas semp esse uolui: idq; pstare debui, &, nisi tam timidi fuissemus, pstitissem. Pisonem nr̃m merito eius amo plurimũ. Eũ, vt potui, p lr̃as cohortatus, sum, gratiasq; egi, vt debui. In nouis Tribb. pl. intelligo spem te habere. id erit firmũ, si Põpeii uolũtas erit: sed Crassum tñ metuo. A te qdẽ oia fieri fortissime, & amantissime uideo, nec miror: sed mœreo casum eiusmodi, ut in tantis tuis miseriis meæ miseræ subleuent̃. Nã ad me P. Valerius hõ officiosus scripsit, id qd̃ ego maximo cũ fletu legi, queãdmodũ a Vestæ ad tabulam ualeriã ducta esses. Hem mea lux, meũ desyderiũ, unã oẽs opẽ petere solebãt, te nũc mea Terẽtia sic uexari, sic iacere in lachrymis, & sordibus: idq; fieri mea culpa, qui cæteros seruaui, ut nos periremus? Qd̃ de domo scribis, hoc est de area: ego vero tũ deniq; mihi uidebor restitutus, si illa nobis erit restituta. Verũ hæc nõ sunt in nostra manu. Illud doleo, q̃ impensa facienda est in eius parte, miserã, & dispoliatã uenire. Qd̃ si cõficitur negociũ, oia cõsequemur. Sin eadẽ nos fortuna pmet ẽt ne reliqas tuas misera proiicias? Obsecro te mea vita, qd̃ ad sũptũ attinet, sine alios, q pñt, si mõ uolunt, sustinere: & ualetudinẽ istam infirmam, si me amas, noli uexare. Nam mihi ante oculos dies, noctesq; uersaris. omneis labores te excipe uideo: timeo, ne sustieas: sed video in te eẽ oia. Quare vt id, qd̃ speras, & quod agis cõseq̃mur, serui valetudini. Ego ad quos scribã, nescio, nisi aut ad eos, q ad me scribũt: aut ad eos, de qbus ad me vos aliqd scribitis. Lõgius, qm̃ vobis ita placet, nõ discedã: sed velĩ quã sæpissime lr̃as mittatis, pserti siqd est firmius, qd̃ speremus. Valete mea desyderia, valete. Datũ ad. III. Nõ. Oct. Thessalonicæ.

Accepi

ACcepi. Dolet Ci. sicut & supius, quod sit culpa mœroris & doloris suoꝝ: & ꝙ ignaue discesserit, cū potuerit rema nere in pt̃ia, si voluisset se inimicis opponere. Deinde qa scripserat Terẽtia se laborare vt Ci. esset in tuo: dicit sibi eẽ facillimū: qa ẽt inimici sui cupiunt, vt viuat in his miseriis. Deinde dicit se cupere fieri certiorẽ lr̃is Terẽ. qd per eā & eius amicos actū sit de ipsius restõne. ¶ Abar. liberto nr̃o, nõ quas scripsit: sed quas attulit a te. ¶ Deleui: confeci: de struxi. ¶ Conficior: cõsumor. ¶ Culpa est mea, q̃ sola facit hoĩem miserū. ¶ Legatiõe, suscipiẽdo legationẽ aliquā: cuius p̃ textu vitabaẽ infamia & periculū: vt diximus supra de interfectoribus Cæ. qm̃ vt oñdit Liuius: ius legatoꝝ apud oẽs gentes semp inuiolatū fuit. ¶ Copiis: facta multitudine ar matoꝝ, q me tuerent. ¶ Vel cade. vel mori. ¶ Fortiter: aiose cū laude resistẽdo & nõ fugiendo. Hoc qđ feci. ¶ Squalor: sordes q̃ ex luctu: & mœror fit. ¶ Inimici. enumerat aliquot cās, quare spes salutis sit tenuis. ¶ Excludere, tenere extra vrbẽ. ¶ Quod: qa. ¶ Viuere: vt maior sit pœna in miserrima vita quam in morte. ¶ Dexippo, is erat vnus ex domesticis Cic. ¶ Prędicāt: aperte dicũt. ¶ Faxint, faciāt. qd notādū est apud oratorem, qm̃ qdā falso dicũt tantū esse poeticū. ¶ In pri. di. in initio magr̃atus eoꝝ. ¶ Si inue. i. in longius dedu cta sit & facta vetus. ¶ Actū est. i. nihil fiet: qa res frigescet, & deseret. ¶ Eo no. i. ea cā. ¶ Istius o. curandi reditus mei. ¶ Istic, Romæ. ¶ Quod agi. qd tractatis & quæritis. s. vt re dire possim. ¶ Sin aũt. s. nõ p̃ficitis, aposiopesis est. Subau diẽ eni actū est de me, vel aliquid tale ¶ Ad summū. i. ad ex tremū: quod vulgo dicit̃ ad plus. ¶ Cõstituere, iudicare vł certe deliberare. ¶ Rem, ipetrationem reditus mei, videor vide. ex affectu amoris, qui te oculis meis videt̃ subiicere. Virg. illum absẽs absẽtem auditq; videtq;. & Oui. in põto ad vxorem. Te loquor absentem: te vox mea noiat vnam.

HVBER. — Liuius — Cõficior — Squalor — Faxo

M. C. Terentiæ, Et Tulliæ, Et Ciceroni. Suis S. P. D.

ACcepi ab Aristocrito treis epistolas, q̃s ego lachrymis p̃pe deleui. Cõficior enĩ mœro re mea Terentia: nec me meæ miseriæ ma gis excruciāt, q̃ tuæ, vestræq;. Ego aũt hoc miserior sum, q̃ tu, quæ es miserrima, ꝙ ipsa calamitas communis est vtriusq; nostrū. sed culpa mea propria est. meū fuit officiū, vel legatione vitare periculū, vel diligẽtia, & copiis resistere, vel cadere fortiter. hoc mi serius, turpius, indignius nobis nihil fuit. quare cū do lore conficior, tum etiā pudore. Pudet enim me vxori meæ optimę, suauissimis liberis virtutẽ, & diligentiam non præstitisse. Nam mihi ante oculos dies, noctesq; versatur squalor vester, & mœror, & infirmitas valetu dinis tuæ: spes autẽ salutis pertenuis ostẽditur. Inimici sunt multi, inuidi pene omnes. Eiicere nos magnum fuit: excludere facile est. Sed tñ quandiu vos eritis in spe, non deficiam, ne omnia mea culpa cecidisse videã tur. Vt tuto sim, ꝙ labores, id mihi nunc facillimū est: quẽ ẽt inimici volunt viuere in tantis miseriis. Ego ta men faciam, quæ præcipis. Amicis, quibus voluisti, egi gratias: & eas literas Dexippo dedi: meq; de eorū officio scripsi a te certiorem esse, factum. Pisonem no strum mirifico esse studio in nos, & officio, & ego per spicio, & oẽs prædicant. Dii faxint, vt tali genero mihi præsenti tecum simul, & cū liberis nostris frui liceat. Nunc spes reliqua est in nouis Tribb. pl. & in primis quidẽ diebus nam si inueterarit, actum est. Ea re ad te statim Aristocritum misi, vt ad me continuo initia re rum, & rationẽ totius negocii posses scribere: etsi De xippo quoq; ita imperaui, statim vt recurreret: & ad fratrem misi, vt crebro tabellarios mitteret. Nam ego eo nomine sum Dyrrhachii hoc tempore, vt quam ce lerrime, quid agatur, audiā: & sim tuto. Ciuitas enim hæc semp a me defensa est. Cum inimici nostri venire dicẽtur, tum in Epirū ibo. Quod scribis, te si velim ad me venturam, ego vero cū sciam magnam partẽ istius oneris abs te sustineri, te istic eẽ volo. Si p̃ficitis quod agitis, me ad vos venire oportet. Sin autẽ, sed nihil est opus reliqua scribere. Ex primis, aut ad summū secun dis literis tuis cõstituere poterimus, qd nobis faciẽdū sit. tu mõ ad me velim oĩa diligẽtissime p̃scribas: & si magis iā rẽ, q̃ literas debeo expectaẽ. Cura vt valeas, & ita tibi persuadeas, mihi te charius nihil eẽ, nec vnq̃ fuisse. Vale mea Terẽtia, quā ego videre videor: itaq; debilitor lachrymis. Vale. Pr. Cal. Dec. Dyrrhachii.

ASCEN.

ACcepi &c. Iterū sibi dolori esse scribit ꝙ culpa sua, sit cā doloris vxori & liberis: & ꝙ ignaue discesserit, cū potuerit remanere in patria si voluisset se inimicis op ponere. Dicitq; se facile vitā tutari, cū ẽt hostes ipm sic vi uere velint: certior aũt fieri vult qd pro se egerint. Ordo ẽ. Ego accepi ab Aristocrito. i. q̃s Aristocritus libertus nr̃ at tulit tres epistolas, quas ego p̃pe. i. fere deleui lachrymis. ¶ Enim. i. qa o mea Terẽtia, ego conficior. i. pereo mœrore. i. tristitia: nec meæ miserię excruciāt me magis q̃ tuę: & ve stræ. s. oium, hoc est & tuę & liberoꝝ nr̃oꝝ. ¶ Ego aũt sum hoc. i. tãto aut in hoc miserior, q̃ tu q̃ es miserrima: ꝙ ipsa ca lamitas est cõis vtriusq; nr̃um, sed culpa est mea propria. i. mei solius. Offm̃ meū fuit euitare piculū. s. exilii aut p̃scri ptiõis, legatione. s. cū honoris in aliquā p̃uinciā impetrata vt pluribus cõtingebat, vel resistere. i. piculo, diligentia & copiis. i. manu armata, vel cadere fortiter, si resistere nequis sem. Nihil fuit nobis miserius, turpius, idign⁹: hoc. i. q̃ hoc qđ patimur. s. mõ. ¶ Quare cū. s. ita sit ꝙ adficior dolore, tū ẽt sup. adficior & multo magis pudoꝛ. Pudet eni me: nõ p̃ stitisse. i. exhibuisse vxori optimæ, & liberis suauissimis vir tutem. i. fortitudinẽ ai, & diligẽtiā. s. in resistẽdo aduersari is. Nā squalor. i. sorditas, & situs vr̃, & mœror. i. mœstitia, & infirmitas valetudinis tuæ versaẽ mihi ante oculos dies & noctes. ¶ Aũt. i. sed spes salutis ostẽdit̃ ptenuis. i. valde tenuis. Multi sunt inimici, s. apti & pene oẽs sũt inuidi. i. in uidẽtes glorię meę. Magnū fuit eiiceꝛ nos, qa potuissem re sistere: facile est excludere. s. eiectū. ¶ Sed tñ q̃diu vos eritis in spe. s. restitutiõis meæ: ego nõ deficiā. s. in p̃curanda sa lute ne oia. s. & exiliū & maneo in exilio videanẽ cecidis se culpa mea. i. p culpā meā. Id qđ laboras modo. s. vt sim tuto. i. in loco tuto: est mihi nunc facillimū: vtpote: quẽ ẽt inimici volunt viuere in tantis miseriis, q̃ morte finirent, qa, vt dicit Flaccus in epistolis: mors vltima linea reꝝ est. ¶ Ego tñ faciā sup. ea q̃ p̃cipis. ¶ Ego egi gr̃as sup. illis ami cis q̃bus voluisti. Et dedi Desippo. s. Domestico nr̃o, eas lr̃as sup. quas voluisti, & scripsi me esse factum certiorem a te de offõ eorum. s. quos mihi significasti. Et. i. simul ego per spicio & oẽs. ¶ Prædicant Pisonem nr̃um. s. generꝝ, esse mirifico studio & officio in. i. erga nos. dii faxint, i. faciāt vt liceat mihi frui tali genero præsenti simul tecum & liberis nr̃is. i. p̃role legitima. Nunc spes reliqua est in nouis tri. ple. & quidẽ in primis diebus. i. magr̃atus eorum. Nam si inueterarit. i. in obliuionem res abierit, actū est: id est nulla spes est reliqua. Ea re: id est propterea ego misi, statim ad te Aristocritum, vt posses scribere continuo ad me: initia rerum & rationes to tius negocii. ¶ Et imperaui quoq; Desippo ita vt recurraret statim & misi ad fratrem: scilicet Quintum: vt mit teret crebro: id est frequenter tabellarios: id est nuncios literarum. Nam ego sum Dyrrhachii: id est in eo oppido Macedoniæ hoc tempore: eo nomine, i. ea ratione vt audiam q̃ celerrime quid agatur, s. de me Romæ & sim tuo. i. ex

tra piculū & in loco tuto. Ciuitas eni hęc est defensa semp a metcū.i.qñ inimici nři dicenť venire:tū.i.tunc ibo in Epirū
Quod scribis te vẽturã ad me, si velim: ego vero.i. re vera cū sciã magnã ptē istius oneris sustinerı abs te volo te eē istic.i.vbi nūc es, hoc est Ro. Si pficitis.s.tu & tui adiutores qd agitis.i.ptēditis: hoc est reditū meū opotet me venire ad vos. Sin aūt.i.sed si.sup.nō pficitis, voluit dicere miserrimū esse eã in exilio viuere aut exulē seq: aut qd simile: qd per aposiopesim decēter reticet, subdens. Sed nihil est opus scribere reliq. Nos poterimus constitueř.i. decernere ex primis aut ad summū.i.maximū numeř ex secundis līis tuis: qd sit faciendū nobis. Velim mō.i. solūmō sup. vt tu pscribas ad me oia diligētissime, & tñ.i. tametsi: ego debeo iã magis expectare rē.s. optatã: q̃ līas.s.eã signãtes. Cura vt valeas & psuadeas tibi ita: nihil esse mihi charius te: neq; fuisse vnq̃. O mea Terẽtia. Vale. quã ego videor.s.p phãtasiã ex desyderio ortam videre. Itaq;.i.& ita: debilitor.i.fio lachrymis.i. ob lachrymas. Pridie Cal. Decem.

M.C. Terẽtiæ, Et Tulliolæ, Et Ciceroni Suis S.P.D.

4

EGo minus sæpe ad vos do līas, q̃ possum, ppterea q cū oia mihi tpa sunt misera, tū vero cū aut scribo ad vos, aut vestras lego, cõficior lachrymis sic, vt ferre non possim. Quod vtinã minus vitæ cupidus fuissem: certe nihil, aut non multū in vita mali vidissemus. Qđ si nos ad aliq̃ alicuius cõmodi aliqñ recuperãdi spem fortũa reseruauit: minus est erratū a nobis. Sin hæc mala fixa sunt: ego vero te quãprimū mea vita cupio videř, & in tuo cõplexu emori, qñ neq; dii, quos tu castissime colusti: neq; hoies, quos ego seruaui semp, nobis gratiã retulerūt. Nos Brundusii apud M. Læniū Flaccū dies XIII fuimus, virū optimū, q piculū fortunaų, & capitis sui p mea salute neglexit: neq; legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus hospitii, & amicitiæ ius officiūq; pstaret. Huic vtinã aliqñ gratiã referre possimus, habebimus qdē semp. Brundusio pfecti sumus ad V. Cal. Mai. per Macedoniam: Cyzicum petebamus. O me perditum. O me afflictū: quid nunc rogem te, vt uenias, mulierem ægram, & corpore, & animo cõfectam: Non rogē? Sine te igitur sim: Opinor, sic agã. Si est spes nostri reditus, eam cõfirmes, & rē adiuues. Sin, ut ego metuo, transactum est: quoquo modo potes, ad me fac uenias. Vnū hoc scito, si te habebo, non mihi videbor plane perisse. Sed qd de Tulliola mea fiet: iã id uos uidete. mihi deest consiliū. Sed certe quoquomō se res habebit, illius misellæ, & matrimonio, & famæ seruiendū est. Quid Cicero meus, qd aget: ille uero sit in sinu semper, & cõplexu meo. Nõ queo iam plura scribere, impedit mœror. Tu qd egeris, nescio;

HVBER

EGo minus. Scribit Ci. ad Terē. licet inferat mentionē filioų: ośdit aūt q̃to dolore cõficiať cum ad suos scribere cogiť. Deide exponit vbi sit, & quo itur: & qa scripserat Terē. se ad eū iturã, si ei videreť: rescribit Ci. qd sentiat. Postremo qd egerit de familia seruoų, de q̃ in prima epĺa ad Terē. mētionē fecit: & eã hortať vt valetudinem suã sustētet, reliq̃ ex textu colliguntť. Certe, saltē. Aut nõ mu. qa cito pissem. Minus est er. a no. nõ peccauimus: si vitæ cupidi fuimus: dūmō aliqua spes sit. Fixa firma: imutabilia vt aliqñ non possint in melius cõuerti. In tuo cõplexu: in tuis vlnis. Naso ad vxorem. Atq; vtinã lugēda tibi ñ vita, sed esset Mors mea, morte fores sola relicta mea. Spiritus hic per te pñas exisset in oras. Sparsissent lachrymæ corpa nostra piæ. Retulerūt: reddiderūt nobis qd meruimus. Neglexerit pi. qa lata fuerat acerrima lex, vt diximus lib.i. in eos qui Ci. excepissent: qa erat ei iterdictū aqua & igni. Legis: ne quispiã me reciperet. Habebimus.i. aio.i. semp erimus memores: & existimabimus nos ei obligatos.

Fixa

Cyzicus

Profecti sumus, discessimus. Cizicū. Cizicus ciuitas Asię in Propontide ab Hemoniis cõdita: vt ośdit Ouid. in.i. tristiū siue põti. nã vtrūq; opus in Põto factū est. Hic Propõtiacis hęrētē Cyzicon oris, Cyzicon hæmoniæ nobile gentis opus. Rogē, cū interrogatiõe legendū est. Cõfectã: debilitatã afflictã. Corpe. pp valetudinem. Aio. pp fortunã nřam & dolores, & quos capis. Sim pero. Sic agã: vt sim sine te. Trãsactū: actū & sine vlla spe. Sed q. d. tul. latenter subdit cām i.e vndat. Misellæ.s. Tulliolæ matrimonio: ne discedat a marito.

ASCEN.

EGo &c. Scribit ad Terentiam licet inferat mentionē liberoų: ostendens quãto dolore cõficiať, cum ad suos scribere cogať. Deinde exponit vbi sit, & quo iturus, docens an Terentiam ad se venire velit, & alia q̃dam hoc ordine. Ego do minus sæpe līas ad vos q̃ possum: hoc est darem sæpius, si vellē q tū.i. pariter oia tpa sunt mihi misera.i. afflicta: tū vero.i. sed tunc maxime, & quasi ad verū eũ.i. qñ: ego aut scribo ad vos aut lego vestras.s. līas conficior.i. cõsumor lachrymis, sic vt non possim ferre.i. sustinere. Quod.i. pp qđ vtinam fuissem minus.i. non tam cupidus vitę: certe nos nihil aut non multū mali vidissemus in vita.s. nostra. Quod si fortũa reseruauit nos ad aliquam spem alicuius commodi recuperandi aliqñ.i. tandem minus.i. non tam multū est erratū a nobis, si hæc mala sunt fixa.i. firma & diuturna. Ego vero cupido videre te o Terentia mea vita, & emori in complexu tuo: qñ.i. qñq: dem neq; dii, quos tu coluisti castissime: neq; hoies, quos ego seruaui.i. saluos feci semper. Retulerunt nobis grãm.s. p beneficiis nřis. Id aūt de deo impiū est cogitare, nedū scribere: sed miseris sæpe caligant oculi. Nos fuimus dies.xiii. Brūdusii apud. M. Enniū Flaccū virų optimū: q neglexit periculum fortunaų & capitis sui pro salute mea: qa comitatum mihi pstitit: in quo si deprehensus fuisset & rem & vitam amisisset. Neq; deductus est.i. abstentus aut amotus. pœna.i. pp. pœnam improbissimæ legis.s. qua interdictū erat Ciceroni aqua & igni, & quicunq; eum hospitio recepisset, pœnæ capitali subiectum iri: cautū est quo minus.i. vt non pstaret ius & offm hospitii & amicitiæ. Vtinam nos possimus referre aliqñ.i. tandē gratiã.i. parem qdem.i. certe: ut saltem habebimus.s. in aĩo semper.s. donec viuemus. Nos sumus pfecti.i. discessimus Brundusio ad V. Cal. Maii per Macedoniã, & petebamus Cizicū vrbē Asiæ in Propontide ab Hemoniis conditam o me pditum o me afflictum qd deliberantis est & nescientis qd facere debeat sup. faciã: rogē, s. pcerno te nunc mulierem ægrã & cõfectã.i. consumptam & corpore & aio: vt venias.s. ad me. q. d. id nõ decere. Nõ rogem.i. nunq̃ debeã nõ rogare. Igitur.s. si non rogem, vt venias: sim.i. oporteat me esse sine te. q. d. id tristissimum fore. Opinor quasi inuento consilio, ego agam sic. Si spes reditus nostri est: si tu confirmes eã & adiuues rem.i. medium quo fiet, aut rem familiarē. Sin. vt ego metuo est transactū.i. penitus actum & desperandum de reditu meo: fac venias ad me quoquo.i. quocũq; modo potes. Scito hoc vnū: si habebo te, ego non videbor mihi perisse plane.i. oino. Sed sup. si veneris. qd fiet de Tulliola mea.i. filia: videre iam vos q domi estis: id qa consiliū.i. virtus deliberatiua non est mihi. Sed certe quoquo.i. quocunq; modo res habebit se, seruiendū.i. consolendū est & matrimonio & famæ illius misellæ.i. ne amissa per inopiã aut desolationem fama repudietur. Quid Cicero meus.s. filius faciet: supple. Tu vero scis.s. si hic esses semp in sinu & complexu meo: voluit addere & ille miser mendicabit: aut quid tristius, quia etiam pudicitiæ illius imminebat piculū. Ego non queo iam scribere plura, mœror impedit nescio quid tu egeris,

Terencias

HVBER

CTENAS aliqd.de bonis nr̃is,pp q̃ ad tabulã Valeriã eam deductã se audisse.supradixit.⸿De fa.seruo℞:diximus in prima ep̃la ad Teren.⸿Liberata.manumissa.ita.n.scripserat Ci.se fecisse.⸿Tuis,seruis.⸿Vt quisq̃. esset me.i.re & retẽturam in seruitute q̃ mererentur & manumissurã ẽt qui bene essent meriti.⸿Est in officio.i.fideliter seruit.⸿Præterea p̃ter eum.Virg,in.xi.Si duo p̃terea talis idæa tulisset Terra viros,⸿Liberti nostri.i.manumissi. ⸿Si res a no.abeẽt.i.si nihil ad nos pertineret.⸿Oppido.Valde.⸿Ea causa.i.talis.⸿Minora.i.parua cõparatiuum pro positiuo.⸿Recte:cũ ali quo effectu.⸿Quando.interrogatiue legendum est.q.d.nunquam.⸿Si esset licitum.si mihi permissum esset nautis.⸿Floruimus.translatio est.Ouid.Nos.quoq̃ floruimus,sed flos fuit ille caducus. ⸿Quod non amisimus animam cum ornamentis.i.nisi in hoc,quod nõ mortui sumus, cum dignitatem amitteremus.i.cũ eiiceremur ex vrbe:qd̃ facere debuimus.⸿Menõ pos.confirmatur.⸿Remisit.Romam.⸿Valetudine.morbo.⸿Fidissima ei blandit̃: licet eẽt impudicã: vt tali iudicio & laude eã alliceret ad honestatẽ:sic Ouid. ad vxorem cum esset legatus.Adde qd̃ & rerum:sola est tutela mearum, & paulo post.Nam tua dum stetimus turpi sine crimine mansit. Et tandem probitas irreprehensa fuit. Teren iam a sitturpiter se egisse scribit Plutarchus.

Oppido

vtrum aliquid teneas,an,quod metuo,plane sis spoliata Pisonem,vt scribis,spero fore semper nostrum.De familia liberata nihil est, quod te moueat. Primum tuis ita promissum est, te facturam esse, vt quisq̃ esset meritus.Est autem in officio adhuc Orpheus : præterea magnopere nemo cæterorum seruorum.Et cã est, vt si res a nobis abesset,liberti nostri essent, si obtinere potuissent.Sin ad nos pertinerent,seruirent,præterq̃ oppido pauci.Sed hæc minora sunt. Tu q̃ me hortaris,vt animo sim magno, & spem habeam recuperandæ salutis,id velim,sit eiusmodi,vt recte sperare possimus. nunc miser q̃n tuas iam literas accipiam? quis ad me perferet? quas ego expectassem Brundusii, si esset licitum per nautas,q̃ tempestatem prætermittere noluerũt. Quod reliquũ est sustenta te mea Terẽtia, vt potes.Hõestissime viximus:floruimus. non vitium nr̃um, sed virtus nr̃a nos afflixit. Peccatũ est nullum, nisi qd̃ non vna animã cũ ornamentis amisimus.Sed si hoc fuit liberis nostris gratius, nos viuere:cætera,q̃ q̃ fereda nõ sunt,feramus.Atq̃ ego , q̃ te cõfirmo,ipse me nõ possum.Clodiũ Phileterũ qd̃ valetudine oculorũ impediebatur hoiem fidelẽ remisi.Sallustius officio vincet oẽs spes.Cennius est perbeneuolus nobis:quẽ semper spero tui fore obseruantẽ.Sicca dixerat se mecum fore sed Brundusio discessit.Cura , quoad potes vt valeas:& sic existimes,vehementius me tua misera, q̃ mea cõmoueri.Mea Terẽtia fidissima , atq̃ optima, vxor,& mea charissima filiola,& spes reliqua nr̃a Cicero Valete.Pridie Calendas Maias.Brundusio.

ASCEN.

VTRVM teneas aliqd.s.re℞ an qd̃ metuo sis spoliata plane.i.oino.⸿Ego spo:vt scribis:Pisonẽ.s.gene℞ nr̃m:fore.i.futu℞ semp nost℞.i.nobis fauentem. ⸿Nihil est qd̃ moueat , mouere & turbare debeat te de familia liberata.i.de manumissiõe seruo℞.⸿Profugiẽs.n. Cicero ne serui in alienam p̃tãtẽ venirent: aut spe libertatis obtinẽdę in dñm insurgerẽt,manumisit eos:sed tñ nõ oẽs,qa quia vxoris noie dotis erant,in eius arbitrio reliqt: vñ addit. ⸿Primũ.q.d. prima est rõ,vt mouearis, p̃missum est te facturã esse tuis.s. seruis ita vt quisq̃ meritus.⸿Aũt.i.sed:Orpheus est adhuc in officio.i.debito seruitio,p̃terea.i.p̃ter eũ nemo cætero℞ seruo℞ magnope:sup.in officio est.⸿Cã est:ea.i.talis.i.hoc consilio id feci:vt si res.i. possessio iusta: abesset a nobis.i.si essemus priuati oĩ re nr̃a.ipsi manumissi essent liberti nr̃i:si potuissent,obtinere.i.cõfirmationẽ manumissionis.⸿Sin.i. sed si:ipsi p̃tinerẽt ad nos.s.iure , licet oĩa nostra essent subrepta:ipsi seruirent.i.manerẽt in seruitute,p̃terq̃ oppido.i. valde pauci:q̃ forte manumitterent̃ vt dñm p̃sequerentur. ⸿Sed hęc sunt minora.s.dãna. ⸿Tu q̃ hortaris me : vt sim aio magno,& habeã spẽ salutis recupandæ:ego velim sup. vt id sit eiusmodi, vt possimus sperare recte.i. non frustra. ⸿Nũc miser:quia procul abest: q̃n accipiã literas tuas? quis perferet ad me? Quas.s. lr̃as: ego expectassem Brundusii. ⸿Si licitum eẽt.i. licuisset.i. p̃missum fuisset per nautas,q̃ noluerunt p̃termittere tempestatem.i.tp̃is & auræ opportunitatem:ergo tempestas etiam bona.est. ⸿Quod reliquum est mea Terentia sustenta te,vtpotes:nos viximus:honestissime: floruimus.s. in foro & senatu:non vitium nostrum,sed virtus nr̃a:quia viriliter coniuratos afflixumus: afflixit nos.⸿Nullum peccatum est.s.nobis:nisi q̃ non amisimus vna.i. simul cum ornamentis.s.nr̃is animam.i.vitam sup.nr̃am,⸿Sed si hoc.s.nos videre fuit gratius.i.vtilius liberis nr̃is:feramus cætera q̃q̃ non sunt ferenda.⸿Atq̃ ego qui confirmo.i.quod dicunt conforto te:nõ possum.s.cõfirmare me.⸿Ego remisi tibi Clodium Philaterum vnum e familia.q̃.i.quia, impediebatur valetudine.i. mala dispositione oculorum:ap positone hoium fidelẽ.Sallu.s.seruus aut libertus noster.⸿Non n.de Crispo illo historico loquitur , vincet omnes spes .i.quas de eo habuimus:officio.i.impertiendo.⸿Gennius alter libertus est.per beneuolus:quem spero fore semper obseruantem.i.cultorem tui.⸿Sicca alter familiaris dixerat se fore semper mecum , sed discesserat Brundusio: & ita a me.qui etiam Brundusii:nisi forte Brundusii legendum sit,vt discesserat Brundusii sup.a me.⸿Cura:quoad potes , vt valeas & existimes sic:me commoueri vehementius misera tua q̃ mea.⸿O mea Terentia fidissima atq̃ optima vxor,& filiola mea charissima,scilicet Tullia,& Cicero spes nostra reliqua: id est sola relicta. Valete Pridie Calendas Maias : id est vltimo Aprilis Brundusio:id est ex eo oppido maritimo in Italia.

Tẽpestas

M.C. Terentiæ,& Tul.Suis. S.P.D.

SI tu,& Tullia lux nr̃a valetis,ego,& suauissimus Cice. valemus. Pridie Idus Octobris Athenas venimus Cũ sane aduersus ventis vsi essemus,tardeq̃, & incommode nauigassemus, de naui exeuntibus nobis Acastus cum lr̃is præsto fuit

HVB.

SI tu &. Primo Cicero scribit se nauigasse Athenas aduersis ventis cum haberet secum Cice.filium.Deinde significat se accepisse literas Terentiæ & aliorum multorum ab Acasto allatas:ex quibus ostendit se intellexisse bella ciuilia fore.Postremo orat eam:vt sibi aduenienti quam longissime poterit obuiam procedat , & instruit eam quid agere debeat de hæreditate cuiusdam Prætiana, ⸿Suauissimus:iucundissimus.Cicero filius.

ASCEN.

SI tu &c.Scribit se nauigasse Athenas aduersis vẽtis cũ hẽret secum Ci.filiũ.deinde significat se accepisse lr̃as ab vxore,& Postremo orat vt sibi obuiã veniat q̃ longissime valeat docẽs qd̃ agere dẽat de hæreditate q̃dã.Ordo,est.Si tu & Tullia Lux nr̃a valetis C.cõceptio est p̃sonarũ. Ego & Cic.suauissimus.s.filius noster:valemus eadem est figura. Nos venimus.i.applicuimus nos Athenas,pridie idus Octo.cum vsi essemus ventis sane.i.multum aduersis, & cũ nauigassemus tarde, & incõmode,nemo tñ sit tã stolidus:vt a Cal.Ma.q̃bus Brũdusio soluit:sup.aquas fuisse putet, qa tũc Ci.secũ nõ habuit,& Postea Dyrrachii moratus est.vñ hæc ep̃la longe post scripta est:neq̃ tñ seruata est rõ tempo℞ in colligendis ep̃lis:Acastus,s.libertus nr̃ fuit præsto,i.p̃ns & paratus cum lr̃is.s.dandis.nobis exeuntibus naui,

HVBER. Sane Strenuus Strenue. ¶ VNO & vigesimo.i.vigesimo primo post discessum suum Roma.¶ Sane.valde.¶ Strenue:celeriter:nam strenuus & fortem significat & celerem. Salustius. Nam aut quisq; strenuus ceciderat in bello: Ouidi. de Galantide in mustellam mutata. Pristinaq; strenuitas mansit:id est celeritas vel agilitas.¶ Ne non esset.i.vt non essent.¶ Siue nos correctio.quia habebat filium secum.¶ In quam.i.qualem.q.d.turbulentam.¶ Spectare,pertinere,tendere.¶ Ad arma ad bella,quia Cæ. magnis rebus gestis in Cretis & Galliam Italiæ proximam circa Eridanum exercitum duxerat,ad quem multi confluxerant,ex iis igitur suspicabatur Cice.bella futura, aut quia iam mortua Iulia magnus timor apud omnes erat dissensionis inter Cæsarem & Pompe.¶ Dissimulare. occultare.¶ Illum,prætianum, hic enim moriens scripserat hæredem Ciceronem.fuerat autem iurisconsultus, vt supra ad Trebatium libro septimo:quod scribis de illo Prætiano iuriscon. ego te ei non desino commendare.¶ Auctio. venditio pauctionem, vt alio loco diximus. Iuuenalis. Si coniugis auctio fiat.¶ Eris profecta. discesseris.

vno & vigesimo die. sane strenue accepi tuas literas: quibus intellexi te vereri, ne superiores mihi redditæ non essent. Omnes sunt redditæ: diligentissimeq; a te perscripta sunt omnia: idq; mihi gratissimum fuit. neq; sum admiratus, hanc epistolam, quam Acastus attulit, breuem fuisse, iam enim me ipsum expectas, siue nos ipsos: qui quidem quamprimum ad vos venire cupimus. etsi, in quam R. P. veniamus, intelligo. Cognoui enim ex multorum amicorum literis, quas attulit Acastus, ad arma rem spectare: vt mihi, cum venero, dissimulare non liceat quid sentiam. Sed quando subeunda fortuna est, eo citius dabimus operam, vt veniamus, quo facilius de tota re deliberemus. Tu velim, quod commodo valetudinis tuæ fiat, q̃ longissime poteris, obuiam nobis pdeas. D. hæreditate Prætiana quæ quidem mihi magno dolori est (valde enim illu amaui) hoc velim cures: si auctio ante meum aduentum fiet, vt Pomponius, aut, si is minus poterit, Camillus nostrum negocium curet. Nos cum venerimus, reliqua per nos agemus. Sin tu iam Roma profecta eris, tamen curabis, vt hoc ita fiat. Nos, si dii adiuuabunt, circiter Idus Nouemb. in Italia speramus fore. Vos mea suauissima, & optatissima Terentia, & Tulliola, si nos amatis, curate vt valeatis. Athenis ad. XV. Calen. Nouem.

ASCEN. ¶ VNO aut primo & vigesimo die: scilicet post discessum suum Roma.¶ Ego accepi literis tuas sane: id est multum strenue. quibus intellexi te vereri ne superiores: scilicet literæ tuæ nõ essent redditæ mihi. Omnes supple literæ sunt redditæ: & omnia sunt perscripta a te diligentissime, & id fuit mihi gratissimum.¶ Neq; sum admiratus hanc epistolam,quam Acastus tulit fuisse breuem.¶ Tu enim expectas iam me ipsum: siue nos ipsos: hoc est me & filium: qui quidem cupimus venire quamprimum, id est valde cito ad vos.¶ Etsi: id est quanquam intelligo in quam: id est qualem rempubli. nos venimus: media longa: est enim præsentis temporis: quasi dicat: in turbulentissimam.¶ Ego enim cognoui ex literis amicorum, quas Acastus attulit: rem spectare: id est tendere & inclinari ad arma: id est bella ciuilia.¶ Quia iam mortua intellexit Iuliam Iulii Cæsaris filiam vxorem Pompeii: & Pompeium Cæsaris potentiæ: quæ in Gallia maxima erat, resistere vere: sic sentit Vberti. Verum tamen quia id multo post contigit.¶ Nam Cicero post reditum Ciliciam obtinuerat prouinciam e qua reuersus hanc commotionem reperit: dicamus ad arma, id est ad resistendum inimicis vi, vt liceat mihi cum venero.¶ Dissimulare: quid sentiam. Sed quando: id est quoniam, fortuna. id est dubius euentus rei est subeunda, nos dabimus eo citius operam: vt veniamus quo id est vt deliberamus facilius de tota re.¶ Velim supple: vt tu properes obuiam nobis qua, id est quantum poteritis longissime, quod fiat cum commodo valetudinis, id est sospitatis tuæ.¶ Ego velim cures de hæreditate prætiana, id est quæ nobis obuenit per testamentum Prætii iurisconsulti nuper defuncti, quæ quidem est mihi dolori.¶ Ego enim amaui illum scilicet Prætium valde hoc, si auctio: id est venditio rerum per auctionem qua res dantur plurimum offerentibus fiet ante aduentum meum, vt Pomponius: scilicet Atticus, aut si is minus: id est non poterit: vt Camillus curet negocium nostrum, vt pars hæreditatis sit nobis integra.¶ Nos cum venerimus: scilicet in vrbem saltem: agemus reliqua per nos.¶ Sin: id est sed si tu eris iam profecta Roma, tamen curabis: scilicet per nuncios: aut literis, vt hoc fiat ita: id est vt res curetur per pomponium aut Camillum: si dii adiuuabunt nos: speramus fore in Italiam circiter Idus Nouembris.¶ Vos o mea suauissima & optatissima Terentia, & Tulliola: scilicet filia, si amatis nos: curate vt valeatis, Athenis ad. XV. Calendas Nouembris.

HVBER. NEc sæpe. Exponit Cicero quid ex literis. Teren. intellexit. Postremo petit ab ea vt celeriter emittat ad se Pollucem seruum.¶ Prædium: possessionem.¶ Venire: vendi.¶ Satisfiat: soluatur.¶ Nostra: scilicet filia: hæc enim pronomina sine substantiuo posita maritos vxores filios filiasue comprehendunt, sicut & genitiui propriorum post nomina propria positi. Ouidi. Hanc tua Penolepe, subaudiatur vxor, & Virgilius. Hectoris Andromache scilicet vxor. Dei phobe glauci filia.¶ Pollucem. seruũ.¶ Extrudas, eiicias: emittas.

M.C. Terentiæ Suæ S.P.D. 6

NEc sæpe est, cui literas demus: nec rem habemus vllam, quam scribere velimus. Ex tuis literis, quas proxime accepi, cognoui prædium nullum venire potuisse. Quare videas velim, quomodo satisfiat ei, cui scis me satisfieri velle. Quod nostra tibi gratias agit, id ego non miror te mereri, vt ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollicem, si adhuc non est profectus, quamprimum fac extrudas. Cura vt valeas. Id. Quint. Vale.

ASCEN. NEc sæpe &c. Vt docuit quid e Terentia intellexit monet ad se seruum mittat: dicens.¶ Nec est supple aliquis: sæpe cui demus: id est dare possimus literas: nec habemus vllam rem: quã velimus scribere.¶ Ego cognoui ex literis tuis quas accepi proxime nullum prædium: scilicet nostrum potuisse venire: id est vendi.¶ Quare velim supple: vt omnes videatis quomodo satisfiat: id est satisfieri possit ei cui scitis me velle satisfieri.¶ Quod nostra: scilicet filia agit tibi gratias.¶ Non ergo ad filiam scribit ego non miror te mereri id, vt ea possit agere tibi gratias merito tuo: id est propter meritum tuum.¶ Fac extrudas: id est vi exire cogas quamprimum Pollucem: scilicet seruum nostrum: si nõ est adhuc profectus: id est si nondum exiuit ad nos venturus.¶ Cura vt valeas. Scriptum supple Idibus Quintilis supple mensis: id est eius qui nunc Iulius dicitur. Ridiculum est huic & superiori adere. Vale & valete: cum præmissum sit cura: vt valeas, & curate vt valeatis.

¶ Omnes

Omnes. Primum scribit Cicero se eiecisse magnas molestias, quibus & ipsam Terentiam cruciabat & filiam Tulliā: id autem ita factum esse dicit, quia choleram puram eiecit, quā contraxerat ex moerore, vt fit. Deinde dicit se scripturum ad amicos suos, quibus commēdabat & Teren. & Tulliam, & ostendit se habere bonam spem sui reditus in patriam. Postremo monet Terentiam, in quibus villis commode esse possit. ¶ Quibus propter quas. ¶ Habui te miserrimam. afflixi te. ¶ Id quod. i. quod. s. te habuisse miserrimam. ¶ Dulcior. charior, ita. n. parentes & dicere & existimare solent. Virg. Nate mihi vita quondam, dū vita manebat, Chare magis. ¶ Quid causæ. s. quod eiecerim illas molestias. ¶ Postridie. postremo die, χολην. i. bilem choleram ακρατον puram. ¶ Eieci. expuli: euomui. ¶ Leuatus. alleuiatus: vt ita dicam. ¶ Satisfacias. soluas vota. ¶ Simulatq. postquā. ¶ Quēquam. quemlibet. ¶ Virum. cuius proprie est fortitudo: nam vir a virtute dī. ¶ Eiusmodi. talia. ¶ Aliquando. tandem. ¶ Cum si nostri: cū viris bonis. ¶ Vt pri. duæ dictiones sunt: ordo autē est velim primū vt cures valetudinē, deinde &c. ¶ Vtere. pro habitatione tua habe. ¶ Fundo. agro. ¶ Cum fa. vrb. cum oībus, quos in vrbe soles habere dominam minoris constat res Arpini quam Romæ. ¶ Annona. frumentum. ¶ Bellissimus. diminutiuo blandimenti gratia vsus est.

EVBER

Postridie

Eieci

Vir

Annona

Bellissim?

M. C. Terentiæ Suæ S. P. D.

Omneis molestias, & solicitudines, qbus & te miserrimā habui, id qđ mihi molestissimū est, Tulliolamq; quæ nobis nostra vita dulcior est, deposui, & eieci. Quid causæ autē fuerit, postridie intellexi, q̄ a vobis discessi χολην ακρατον noctu eiecisti statim. Ita sum leuatus, vt mihi deus aliquis medicinā fecisti videatur. cui quidem tu deo, quēadmodū soles, pie, & caste satisfacias. i. Apollini, & Aesculapio. Nauim spero nos valde bonā hr̄e. in eā simul atq; conscendi, hæc scripsi. Deinde conscribā ad nostros familiares multas epistolas: quibus te, & Tulliolam nostram diligentissime cōmendabo. Cohortarer vos, quo aīo fortiore essetis, nisi vos fortiores cognoscerem, q̄ quenq̄ virū. Et tñ eiusmodi spero negocia esse, vt & vos istic commodissime sperem eē, & me aliquando cum similibus nr̄i R. P. defensurū. Tu primum valetudinem tuam velim cures: deinde tibi si videbitur, villis iis vtare, quæ longissime aberūt a militibus Fundo Arpinati bn̄ poteris vti cū familia vrbana, si annona charior fuerit. Cic. bellissimus tibi salutē plurimā dicit. ēt atq; ēt vale. Datū vii. id. Iun.

ASCEN.

Omnes &c. Dicit se hilariorem effectum pollicēs scribere ad amicos pro suorum cōmendatione docensq; Terentiam in quibus villis degat. Ordo est. Ego deposui & eieci omnes molestias & solicitudines, quibus. i. in quibus ego habui. ¶ Et. i. simul te. s. coniugem meam miserrimam, id quod est molestissimum mihi. i. quæ res est mihi grauissima. ¶ Et. i. simul sup. habui Tulliolam. s. filiam nostram miserrimam, quæ est nobis dulcior. i. delectabilior vita nostra. ¶ Hubertinus exponit, quibus. i. propter quas habui. i. affeci & te &c. sed non procedit, non. n. solicitudinibus suis affecit, aut afflixit vxorem & filiam: sed inter solicitudines habuit. i. annumerauit eas afflictas miserrimasq. ¶ Autem. i. sed: ego intellexi postridie proxime sequenti se postquam discessi a vobis, quid causę. s. q̄ molestias eiecerim, quia ego eieci statim χολην. i. coleram ακρατον. i. putam ac merā nocttu, & sup. sum leuatus. s. a grauedine morbi: ita vt deus aliquis videatur fecisse mihi medicinam. i. me curasse: quia deorum curatio est subitanea. ¶ Cui quidem deo, tu satisfacias: id est persoluās vota debita, pie & caste: quemadmodum soles, hoc dicit, vt si non fuerit solita, incipiat assuescere. Sane erubescendum est nobis si Ethnici non putauerunt deos suos, qui dæmonia sunt, non posse placari nisi pie & caste satisfactis putauerimus deum verum ab impiis aut immundis placari posse. ¶ Sed dicet forte aliquis si dii gentium dæmonia sunt, quomodo & pietatis & castitatis amatores erant? ¶ Ad quod respondere licet, non propter bonum hominum ab illis virtutes laudatas, sed ideo, vt veros dei honores, qui sine pietate & castitate nulli sunt, sibi vsurparent: quibus nihil dulcius illis contingere potest, nam in illa peruersa cupiditate æquandi se deo, in qua acciderunt obstinati sunt, ideoq; idolatrias introduxerant: non solum vt homines in errore tenerent, & a cœlestibus sedibus arcerent, sed etiam, vt deolatriam præciperent: aut ideo vt homines in illo errore perstringerent. Sciebant enim quia amor virtutū inscriptus est pectoribus nostris, propter synæresin nihil probari posse, quod non sit virtuti consonum, atq; ita minime diis accōmodandum videri. Vt ergo in idolatria genus humanum semper tenerent, & vt varias superstitiones & ludorū & cerimonialium gentilium astruerent: virtutum, quæ negari non poterant, se finxerunt amatores. ¶ Sed ordinē persequamur ne forte ignoraret Terentia cui deo satisfaciendum sit, addit, i. Apollini & Aesculapio: scilicet Apollinis filio, qui summi medici putati sunt. Ego spero nos habere nauem valde bonam. Dixi prius epistolas non esse repositas quo ordine scriptæ sunt. Nam hæc scripta erat cum Athenas pfugeret cum filio. Et in illa. Si tu & Tullia &c. significauit se redire, ego scripsi hæc scripsi hæc simul atq; id est immediate postquam conscendi in eam. ¶ Deinde. i. posthac conscribā: id est simul scribam ad familiares nostros multas epistolas, quibus. s. epistolis, aut quibus. s. familiaribus ego commendo diligentissime te & Tulliolam nostram. ¶ Cohortarer vos quo: id est vt essetis fortiores animo: nisi cognoscerem vos fortiores q̄ quēq̄ virum. ¶ Et tamen spero negocia. s. nostra, esse eiusmodi: vt speram. ¶ Et. i. simul: vos esse commodissime. Istic. s. Romæ, & me defensurum aliquando rempublicam cum similibus nostri, vtpote communis boni & iustitiæ amatoribus. ¶ Velim supple, vt tu cures primum valetudinem tuam. Deinde, si videtur tibi: vtere iis villis, quæ aberunt longissime a militibus. ¶ Tu poteris bene vti fundo Arpinati: id est iuxta Arpinum cum familia vrbana: id est ea, quam Romæ habere solemus, si annona fuerit charior: id est nimis cara, sup. Romæ. Cicero bellissimus: id est maxime bonus & Lepidus filius noster dicit tibi etiam atq; etiam plurimam salutem. Vale. Datum tertio Idus Iunii.

M. C. Terentiæ Suæ S. P. D.

Si vales, bene est: ego quidem valeo. Valetudinē tuā velim cures diligētissime. nam mihi & scriptum, & nuntiatum est, te in febrim subito īcidisse. Quod celeriter me fecisti de Cæsaris lr̄is certiorē, fecisti mihi gratum. Itē posthac, si quid opus erit, si qd acciderit noui, facies vt sciam. Cura vt valeas. Vale. Datum. IIII. Non. Iun.

HVB.

Si vales. Hortatur Cicer. Terent. vt curet valetudinem suam, quam intellexerat ex febri laborare. Deinde dicit gratum sibi fuisse, q̄ ab ea de literis Cæs. certior factus esset.

ASCEN.

Si vales. Monet vt salutem curet, & diligenter quæ scire oporteat perscribat dicens. Si vales bene est, ego quidē valeo, velim supple vt cures diligentissime valetudinē tuam, nam & scriptum & nunciatum: scilicet ore est mihi te incidisse subito in febrim. ¶ Quod fecisti me certiorem celeriter de literis Cæsaris: id est quas Cæsar misit, fecisti mihi gratum. ¶ Tu facies item id est similiter posthac, vt sciam si quid erit opus, si quid acciderit noui. Cura vt valeas &c.

HVBER. AD cæteras. Hæc epistola videtur fuisse scripta eo tempore quo iam Tullia nupserat Dolabellæ. ¶ Miserias. molestias. ¶ Accessit. additus est. ¶ Valetudinem. propter ægritudinem.

ASCEN. AD cæteras &c. Hæc epistola vr longe alio tempore scripta, nam durante exilio Tullia erat nupta Pisoni Crassipedi, Dolabellæ aũt nupsit dum esset imperator in Cilicia pauloante bellum ciuile: dicit autem se dolere de valetudine Dolabellæ hoc ordine. ¶ Dolor ex va. i. mala dispositione Dolabellæ. s. generi nostri & Tulliæ. s. filiæ nr̃æ: accessit. i. additus est ad cæteras miserias meas. ¶ Oino nec scio penitus de oibus rebus qd cõsilii capiã, nec quid faciam. ¶ Velim sup. vt tu cures valetudinem tuam & Tulliæ.

HVBER. QVid fieri. Excusat Ci. se q̃ apertius ad Ter. non scripserat quid fieri vellet: quia scripsit ad Pomp. ex quo illa poterit omnia intelligere. ¶ Serius. tardius. ¶ Scribi. s. a te. ¶ Quando. quoniam.

ASCEN. QVid &c. Dicit se scripsisse, monet vt vxor scribat, & valetudinem curet dicens, scripsi ad Pomponium. s. Atticum: serius. i. tardius q̃ oportuit, quid placeret sup. mihi fieri. s. a vobis. ¶ Si eris locuta cum eo intelliges qd velim fieri. ¶ Non fuit necesse scribere apertius quãdo. i. quoniam: scripseram ad illum. s. optimum amicorum. ¶ Ego velim sup. vt mittas nobis literas q̃ primum, de ea re, & de cæteris rebus. ¶ Cura diligenter valetudinem. VII. Idus Quintiles. i. Iulias aut Iulii mensis postea dicti.

HVBER. TVllia. Significat Cice. se maiore dolore affectum esse Tulliæ filiæ suæ ad se aduentu, quia cognoscit culpa sua esse factum: vt illa esset in deteriore fortuna q̃ meretetur: deinde se missurum filium ad Cæsa. ¶ Longe. valde. ¶ Alia. tristiore & deteriore. ¶ Atq. q̃. ¶ Pietas. erga me.

Atq.

ASCEN. SI vales &c. dicit Tulliam suam ad se venisse eiusq; pietatem commendat dicens. ¶ Si vales bene est, ego quidẽ valeo. ¶ Tullia nostra. scilicet filia venit ad me: scilicet in villam nostram pridie Idus Iunii, cuius summa virtute, & singulari humanitate: id est propter cuius virtutem, & singularem humanitatem, ego sum affectus etiam grauiore dolore, non q̃ bona esset: sed factum e te negligentia nostra: videtur de sua solitus loqui vt ipsa esset in fortuna longe alia id est diuersa & miseriore multo: atq; id est q̃ pietas ac dignitas eius postulabat. ¶ In animo erat nobis: id est nos volebamus mittere Ciceronem scilicet filium: ad Cæsarem scilicet Iulium. ¶ Et Cneum Sallustium cum eo scilicet Cicerone, id est si scilicet Cicero erit profectus: id est quando discesserit: faciam te certiorem. Cura diligenter valetudinem tuam. Decimo quarto Calend. Quintiles: id est Quintilis mensis, qui nunc Iulius dicitur.

HVBE. QVod nos. Improbat Ci. quodãmodo consilium suũ: quia in Italiam venerat Brundusium. Itaq; Terent. rogat vt sibi adiumento sit, deinde hortatur ne sibi obuiam veniat propter longum & periculosum iter. ¶ Explicare. expedire ad exitum perducere. ¶ Des te in viam, id est ponas te in viam mihi obuiam venias.

M.C. Terentiæ Suæ S.P.D.

AD cæteras meas miserias accessit dolor e Dolabellæ valetudine, & Tulliæ. Omnino de omnibus rebus nec quid consilii capiã, nec quid faciam scio. Tu velim tuam, & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

M.C. Terentiæ Suæ S.P.D.

QVid fieri placeret, scripsi ad Põponiũ serius q̃ oportuit. Cũ eo si locuta eris, itelliges qd fieri velĩ. Apertius scribi, qñ ad illũ scripserã necesse nõ fuit. De ea re, & de cęteris rebus quã primũ velim nobis lr̃as mittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale VII. Id. Quint.

M.T.C. Terentiæ Suæ S.P.D.

SI vales, bñ est: ego valeo. Tullia nr̃a venit ad me pridie Id. Iun. cuius summa virtute, & singulari humanitate, grauiore ẽt sum dolore affectus, nostra factũ esse negligentia, vt longe alia in fortũa eẽt, atq; eius pietas, ac dignitas postulabat. Nobis erat in aĩo, Ciceronẽ ad Cæsarẽ mittere, & cũ eo Cn. Sallustiũ. Si pfect⁹ erit, faciã te certiorẽ. Valetudinẽ tuã cura diligẽter. Vale, XVII. Cal. Quint.

M.T.C. Terentiæ Suæ S.P.D.

QVod nos in italiã saluos venisse gaudes, pperuo gaudeas velim. Sed prurbati dolore animi, magnisq; iniuriis, metuo ne id ɔsilii ceperimus, quod nõ facile explicare possimus. Quare, quãtũ potes, adiuua. Quid autẽ possis, mihi in mẽtem nõ venit. In viam q̃ te des hoc tpe, nihil est. & lõgũ est iter, & non tutũ: & nõ video quid pdesse possis, si veneris. Vale. Datum pr. Non. Nou. Brundusio.

Explicare

ASCEN. QVod &c. Dicit se vereri ne pfuerit in Italiã nõdũ venisse cui male monet vxorẽ, vt medeaꝛ, si possit. dehortaꝛ ãt ne obuiã sibi pdeat dicens. ¶ Quod gaudes nos. i. me & filiũ venisse saluos in Italiã velim sup. vt gaudeas ppetuo. i. vt gaudiũ illud possit esse ppetuũ ita, vt ex aduentu nr̃o nihil mali subsequaꝛ. ¶ Sed metuo. s. ne nos prurbati dolore, & magnis iniuriis ceperimus. i. inuenerimus id consilii. s. redeũdi in Italiã, quod nõ possimus facile explicare. i. difficultatibus eximere. ¶ Quare adiuua. s. nos illud explicare quantum potes. Autem. i. sed nõ possum consyderare, quid. i. non possum consyderare, quid. i. in quo possis. s. nos adiuuare. Nihil. i. nulla causa est, q̃ des te in viã. i. vt venias ad nos hoc tpe. ¶ Et. i. sit: iter est longũ, & non tutum pp inimicos: & non video qd possis pdere, si veneris. Vale. Datum &c.

HVBER. QVod scripsi. Ingressuro Cæs. Romã tpe quo bellorũ ciuiliũ tumultus orti fuerãt ex Gallia reuerteretꝛ cũ Cic. abesset: scribit ad Terentiam quid agẽdum sit in tali perturbatione, eam, quæ sit psens iudicare posse. ¶ Concitatio. cõmotio. ¶ Iratus. Cæs. ¶ Quies. pax. ¶ Minime miserum. i. vtilius & melius.

ASCEN. QVod scripsi &c. Scripserat Ci. ad vxorẽ de nuntio remittendo vt sciret quo animo Cæ. siue ex Gallia siue ex victoria Pharsalica redierit in vrbem de qua re iterum eam monet dicens. Quod scripsi ad te proximis lr̃is. s.

M.T.C. Terentiæ Suæ S.P.D.

QVod scripsi ad te pximis literis de nuntio remittẽdo, quæ sit istius vis hoc tpe, & quę concitatio multitudinis, ignoro. Si metuẽdus iratus est, quies tñ ab illo fortasse nascetur. Totũ iudicabis quale sit: & quod in miserrimis rebus minime miserũ putabis, id facies. Vale. VI. Id. Quint.

in proximis lr̃is de nuntio. s. quẽ ad te misi: remittendo. s. ad me, ignoro q̃ sit vis istius. s. Cæ. & quæ. s. qualis concitatio. i. cõmotio multitudinis. s. ppl'i in aduẽtũ eius. Si. i. sed etsi sup. Cæsar iratus. s. ob negatũ imperiũ, est metuẽdus: tñ qes. i. tranqllus status vrbis, nasceꝛ fortasse ab illo. ¶ Tu iudicabis sup. mihi totũ. s. negociũ, quale sit. ¶ Et tu facies id qd putabis miserũ minime. i. fm interpretationẽ Laurẽ. Vallæ: nequaq̃ aut in vlla parte, sed q̃a nõ est verosimile in miserrimis rebus aliquid esse nequaq̃ minimum aut in nulla parte miserũ, putem hoc loco minime pro minimũ positũ: eo q̃ melius sonat minime miserum q̃ minimũ miserum. ¶ Minime autem secundum Vallam negat: minimũ comparat. i. pro minima parte, Dicamus ergo quod putabis minime aut minimum. i. in minima parte miserum in rebus miserrimis. Vale, &c.

¶ Vestrum

HVBER.

VEstrum iam. Venturo Cæ. Romam, vt supra diximus, scribit Ci. ad Teren. sicut in superiore ep̄la eam facilius posse consultare quid sit agendum. declarat tamen consilium suum & sententiā de iis rebus, præcipue vt Teren. faciat quod facient aliæ mulieres eius similes. ¶ Vestrum est eo͂. i. ad vos pertinet consultare & deliberare. ¶ Modestius. sine iniuria cuiusq̃ tanq̄ bonus ciuis. ¶ Recte. honeste & commode. ¶ Diripiendam. prædandam. depopulandam. ¶ Vt. i. ne. ¶ Dolabella. gener noster, qui multum apud Cæ. potest. ¶ Intercludamur. s. in vrbe multitudine. militum, legit & intercludamini. ¶ Similes ve. honestæ & alicuius dignitatis. ¶ Videndum consyderandum. ¶ Vt si. quemadmodum. ¶ Mecum. vbi ego fuero. ¶ In nostris prædiis. vel in Cumano vel in Tusculano, vel in Arpinati: vel in Pōpeiano. hęc enim prædia habebat Cic. quæ præcipue ab eo memorantur, credo tamen habuisse alia. ¶ Fames. propter penuriam rerum, si Cæsar eam occuparit. ¶ Labienus. is ad Pompe. se contulerat, cuius consilium Ci. laudat. ¶ Adiuuat. causam nostram. ¶ Piso. socer Cæ. ¶ Discedit ab vrbe in aduentu Cæ. sicut reliqui senatores. Luca. Danda tamē venia est tantorum danda malorum, Pompeo fugiēte timent. ¶ Sceleris. appellat sceleratum Cæsa. quod contra patriam arma sumpserit. ¶ Quintus: scilicet frater meus. ¶ Pater. quia subdit & filius: scilicet eius: id est filius. ¶ Quin. fratris. notandum est etiam supra in scriptione epistolæ duabus animis dictum esse quod legitur in omnibus codicibus, nō autem animabus quod non vsus doctorum, sed licentiam quorūdam vsurpauit in sacris scripturis, quas legi, grammaticæ subiacere indignum est.

Rece

Tullius Terentiæ, Et Pater Tulliolæ duabus animis suis: Et C. matri optimæ, Et suauissimæ sorori. S. P. D.

SI vos valetis, nos valemus. Vestrum iam consilium est, non solum meum, quid sit vobis faciendum. Si ille Romam modeste venturus est, recte in præsentia domi esse poteritis. in homo amens diripiendā vrbē daturus est, vereor vt Dolabella ipse satis vobis prodesse possit. Etiam illud metuo, ne iam intercludamini, vt, cum velitis exire, non liceat. Reliquum est, quod ipsæ optime consyderabitis, vestri similes fœminæ sint ne Romæ: possitis. Quomodocunq; nunc se res habet: modo, vt si enim non sunt, videndum est, vt honeste vos esse hæc vobis loca tenere liceat, bellissime vel mecum, vel in nostris prędiis esse poteritis. Etiam illud verendum est, ne breui tempore fames in vrbe sit. His de rebus velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur, consyderetis: ad summam, animo forti sitis. Labienus rem meliorem fecit. Adiuuat etiam Piso, quod ab vrbe discedit, & sceleris cōdemnat generū suū. Vos meæ charissimæ aīæ, quā sæpissime ad me scribite & vos q̄d agatis, & q̄d istic agat. Quint⁹ fr. & fili⁹ & Rufus vobis salutē dīt. Val. VIII. Cal. Q. Mint.

ASCEN.

SI vos &c. Venturo Cæsare Romam dicit vxorem posse ex amicis discere quid facere debeat, ostendit tamen quid sentiat, vtpote id quod aliæ mulieres eius similes. id est quorum mariti in simili sint conditione. ¶ Omnes autem amatoriæ. sunt epistolę. Ordo est. Si vos. s. tu vxor & filia valeatis, nos: scilicet ego & filius valemus. ¶ Consiliū est iam vestrum non solum meum, hoc est vos debetis iudicare potius q̄ ego quid faciendum sit nobis. ¶ Si ille. s. Cæsar. quem timemus. venturus sup. est Romam modeste. i. pacifice aut victoria modeste & non insolenter vsurus, vos potestis esse domi recte: id est conuenienter: id est præsentia: scilicet aduentus eius. ¶ Sin homo amens: id est sine bona mente, daturus est: scilicet militibus suis vrbem diripendam, vereor vt Dolabella ipse: id est qui multum potest apud Cæsarem, qui eius partes semper secutus est. Nusq̄ exprimitur de quo reditu loquatur. Nam pauloante aduentum Cæ. e Gallia Tullia Dolabellæ nupserat, sed quia adhuc parum pro Cæsare fecerat: videtur vereri non satis posse, & ita credam de reditu e Gallia loqui, possit prodesse nobis satis. ¶ Etiam metuo illud ne intercludamini: id est arceamini ab exitu, vt cum velitis exire non liceat: id est non sit facultas, non permittatur, nam liberis hominibus videtur semper licere exire, non tamen semper permitti. ¶ Reliquum est: scilicet consilii, quod ipsæ: id est vosmet sine me, consyderabitis optime, ne: id est vtrum fœminæ similes vestri: id est eiusdē status & conditionis, vobiscum: genitiuus est a nominatiuo vos, sint Romæ. Si enim non sunt, videndum est vt: id est quomodo vos possitis esse honeste: scilicet Romæ. q. d. timendum non fore honeste. ¶ Quandoquidem res habet se nūc: id est ita est nunc status rerum, modo vt: id est dummodo liceat vobis tenere hęc loca, scilicet nostra, quæ ego teneo, vos poteritis esse bellissime: id est commodissime vel mecum vel in prædiis nostris. ¶ Etiam illud est verendum ne fames: scilicet ob penuriam cibi, sit breui tempore: id est intra breue tempus in vrbe. ¶ Ego velim sup. vt consyderetis: id est consuletis de his rebus cum Pomponio. s. Attico: cum Camillo aut sup. cum illis, cum q̄bus videbitur vobis. s. conducibile. ¶ Ad summam. i. vt præcipua vota mandem, sitis animo forti. ¶ Labienus vir senatorius: fecit rem. i. vt dicunt querelam & causam Pompeii, meliorem. ¶ Piso etiam socer Cæsa. adiuuat sup. rem, q̄ discedit ab vrbe, & condemnat generū suū: videlicet Cæsarem, sceleris. s. iniqui belli. ¶ Vos animæ meæ carissimæ, de quibus in præscriptione dixit duabus animis non animabus suis, vt adnotauit Valla, scribite ad me q̄ sæpissime. i. valde sæpe. ¶ Et. i. simul, quid vos agatis, & quid agatur, scilicet ab aliis, istic, id est Romæ vbi estis. Quintus pater & filius. q. d. vterq; & frater meus & filius eius & Rufus dicunt vobis salutem. Valete. Minturnis quæ sunt inter Formios, & Sinuessam &c.

M. T. C. Terentiæq; Suæ. S. P. D.

SI vales, bene, est: ego valeo. Constitueramus, vt ad te antea scripseram, obuiam Ciceronem Cæsari mittere: sed mutauimus consilium, quia de illius aduentu nihil audiebamus. De cæteris rebus, etsi nihil erat noui, tamen quid velimus, & quid hoc tempore putemus opus esse, ex Sicca poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecum teneo. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XII Cal. Quint.

HVBER.

COnstitueramus. Quia supra scripserat Cice. se missurum filium ad Cæ. hac epistola dicit se mutasse consilium, de cæteris rebus nihil se noui habere, quæ autē fieri velit Teren. posse intelligere ex Sicca, quem ad eam misit. ¶ Quæ velit: scilicet fieri a te.

ASCEN.

SI vales &c. Dicit de mittendo filio se consilium mutasse, & noui nihil habere, sed quæ fieri velit e Sicca accepi posse. Ordo est. Si vales bene est, ego quidem valeo. ¶ Constitueramus, vt scripseram ante ad te mittere obuiam Cæsari. s. venienti, vt plurimi volunt e Gallia: sed tamen ætati pueri magis congruat si e Pharsalica victoria intelligatur mittendus, Ciceronem. s. filium nostrū. ¶ Sed: mutauimus consiliū: quia nihil audiebamus de aduentu illius. s. Cęsaris: qualis. s. fuisset. ¶ Tu poteris cognoscere de cęteris rebus, etsi nihil erat noui: tñ q̄d velimus & q̄d putemus opus. i. opere ꝑciū eē vt fiat hoc tēpoꝛ, ex Sicca. s. amico nro aut familiari. ¶ Ego teneo Tulliā adhuc mecū. ¶ Cura diligenter valetudinem tuā, i. curā, vt bona sit & valeas.

HVB. ETsi. Primum ostendit Cicero se vehementer expectare literas a Terentia, deinde quia scripserat Terentiā qd egisset Volumnia mulier quædam in se, Cicero modeste de illa conqueritur, & tamen ostendit non valde laborandum esse de eo, quod fecerit. ¶ Quod. propter quod. ¶ Nescio quomodo. quasi dicat latenti & naturali affectu animi hoc faciente. ¶ Qui ferat. scilicet literas meas. ¶ Volumnia. nomen proprium mulieris. ¶ Officiosior. liberalior obsequiosior. ¶ Quod fecit. non memini legere quid sit, quid nunc dicat Cicero eam fecisse. ¶ Detruserunt. deiecerunt: violenter amouerunt, cum vellem aliud facere quam consuluerunt ipsi.

ACSEN. SVmma tua &c. Scripta in superioribus epistolis ad consules senatumq;: nunc Catoni exponit, & simul quo cõsilio, & qua arte res maximas aduersus Parthos gesserit: & quæ oppida ceperit, quæ Catonis oratione ornata velit. ad argumentum autem facit epistola secundo lib. incepta. ¶ Tu vide &c. Ordo est. Summa authoritas tua & perpetuum iudiciũ meũ de tua singulari virtute fecit, vt putarẽ interesse.i. in re & vtilitate eẽ mea magni.i. multũ &.i. si eas res q̃s gessissem esse notas tibi, non ignorari a te, q̃ æqtate & cõtinentia.s. appetitus praui, tuerer.i. defenderẽ socios & administrarẽ ꝓuinciã. ¶ Enim.i. q̃a ego arbitrabar, his cognitis.i. vbi hæc cognoueris, me ꝓbatuꝝ facilius tibi sup. ea q̃ vellem.

¶ Probaturum

¶ Probatuq;: psuasuq;. ¶ Laodiceæ: de noibus harū vrbiū, qbus in locis singulæ sint, diximus libr. ii. & iii. Itaq; ne eadē repetentes molesti simus q volet, inde sumat q̄ ad hūc locū ptinebūt. ¶ Acerbissimis tri. sic libr. iii. ad Appiū. Primū cū ad me, aditū esset ab iis, q dicerēt a se intolerabilia tributa exigi: qd habuit iniqtatis me scribere ne facerēt? ¶ Falso: iniusto: vt in supradicta ep̄la Appameæ. cū essem militatū ciuitatū princeps ad me detulerūt sumptus decerni legatis nimis magnos, cū soluendo ciuitates nō essent. ¶ Aere alie. debito. ¶ Cōsedissent: ꝯstituissent. ¶ Castra fa. teneret exercitū. ¶ In Lycaonia: in q̄ regione est Iconiū. ¶ Coacto: cōgregato. ¶ Euocatoꝝ: militū, de qbus alio loco plura diximus ex authoritate Seruii. ¶ Lustrato nu. & diligēter circūspecto. ¶ Prouincia mea. Cilicia. ¶ Demisissem: discendissem. ¶ Paruis præ. i. paucis militibus. ¶ Propter an. qa loca angusta & stricta parua multitudine seruant. ¶ Interdudi, impediri. ¶ Patet, vt supra iter eos p̄ Cappadociā. quod ea maxime patet factu/tos. ¶ A Syria. a parte Syriæ. ¶ Apette: agentes aliqd contra eos: qa timent eoꝝ imperiū pp vicinitate. ¶ Extrema Cappa. i. in extrema parte Cappadociæ. ¶ Cōsilia, siqd tētarent contra nos. ¶ Expectatione notandum etiam de malo expectationem dici. ¶ Cui plu. tributū. i. q plurimum æstimatus est. ¶ Magnitudine animi magna fortitudine. ¶ Magnitudine cō. sapientia. ¶ Id. s. venire in castra mea.

HVBER.

Expectatio

probatuq;. Cū in pūinciā pr. Cal. Sex. venissem, & pp anni tempus ad exercitum mihi confestim esse eūdū viderē: biduum Laodiceæ fui, deinde Apameæ q̄triduū, triduū Synnadis, totidē dies Philomeli. quibus i oppidis cū magni conuentus fuissent: multas ciuitates acerbissimis tributis, & grauissimis vsuris, & falso ære alieno liberaui. Cūq; ante aduentū meū seditione quadā exercitus esset dissipatus, qnq; cohortes sine legato, sine Trib. mil. deniq; etiam sine centuriōe ullo apud Philomelum cōsedissent, reliquus exercitus esset in Lycaonia: M. Annelo legato imperaui, vt eas qnq; cohorteis ad reliquū exercitū duceret, coactoq; in vnū locū exercitu castra in Lycaonia apud Iconiū faceret. quod cū ab illo diligenter esset actū: ego in castra ad VII. Cal. Sept. veni: cum interea superioribus diebus ex S. C. & euocatorum firmam manum, & eqtatū satis idoneum, & populorū liberoꝝ, Regumq; sociorū auxilia voluntaria cōparauissem. Interim cum exercitu lustrato iter in Ciliciā facere cœpissem: Cal. Sept. legati a Rege Commageno ad me missi, pertumultuose, neq; tñ non vere Parthos in Syriā transisse nuntiauerūt. Quo audito, vehemēter sum cōmotus cū de Syria, tū de mea pūincia, de reliq̄ deniq; Asia. Itaq; exercitū mihi ducēdū p Cappadociæ regionem eā, quæ Ciliciā attingeret, putaui. Nā si me in Ciliciā demisissem, Ciliciā qdē ipsam pp montis Amani naturā facile tenuissem. Duo sunt enim aditus in Ciliciā ex Syria, quorum vterq; paruis præsidiis ppter angustias intercludi pōt. Nec est qdq; Cilicia contra Syriā munitius. Sed me Cappadocia mouebat, q̄ patet a Syria, regesq; hēt finitimos, q etiā si sunt amici nobis, tñ aperte Parthis inimici esse nō audēt. Itaq; in Cappadocia extrema nō longe a Tauro apud oppidū Cybistra castra feci, ut & Ciliciā tuerer: & Cappadociā tenens, noua finitimorum consilia impedirem. Interea in hoc tanto motu, tantaq; expectatione maximi belli Rex Deiotarus, cui nō sine causa plurimum semper & meo, & tuo, & senatus iudicio tributum est, vir cum beneuolentia, & fide erga Po. Ro. singulari, tum præstanti magnitudine & animi, & consilii legatos ad me misit, se cum omnibus suis copiis in mea castra esse venturum. cuius ego studio, officioq; commotus, egi ei per literas gratias: idq; vt maturaret, hortatus sum.

¶ Cum venissem in pūinciā pridiæ Calendas sextilis. i. vltima die mensis q nunc Iulius dr̄, & viderē mihi pp tēpus anni: quia post mediū erat æstatis: esse dudū mihi. i. me debere ire: confestim. i. cū festinatione & statim ad exercitum, fui Laodiceæ. i. in ea vrbe Biduum. i. per duos dies. deinde fui Apamæ, in altera ciuitate seu vrbe quatriduū & fui Synnadis: declinat̄ ergo Synnada. orū plr, vt in secundum & tertium dicta explanāt: triduū & fui Philomeli totidem dies. i. tres cum tñ prius non tris dies, sed triduū dixerit. Sane, vt sæpe admonui, Cic. de tpe qua diu p̄tertim cōtinuo libētius semp in actō loquit̄: nec potius græco q̄ latino more. Quibus in oppidis. ergo supiora oia sunt oppida: cum fuissent magni ꝯuētus. i. magni cœtus hoium ego liberaui multas ciuitates acerbissimis tributis & grauissimis vsuris, & ære alieno falso. i. nō vere debito. Cūq;. i. & cum exercitus esset dissipatus ante aduentū meū quādā seditionē: sup. & qnq; Cohortes ꝯsedissent. i. sedē cepissent apud Philomelū sine tribuno militū deniq; ēt sine vllo centurione. i. quouis, vt nunc dn̄t, capitaneo. & reliquus exercitus eēt in Lycaonia. ego imperaui M. Mānejo legato. s. meo. vt duceret eas quinq; cohortes ad reliquū exercitū & faceret castra in Lycaonia apud Iconiū exercitu coacto, i. pcst̄q̄ coegerit & cōgregauerit exercitū in vnum locum. ¶ Quod cū factū esset diligenter ab eo, ego veni in castra ad septimum Calendas Septembris, cum ego cōparauissem. i. adquisiuissem interea diebus superioribus. i. ante illum diem elapsis ex senatu cōsulto. i. iuxta decretum senatus, &. i. simul. manum firmam. i. copias satis magnas: euocatorum. s. militum, qui ad tp̄s Vocantur ad bellū, & equitatum. i. equitum cumulum, satis idoneum. s. ad iustum exercitum, & auxilia voluntaria. i. nō coacta a me: populoꝝ liberorum & regum sociorum. s. Ro. imperii: & sup. cœpissem interim facere iter in Ciliciam cū exercitu lustrato. i. inspecto, & vt dicunt ad mōnstram educto: legati missi ad me a rege Commageno. s. Antiocho nomine: Calendis Septembris: nuntiarunt pertumultuose. i. properantissime vt in summo tumultu fieri solet, neq; tamē non. i. & tamen vere: Parthos transisse in Syriam. Quo audito: commotus sum vehementer: tum. i. pariter de Syria: tum. i. pariter de pūincia mea. s. Cilicia, deniq; de reliqua Asia. Itaq; putaui exercitum ducendum sup. esse mihi per eam regionem Cappadociæ: quæ attingeret Ciliciam. ¶ Nā si demisissem me in Ciliciam: ego quidem: tenuissem facile ipsam Ciliciam, propter naturam montis Amani. qui difficulter a Parthis pertransiretur: si præsidium obsisteret: Duo. n. aditus sunt ex Syria in Ciliciam, quorum vterq; poteēt intercludi. ¶ Paruis præsidiis propter angustias. Ne quicquam est munitius. i. magis munitū & defensum contra Syriam: Cilicia. i. q̄ Cilicia. ¶ Est. n. ablatiui casus: Sed Cappadocia mouebat me, q̄ patet. i. aperta est a Syria. i. ab ea pte, qua spectat ad Syriam, & hēt reges finitimos, qui ēt si sunt amici nobis: tñ non audent esse aperte inimici Parthis. Itaq; feci castra in Cappadocia extra. i. extrema parte eius: non longe a Tauro. s. monte: apud Cybistra oppidū: vt ego tuerer. i. ptegerem Ciliciā, & tenens Cappadociā impedirem noua consilia finitimoꝝ. i. regum de Parthis recipiendis: Interea in hoc tanto motu, & tanta expectatione maximi belli Deiotarus rex cui tributum est semper plurimū non sine cā: iudicio meo & tuo & senatus, appositorie virtum beneuolentia & fide erga P. R. singularis tum præstanti. i. excellenti magnitudine & animi & cōsilii, misit ad me legatos. s. quibus nunciaret se venturum esse in castra mea cū omnibus copiis suis. ¶ Cuius ego commotus officio & studio egi gratias per literas, & hortatus sum, vt maturaret. i. celerius faceret hoc.

ASCEN.

HVBER, ℭ Propter ra. pp cām. ℱ Pñtibus insi. vt supra visum est. ℱ Neq̃ opi. i. de improuiso p̃ter opinionē. ℱ Cū aūt. cum dignitate. ℱ Metrā & arche. nomina p̃pria viroꝝ, quos Cato Ci. cōmēdauerat: q̃a exules erāt, quos Ci. in authoritatē & gratiam apud regē se restituisse scribit. ℱ Multatos: punitos. ℱ Importunitate: accusatiōe: vel instigatiōe. ℱ Athenaidis: vrbis, sunt q̃ mulierē dicant. ℱ Sacerdos: nō est p̃prium nomē, sed dignitatis, erat aūt sacerdos adolescens q̃dam instructissim⁹ ab exercitu. ℱ Toto. absolute ponit̃. i. oi re. ℱ Is dictus est. i. instructus oibus rebus p̃ iis, qui res nouas desyderarēt. ℱ Cō munita corroborata. ℱ Aulæ: regni, curiæ suæ. ℱ Epiphanæ: q̃ ciuitas est Ciliciæ. ℱ Occidione oc. i. occisum, sed maiorē hēt emphasim addēdo occidione, vtunt̃ aūt freq̃ntius oratores & historiographi occidione & obsidione, quā occisione obsessione. ℱ Auersas: Amotas, hostē ab Antiochia recessisse, sic supra li. ii. Cū venissem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo cōis est diuisus aquaꝝ diuortiis. ℱ Cassio no. qd̃ mihi magnę voluptati fuit: feliciter ab Antiochia hostē reiecerat Bibulus, p̃uinciā acceperat. ℱ A re. s. i. non esse cām cur discederet a me, cū hostes eēnt relicti. ℱ Vtriq̃ p̃uin. Syriæ & Ciliciæ. ℱ Pacare: pacificare: reddere quietū. ℱ Tollere, amouere. ℱ Agere perrexi. i. ita facere p̃seueraui. s. amouere hostem ex monte Amano sic in prædicto libr. ii. Interea cū meis copiis oibus vexaui Amanenses hostes sempiternos multi occisi, capti, reliqui dissipati. ℱ Cum ad. cū fieret nox ℱ Occisi: vt supra diximus. Nec opinan. improuisos.

Athenais — *Occidio* — *Obsidio*

Cum aūt ad Cybistra pp rationem belli quinq̃ dies essem cōmoratus, Regē Ariobarzanē, cuius salutem a senatu te authore cōmēdatā hēbam, p̃sentibus īsidiis nec opinantē liberaui: neq̃ solum ei saluti fui, sed etiā curaui, vt cū authoritate regnaret. Metrā, & eū, quē tu diligenter mihi commēdaras, Athenæum importunitate Athenaidis exilio multatos, maxima apud regē authoritate, gratiaq̃ constitui. cūq̃ magnū bellum in Cappadocia cōcitaret̃, si sacerdos armis se, qd̃ facturus putabatur, defenderet, adolescēs ab equitatu & peditatu, & pecunia paratus, & sociis, qui nouari aliquid volebant: perfeci, vt e regno ille discederet: Rexq̃ sine tumultu, ac sine armis, oī authoritate aulæ cōmunita, regnum cū dignitate obtineret. Interea cognoui multoꝝ l r̃is, atq̃ nuntiis, magnas Parthoꝝ copias, & Arabū ad oppidū Antiochiā accessisse, magnūq̃ eorum equitatū, q in Ciliciā transisset, ab eq̃tum meorū turmis, & a cohorte p̃toria, q̃ erat Epiphaeæ p̃sidii cā, occidiōe occisum. Quare cum viderē a Cappadocia Parthoꝝ copias auersas, nō lōge a finibus eē Ciliciæ: q̄ potui maximis itineribus ad Amanū exercitum duxi. Quo vt veni, hostē ab Antiochia recessisse, Bibulū Antiochiæ esse cognoui: Deiotarūq̃ cōfestim iam ad me venientem cū magno, & firmo eq̃tatu, & peditatu, & cū oibus suis copiis, certiorem feci, nō videri eē cām cur abesset a regno: meq̃ ad eū, siqd̃ forte noui accidisset, statim l r̃as, nuntiosq̃ missuꝝ esse. Cūq̃ eo aīo venissem, vt vtriq̃ p̃uinciæ, si ita tēpus ferret, subuenirē: tū id, qd̃ iā ante cōstituerā vehemēter interesse vtriusq̃ p̃uinciæ, pacare Amanū, & p̃petuū hostē ex eo mōte tollere: agere perrexi. Cūq̃ me discedere ab eo mōte simulassem, & alias parteis Ciliciæ petere, abessemq̃ ab Amano iter vnius diei, & castra apud Epiphaneā fecissem: ante diem Id. Oct. cum aduesperasceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, vt ad IIII. Id. Oct. cū lucesceret, in Amanū ascēderē: distributisq̃ cohortibus, & auxiliis, cū aliis Quintus frater legatus mecū simul, aliis C. Pontinus legatus, reliquis M. Anneius, & L. Tulleius legati præessent. plerosq̃ nec opināteis oppressimus, qui occisi, captiq̃ sunt: intercłusi reliq. Fugeranam autem, q̃ fuit non vici instar, sed vrbis, q̃ erat Amani caput, itēq̃ Sepyram, & Ceminorim, acriter, & diu repugnantibus, Pōtino illam partem Amani tenente, ex antelucano tempore vsq̃ ad horā diei decimam magna multitudine hostiū occisa cepimus,

ASCEN, ℭ CVM autē essem cōmoratus q̃nq̃ dies ad Cybistra pp rōnem belli liberaui regē Ariobarzanē, cuius salutē habebā cōmendatam a senatu te authore insidiis p̃sentibus. i. instantibus: neq̃ opinarem, neq̃ solū fui ei saluti. i. cā saluris, sed etiā curaui vt regnaret cum authoritate. i. maiestate regia, aut authoritate senatus & constitui maxima authoritate, & gratia apud regem Metrā, & eum Athenæum: quem tu cōmendaras mihi diligenter, multatos. i. punitos & damnatos importunitate Athenaidis. s. vrbis, aut mulieris, sed q̃a eum Athenæum dicit putem Atheneū non esse proprium, sed p̃rium nomen, quē noiare non voluerit, ciuem videlicet Athenaidis vrbis. ℱ Et magnū cum bellū cōcitaret̃ in Cappadocia si sacerdos. s. regionis maximus forte insidiatores competens: defenderet se armis, qd̃ putabat̃ facturus appositorie adolescens paratus & equitatu, & peditatu, & pecunia, & toto. i. oi re. iis qui volebant aliquid nouari. i. nouū regem fieri perfeci, vt ille discederet regno, & rex obtineret regnum dignitate sine tumultu ac sine armis oi authoritate aulæ. i. regiæ, seu curiæ suæ cōmunita. i. firmis p̃sidiis stabilita. Interea cognoui l r̃is & nūciis multoꝝ magnas copias Parthoꝝ Arabū. i. eoꝝ qui Arabiā habitāt, aut potius & Arabū, accessisse ad oppidū Antiocheū, & magnū equitatū eoꝝ, q trāsisset in Ciliciā, occisum sup. esse, occidione. i. sūpma cæde ab eq̃tatu in turmis. i. qui erat in turmis eoꝝ. s. Ciliciam: & a cohorte prætoria, quæ erat Epiphaneæ. i. in ea vrbe Ciliciæ: causa p̃sidii. i. custodiæ eius. ℱ Quare cū viderē copias Parthoꝝ auersas a Cappadocia, esse nō longe a finibus Ciliciæ, duxi exercitū ad Amanū. s. montem in p̃finio Ciliciæ itineribus maximis quā. i. quantū potui. ℱ Quo. i. ad quē: vt. i. postq̃ veni: cognoui hostē recessisse ab Antiochia, & Bibulum. i. p̃consulē Syriæ eē Antiochiæ: Ego feci Deiotaꝝ venientē iā ad me cū eq̃tatu & peditatu magno & firmo, & cū oibus copiis suis, certiorē. i. docui eū nō videri cām eē cur abesset a regno. s. suo, & me missuꝝ eē statim l r̃as & nuncios, ad eū, si forte qd̃. i. aliqd̃ noui accidisset. ℱ Et cū venissem eo aīo. i. p̃posito: vt subuenirē vtriq̃ p̃uinciæ: si tp̃s. i. opportunitas, ferret. i. daret aut pateret ita. s. fieri. tū perrexi agere. qd̃ constituerā. i. iudicauerā iā ante. s. interesse. i. in vtilitate esse vtriusq̃ prouinciæ. ℱ Pacare. id est pacatum & tranquillum reddere, Amanum: scilicet montem inter vtranq̃ prouinciam, & tollere ex eo monte hostem perpetuum. Et cum simulassem discedere ex eo monte, & petere alias partes Ciliciæ, & abessem ab Amano iter vnius diei, & fecissem castra apud Epiphaneam: scilicet vrbem ad IIII. Idus Octob. cum aduesperasceret, feci iter noctu exercitu ita expedito, vt ascenderem, Amanum ad III. Idus Octob. cum lucesceret, & cohortibus. s. Rom. & auxiliis distributis. i. assignatis suis ducibus cum Qu. frater supple meus legatus præesset simul cū aliis: Caius Pontinus legatus præesset aliis, & M. Manneius & Luci. Tulleius legati præessent reliquis. s. cohortibus & auxiliis, quos nos oppressimus plerosq̃: id est complures nec opinantes, qui sunt occisi, & capti, reliqui interclusi. id est exitu prohibiti. ℱ Autem. id est sed nos cepimus. Fugeranam: quæ non fuit instar. i. ad magnitudinem vici. sed vrbis, quod caput. i. præcipuum propugnaculum Amani erat, & item. i. simul Sepyram & Ceminorim oppida supple hostibus te pugnantibus acriter & diu & Pontino tenente illam partem Amani. s. montis cepimus dico multitudine hostium occisa ex tempore ante lucano: id est quod est ante lucem: vsq̃ ad decimam horam diei: id est post ortum solis.

ℭ Castella

HVBER.

¶ Castella.s.ca. In.ii.li.eadem epl'a. Castella munita: improuiso aduentu capta & incensa. ¶ Fugeranã: oppidũ in Amano. ¶ Non in vi.non ad siſitudinẽ villæ. ¶ Ante.s.i.ante lucẽ, & ortũ solis. ¶ Repugnantibus, resiſtẽtibus.s.ipsis oppidis. Fugerana, Sepyra, & Ciminori. ¶ Apud aras Ale.locus est vbi Alexãder victo Dario Ioui patri & cæteris diis sacrificauit. Vide supra.ii.lib.ita victoria iusta imperator appellatus sum apud illũ, quo loco sæpe: vt ex te audiui, Clitarchus tibi narrauit Dariũ ab Alexandro esse superatũ. ¶ Eleuterõ librũ, ita.n.signat græce. Est tñ Eleutheros fluuius Syriæ cuius ostiũ est in Pamphilia vt ondit Ptolemæus. ¶ Acerrime: ↄstantissime sine terrore. ¶ Existimationem, authoritatẽ, & honorem. ¶ Frangerentur: caderent, non perseuerarent in audacia. ¶ Vallo & fos. vide lib.ii. oppugnationem huius oppidi in epistola quæ incipit. Tu vide. nam hic expugnatum. ¶ Vsq: assidue. ¶ Sagittariis: arciferis. ¶ Distributis: deiectis. ¶ Tebarani: populi. ¶ Ab iis, Tebaranis. ¶ Male pa. non bene quietis & amicis Po. Ro. ¶ Nunc ve. expositis suis rebus gestis petit nunc Cic. a Ca. eius sententiæ authoritatem in omnibus his rebus. ¶ Sententia: tuo iudicio, tua authoritate. ¶ Grauissimos: maxiæ authoritatis ne fortasse diceret Ca. leuitatis esse rogare. ¶ Admonendum memoriam adducendum. ¶ Ad cœlum extu. supra mortales me exaltasti. Virg. Vir Troianæ quibus cœlo te laudibus æquem. ¶ Pondera. authoritatem. ¶ Vno: solo. ¶ Non de. non iudicares concedendam. ¶ Referretur: proponeretur de decernenda supplicatione. ¶ Togato, in vrbe existenti. ¶ Bene ge. pp bella cõfecta quod multis cõtigit. ¶ Bene cõ. fortitudine & consiliis meis liberata a coniuratis & proditoribus patriæ: cum in consulatu meo Catilinæ & reliquorum insidias & cõiurationes oppressi. ¶ Vt me. sicut memini aliis decreuisti nunq̃ pp remp. conseruatam, qa ego solus id effeci. ¶ Mitto: dimitto: aphæresis. Vir.i.æne. Mœstiq; timorẽ Mittite & xi. Mitto ea q̃ circũ pugnando pgama passi. ¶ Inuidiã: odiũ eo℞ qui virtuti meæ inuidebant & rebus gestis, & ppea me eiiciendum curauerunt, intelligit autem tẽpora Clodiana, quibus se maxime fauorem habuisse dicit a Catone. ¶ Tempestates, aduersitates: calamitates, translatio Vir. li.xi. æn. Parq; per omnes Tempestates. Idem. Quanta per ideos sæuis effusa Micenis Tempestas ierit campos.

Eleutheros

Acerrime

Existimatio

Tebetani

Tempestates

castellaq; sex capta: complura incẽdimus. His rebus ita gestis, castra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexandri quatriduum: & in reliquiis Amani delendis, agrisq; vastandis, quæ pars eius montis meæ pũinciæ est, id tempus omne cõsumpsimus. Cõfectis his rebus, ad oppidum Eleutherocilium Pĩdenissum exercitũ adduxi. qđ cũ esset altissimo, & munitissimo loco, ab iisq; incoleret, qui ne Regibus qdẽ vnq̃ paruissent, cũ & fugitiuos reciperent, & Parthorũ aduentum acerrime expectarẽt: ad existimationẽ Imperii ptinere arbitratus sum, cõprimere eo℞ audaciã, quo facilius ẽt cęterorũ aĩ, qui alieni essent ab Imperio nostro, frangerentur. Vallo, & fossa circũdedi: sex castellis, castrisq; maximis sepsi, aggere, vineis, turribus oppugnaui: vsusq; tormentis multis, multis sagittariis, magno labore meo, sine vlla molestia, sumptu ue socio℞, septimo qnq̃gesimo die rẽ cõfeci: vt oĩbus ptib⁹ vrbis disturbatis, aut incẽsis, cõpulsi ĩ ptãtẽ meã peruenirent. His erãt finitimi pari scelere, & audacia Tibarani. Ab his, Pindenisso capto, obsides accepi. Exercitũ in hyberna dimisi. Qu. fratrem negocio ṗposui, vt in vicis aut captis, aut male pacatis exercitus collocaretur. Nunc velim tibi sic psuadeas, si de his rebus ad senatum relatum sit, me existimaturum summã mihi laudem tributam, si tu honorem meum sententia tua comprobaris. Idq;, etsi talibus de rebus grauissimos homines & rogare solere, & rogari scio, tamen admonendum potius te a me, q̃ rogandum puto. Tu es n. is, qui me tuis sententiis sæpissime ornasti, qui oratione, qui prædicatione, qui summis laudibus in senatu, in concionibus ad cœlum extulisti. Cuius ego semp tanta esse verborum pondera putaui, vt vno uerbo tuo cum mea laude coniuncto, oĩa consequi me arbitrarer. Te deniq; memini, cum cuidã clarissimo atq; optimo viro supplicationem non decerneres, dicere te decreturum, si referretur ob eas res, quas is cõsul ĩ vrbe gessisset. Tu idem mihi supplicationẽ decreuisti togato, nõ ut multis Republ. bñ gesta, sed, vt nemini, Repub. cõseruata. Mitto qđ inuidiam, qđ picula, qđ oẽs meas tempestates, & subieris, & multo etiã magis

ASCEN.

¶ ET castella.i. vt dicũt fortilicia sex sunt capta, & nos incendimus.i. cõbussimus cõpluta. ¶ His rebus gestis ita.i. tã victoriose, nos habuimus quatriduum castra in radicibus: id est pede Amani: scilicet montis apud aras Alexandri: scilicet magni, qui victo Dario illic Ioui & cæteris diis constructis aris sacrificauit, hoc aũt dicendo, se tacite Alexãdro comparat, & cõsumpsimus oẽ id tempus.s. quatridui: in reliquiis Amani delendis & in agris vastandis. ¶ His rebus cõfectis: adduxi exercitum ad Pindenissum oppidũ Eleutheron.i. liberum. Alii legunt eleuchẽsilium, alii eleuchenciliũ quod sup. oppidum cum eẽt loco altissimo & munitissimo, & incoleretur ab iis, qui nequidem.i. saltem regibus paruissent, cũ & simul reciperent fugitiuos, & expectarent acerrime.i. auidissime aduentum Parthorum, vt cum illis finitimos spoliarent, arbitratus sum pertinere ad existimationẽ id est famam & maiestatem imperii comprimere audaciã eorum. ¶ Quo.i. vt etiam aĩ cæterorum qui essent alieni ab imperio nostro frangerent facilius. ¶ Ego circundedi supp. dictum oppidũ. ¶ Vallo.i. munimento ex vallis, & fossa sepsi sup. ipsum sex castellis.i. oppugnaculis: & maximis castris aggere, vineis, turribus, oppugnaui sup. ipm: vsq;.i. assidue, multis tormentis. ¶ Multis sagittariis, & confeci.i. absolui rem septimo & quinquagesimo die, magno labore meo: sine vlla molestia vel sumptu socio℞. vt oĩbus partibus vrbis disturbatis aut incensis: hostes sup. cõpulsi.i. coacti venirent in ptãtem meam. Tebarani erãt finitimi his, scelere & audacia pari. ¶ Accepi ab his.s. Tebaranis obsides: Pindenisso capto. dimisi exercitũ in hyberna. ¶ Proposui Quintum fratrem.s. meum negocio, vt exercitus collocaretur in vicis, aut captis aut male pacatis.i. nõ pacatis. ¶ Nũc velim o Cato vt sup. persuadeas tibi sic: si relatum sit ad senatũ.i. si cõsultatio fiat de his rebus, me existimatu℞ summã laudẽ tributã mihi, si tu cõprobaris honorem meũ.i. mihi decernẽdũ: snia tua. ¶ Etsi.i. q̃q̃ ego scio grauissimos hoĩes solere & rogare & rogari, talibus.i. pro talibus rebus, tñ ego puto te potius monendum a me q̃ rogandum id. ¶ Tu enim es is, qui ornasti me sæpissime sententiis tuis: qui extulisti me ad cœlum, oratione, prædicatione, summis laudibus.i. laudationibus in senatu & in cõtionibus ad populum. Cuius pondera verborum ego putaui semp esse tãta, vt vno verbo tuo coniuncto cũ laude mea, arbitrarer me ↄsequi oĩa. ¶ Deniq; memini te, cum nõ decerneres cuidã ĩ viro clarissimo atq; optimo supplicationẽ: dicere te decretu℞, si referret ob eas res, quas is ↄsul gessisset ĩ vrbe, sunt qui ad Cic. hoc referunt. ¶ Tu idẽ decreuisti mihi supplicationẽ.s. diis faciẽdã togato.i. in toga agenti, nõ vt multis sup. decerni solet, republica bene gesta, sed vt nemini sup. alteri, republica conseruata. ¶ Mitto.i. omitto dicere, ꝙ subieris.i. tanq̃ onus tuum esset, supportaueris, inuidiam meam.i. quam patiebat ob gloriam seruatæ vrbis: pericula, oẽs tempestates meas.i. impetus hostium aut diuersitates fortunæ, & ꝙ fueris paratissimus subire etiam multo magis.

HVBER.

Admiror

¶ Si licuisset per me,si permisissent,vt etiam illas magis subires. Inimicum,Clodium. Cuius:Clodii. Interitũ:cae dẽ. Approbaris,iure factũrum dixeris.i.Clodium iure occisum. A me aũt,cõmemorauit Cic.q̃ a Catone in se collata sint.nũc aũt qd ipse erga Catonẽ fecerit:pene videat obiicere:dicit se non existimare ea esse beneficia : sed vera testimo nia & iudicia sua de Catone. Admirarer,amarem laudarẽ. Non tacitus:non intra me,vt plerũq; fit, sed publice p̃di carẽ:vt infra dicet. Quis,q.d.quilibet ẽt de quo non sis benemeritus. Non facit.i.vt tuas virtutes tacitus admiretur. Dicendis:in senatu. Varietate lraꝝ meaꝝ.in philosophia & libris,quos de dicẽdi praeceptis cõscribo. De qbus au.i. qui iam mortui essent, & fuissent ante aetatẽ nrãm. Quae res:licet artificio vtat:tñ aperte se agere dicit : nouerat eni Catonem ab oi ambitione abhorrere, & pluris aestimare be neficia q̃ benefactoꝝ laudẽ. Hoc neu.q.d.hoc paulũ. Si quisquã:vt ostendat Ci.se conuenire cum ingenio Catõis, dicit se maxime esse,qui sit alienus a laudibus vulgi. Ra tione:consyderatione,q̃ me docet stultum esse vulgi laudi bus niti. Et doctrina.i.philosophia quae docet virtutem ipsam per se expetendam esse sine laudibus:quod si etiã ex petendae sint laudes potius quaerendas a viris laudatis:q̃ a vulgo. Per se.sua causa sed pp virtutem. Prouinciam:quę erat mihi decreta. Neglexi:sicut supra dixit lib.v.epistola secunda ad Q.Metellũ Celerem. Ego si hoc dicam,me tua cã praetermisisse,puinciam tibi ipse leuior videar esse. Nõ dubiam,certam. Sacerdotiũ, auguratum. Iniuriam acce, postquam ex vrbe in exilium eiectus sum. Studui,volui. Intercedere,esse fieri. Quod.s.me fieri augurem. Olim, in consulatu meo. Nunc,rebus bene gestis in prouincia. Huic meae.honestat Ci.hanc suam voluntatem,q̃ dicit se hoc facere,vt praesentibus honoribus mitigetur aliquantu lum vulnus iniuriae olim acceptae,cui voluntati rogat Ca tonem vt faueat. Vulnus dolorem,translatio.Virg.Cum Iuno aeternum seruans sub pectore vulnus. Paulo ante ne garam,rogaturum,nam paulo supra dixit,idq; & si talibus de rebus grauissimos hoies & rogare solere, & rogari scio, tñ admonendum potius te a me,q̃ rogandum puto. Sed ita,extollit Cice.factum suum. Dicit.n.hac conditione te tñ rogo,vt mihi fau as:si id quod egi non videbitur tibi paruum:& contemnendum. Non ieiu.non inanae,transla tio a corpore quod ieiunum inanem est. Tale:tam glorio sum. Tantum,tam difficile & magnum.

Vulnus

si p me licuisset,subire paratissimus fueris : qd̃ deniq; inimicũ meũ,tuum inimicũ putaris: cuius ẽt interitũ, vt facile intelligerem, mihi q̃tum tribueres , Milonis cã ĩ senatu defendẽda approbaris. A me ãt hęc sunt profecta,quae ego in bñficii loco nõ pono, sed in veri testimonii,atq; iudicii:non vt p̃stantissimas tuas vir tutes tacitus admirarer(quis enim idẽ nõ facit?) sed in oibus orõnibus,sententiis dicẽdis,causis agendis, oibus scriptis,graecis,latinis,oĩ deniq; varietate lraꝝ mearum,te nõ mõ iis,quos vidissemus,sed iis,de qui bus audissemus,oibus anteferrem. Quaeres fortasse, quid sit,quod ego hoc nescio qd gratulatiõis,& hono ris a senatu tanti aestimẽ:Agã iam tecũ familiariter,vt est & studiis, & officiis nostris mutuis,& summa ami citia dignum,& necessitudine etiã paterna : Si quisq̃ fuit vnquam remotus & natura, & magis ẽt, vt mihi quidem sentire videor,ratiõe,atq; doctrina ab inani laude,& sermonibus vulgi:ego p̃fecto is sum. Testis est cõsulatus meus:in quo,sicut in reliqua vita, fateor ea me studiose secutum , ex quibus vera gloria nasci posset:Ipsam quidem gloriam per se núquam putaui expetendam.itaq; & prouinciã ornatam, & spem nõ dubiam triumphi neglexi,Sacerdotiũ deniq;,cũ(quẽ admodum te existimare arbitror) non difficillime cõ sequi possem,nõ appetiui.Idem post iniuriã acceptã, quam tu R.P.calamitatem semper appellas, meã nõ modo non calamitatem, sed etiam gloriam , studui quam ornatissima S.P.Q.R.de mea iudicia intercer dere.Itaq; & Aug.postea fieri volui,quod antea negle xeram:& eum honorem,qui a senatu tribui rebus bel licis solet,neglectum a me olim, nunc mihi expeten dum puto. Huic meae voluntati, in qua inest aliqua uis desyderii,ad sanandum vulnus iniuriae,vt faueas, adiutorq; sis,quod paulo ante me negaram rogatu rum,vehementer te rogo,sed ita,si non ieiunum hoc nescio quid,quod ego gessi,& contemnendum vide bitur,sed tale,atq; tantum,vt multi nequaquam pari bus rebus honores summos a senatu consecuti sint.

ASCEN,

¶ Si licuisset per me.i.si permisissem deniq; q̃ putaris pro putaueris inimicum meũ videlicet Clodium, inimicũ tuũ, cuius etiam interium.i.caedem & necem tu approbaris pro approbaueris,defendenda causa.i.dum defenderetur causa Milonis in senatu,vt intelligerem facile quantum tribueris mihi. Autem.i.sed,haec.s.quae deinceps dicam, sunt profe cta,i.collata:a me in te.s.quae ego non pono.i.reputo in lo co beneficii,sed in sup.loco veri testimonii atq; iudicii.s.de te,non sup.ita profecta sunt,vt admirer.i.laudem cum ad miratione,tantas praestantissimas virtutes tuas. Quis.nõ facit idem.q.d.nemo,id est omnis facit,sed vt anteferrem te in omnibus orationibus,sententiis dicendis,causis agẽdis, omnibus scriptis,graecis,latinis deniq; in omni varietate: id est diuersitate stili,literarum mearũ,non modo iis, quos vidissemus,sed sup.etiam iis,de quibus audissemus. Tu fortasse,quaeres quid sit quod.i. propter quod ego aestimem tanti,nescio quid gratulationis & honoris:id est si in me conferatur a senatu. Ego agam iam tecum familiariter : scili cet vt intelligas mentem meam plane,vt dignum est & studiis & officiis nostris mutuis & summa amicitia: & necessitu dine paterna.i.a patre incepta. Si quisquam fuit vnquam remotus & natura & magis ratione,vt quidem videor sen tire mihi & doctrina.ab inani laude & sermonibus vulgi,ego sumus profecto. Testis est cõsulatus meus in quo fateor me secutum studiose sicut in reliqua vita,ex quibus vera gloria posset nasci: quidem: id est sed certe , nunquam putaui ipsam gloriam expetendam per se.i.sine respectu bonorum. Itaq; ego neglexi prouinciam ornatam:quae erat mihi de creta,vt patuit libr.v.epistola.ii.ad Metellum Celerem: & spem non dubiam triumphi.s.ex illa prouincia reportandi. Deniq; non appetiui sacerdotium:scilicet augurale cum possem consequi nõ difficillime:quemadmodum arbitror te existimare. Idem,scilicet ego studui.i.volui aut elaboraui post iniuriam.s.exilii acceptam.i.a me.quam.s.iniuriã meã: tu appellas semper calamitatem reip.non modo,i.non solum calamitatem meam non intercedere.i.in medium adduci: sed etiam volui gloriam meam vtpote quam ornatissima iudicia senatus populiq; Romani de me intercedere. Itaque volui postea & augur fieri, & puto eum honorem.i.triumphum qui solet,tribui a senatu rebus bellicis:neglectum olim a me,expetendum mihi nunc:scilicet parta victoria. Rogo te vehementer quod negaram paulo ante me rogaturum, supple esse:vt faueas & adiutor sis,huic voluntati meae:in qua est aliqua vis desyderii.i.cupiditatis ad sanandum vul nus.i.offensionem iniuriae. Sed ita sup.peto si id quod gessi videbitur non nescio quid ieiunum:id est aridum & mo dicum facinus: & pro.i.contemnendum,sed tale atq; tantum,vt multi adsecuti sint a senatu:summos honores : rebus ne quaquam paribus:id est propter res nequaquam pares,

¶ Equidem

RVBEN.

EQVIdem ẽt superius dicit Ci. qbus rõnibus, licet alienus a laudibus vulgi, debuerit tñ hũc honorem qrere: nũc vero laudat mores virtutesq; suas, quas magis a Ca. spectari solere asserit quã gesta. ¶ Vitam, cõtinẽtẽ, integrã sine cuiusq̃ iniuria. ¶ Imbecillo: paruo & infirmo, est enim maxima laus paruo exercitu maximũ bellũ sustinuisse & confecisse, qđ pñ/diũ suũ dicit fuisse ęqtatem & cõtinentiã. ¶ His p. ęqtate & ↄtinentia. ¶ Sũ cõsecutus: effeci. ¶ Expectatione. no. reꝝ: qui eni expectat mutationem reꝝ nõ põt nõ esse aĩo suspenso. ¶ Veteris: assueti. ¶ Querelæ audi. in senatu eni Cato socioꝝ oium patronus erat, & quęcũq; patiebant inique, ad eũ deferebant. ¶ Recreatos: refectos in optimum statum restitutos.

Recreat⁹

Equidem ẽt mihi illud animaduertisse videor (scis enĩ q̃ attente te audire soleã) te non tã res gestas, q̃ mores instituta, atq; vitam Imp. spectare solere in habendis, aut nõ habendis honoribus. Quod si in mea causa cõsyderabis, reperies me exercitu imbecillo contra metum maximi belli firmissimum præsidiũ habuisse, ęquitatem, & cõtinẽtiam. His ego subsidiis ea sum consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem: vt ex alienissimis sociis amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderẽ, animosq; nouarum rerũ expectatione suspensos, ad veteris imperii bñuolentiam traducerẽ. Sed nimis hæc multa de me, præsertĩ ad te, a quo vno oium socioꝝ querelæ audiuntur. cognosces ex iis, qui meis institutis se recreatos putant. cumq; oẽs vno prope consensu de me apud te ea, quæ mihi optatissima sunt, prædicabunt: tũ duæ maxime clientelæ tuæ, Cyprus insula, & Cappadociæ regnum, tecum de me loquentur: puto ẽt regem Deiotarum, q vni tibi est maxime necessarius. Quæ si etiã maiora sunt, & in oibus seculis pauciores viri reperti sunt, qui suas cupiditates, q̃ qui hostium copias vincerent: est profecto tuũ, cũ ad res bellicas hæc, quæ rariora, & difficiliora sunt, genera virtutis adiunxeris, ipsas ẽt illas res gestas iustiores esse, & maiores putare. Extremum illud est, vt, quasi diffidens rogatiõi meæ, philosophiam ad te allegẽ, qua nec mihi charior vlla vnq̃ res in vita fuit, nec hoiuum generi maius a deis munus vllum est datum. Hæc igitur, quæ mihi tecũ communis est, societas studiorum, atq; artium nostrarũ, quibus a pueritia dediti ac deuincti, soli propemodũ nos philosophiã illã verã, & antiquã, q̃ quibusdã ocii esse, ac desidiæ videtur, in forum, atq; in R. P. atq; in ipsam aciẽ pene deduximus: tecum agit de mea laude, cui negari a Catone fas esse nõ puto. Quãobrem sic tibi persuadeas velim si mihi tua sñia tributus honos ex meis literis fuerit, me existimaturũ cum authoritate tua, tum bñuolentia erga me, mihi, quod maxime cupierim contigisse. Vale.

¶ Meis insti. q̃ in ꝓuincia feci contra ea, q̃ fecerat Appius vt lib. iii. ad Appiũ visum est. ¶ Clientelæ. s. tuę nã Cappadocia & Cyprus maxime erãt ĩ tutela Ca. Cappadocia pp Ariobarzanem: Cyprus vero, qa Ca. P. Claudio Pulchro authore, pp auaritiã Ptolemæi patrui Cleopatræ: qui in ea insula regabat, qđ pro eo a piratis redimendo tã exiguã pecuniã misisset: vt piratæ accipere erubescerent: missus est decreto senatus, vt eã insulã regi auferret, qđ cũ intellexisset Ptolemæus priusq̃ ille aduentasset, seipsum interemit. Cato insulã accepit: & regis opes vendidit oi pecunia in publicũ ærariũ relata, ex illo Cyprus p̃toria ꝓuincia fuit, & Catoni cõmẽdata, scribũt Plu. & Stra. Val. ẽt dicit Cato. ex Cypro redeũti S. P. Q. R. & magistratus obuiã fuisse. ¶ De me loquant: qa in eis maxime ostendi virtutes meas. ¶ Regẽ Deio. i. locutuꝝ de me. ¶ Necessarius: amicus. ¶ Maiora. i. valde magna. ¶ Pauciores q ni. su. cu. in quo consistit vera victoria: vt ipse in orone p M. Marcel. imitatione Demosthenis, aium vincere, iracundiã cohibere, victoriã tẽperare, aduersariũ nobilitate ingenio virtute p̃stantem non mõ extollere iacentem: sed ẽt amplificare eius p̃stinã dignitatem. hæc q faciat non ego eũ summis viris cõparo, sed simillimũ deo iudico. ¶ Hæc ge. vir. q̃ in orone pro Pompe. cõmemorat innocentiã, temperantiã, fidem: facilitatem, ingeniũ, humanitatem, q̃ oia vult Cic. itelligi esse in se. ¶ Rariora: in paucioribus reperiunt. ¶ Allegem: adducam. ¶ Quasi dif. meæ ro. quasi non ↄfidam rogationem meã apud te valiturã, cũ tñ confidam. ¶ Qua: philosophia. ¶ Nec vul. maiu. ¶ q̃dem vt in tusculanis q̃onibus inq̃t, philosophia est virtutũ indagatrix vitioꝝ, expultrix: cui qui pareat, oẽ tp̃s vitæ suę sine molestia degat. ¶ Societas. ↄiunctio. ¶ Artiũ: liberaliũ. ¶ Deuincti astricti. ¶ In foꝝ: in causas forenses: vt in paradoxis ostendit, tentare volui possent ne ꝓferri in lucem. ¶ Desidiæ, inertiæ. ¶ In ipsam aciem in certamen ciuile. ¶ Agit tecũ: rogat te. ordo est: hæc igit societas studioꝝ atq; artiũ & cætera agit tecũ. ¶ De me laude, propter meã laudem. ¶ Cui. s. societatis studioꝝ & philosophiæ. ¶ A Catone. q. d. viro iustissimo, & eius societatis liberaliũ artium professore. ¶ Ex meis. id est. secundum ea, quæ literis meis scripsi. ¶ Contigisse, obuenisse: datum esse.

ASCEN.

EQVIdem. i. ego certe, videor mihi animaduertisse ẽt illud: scis enim q̃ attente soleã audire te: te solere spectare in honoribus habendis aut non habẽdis: nõ tã res gestas q̃ vitas atq; mores imperatoꝝ: quod si consyderabis in causa mea: videbis me habuisse æquitatem & continentiam firmissimũ pręsidiũ. i. pro firmissimo p̃sidio: exercitu sup. ente imbecillo contra metũ maximi belli. ¶ Ego consecutus sum. i. optimis his subsidiis. s. æquitate & continentia, quæ nullis legionibus potuissem consequi vt redderem. i. efficerem ex sociis alienissimis amicissimos, ex infidelissimis, firmissimos. s. in fide, & traducerem animos suspensos. i. in dubio versantes. ¶ Expectatione. i. pp expectationem rerum nouaꝝ: ad beneuolentiam veteris imperii. s. ¶ Romani. Sed hæc sup. sunt dicta, aut scripta nimis multis de me præsertim ad te: a quo vno querelæ oium sociorum audiuntur, tu cognosces ex iis, qui putant se recreatos. i. refectos & ad veterem amicitiam reductos institutis. i. moribus meis. ¶ Cũq;. i. & cum. s. ita sit q oẽs prædicabunt apud te ꝓpe. s. quasi, vno consensu de me ea, q̃ sunt optatissima mihi: tum. i. tunc multo magis, duæ maxime clientelæ tuæ Cyprus insula & regnũ Cappadocię loquant. s. honorifice tecũ de me. Puto ẽt Deiotaꝝ regem sup. locutuꝝ tecũ de me, qui ẽ maxime necessarius tibi vni. ¶ Quæ. s. ab illis dicenda si sunt ẽt maiora. s. q̃ a me dicant, & si pauciores viri reperti sunt oibus seculis, qui vincerent cupiditates suas: q̃ qui. s. vincerent copias hostiũ, p̃fecto tuũ est. s. officiũ, cũ adiũxeris ad res bellicas hæc genera virtutis. s. æqtatis & ↄtinentiæ, q̃ sunt rariora & difficiliora putare illa. s. ipsas res gestas esse iustiores & maiores. s. q̃ sit. Illud est extremũ. s. suffragiũ: vt q̃si diffidens rogationi meæ, allegem. i. mittã ad te phiam, qua nec vlla res fuit mihi vnq̃ charior in vita: nec vllũ munus maius datũ est generi hoium a diis. Hæc igitur societas studioꝝ, q̃ est mihi cõis tecũ: atq; societas artium bonaꝝ, qbus nos deuincti ac dediti a pueritia: ꝓpemodũ. i. quasi soli deduximus in foꝝ atq; in rẽp. atq; pene in ipsam aciem. i. ↄflictũ bellicũ: hoc est ad oẽm exercitationem nram, phiam illã verã & antiquã: q̃ videtur quibusdã esse ocii ac desidiæ. i. pertinere ad ocium ac desidiam. ¶ Ea sup. agit tecum de laude mea, cui nõ puto fas esse negari. s. qcq̃ a Catone: q̃obrem: velim psuadeas tibi sic, si honos fuerit tributus mihi tua sñia. i. per tuam sñiam ex literis meis me existimaturum contigisse mihi quod cupierim maxime, tum authoritate tum beneuolentia tua erga me.

HVBER. Quod & resp. Rescribit Ca. Ci. se libenter fecisse: qđ ille superioribus lr̃is petierat: vt defenderet eius virtutẽ, innocẽtiã & diligẽtiã, seq; laudasse q̃ Ci. egisset, de prouincia seruata, de Ariobarzanis incolumitate, de confirmata volũtate sociorum. Deinde suadet Ca. Ci. vt potius contentus sit iudicio senatus q̃ triũpho pro eis, q̃ in prouincia egit, vt potius iu dicet eã conseruasse mãsuetudine & innocentia q̃ copia militũ. ⁋ Q đ resp. hor. i. cã reipu. quia quisq; bonus ciuis tenet eũ tue ri, quem reip. amatorem viderit. ⁋ Virtutem: fortitudinem: ai magnitudinem. ⁋ Togati. s. tui. ⁋ Domi. in patria, vt in con sulatu tuo, cũ togatus domi rem tantã fecisti oppressa cõiuratione. ⁋ Armati: bellũ gerentis. ⁋ Foris: in prouincia. ⁋ Pari: quia sic. quia & tũc domi & nũc foris fortissime & diligẽtissime re gisti. ⁋ Cõsilio: sapiẽtia. ⁋ Defensam: ab incursu Parthorum & Arabũ. ⁋ Ad stu. ad beniuolentiam. ⁋ Supplicationem: dicit Ca. se gaudere supplicationem ei esse decretã, si mõ ille velit potius agẽdas grãs diis imortalibus q̃ sibi in ea re, q̃ nõ for tuitu, sed summa rõne & continentia eius sit gesta: sin aũt ha bita supplicatione triũphũ quoq; petit, dissuadet q; ei Ca. ne hoc faciat. ⁋ Qua in re est p. i. in ea re, q̃ est prouisum a te. ⁋ Nihil fortuito. nõ casu, aut temere. ⁋ Ratione: prudentia & moderatione tua. ⁋ Gratulari: gratias agere. ⁋ Quã acce. refer. ti. i. quã reddi tibi par, & qđ a te accepimus: tibi refer

Gratulati

ri remuneratiõe triũphi: ordo est: sit tu mauis nõ gratulari diis imortalibus: in q̃ re nihil est prouisum a rep. sũma tua rõ ne & continentia, q̃ acceptũ referri, tibi. s. mauis, gaudeo sup plicationẽ tibi decretã esse. ⁋ Prærogatiuã: preminentiã: perfe ctiuã. ⁋ Casum: fortunã, cuius fauore fueris victor. ⁋ Sæpe

Prærogatiua

quia multis cõcedit supplicatio sine triũpho. ⁋ Senatũ, cuius iudiciũ est grauissimum. ⁋ Vi. copia. ⁋ Benignitate, fauore. ⁋ Quod. s. prouinciã a te conseruatã potius mansuetudine &c.

Benignitas

⁋ Cõtra cõ. me. quia soleo eẽ breuissimus in scribẽdo. ⁋ Labo rare, curare. ⁋ Maiestate, honore & dignitate. ⁋ Amplissimũ dignissimum. ⁋ Tu ma. vt in ep̃la sua superiore Cic. significa uit. ⁋ Seueritatem. i. continentiam. ⁋ Præsta. exhibe oñde.

Præsta

⁋ Instituto iti. vel incepto itinere p prouinciam, vel certe in cepta via. i. eo more, quo cõsueuisti, est. n. & trãslatiue & pro verbialiter dictũ, instituto itinere vel institutã viam perge. Iu ue. Vt illam ire viam pergant, & eidem incumbere sectæ.

M. Cato M. Ciceroni Imp. S. P. D. 5

Quod & R. P. me, & nostra amicitia hortaẽ, li bẽter facio, vt tuã virtutẽ, innocentiã, diligẽ tiã cognitã in maximis rebus domi togati, armati foris, pari idustria administrare gau deã. Itaq; qđ p meo iudicio facere potui, vt innocẽtia, consilioq; tuo defensam prouiciã, seruatũ Ariobarzanis cũ ipso Rege regnũ, sociorũ reuocatã ad studiũ impiĩ nr̃i volũtatẽ, sñia mea, & decreto laudarẽ, feci. Suppli cationẽ decretã, si tu, q̃ in re nihil fortuito, sed summa tua ratione, & cõtinẽtia R. P. prouisum ẽ, diis immortali bus gratulari nos, q̃ tibi referre acceptum mauis, gau deo. Qđ si triũphi prerogatiuã putas supplicationẽ, & iccirco casum potius, q̃ te laudari mauis: neq; suppli cationẽ sequit semp triũphus: & triumpho multo cla rius est, senatũ iudicare, potius mansuetudine, & inno centia Impe. prouinciã, q̃ vi militum, aut benignitate deorum retentã, atq; cõseruatã esse: qđ ego mea sñia cen sebã. Atq; hæc ego iccirco ad te cõtra cõsuetudinem meam pluribus scripsi, vt, qđ maxie volo, existimes me laborarẽ, vt tibi psuadeã me & voluisse de tua maiestate, qđ amplissimum sum arbitratus: & qđ tu maluisti fa ctũ esse gaudere. Vale, & nos dilige, & instituto itinere securitatem, diligentiamq; sociis, & R. P. præsta.

ASCEN. Quod &c. dicit se diligenter commendasse virtutem Ci. in senatu. dehortaẽ tñ a petitione triumphi di cens. Ego facio libenter id, quod & respu. & amicitia nr̃a hortatur me, vt gaudeam virtutem. i. fortitudinem tuã, innocentiã: diligentiam cognitam in maximis rebus tuam dicit ⁋ Togati domi, & armati foris. i. in bello, administrare. i. gerere magistratũ, cuius est administrare, pari industria. ⁋ Itaq; feci qđ potui facere iudicio meo. s. vt laudarem sñia mea & decreto prouinciã. s. Ciliciã, defensam innocentia. s. tua & consilio tuo. Regnũ Ariobarzanis. s. Cappadociã, seruatũ sup. esse ad studium imperii nr̃i. Gaudeo si tu mauis. i. magis vis, gratulari. i. grato aio attribuere diis immortalibus q̃. s. nos referre acceptũ tibi. i. nos æstimare accepisse a te supplicationem decretũ. s. p rebus bñ gestis a te, in qua te nihil sup. contigit fortuito, sed prouisum est reipu. summa rõne. i. prudentia & continentia tua, qđ si putas supplicationem prerogatiuam. i. quasi preiudicialem cãm triũphi & mauis idcirco casum. i. fortuitũ euentum laudari potius q̃ te, neq; triũphus se quitur semp supplicationem & multo clarius est triũpho senatũ iudicare prouinciam retentam atq; conseruatam esse po tius mansuetudine, atq; innocentia imperatoris, q̃ vi militũ aut benignitate deorum. ⁋ Quod. id est quam rem ego cen sebam mea sententia, atq; scripsi idcirco hæc ad te pluribus. s. verbis contra consuetudinem meam, vt, quod volo maxi me existimes me laborare vt persuadeam tibi me & voluisse me maiestate tua. quod arbitratus sum amplissimum sup. esse & gaudere factũ esse, quod tu maluisti. Vale & dilige nos, & præsta sociis & teip. securitatem & diligentiam, itinere in stituto: scilicet iuxta more tuum inceptum. aut vbi inceperis redire.

HVBER. Laetus sum, licet Ci. aperte dicat se contentum esse lau datione Ca. de rebus suis, putaretq; se omnia assecutũ esse, quia Cato ei per literas gratulatus fuerat suppli cationem ei decretam, vt præcedenti epistola visum est, & sententia sua eius res gestas & laudes approbauerat, tamen hoc agit, vt Cato det operam, vt etiam triumphum obti neat, quem dicit sperare senatum facile sibi concessurum p pter sua merita in repu. ⁋ Lætus sum. apud Næuium in tra gœdia introducitur Priamus laudãs Hectoris virtutem, & probitatem, cui Hector his verbis respondet, lætus & cætera, sensus est gaudeo o pater abs te laudari: qui es vir laudatus, ea est enim ratio letitię suę, quod iucundum sit laudari ab iis, q ipsi in laude vixerũt, sic ipse supra ad Luceiũ. Neq; enim sum ita demens, vt me sempiternæ gloriæ p eũ cõmendari velim, qui non ipse quoq; in me cõmendando propriam ingenii gloriam consequatur, gratulationem quã fecit Cato in pcedenti ep̃la, cum dixit supplicationẽ decretã &c. ⁋ Sniæ di. a te, vt in prima parte pcedentis epĩę visum est. ⁋ Amplissimum, honestissimum. ⁋ Amicitiæ dedisse. i. pro amicitia nr̃a dixisse quod pro veritate diceres.

M. Cicero M. Catoni S. P. D. 6

Laetus sum laudari me, inqt Hector, opinor apud Næuiũ, abs te pater laudato viro. Est enim pfecto iucũda laus, q̃ ab iis pficiscẽ, q ipsi in laude vixerũt. Ego vero vel gratu latiõe lr̃arũ tuarũ, vel testimoniis sniæ dictę, nihil est, quod me non assecutũ putem. Idq; mihi tum amplissi mum, tum gratissimũ est, te libenter amicitiæ dedisse;

ASCEN. Laetus sum. Gratũ dicit sibi q a Cat. laudeẽ, innuit tñ triũphũ sperare dicẽs. ⁋ Hector sup. vt opinor inqt apud Næuium in Tragœdia o pr̃. s. Priame ego lętus sum. i. gaudeo me laudari abs te viro laudato. ⁋ Ea. n. laus est pfecto iu cũda q̃ pficiscẽ ab iis, q ipsi vixerũt in laude. Nihil est, qđ ego nõ putem me adsecutum sup. esse. i. obtinuisse vel gra tula tionem lr̃arũ tuarũ, vel testimonii sniæ tuæ. Et. i. mihi tũ amplissimũ: tum gratissimũ, te dedisse libenter amicitiæ.

Liquido

HVBER

¶ Liquido.clare aperte.¶ Etsi non mõ.sensus est, & si essent ẽt multi Ca.in nr̃a ciuitate, pluris tñ deberem facere laudationem tuã, quã oẽm triũphũ, cum vero scis secũdus, & id ẽt sit mirũ, qd vnus extiterit, multo ẽt debeo pluris facere, hãc .n.sniam intelligit, cum dicit, in q̃ vnũ extitisse mirabile est:intelligit.n.seniorẽ Ca.cũ hic ad quẽ scribit, fuerit is, q Vticensis post mortẽ dictus est.¶ Currũ.triũphalẽ.¶ Aut lau. vel de triũpho itelligit ẽt p laureã. vel ponit pro vocatione, vt diximus lib.ii.ep̃la, q̃ incipit. Tu si vide laudationẽ:quã de me fecisti:ita.n.distiguunt laus & laudatio, laus de seipso est, laudatio de alio:vt si dicã laudes Ca.vbiq; celebrant: & laudationes Cic.de Pom.elegantissimæ sunt:ponit aũt nõnũq̃ laus pro laudatione.¶ Quẽ.q.d.nullũ.¶ Cõferrẽ.cõpararẽ.

quod liq̃do veritati dares. Et, si non mõ vnus, verũ ẽt multi Catones essent in ciuitate nr̃a, in qua vnũ extitisse mirabile est:quẽ ego currũ, aut quã laureã cũ tua laudatione conferrem: Nã ad meũ sensum, & ad illud syncerũ, ac subtile iudiciũ nihil potest esse laudabilius q̃ ea tua oratio, quæ est ad me perscripta a meis necessariis. Sed cãm meæ volũtatis, non enim dicam cupiditatis, exposui tibi superioribus lr̃is. q etiã si parum iusta tibi visa est, hanc tñ habet rõnem, vt non nimis cõcupiscendus honos, sed tamẽ, si deferatur a senatu, minime aspernandus esse videatur. Spero autẽ illum ordinem pro meis ob R.P. susceptis laboribus me nõ indignum honore, vsitato præsertim existimaturum. Quod si ita erit, tñ ex te peto, quod amicissime scribis: vt cũ tuo iudicio, quod amplissimum esse arbitraris, mihi tribueris: si id, quod maluero, acciderit, gaudeas. sic enim fecisse te, & scripsisse, & verius sensisse video: resq; ipsa declarat, tibi illum honorẽ nostrũ supplicationis fuisse iucundũ, q scribẽdo affuisti. Hæc.n. S.C. non ignoro ab amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere. Ego, vt spero, te propediem videbo, atq; vtinam R.P. meliore, q̃ timeo. Vale.

¶ Ad meũ sensum.i.ad sniam meã. ¶ Synceꝛ.puꝛ sine ꝑturbatione ai.¶ Ad illud.intelligit Ca.suum iudiciũ nõ Catonis.i.cũ & syncere & subtiliter iudico nihil &c.¶ Nõ.n.dicã cupiditatis.nã voluntas a rõne ꝑficiscit, cupiditas vero est appetitus.¶ Quç. volũtas.¶ Nõ vt nimis.i.vt honos: & triũphus nõ nimis debeat cõcupisci, sed tñ si deferat:non sit respuẽdus, hoc.n.rõnis est.¶ Illum ordinẽ senatoriũ.¶ Honore vsitato.triũpho, q solet dari aliis: q etiam plerunq; minora fecerũt q̃ ego.¶ Quod si ita erit.vt senatus me dignũ iudicet.¶ Tñ.solummodo.¶ Id quod ma.s.triumphus.¶ Scribendo.cũ scriberet.¶ Hæc ta.¶ Cuius de ho.agi.ad quẽ ptinet honor.¶ Quãti.qa intelligebat initia bellorum ciuiliũ.

Tantum

ASCEN.

¶ Quod dares liq̃do.i.manifesto iudicio veritati, hoc est tñ amicitiæ cã me laudasse, q̃tũ faceres, si ita essem laudandus.¶ Et si non mõ vnus: veꝝ multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua vnũ extitisse.i.emersisse: est mirabile:quẽ currũ.s.triũphalem: aut quã laureã conferrẽ ego cum laudatione tua.q.d.nullũ & nullam.¶ Nam ad sensum meũ & ad illud syncerũ ac subtile iudiciũ.s.quod credit in me esse laudabilius q̃ ea oratio tua, quç est ꝑscripta ad me a necessariis meis.¶ Sed exposui tibi lr̃is superioribus cãm volũtatis meç, non.n.dicã cupiditatis.¶ Quæ cã ẽt si visa sit parum iusta, habet tñ hanc rõnẽ:vt honos videat non cõcupiscendus nimis:sed tñ si deferat.i.p̃sentetur a senatu, videat nõ aspernẽdus esse.¶ Spero aũt illum ordinẽ.s.senatoriũ ꝑ laborib⁹ meis susceptis ob rẽp.non existimaturũ me indignũ honore præsertim vsitato:qđ si erit ita, ego peto tñ a te: quod scribis amicissime: vt cum tribueris mihi iudicio tuo id quod arbitraris esse amplissimum, hoc est a virtute & prudẽtia laudari gaudeas, si id maluero.s.triumphus, acciderit:ego enim video.i.intelligo te fecisse & scripsisse & verius dicam, sensisse sic.¶ Et res ipsa declarat, illum supplicationis nostrç fuisse iucundum tibi, q.i.eo q affuisti scribendo.i.dũ scriberet. Ego.n.non ignoro hæc senatusconsulta solete scribi ab amicissimis eius, de cuius honore agit.¶ Ego, vt spero, videbo te propediem.i.statim, atq; vtinã republ. sup. existente meliore .i.pacatiore q̃ timeo:qa bellum ciuile inter Cæsarem & Pompeiũ audierat excitari. Vale.

M.T.C.Procos.S.D.M.Marcello Cos.

TE & pietatis in tuos, & animi in R.P.& clarissimi atq; optimi consulatus C. Marcello Cos.facto fructũ cepisse vehementer gaudeo. Non dubito qd p̃ñtes sentiãt, nos qdẽ longinq, & a te ipso missi in vltimas genteis, ad coelũ mehercule te tollimus verissimis ac iustissimis laudibus. Nã cũ te a pueritia tua vnice dilexerim, tuq; me ĩ oĩ genere semp amplissimũ eẽ & volueris, & iudicaris: tamen hoc vel tuo facto, vel P.R.de te iudicio multo acrius, uehemẽtiusq; diligo: maximaq; lætitia afficior, cum ab hoĩbus prudentissimis, virisq; optimis oĩbus dictis, factis, studiis, institutis vel me tui similẽ esse audio, vel te mei. Vnũ vero si addis ad p̃clarissimas res cõsulatus tui, vt aut mihi succedat q̃primũ aliqs, aut neq̃d accedat tpis ad id, quod tu mihi &.S.C.& lege finisti: omnia me per te consecutũ putabo. Cura vt valeas, & me absentẽ diligas, atq; defendas. Quæ mihi de Parthis nũtiata sunt, qa nõ putabam a me ẽt nũc scribenda esse publice, ꝑpterea ne pro familiaritate q dem nostra volui ad te scribere ne, cũ ad Cos.scripsissem, publice viderer scripsisse. Vale.

ASCEN.

TE & pietatis. Gratulat Cic.M.Marcel.q eius frater consul factus esset, propterea q ipse M. Marcel. se bene gessisset in consulatu, exponit deinde suam inter se beneuolentiam: & eius causas: postea vero rogat eum, vt det operam: q sibi succedatur in prouincia, postremo excusat se, quare nihil ad eum scripserit de iis, quæ de Parthis nũciabantur.¶ Pietatis in tuos.quia visus es & iudicatus plus cum tua causa factum est. vt frater tuus consul fieret.¶ Fructum.voluptatem: remunerationem.¶ Præsentes.qui sunt Romæ.¶ A teipso.quia sententia tua potissimum decretũ est, vt in Ciliciam mitteretur.¶ In vltimas.ex affectu dixit non quod Cilicia sit in vltimis terris.¶ In omni genere.in qualibet re.¶ Iudicio de te.cum iudicauit dignissimum:amplissimo honore.¶ Vel me tui.id est vel me imitatorem tui.¶ Lege.annua in prouinciis enim per legem non licebat proconsulem esse vltra annum: vt supra alio loco ostendit his verbis ad curationem, & senatusconsultum & leges defendendas, eaq; mihi cõditio maneat, qua profectus sum.¶ Finisti.determinasti.¶ Ad te.qui es consul & persona pu.¶ Ad cõ.qui enim ad cõsulem scribit, videtur scribere publice ad omnes: quia consul est persona publica.

Fructus

ASCEN.

TE & pietatis. Gratulatur M.Marcello ob consulatum fratris, petit sibi succedi.¶ Purgatq; q non scripserit:hoc ordine. Ego gaudeo vehementer te cepisse fructum.¶ Et. id est simul pietatis in id est erga tuos & animi: id est beneuolentiæ in rempublic. & consulatus: scilicet tui optimi atq; clarissimi, & hoc Caio Marcello scilicet fratre facto consule.¶ Non dubito quin præsentes: id est qui Romæ sunt: sentiant.s.aut factũ tuũ aut gaudiũ ex eo.¶ Nos quidẽ longinq & missi a te.i.tua sententia, in vltimas gentes, s.imperii Romani: extollimus sup.ce aut factum istud, ad coelũ mehercule verissimis ac iustissimis laudib⁹.¶ Nã

eum dilexerim te vnice a pueritia tua, & tu & volueris & iudicaris me esse amplissimū semper in omni genere.s.honorū tum diligo te multo acrius & vehementius vel hoc facto tuo. ¶ Vel iudicio populi Romani de te, & afficior maxima lętitia cum ego audio ab hominibus prudentissimis, & viris optimis vel me esse similem tui, vel te mei omnibus dictis: factis: studiis, institutis.i.moribus. vero pro sed: si addis ad præclarissimas res consulatus tui vnum.s.vt aut aliquis succedat mihi q̄ primum, aut nequid temporis accedat.i.addatur: ad id.s.tempus, quod tu finisti.i.cōstituisti mihi & senatusconsulto.s.de nouo decreto & lege.s.antiqua, vt annua sit prouincia, putabo me consecutum omnia per te. ¶ Cura vt valeas, & diligas me absentem, atq; defendas. Ego ne quidem pro familiaritate nostra volui ad te scribere ea, quæ nūciata mihi de Parthis.s.qui Euphratem transierunt, quia nō putabam ea scribenda esse a me etiam nunc.i.adhuc publice, ne cū scripsissem ad consulem, viderer scripsisse publice. Erat ergo Marcus adhuc consul, sed Caius designatus.

HVB. MAxima. Gratulatur Cic. Marcel. q; esset consul designatus: optatq; eum feliciter gerere eum magistrā: petitq; ab eo vt administeret eum pro dignitate & sua & patris: narratq; Ci. causam quare hoc optare debeat. Postremo ab eo petit: vt se absentē diligat & defendat: credo hanc epistolam debuisse inscribi C. Marcel. non aūt Marco, vt pcedens satis declarat. ¶ Volo. opto. ¶ Fortunare. secūdare felicem facere. ¶ Pro t. di. vt meretur tua dignitas & patris. ¶ Tristibus cū multi oppugnabāt, & salutem meam & fortunas. ¶ Absentem. ab vrbe, qui sum in prouincia.

Volo
Fortunaf

ASCEN. MAxima &c. Gratulatur Caio Marcello q; consul sit designatus. Ordo est. Affectus sum maxima lætitia cum audiui te factum esse consulem, & volo.i.opto, deos fortunare.i.secundare tibi eum honorem, atq; administrari a te pro dignitate tua & patentis tui, nam cum.s. ita sit: quod dilexi & amaui semper te, tum cognoui sup.te iam amantissimū mei in oī varietate rerum meaꝝ, tum.i.insup vel defensus cōpluribus bñficiis patris tui tpibus tristibus.i.aduersis, vel ornatus secundis.i. prosperis.s.temporibus, & sum & debeo esse totus vester.i.tuus & patris, præsertim cū perspexerim studia matris tuæ fœminæ grauissimæ, atq; optimę maiora erga salutē & dignitatem meam q̄ erant postulanda a muliere. ¶ Quapropter peto a te in modum maiorem vt diligas & defendas me absentem. Vale.

HVBER. MArcellum tuū. Etiam hac epistola gratulat Cice. M. Marcello q; eius frater C. Mar. consul factus esset vtriusq; causa: ēt q; eius domū semper salutis & dignitatis suæ studiosam cognouit. ¶ Ea q.m.op. sicut etiā dixit in alia epistola, te & pietatis in tuos, & animi in remp. & clarissimi atq; optimi consulatus. C. Marcel. consule facto fructum cepisse vehementer gaudeo. ¶ Domum familiā. ¶ Eris gratulatus de isto honore vestro.

M.T.C. Procos. C. Marcello Cos. Des. S.P.D. 8

MAxima sum lætitia affectus, cum audiui te Cos. factum esse: eumq; honorē tibi deos fortunare volo, atq; a te pro tua, parētisq; tui dignitate administrari. Nā cum te semper dilexi, amauiq;, q; mei amantissimum cognoui in omni varietate rerum mearum: tum patris tui pluribus beneficiis, vel defensus tristibus temporibus, vel ornatus secundis, necesse est vt sim totus vester, & eē debeam: cum præsertim matris tuæ grauissimæ, atq; optimæ fœminæ maiora erga salutem, dignitatemq; meam studia, q̄ erant a muliere postulanda, perspexerim. Quapropter a te peto maiorem in modū, vt me absentem diligas, atq; defendas. Vale.

M.T.C. Procos. M. Marcello Collegę S.P.D. 9

MArcellum tuū Cos. factū, teq; ea lętitia affectū esse, quā maxime optasti, mirum in modū gaudeo: idq; cū ipsius causa, tū q; te oībus secūdissimis rebus dignissimū iudico: cuius erga me singularem beneuolentiā vel in labore meo, vel in honore pspexi: totā deniq; domū vrām vel salutis, vel dignitatis meæ studiosissimā, cupidissimamq; cognoui. Quare gratum mihi feceris, si vxori tuæ Iuniæ grauissimæ, atq; optimæ fœminæ meis verbis eris gratulatus. A te id, quod consuesti, peto, me absentem diligas, atq; defendas. Vale.

ASCEN. MArcellum. Gratulatus est M. Marcello fratri, & Caio Marcello consuli. nunc aūt gratulatur vt perspicio vtriusq; patri dicens. ¶ Ego gaudeo mirū in modum Marcellū tuum.s.filium esse factū consulem, & te affectū esse ea lætitia, quā optasti maxime: idq; sup. facio: tum.i.pariter causa ipsius.s.Caii Marcelli: tum q; iudico te dignissimū oībus rebus secūdissimis.i.psperissimis te dico cuius pspexi bñuolentiā singularem erga me vel in labore.i.aduersitate: vel in honore meo, deniq; cognoui totam domū vrām studiosissimā, & cupidissimam vel salutis.s.in labore vel dignitatis meæ, s.in honore. ¶ Quare tu feceris mihi gratum: si gratulatus eris verbis meis Iuniæ vxori tuæ fœminæ grauissimæ atq; optimæ.s.de consulatu filii. ¶ Ego peto a te id quod suesti.i.suetus es: vt diligas atq; defendas me absentem. Quia in superiori dixit se matri consulis debere, quā nunc coniugem dicit, certum est q; patri non fratri gratulatur. Vale.

HVB. QVando id. Rogat. Cice. C. Marcellum consulem designatum, vt quando accidit habere magistratū, cum ei prodesse potest: curet vt senatusconsultum honorificentissimum de eo fiat, vt ei faueat, & in supplicatione decernenda, & in cæteris rebus, quod eum facere debere multis causis probat. ¶ Quando. quoniam. Marcellorū, & Marcellinorum, erant hæ duæ inter se cognatæ familiæ nobilissimæ. ¶ Quando ergo. repetit, quoniam erat obscuꝝ addere & post parenthesim. ¶ In q. consulatum. ¶ Incideret. deueniret: id est in quo cōsulatu tuo ageretur de rebus meis gestis, & honore meo. ¶ Non aspernante. id est consentiente, Lipto te vt munera nec sperno. ¶ Faciendum. decernendum & scribendum de me honorando.

Incidere

M.C. Imp. C. Marcello C.F. Cos. S.P.D. 10

QVādo id accidit, qđ mihi maxīe fuit optatū, vt oīum Marcelloꝝ, Marcellinoꝝ ēt (mirificus enim generis, ac nominis vestri fuit erga me semp aius) qñ ergo ita accidit, vt oīum vestrum studio tuus cōsulatus satisfacere posset, in quem meæ res gestæ, lausq;, & honor earum potissimū incideret: peto a te id, qđ facillimū factu sit, nō aspernante, vt confido, senatu vt quam honorificentissimum S.C. literis meis recitatis faciendum cures.

ASCEN. QVando. Rogat vt sibi promisit in honore decernendo, cum quia consul sit possit, & quia necessarius debeat, dicens. ¶ Quando.i.qm̄ id quod fuit optatum mihi maxime, accidit.i.euenit vt consulatus tuus possit satisfacere studio omnium Marcellorum, & etiam Marcellinorū, animus.n.nominis ac generis vestri fuit semper mirificus, erga me, quando erga ita accidit, vt consulatus tuus posset satisfacere studio omnium vestrum, in quem.s.consulatum res meæ gestæ.s.in prouincia sup. inciderant: & laus & honor earum: incideret potissimū, peto a te id qđ sit facillimū factu.i.vt fiat: senatu, vt ɔfido non aspernante, vt lrīs meis recitatis, i. postq̄ erunt recitatę, cures senatusconsultum, i. decretum de honore meo, faciendū, i. vt fiat quā honorificentissimū,

HVB. ¶ Si esset minus tecum.i.minus amicitiae haberem tecum quam cum omnibus tuis. ¶ Frater M.Marcel. ¶ Cõcessisti cuiquam.fuisti inferior quoquam. ¶ Existimationem.authoritatem.

ASCEN. ¶ Si minus.s.necessitudinis & amicitiae esset mihi tecũ q̃ est cum oĩbus tuis.s.cõsanguineis.allegarẽ.i.intercessores mitterem ad te oẽs a quibus intelligis me diligi pcipue. Bñficia patris tui sunt amplissima in me. ¶ Ego arbitror neminem.i.nullum hoĩem esse, qui ignoret quãti frater tuus.s.Marcus, me faciat.s.modo. ¶ Est.n.psentis subiunctiui, & fecerit semper. ¶ Denique tota domus.i.familia tua psecuta est me semper oĩbus summis officiis. ¶ Neque vero tu cõcessisti.i.locũ dedisti cuiquam tuorum.s.parentum, in diligendo me, quare peto a te, vt velis me esse per te.i.tuo decreto: q̃ amãtissimũ.i.summis honorib⁹, vt sunt supplicatio & triũphus, & putes existimationẽ.i.reputatione meam esse satis cõmendatã tibi, & in supplicatione decernenda, & in cęteris reb⁹. Vale.

Si mihi tecum minus esset, q̃ est cũ tuis oĩbus, allegarẽ ad te illos, a quibus intelligis me praecipue diligi. Patris tui beneficia in me sunt amplissima, neque.n.saluti meae, neque honori amicior q̃squã dici potest. Frater tuus quanti me faciat, semperque fecerit, eẽ hoĩem, qui ignoret, arbitror neminẽ. Domus tua denique tota me semp oĩbus summis officiis psecuta ẽ. Neque vero tu in me diligẽdo cuiq̃ cõcessisti tuorum. Quare a te peto maiorẽ in modũ, vt me p te q̃ornatissimũ velis eẽ, meãque & in supplicatõe decernẽda, & in caeteris reb⁹ existimationẽ satis tibi esse cõmendatã putes. Vale.

HVB. Qvantae. C.Marce. superiore epistola a Cice. rogatus vt ei faueret in dignitate sua, id fecerat diligentissime. Itaque Cic. fatetur se ei obligatum, & propter hãc causam & propter alias, quas enumerat. Postremo dicit se propediem venturum, nisi a ventis impedita fuerit nauigatio sua. ¶ Idem talis. ¶ Res. effectus, quia te fauente decretae erant mihi supplicationes. ¶ Tantum. tam magnum & difficile. ¶ Ita tanto consilio & diligentia. ¶ Ii. tales. ¶ Ethesias. ventos: de quibus diximus libro .ii. in epistola, quae incipit, Non potuit accuratius, in fine.

Res · *Ethesias*

M.T.C. Imp. C. Marcello cos. S.P.D. 11

Qvantae tibi curę meus honos fuerit, & quã idẽ extiteris Cos. ĩ me ornãdo, & amplificãdo, q fueras semp cũ parẽtibus tuis, & cum tota domo: & si res ipsa loquebatur, cognoui tñ ex meorum oĩum lr̃is. Itaque nihil est tm̃, qd' ego nõ tua cã debeã, facturusque sim cũ studiose, tũ libẽter. Nã magni interest, cui debeas. debere aũt nemini malui, q̃ tibi, cui me cum studia cõmunia, beneficia paterna, tuaque iã añ cõiunxerant: tũ accedit, mea q̃dẽ sñia, maximũ vinculũ, qd ita R.P. geris, atque gessisti, q̃ mihi charius nihil est, vt q̃tũ tibi oẽs boni debeãt, quo minus tãtundẽ ego vnus debeã, nõ recusem. Quamobrẽ tibi velim ii sint exitus, quos mereris, & quos fore cõfido. Ego, si me nauigatio nõ morabitur, q̃ incurrebat in ipsas Etesias, propediẽ te, vt spero, videbo. Vale.

ASCEN. Qvantae &c. Fatetur gratum esse officium Marcelli & se illi deuinctum, ac demum dicit se propediem venturum nisi a vẽtis impedita fuerit nauigatio sua. Ordo est. Etsi.i.quãquam res ipsa loquebaẽ.i.satis declarabat tamen cognoui ex literis oĩum meorum, quantae curae honos meus fuerit tibi, & q̃.i.quãtum extiteris.i.fueris aut appa ruetis idem.i.eiusdẽ aĩ in mẽ ornando & amplificando consul.i.cum esses consul, q.i.qualis fueras semper cũ parentib⁹ tuis. ¶ Itaque nihil est tm̃.i.tam magnum, quod ego non debeam cã.i.in re tua, & quod ego nõ sim facturus studiose.i.diligenter ac libenter. ¶ Nam interest.i.refert magni.i.multũ cui debeas, autem.i.sed, ego nemini malui debere q̃ tibi. cũ.s.ita sit, q studia cõm, & beneficia paterna & tua cõiunxerant me iam ante.i.prius, tum.i.euidentius: quidem.i.certe, sñia mea.i.quantum sentio, maximum vinculum accessit.i.additũ est necessitudini amoris, q geris atque gessisti remp. q̃ nihil est charius mihi, ita vt non recusem quo minus.i.vt non ego debeam tibi tm̃ quantum oẽs boni. ¶ Quamobrem velim sup. vt hi.i.tales sint tibi exitus.s.cõsulatus tui, quos .i.quales mereris, & cõfido fore.i.futuros. ¶ Ego, vt spero, videbo te propediẽ, si nauigatio non morabiẽ.i.tenebit in mora me, quae.s.nauigatio icurrebat in ipsos Ethesias.s.vẽtos, qui a Strabone subsolani.i.euri dicuntur. Vale.

M.TC. Imp. L.Paulo Cos. Des. S.P.D. 12.

Et si mihi nunq̃ fuit dubiũ, qn te P.R. pro tuis summis in R.P. meritis, & pro amplissima familiae dignitate, summo studio, cunctis suffragiis Cos. facturus esset: tñ incredibili laetitia sum affectus, cum id mihi nũtiatum est: eumque honorẽ tibi deos fortunare volo, a teque ex tua, maiorumque tuorum dignitate administrari. Atque vtinã pñs illum diem mihi optatissimum videre potuissem, proque tuis amplissimis erga me studiis, atque beneficiis tibi operã meã, studiũque nauare. Quã mihi facultatẽ qñ hic nec opinatus, & improuisus prouinciae casus eripuit: tñ, vt te Cos. R.P. pro tua dignitate gerẽtem videre possim, magnopere a te peto, vt operam des, efficias, neqd mihi fiat iniuriae, neue qd tpis ad meum annuũ munus accedat. Qd si feceris, magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet. Vale.

HVB. Et si mihi. ostendit Cice. se summa laetitia affectum esse q Paulum consulem factum intellexit, & optat hũc honorem ei felicem fore. Optat autem se interfuisse, vt potuisset ei praestare operã suam. Postremo eum rogat, vt det operam nequid temporis ei prorogetur. ¶ Amplissima familiae dignitate. nam Paulorum familia a multis praeclaris viris nobilissima fuit a Paulo illo Aemilio originem ducens: quem Pythagorae discipulum fuisse arbitrantur. Ex ea familia fuit ille Paulus: qui ad Cannas gloriosissime occubuit, ne tantae reip. calamitati superesset: & ille qui Persen Macedoniae regem vicit. ¶ Cunctis suffragiis.i.omnium approbationibus. ¶ Nauare. diligenter praestare. ¶ Hic.c.qa propter imminẽtiã belli cõpulsus sum venire in puinciam. ¶ Nequid mihi fiat iniu. iniuriã sibi factam existimat: si vltra statutum tempus cogaẽ esse in puincia. ¶ Munus. officiũ procõsulatũ.

Paulorum familia · *Nauare* · *Munus*

ASCEN. Et si &c. Cratulaẽ Paulo de consulatu, dicit se velle interfuisse honoribus illius: rogans neqd tpis sibi prorogeẽ. Ordo est. Et si nunq̃ fuit dubiũ quin Po. Ro. facturus esset summo studio & cunctis suffragiis te consulem pro summis meritis tuis in rep. Et pro amplissima dignitate familiae tuae: tñ ego affectus sum incredibili laetitia cum id nuntiatum est mihi: & volo.i.opto deos fortunare.i.fecũdare tibi eum honorem.i.honorificũ magistratũ. & administrari a te ex dignitate tua.i.sm dignitatẽ tuam & maiorum tuorum. ¶ Atque vtinã ego pñs potuissem videre illum diem.s.comitiorum optatissimum, atque nauare.i.copiose impendere tibi operam mea & studium.s.meum pro amplissimis studiis tuis erga me. ¶ Quã facultatem, qñ.i.qm̃, hic casus.i.fortuitus aditus prouinciae nec opinatus & improuisus eripuit mihi, tamen peto magnope a te vt des opam: & efficias neqd iniuriae fiat mihi, neue qd.i.aliqd tpis, accedat.i.addatur ad munus.i.onus meũ annuũ.i.legitime dũtaxat per annũ gerendũ, vt possim videre te cõsulem gerẽtẽ rẽp. pro dignitate tua, quod si feceris magnus cumulus.i.magnũ incrementũ, accedet.i.addetur ad pristina studia tua erga me. Vale.

HVBER. MAxime. Dolet Cic. ꝙ nõ fuerit Ro. quo tẽpore Paulus petiuit consulatũ, vt potuisset eum iuuare quẽadmodum ab eo adiutus est alias & in salute & in dignitate, postea vero cõmendat ei honorẽ suum, vt curet senatusconsultũ honorificẽtissimũ de rebus suis gestis decerni: sicut et supra scripsit ad Marcel. postremo neq̃d tpis sibi prorogetur: sicut & in superiori ep̃la. ¶ Rõ mi. semp fuit. qa scio te & summa moderatione, & virtute iterum petiuisse. ¶ Minus ne. minus laboris. ¶ Sed mo. fe. sensus est. Doleo qd cũ essem cõsul tu adolescens ꝑspiceris mihi studium tuum: & nũc ergo iam grauioris ætatis nõ potuerim tibi ꝑstare meu. ¶ Nescio quo fa. nescio quo infortunio: vel fatorꝝ quadam dispositione. ¶ Suppetat. sufficiat, sit. ¶ Pręter vo. excepta volũtate, q̃ semp est promptissima. ¶ Consuetudinis perpe. s. me semper ornandi. ¶ Alii. quam tu. ¶ Dignas gra. supplicatione, in qua gratulemus diis. Vale. Max. lib. 1. c. 1. Prisco etiam instituto opa dat̃ cũ aliq̃d cõmendandũ ꝓcatione, cũ exposcendũ voto cum soluendũ gratulatione. ¶ Ad co. Mar. intelligit ad quem supra scripsit. ¶ Procurationẽ. tutelã defensionem.

Suppetat

M.T.C. Imp. L. Paulo Cos. S.P.D. 13.

MAxime mihi, fuit optatum, Romæ esse tecũ multas ob causas, sed ꝓcipue vt & in petendo, & in gerendo cõsulatu, meũ tibi debitũ studiũ ꝑspicere posses. Ac petitionis q̃dem tuæ ratio mihi semp fuit explorata: sed tñ nauare operam volebã. In cõsulatu vero cupio eq̃dem te minus habere negocii: sed moleste fero me Cos. tuũ studiũ adolescentis perspexisse, te meum, cum id ætatis sim, perspicere nõ posse. Sed ita fato nescio quo contigisse arbitror, vt tibi ad me ornandum semper detur facultas, mihi ad remunerãdũ nihil suppetat ꝑter voluntatem. Ornasti cõsulatum: ornasti reditum meum. Incidit meũ tp̃s rerꝝ gerendarum in ip̃m consulatũ tuũ. Itaq; cũ & tua summa amplitudo, & dignitas, & meus magnus honos, magnaq; existimatio postulare videatur, vt a te pluribus verbis contẽdam, ac petã, vt quã honorificentissimũ S.C. de meis rebus gestis faciedũ cures: nõ audeo vehemẽter a te contẽdere, ne aut ip̃e tuæ perpetuæ consuetudinis erga me oblitus esse videar, aut te oblitũ putẽ. Quare vt te velle arbitror, ita faciã: atq; ab eo, quem oẽs gẽtes sciunt de me optime meritũ, breuiter petã. Si alii Coss. essẽt, ad te potissimũ Paule mittere, vt eos mihi quamamicissimos redderes. nũc cũ tua summa potestas, sũmaq; authoritas, notaq; oibus nostra necessitudo sit: vehemẽter te rogo, vt & quamhonorificẽtissime cures decernendũ de meis rebus gestis, & q̃celerrime. Dignas res eẽ & honore, & gratulatione, cognosces ex iis lr̃is, q̃s ad te, & collegã, & senatũ publice misi: oiumq; mearum reliquarꝝ rerꝝ, maximeq; existimationis meę procurationẽ susceptã velim heas: in primisq; tibi curę sit, q̃d abs te superioribus quoq; literis petiui, ne mihi tẽpus prorogetur. Cupio te Cos. videre, oiaq;, quæ spero, cũ absens, tum etiam præsens te Cos. assequi. Vale.

ASCEN. MAxime mihi &c. Iterum se dolore dicit, ꝙ non fuerit Romæ, cum Paulus consulatũ peteret, vt ei auxilio fuisse potuisset. Deinde cõmendat ei honorẽ suũ in senatuscõsulto hñdo: & demũ rogat ne ꝓuincia sibi prorogetur. Ordo est. O Paule. Optatũ fuit maxime mihi. i. a me, eẽ tecũ Romæ ob multas cãs: sed ꝓcipue: vt posses ꝑspicere studiũ meũ debitũ tibi: in petẽdo & gerẽdo consulatu. i. dum peteres & gereres ꝯsulatũ. ¶ At rõ. i. ratificatio q̃dem petitionis tuæ: fuit semp explorata mihi, sed tñ volebã. i. optabã nauare operã. i. tibi impendere magnũ auxiliũ. ¶ Vero. i. sed: cupio eq̃dẽ te hr̃e minus negocii. i. difficultatis in cõsulatu. i. gerẽdo: sed fero moleste: me ꝯsulẽ. i. cũ essem ꝯsul perspexisse studiũ tuũ. i. diligentẽ fauorẽ in me adolescẽtis. i. cũ esses adhuc adolescẽs: & te nõ posse ꝑspicere studiũ meũ. s. in te cũ sim id ætatis. i. ea ætate: hoc est tã senex, figurate dr̃ id ætatis sicut id genus pro eius gñis. Sed arbitror ꝯtigisse nescio quo fato. i. deorꝝ ordinatiõe: ita vt facultas det̃ tibi semp ad ornãdũ me, & nihil suppetat. i. facultatis sit: ad remunerãdũ ꝑter volũtatẽ. Tu ornasti ꝯsulatũ meũ: ornasti reditũ meũ, qa. Meum tp̃s rerꝝ gerẽdarꝝ. i. quo res gessi. s. ꝓclaras in Cilicia: incidi in ip̃m ꝯsulatũ tuũ. ¶ Itaq; cũ sũma amplitudo & dignitas tua, & magnus honos meus, & magna existimatio. i. reputatio de me, videat̃ postulare vt contẽdã ac peterẽ a te plurimis verbis: aut cures senatuscõsultũ. i. decretũ senatus sup ea re cõsulti: faciẽdũ. i. vt fiat: q̃honorificentissimũ de rebus gestis meis, nõ audeo cõtendere. i. exigere vehemẽter a te: ne aut ipse. i. egomet videar oblitus esse, aut putem te oblitũ esse, ꝑpetuæ ꝯsuetudinis tuæ erga me. Quare ego faciã ita: vt arbitror te velle, atq; petã breuiter ab eo, hoc est a te, quẽ oẽs gẽtes sciũt meritũ optime de me. ¶ Iõ ergo breuiter: qa quẽ sp munificũ in nos ꝑspeximus: nõ opus e multis verbis vrgere, ingeniose ergo, vt semp petit. ¶ Si alii essent ꝯsules o Paule ego mitterẽ. i. nuntios & lr̃as potissimũ ad te, vt redderes eos q̃amicissimos mihi: nunc cũ summa ptãs & sũma authoritas tua, & necessitudo nr̃a nota sit oibus: rogo te vehemẽter, vt cures decernendũ q̃honorificentissime de rebus meis gestis & q̃celerrime. i. valde cito tu cognosces res eẽ dignas & honore & gratulatione ex iis lr̃is, quas misi publice ad te & collegã. s. cõsulẽ. s. C. Marcellũ & ad senatũ, & velim sup. vt hẽas susceptã. i. suscipias ꝓcurationẽ oium reliquarꝝ rerꝝ mearꝝ: & maxime. i. ꝓcipue existimationis meæ. i. famæ meæ: vbi meæ vr̃ passiue poni, inest tñ vis possidendi quæuis, & sup. vt curæ sit tibi in primis quod petiui quoq;. i. etiã lr̃is supioribus abs te, ne tp̃s prorogetur. i. extendat̃ mihi. i. in administratiõe prouinciæ meæ. Cupio videre te ꝯsulem, & asseq; omnia te consule tum absens. s. supplicationem: tum præsens. i. triumphum. Vale.

Id ætatis

M.T.C. Cassio Proquæs. S.P.D. 14.

MArcum Fabium, ꝙ mihi amicum tua commendatione das, nullũ in eo facio quæstũ,

HVBER. MArcũ Fabiũ. Ante tp̃a bellorꝝ ciuiliũ scripta est hæc ep̃la, cũ Ci. Ciliciæ ꝑesset. primũ aũt pollicet̃ se oia studiose facturꝝ ꝓ M. Fabio, quẽ Cassius ei cõmẽdauerat, sui aũt in eũ officii multas cãs cõmemorat: postea vero enumerat aliquot causas, q̃bus dicit se optasse potuisse videre ipsum Cassiũ añq̃ ex ꝓuincia discederet. expõit aũt q̃d sentiat de eius aduẽtu ad vrbẽ. ¶ Postremo ab eo petit, vt oẽm opam & diligẽtiã adhibeat, ne q̃d tpis ad eã ꝓuinciã sibi ꝓroget̃. & cõmemorat Ci. q̃sdã cãs amicitiæ & bñuolẽtię inter se: & Cassiũ q̃d: qa. ¶ Nullũ in eo fa. q. hũc locũ scio a multis nõ itelligi q̃ ita exponũt nullũ lucrũ facio: qa nõ exigo ab eo pecuniã, quã mihi debet: sed hæc verba lõge alr̃ sonant: est ergo sensus huius clã̃æ hic, ꝙ cõmendatione tua tradis mihi amicũ M. Fabiũ nihil lucror de eo mihi. Tua cõ. dato amico: qa iã mľtis ãnis erat meꝰ. tũc. n. lucramur q̃ñ aliq̃s q̃ ñ soleret eẽ amicꝰ dat̃ nobis aicꝰ sicut cũ dat̃ nobis aliq̃d, q̃d nõ eẽt nr̃m, cũ. n. dat̃ nobis, q̃d erat nr̃m, nihil i eo lucri facimꝰ.

ASCEN. MArcũ &c. Scripta est hæc epistola ante bella ciuilia, cũ Cicero Ciliciæ præesset. Pollicet̃ itaq; primum se oia studiosissime facturꝝ pro M. Fabio sibi a Cas. commendato. Exponit etiam, quid sentiat de reditu suo in vrbem. Postremo ab eo petit, vt diligentissime curet nequid temporis sibi prorogetur. Ordo est. Ego nullum quæstum: id est lucrum facio in eo ꝙ das: id est efficis tua commendatione Marcum Fabium amicum mihi.

HVBER.

¶In ære meo. est translatio sumpta a nummis. i. iam multis annis est meus & a me vt ita dicã possideť. ¶Profecerũt value runt multũ, vt esset mihi cõmendatus. ¶Aius ipsius erga te. i. plus tñ habui cõmendatũ ea cã, φ cognoui eũ esse amãtissi mo in te aio. ¶Tanto inter. tanto spatio tpis. nam iãdiu te non vidi. ¶Deinde. secũda cã. ¶Gratulari. de victoria tua & rebus bñ gestis in ꝓuinciamnam supra lib. ii. sic scripsit Ci. ad M. Coel. Cæs. nř quod mihi magnæ voluptati fuit, feliciter ab Antiochia hostẽ reiecerat. ¶Cõicaremus. cõitet & simul colloq̃remur. ¶Postremo. vltimo. ¶Interruptam. itermissam. Virg. Pendent opa interrupta, minæq; Muroꝝ ingentes. ¶Id. vt potueris mecũ venire. ¶Bono. cõmodo. ¶Consequemur. cõparabimus. s. per lĩas. ¶Scilicet. certe: affirmatiua. n. particula est. ¶Fructus. voluptas. ¶Alter. fructus. ¶Exilior, tenuior mitior. ¶Quas ge. reiectis Parthis ab Antiochia: namq dñt intelligi res gestas a Cas. in Syria cõtra Dolab. non aduertunt historiã peruerti, cũ Ci. præfuerit ꝓuinciæ ante mortẽ Cæ. & quæ Cas. egit cõtra Dola. in Syria fuerint Cæs. iam occiso: vt visum est lib. xii. ¶Gratia. bñuolentia. ¶Conficiamus idem lĩis. cõicemus per lĩas de rebus nostris. ¶Quæ re. s. Romæ. i. qui agebanť Ro. cũ ego discessi. ¶Tranquilla de te, et. quieta: qd nõ multũ de te loquebanť hoies. ¶Recenti. noua. ¶Clarum. illustrem oibus notũ. qñ. n. aliquis vir in patriam aduenit magnis rebus gestis, oẽs de eo loquunť. ¶Siqua. s. o. t. i. si tui quos tecum habes aliquid ageret, qd tibi sit defendendũ. ¶Sustinere. defendere. ¶Maiora. q̃ tu sustinere possis. ¶Alienissimum. incõmodissimũ. ¶Cadat. icidat. ¶Tuũ. quã scis q tibi tuoꝝ onera sint. ¶Populare. fauorabile. ¶Non po. sustinere. ¶Facilius. si esses Romæ & audires: intelligimus aũt aliqd minus bene factũ fuisse ab iis, qui erãt cum Cassio. quod ei minus bonã famã: apud hoies faceret. ¶Neruos. vires: tractum est ab Eunucho Ter. Vbi tu neruos intẽdas tuos. ex hoc aũt loco. Cice. possumus intelligere apud Ter. nõ esse obscœne intelligendũ, vt qdã male sentiunt. ¶Annuã. administrationẽ vnius anni. ¶Contendo. efflagito. ¶Fortunas meas. oia mea. ¶Paulum. consulẽ. quẽ supra vidimus ẽt a Cic. de hac re rogatũ. ¶Curio. ad quẽ libr. ii. de hac re scripsit epistola, q̃ incipit. Sera gratulatio. ¶De qua cõfirmatione nostræ amicitiæ. ¶Appetisti spõte optasti amicũ. ¶Duxi. existimaui. ¶Ornamento. honori. ¶Præsidio. adiumẽto. ¶Tristissimis temporibꝰ. exilii mei, cũ vt restituerer in patriam mihi fauisti. ¶Tuo. tibi sanguine coniuncto. ¶Vestro. tuo & Bruti. ¶Continuo. statim vt meas acceperis. ¶Quam sæpissime mittas literas.

Scilicet

Fructus

Clarus

Populare

Neruos

multi enim anni sunt, cum ille in ære meo est, & a me diligitur pp summã suam humanitatẽ, & obseruantiã. Sed tñ, φ ab eo egregie diligereris, multo amicior ei sum factus. Itaq; quanquam profecerunt literæ tuæ: tamen aliquanto plus commendationis apud me habuit animus ipsius erga te mihi perspectus, & cognitus. Sed de Fabio faciemus studiose, quæ rogas. Tu multis de causis vellem me cõuenire potuisses: Primũ vt te, quem iandiu plurimi facio, tanto interuallo viderem: Deinde vt tibi, quod feci per literas, possem præsens gratulari: Tum vt qbus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos cõmunicaremus. Postremo vt amicitia nostra, quæ summis officiis ab vtroq; culta est, sed longis interuallis temporum interruptã consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius. Id quando non accidit, vtemur bono literarum, & eadẽ fere absentes, quæ si coram essemus, consequemur. Vnus. s. ille fructus, qui in te videndo est, percipi literis non potest. Alter gratulationis est, & is quidem exilior, q̃ si tibi, te ipsum intuens, gratularer. Sed tamen & feci ante, & facio nunc, tibiq; cum pro rerum magnitudine, quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, φ te de prouincia decedentem summa laus, & sũma gratia prouinciæ prosecuta est. Tertium est, vt id, quod de nostris rebus coram communicassemus inter nos, conficiamus idem literis. Ego cæterarum rerum causa tibi Romam properandum magnopere censeo. Nam & ea, quæ reliqui, tranquilla de te erant: & hac tua recenti victoria tanta clarum aduentum tuum fore intelligo. sed siquæ sunt onera tuorum, si tanta sunt, vt ea sustinere possis, nihil tibi erit lautius, nihil gloriosius: Sin maiora, consydera, ne in alienissimum tempus cadat aduentus tuus. Huius rei totum consilium tuum est. Tu enim scis, quid sustinere possis. Si potes, laudabile, atq; populare est: Sin plane non potes absens hominum sermones facilius sustinebis. De me autem idem tecum his ago literis, quod superioribus egi, vt omneis tuos neruos in eo contendas, nequid mihi ad hanc prouinciam, quam & senatus, & Po. annuam esse voluit, temporis prorogetur. Hoc a te ita contendo, vt in eo fortunas meas positas putem. Habes Paulum nostrum nostri cupidissimum: est Curio: est Furnius, sic velim enitare, quasi in eo sint mihi omnia. Extremum illud est de iis, quæ proposueram, confirmatio nostræ amicitiæ de qua pluribus verbis nihil opus est. Tu puer me appetisti: ego autem semper ornamento te mihi fore duxi. Fuisti etiam præsidio tristissimis meis temporibus. Accessit post tuum discessum familiaritas mihi cum Bruto tuo maxima. Itaq; in vestro ingenio, & industria mihi plurimum & suauitatis, & dignitatis constitutum puto. Id tu vt tuo studio confirmes, te vehementer rogo, literasq; ad me & continuo mittas, & cũ Romam veneris, quamsæpissime. Vale.

ASCEN.

¶Multi enim anni sunt cũ. i. post quos, ille est in ære meo. i. meus: & diligitur a me pp summam humanitatem & obseruantiam eius. s. in me. ¶Sed factus sum multo amicior ei: φ. i. qa diligereris egregie ab eo. ¶Itaq; q̃q̃ lĩæ tuæ profecerunt: tamen animus ipsius erga te ꝑspectus & cognitus, habuit plus aliquãto cõmẽdationis apud me. ¶Sed nos faciemus studiose ea, quę rogas de Fabio: velles de multis causis. i. ob multas causas sup. vt tu potuisses conuenire. i. adire me. Primũ vt viderem tanto interuallo. i. post tm̃ interuallũ te: quem facio plurimi iandiu. Deinde vt quod feci per lĩas possem. s. facere pñs, hoc est gratulari tibi. tum. i. tertio loco. vt cõicaremus inter nos de quibus rebus vellemus: tu supp. communicares de tuis: & ego sup. cõicarem de meis. Postremo vt amicitia nostra, quæ culta est ab vtroq;. s. nostrũ: summis officiis: sed habuit consuetudinem interruptam longis interuallis temporis, cõfirmaretur vehementius. ¶Quando. i. quoniam id. s. nos conuenisse non accidit vtemur bono. i. vtilitate literaꝝ: & ꝯsequemur. i. obtinebimus fere eadem abñtes, quæ. s. cõsecuti essemus si essemus corã. i. præsentes. ¶Scilicet cur fere dixerim quia ille vnus fructus. i. ea vna voluptas, quę est in te videndo: non põt percipi literis alter. s. fructus est gratulationis: & is quidẽ exilior. i. minor est: q̃ si gratularer tibi intuens teipsum. ¶Sed tamen & feci antea, & facio nunc, q; pro & gratulor tibi. cum. s. ita sit φ pro magnitudine rerũ quas gessisti. s. reiiciẽdo Parthos Antiochia: tum pro opportunitate temporis, φ summa laus, & summa gratia prouinciæ prosecuta est te decedentẽ de prouincia. Tertiũ est, vt idem cõficiam. i. transigã literis: id quod communicassemus coram inter nos de rebus nostris. Ego censeo properãdũ esse tibi Romã cã cetterarum: melius q̃ cæterarum rerũ. ¶Nam & ea quæ reliqui. s. exiens in Cilicia. erunt tran/

quilla.i.quieta de te.i.nihil maledicebaẽ.& intelligo aduentũ tuum.fore tam clarum:hac victoria tua recenti. ¶ Sed siq̃ sunt onera tuorum:aut necessariorum,aut militũ si sup.ea tanta.s.dũtaxat:vt possis sustinere.i.portare ꝯtra impetũ ppli ea,prope.i.quasi nihil lautius.i.splẽdidius:aut gloriosius erit tibi.s.q̃ ea sustinere.Sin.i.si sup.sunt maiora,q̃ vt sustinere possis,considera ne aduentus tuus cadat in tp̃s alienissimũ.i.quo pp tuorum culpa in P.R.sit maxime infensus. Cõsiliũ huius rei est totum tuum. ¶ Tu enim scis quid possis sustinere,si potes sup.sustinere:est laudabile atq; populare.i.plausibile populo. ¶ Sin plane nõ potes.s.sustinere pñs,tu sustinebis facilius absens sermones hominum. Autem.i.sed:ego ago de me:tecum his lr̃is idem,quod egi superioribus,vt cõtendas.s.reuersus,oẽs neruos tuos.i.vires in eo, neqd temporis prorogeẽ.i.addaẽ mihi ad hanc prouinciã,quã & senatus & populus volunt esse annuam.i.durare annũ. ¶ Ego cõtendo .i.exigo a te hoc.s.non prorogari imperium:vt putem fortunas meas.i.oẽs facultates positas sup.esse in eo. Tu habes.s. Formiæ Paulum.s.cõsulem nr̃m.i.cõem amicum cupidissimum nostri.Curio est supp.tibi: Furnius est tibi.i.habes eos. ¶ Ego velim errare in eo sic,quasi oia mea sint in eo.Extremum de iis quæ proposueram est illud videlicet confirmatio amicitiæ nostræ,de qua nihil opus est pluribus verbis. ¶ Tu puer.i.cum esses adhuc puer appetisti me.i.consuetudinem meam. ¶ Ego aũt duxi.i.iudicaui:semp te fore mihi ornamento:tu fuisti etiam.i.insuper p̃sidio.i.ptectioni & custodiæ: tp̃ibus meis tristissimis.s.quãdo exulaui. Familiaritas mihi maxima,cũ Bruto tuo.s.ppinquo,accessit.i.addita est: post discessum suũ.s.in ꝓuinciã.Itaq; ego puto plurimũ & suauitatis,& dignitatis ꝯstitutũ mihi igenio vestro.s.tuo & Bruti:& in industria sup.vestra.Rogo vehemẽter vt tu confirmes.i.stabilias id.i.eam spem meam,studio.i.fauorabili animi tuo & vt mittas literas ad me:&.i.pariter continuo.s.his lectis & quamsæpissime cũ veneris Romam. Vale.

HVB.

ET si vterq;.Exponit Cic.hac epistola,quæ sñia fuerit sua de exitu bellorũ ciuilium inter Cæ.& Põp.& quid alii arbitrarenẽ.Deinde se non potuisse ad Cæs.venire quẽadmodũ festinauerat. ¶ Itaq; petit a Cassio:vt ad se scribat quid sentiat:quid expectãdum: quid agendum putet. ¶ Abesse.discedere. ¶ Pertinacia.pseuerantia. ¶ Belli.ciuilis. ¶ Quando,qñ. ¶ Princeps.primus author & suasor: quia vt supra alio loco visum est quidã appellebant Cic.tubã ciuilis belli. ¶ Præstare.in consulendo & hortando. ¶ Mecum.intra me:in aio meo. ¶ Diffiniri.determinari:vtrũ rectũ fuerit an non. ¶ Vno prælio.vno conflictu, quo posset cognosci, vtrũ recte iudicassemus,an non. ¶ Imminutã.priuatam aliq̃ parte tuæ dignitatis. ¶ Ego aũt.oñdit suam sẽiam ꝯtrariam esse supiori,qa melius sit rempu.esse iminutã q̃ oino deletã: qa si aliqd remaneret,esset aliq̃ spes,si oino interiisset: nulla oino spes esset. ¶ Ex re.i.ex aliqua particula q̃ remaneret de rep. ¶ Di.p̃dicare futura. ¶ Cum es.ho.qbus futura omnino sunt abscondita. ¶ Fat.qd quasi fata instituissent. ¶ Cõi sa. pareẽdo victis:& seruando oẽs. ¶ Suæ sa.s.vellent cõsulere diffidentes a ptinacia belli. ¶ Vtrũq;.qd victores cõsulerent saluti cõi:& victi suæ. ¶ In ce.victoris,si victor celeriter fecisset. ¶ Quç.celeritas. ¶ Africa.i.ii.qui in Africã se recepunt intelligit Ca.qui ad Iubam se receperat. ¶ Asia & A.vbi victus pepercit. ¶ Ipso le.ac.dep̃ca.i.ipso victore legato ac dep̃caute vt clementiã eius expiri vellemus. ¶ Interpositis an. Interpositio.n.tp̃is facit, vt mutenẽ opiniones. ¶ Fortuna. quæ vĩ aduersari oibus cœptis nostris & conatibus. ¶ Nescio.q.per contemptũ dixit. Pharnacem.filiũ Mithridatis, hoc est nomẽ in ax penultimã corripit:cũ reliqua ꝓducant. ¶ Eã p.Cæsarianã. ¶ Currentẽ vt.a.prouerbialiter dixit.& translatũ ab equo.i.optime dispositũ. ¶ Absum.qa non venit in Italiam. ¶ Author,Cæ.q potest eius querelis mederi. ¶ Magni er.lit.tuæ.i.magnifaciã lr̃as tuas. ¶ Luceria vrbe.

Definiri

Imminuo

Diuinare

Parnax

ASCEN.

ET si vterq; &c.Declarat sñiam suã de exitu bellorũ ciuiliũ inter Cæsarẽ & Pompeiũ:& quid alii arbitrarenẽ, deinde scribit se non potuisse ad Cæsarem venire,quẽadmodum festinauerat.Itaq; petit a Cassio,vt ad se scribat quid sentiat,& quid expectandum,& quid agendũ putet. Ordo est.Etsi vterq; nostrum voluit abesse a pertinacia necessaria belli.s.ciuilis contra Cæsarẽ:spe pacis.s.cum Cæsare ineundæ & odio sanguinis.i.effusione sanguinis ciuilis, tñ qñ.i.qñ ego videor fuisse princeps.i.primus & p̃cipuus authore eius consiliis:ipse.i.ego debeo præstari.exhibere: plus q̃ expectare aut expetere a te. ¶ Etsi,vt soleo recordare sæpe mecũ:sermo familiaris meus tecum & tuus item.i.silr: mecũ:adduxit vtrunq; nostrũ ad id ꝯsilium: vt putaremus ꝯuenire.i.decedere:si.i.licet nõ totã cãm,at certe.i.sed saltẽ iudiciũ nr̃m diffiniri.i.ad alterã ptẽ adduci:vno p̃lio neque quis q̃ rep̃hendit vnq̃ vere.i.iuste hanc sñiam nostrã. Prætereo sup.eos q arbitranẽ melius esse rẽp.deleri oino,q̃ manere.s.inesse imunutã & debilitatã. ¶ Ego aũt nullã spem ꝓponebã.s.i.certe mihi ex interitu eius.s.reip.& ꝓponebã magnam spem

M.Cicero S.D.C.Cassio. 15

ET si vterq; nostrũ spe pacis,& odio ciuilis sanguinis abesse a belli necessaria ptinacia voluit:tñ qñ eius cõsilii priceps ego fuisse videor,plus fortasse tibi præstare ipse debeo,q̃ a te expectare.Etsi,vt sæpe soleo mecum recordari,sermo familiaris meus tecũ,& itẽ mecũ tuus adduxit vtrunq; nostrum ad id consiliũ,vt vno p̃lio putaremus si nõ totã cãm,at certe nostrum iudiciũ definiri cõuenire.neq; q̃squam hanc nostram sñiam vere vnq̃ reprehendit. Prætereo,q arbitrantur melius esse deleri oĩno R.P.q̃ imminutã,& debilitatã manere.Ego aũt ex interitu eius nullã spem.s.mihi proponebam:ex reliquiis magnam.Sed ea sunt cõsecuta,vt magis mirum fit accidere illa potuisse,q̃ nos nõ vidisse ea futura,nec,cũ hoĩes essemus,diuinare potuisse. Equidẽ:fateor meã coniecturã hanc fuisse,vt illo q̃si quodã fatali prælio facto,& victores cõi saluti consulere vellent,& victi suæ.vtrunq; aũt positũ esse arbitrabar in celeritate victoris. Quæ si fuisset,eandẽ clementiam experta eẽt Africa,quã cognouit Asia,quã etiam Achaia,& vt opinor,ipso legato,& dep̃catore. Amissis aũt tẽporibus,q plurimũ valent,p̃sertim in bellis ciuilibus,interpositus annus alios induxit,vt victoriã sperarẽt,alios vt ipsum vinci cõtemnerẽt.atq; horum malorũ oium culpam fortuna sustinet. Quis enim aut Alexandrini belli tantam morã huic bello adiunctũ iri,aut nescio quẽ istũ Pharnacẽ Asiæ terrorẽ illaturũ putaret:Nos tamẽ in cõsilio pari,casu dissimili vsi sumus. Tu enim eã partem petisti,vt & consiliis interesses,& quod maxime curam leuat,futura aĩo perspicere posses: Ego,qui festinaui,vt Cæsarẽ in Italia viderem(sic.n.arbitramur)eumq; multis honestissimis viris conseruatis redeuntem,ad pacem currentem,vt aiunt,incitarem,ab illo longissime & absum & absui.versor autem in gemitu Italiæ,& in vrbis miserrimis querelis: quibus aliquid opis fortasse ego pro mea,tu pro tua,pro sua quisq; parte ferre potuisset,si author affuisset. Quare velim pro tua erga me perpetua beneuolentia,scribas ad me quid videas,qd sentias,quid expectandum,qd agendũ nobis existimes. Magni erunt mihi tuæ literæ.atq; vtinam primis illis,quas Luceria miseras,paruissem.sine vlla enim molestia dignitatem meam retinuissem. Vale.

QVo in discrimine. Haec epistola longe plenius q̃ praecedenti exposuit Cic. bellorum ciuilium causas & tumultum & pericula. Deinde consilia & sniam suam de iis bellis, rogatq; Tironem ne molestiam vllam capiat de iis rebus, ne impediant eis valetudinem: quam hortatur vt diligenter curet: moneq; eū postremo q̃uo nauigare debeat, nulla fere difficultas est in verbis. ¶ Discrimine. periculo. ¶ Diripiendam. vertendam in praedam. ¶ Reliquimus. quia fugimus Capuam: vbi sunt Pōp. exercitus. ¶ In eum locū in talem statum. ¶ Vt veni. postq̃ veni ¶ Omnia sen. & di. hoc etiam testatur Appia. Ci. de concordia egisse. ¶ Eos. qui boni viri habentur, notat consules: qui contradicebant omnibus: q̃ Cice. consulebat. ¶ Ariminum Pi. vrbes sunt Sennonum in, Italia iuxta sinum adriaticū. has autem vrbes primum occupauit Caesar: Luc. Vicinūq; minax inuadit Ariminū: & Sue. Picenum Vmbriam Ethruriam occupauit: ratione aūt affert Appia. cū de Octauiano loquitur: quia inde erat facilis incursus: & inuasio. & Stra. lib. v. cum dicit. Annibalem visum esse hac via. ¶ Quā sa. s. reliquerimus. ¶ Nihil attinet disp. quia cōstat & timide, & stulte nos fecisse: sed vt inquit Luca. Dā da tū venia est tantorum dāda malorum Pōpeio fugiēte timēt. ¶ Eat in Hispaniā, quā erat sortitus eo anno. ¶ Dimittantur. ne habeamus milites in Italia. ¶ Obtigerūt. forte euenerūt. ¶ His. Domitio & Cōsidio. ¶ Se traditurum. Domitio L. Domi. Caesari successor nominatus fuerat, & is Domitius. ē quē postea Caesar Corfinii i deditionē accepit atq; dimisit. ¶ Se venturum Romam ad comitia consularia. ¶ Trinūdinū. nundinae dies erat s̃m Festum feriarum, quo populus ad vrbem mercandi causa cōueniebat. Macro. in Saturna. negat nundinas fuisse ferias, sed Romanos instituisse nūdinas, & octo quidē diebus in agris rustici opus facerent: nono aūt intermisso rure ad mercatū legesq; accipiēdas Romā venirent: vt scita atq; cōsulta frequentiore populo referrentur: q̃ trinūdino die praeposita a singulis atq; vniuersis facile notabantur: vnde etiā mos tractus: vt leges trinūdino die ꝓmulgarentur, ea re ēt candidatis visus fuit in comitiū nundinis venire, & in colle cōsistere. vnde corā possent ab vniuersis videri, sed haec oīa diligētius & haberi cepta & post abolita postq̃ trinūdino etiam ob multitudinē plebis frequentes adesse ceperūt. Haec Macro. significat aūt trinūdinū aliud esse quā nūdinas, licet aperte non declarat qd sit: puto aūt esse trium dierum spatium ad habenda comitia creandorum magistratuū causa, vt verba Macro. suprapoista significant, & Liui. iii. Postq̃ vero comitia decēuiris creādis in trinūdinū indicta sunt. Laurē. tū Valla legit trinū nundinū quod minus probo. Quidā etiam accipiunt non pro spatio triū dierum: sed ꝓ loco qd tribus in locis vno die fierent comitia: probo tamē magis priorē sensum. Ex iis locis: Arimino Pisauro &c. ¶ Non honestae: qa videmur ei parere, cui debere mus imperare. ¶ Leges imponuntur. nobis a Caesa. & est ratio, quare pax nō sit honesta. ¶ Quid vis. quodlibet ēt minus honestum. ¶ Sicut sumus. in tanta perturbatione rerum & metu. ¶ Instare suis cōditiōibus. i. si noluerit seruare conditiones quas fecit, vt supra vidimus, & quas nos accepimus. ¶ Sustinere. tueri. ¶ Suis. q̃uas ipse proposuit nobis: non aūt nos ei.

Nundinae Trinūdinū

M. T. Cicero Tironi S. P. D.

QVo in discrimine versetur salus mea, & bonorū oium atq; vniuersae R. P. ex eo scire potes, qd domos nostras, & patriā ipsam vel diripiendā, vel inflāmandā reliqmus. In eū locū res deducta est, vt nisi qs deus, vel casus aliquis subuenerit, salui esse neqamus. Equidem vt veni ad vrbem, non destiti oīa & sentire, & dicere, & facere, quae ad concordiā ptinerent: sed mirus inuaserat furor nō solū improbos, sed ēt hos, qui boni habentur, vt pugnare cuperent, me clamante nihil esse bello ciuili miserius. Itaq; cum Caesar amentia quadam raperetur, & oblitus nominis, atq; honorum suorum, Ariminum, Pisaurum, Anconam, Aretiū occupasset, vrbē reliqmus: q̃ sapienter, aut q̃ fortiter, nihil attinet disputare. Quo qdem in casu simus, vides. Feruntur omnino cōditiones ab illo, vt Pōpeius eat in Hispaniā: delectus, q sunt habiti, & ꝑsidia nr̃a dimittantur: se vlteriorem Galliā Domitio, citeriorem Considio Nouiano (his enim obtigerunt) traditurum: ad consulatus petitionem se vēturum: neque iam velle absente se rationē haberi sui: se praesentem trinundinum petiturum. Accepimus conditiones, sed ita, vt remoueat praesidia ex iis locis, quae occupauit, vt sine metu de iis ipsis conditionibus Romae senatus haberi possit. Id ille si fecerit, spes est pacis, non honestae: leges enim imponuntur. sed quiduis est melius, q̃ sic esse, vt sumus. Sin autem ille suis conditionibus stare voluerit, bellum paratum est, eiusmodi tū, quod ille sustinere non possit, praesertim cū a suis conditiōibus ipse fugerit, tantum mō

ASCEN.

QVod &c. Exponit bellorum ciuilium seminaria dicens. ¶ Tu potes scire in quo discrimine salus mea & oium bonorum, atq; vniuersae reip. versetur, ex eo q reliquimus domos nostras, & patriā ipsam vel diripiendā, vel inflammandam, aduentante enim Caesare oēs fugerunt. ¶ Res est deducta in eum locū: vt nisi quis. i. aliquis deus vel casus aliqs subuenerit, nequeamus esse salui. Equidē. i. ego quidem, vt veni ad vrbem. s. ex ꝓuincia: non destiti & sentire, & dicere, & facere omnia, quae ptinerent ad concordiam. s. Caesaris & Pompeii. ¶ Sed mirus furor inuaserat. s. praecordia aut lege inarserat non solum improbos: sed etiam eos qui habentur boni: vt cuperent pugnare: me clamante nihil esse miserius bello ciuili. ¶ Itaq; cum Caesar raperetur quadā amentia: & oblitus nominis, atq; bonorum suorum, occupasset Ariminum, Pisaurum, Anconam, Aretium: nos reliquimus vrbem. s. Romam, quā. i. quātum sapienter aut quā fortiter nihil attinet disputare. i. discutere. ¶ Quo qdē &c. Ordo est. Quidē. i. certe. ¶ Est tamē expletiua cōiunctio plus ad ornatū q̃ ad sniam faciens, vt vides. i. intelligis: in quo casu nos simus. ¶ Conditiones. s. pacis, feruntur oino ab illo. s. Caesare: vt Pompeius eat. s. cum imperio: in Hispaniā, & sup. delectus. i. militum nouorum scriptiones, qui sunt habiti. q̃ iam sunt factae: & praesidia nostra. i. q̃ imposuimus vrbibus contra Caesarē, dimittant, & sup. offert: se traditurum Domitio Galliam vlteriorem. i. remotiorē ab Italia: Domitio: & sup. Considio Nouiano Galliam Citeriorē. i. viciniorem, & quae citra Alpes est. ¶ Enim. i. quia sup. dictae prouinciae obtigerunt. s. sorte his. s. duobus Domitio & Considio: & sup. se venturū ad petitionē cōsulatus: neq; i. & nō, & sup. dixit: se non velle rōnē. i. pium respectū sui. i. de se aut in se haberi se iam abs̃nte, & sup. dixit aut obtulit se: praesentē petiturum trinūdinum. i. spatiū trium dierum pro nundinis. i. dicendis &c. i. nunciandis nouis seu legibus seu festis populo ex agro in vrbem cōuocato. ¶ Nos accepimus cōditiōes. s. oblatas a Caesare: sed ita vt remoueat praesidia. i. armatos milites ad custodiā locorum fortium impositos: ex iis locis, q̃ occupauit, vt senatus possit haberi Romae: de iis ipsis conditionibus. ¶ Si ille. s. Caesar fecerit id. s. amouerit praesidia, spes est pacis. ¶ Nō. n. leges. i. conditiones pacis: honestae. i. senatui honorificae imponuntur. s. a Caesare quasi iam tunc dn̄o: sed qduis est melius q̃libet cōditio est melior q̃ esse sit vt sumus. ¶ Sin autē. i. sed si ille. s. Caesar voluerit instare. i. niti cōditionibus suis. s. non aliter admittendo pacem: bellum est paratū: tamē eiusmodi. i. tale aut tam magnū cōtra Caesarem. ¶ Quod. i. quale aut quātū sup. Caesar nō possit sustinere: ꝑsertim cū ipse fugerit. i. meticulose discesserit a cōditionibus suis: tantūmodo. i. eo solo dato.

HVBER, ❡INTERcludamus.impediamus oppone exercitus.❡Delectus.factus in Italia.❡Gallias.vlteriorē & citeriorē.❡Trāspadanos.q̄ transpadanū incolunt in Gallia cisalpina.❡Sex le.h.nō suas,sed sibi inimicissimas & aduersatis:has legiōes postea Cęsa.appellatis ptibus de rep.inualidis aūt p̄erant Petreius Afranius,& M.Varro.❡Si insa.siqd insane & furiose fecerit cōtra ea,q̄ nobiscū pactus est.❡A ter.a posteriori pte.s.a legionibus,q̄ sunt in Hispania,a tergo aūt a latere & a fronte vocabula sunt cōmode ad exercitū trāslata.❡Maximā.p.maximū dānū,translatio a corpore:qd plaga.i.pcussiōe debilitari solet.❡Labienus.is vnus ex ducibus Cęsa.in bello postq̄ vidit Cęsarē mouisse bellū aduersus patriā,eū reliqt: & ad Pōpeiū trāsiuit.❡Sceleris.impii & scelerati belli ciuilis,Luca.iusq; datū sceleri canimus.❡Multi.ex ducibus & militibus Cæ.❡Facturi.idē qd' fecit Labienus.❡Oræ ma.regioni vicinę mari.❡A For.vr.cā.i.viq; a Formiis.❡Quo quat.❡Plus va.q̄a plus obtēperauit meis exhortationibus,quia vidit me nō suscepisse aliud maius negociū cōtra se,q̄ vt seruarē illā regionē,cui p̄eram.❡Certis.q̄busdam.❡Præfuturū.facient.n.me ducē quarūda legionū.❡Noster.& gener & amicus.❡Impediant.molestiæ.n.& solicitudines solent vel impedire valetudinē,vel interdū renouare morbū,❡A.Varroni.is erat patriç vbi ęgrotabat Tiro.❡Totū.t.i.oia,q̄ ad te ptinent.❡Recepit.pmisit.❡Eo tpe.quo primum Romā adueni,& de triūpho mihi decernēdo agebā:in quo potuisses mihi pdesse.❡Caue.festines.caue ne ppe res nimiū,nā caue negationē hēt sensu in se inclusam.❡Cōmittas.ne facias hoc vt nauiges æger &c.est aūt interdū cōmittere facere cū errore & reprehensiōe:vt nō cōmittā,vt me decipias.❡Saluus.incolumis.❡Q dr.neminem te vidisse post M.Volusiū.❡Tāta hyeme.vel tempestate maris:vel ēt tpe hyemis:qd difficillima est nauigatio,Iuu.Mēse qdē brumę cū iā mercator Iason Clausus,& armatis obstat casa cādida nautis,Grādia tolluntur cristallina.❡Recte cōmode & tuto.❡In P.in agro Phormiano.❡Romę.erāt cū scripsi has lr̄as.

A tergo
A latere
A fronte

Cōmittere
Saluus

vt eū intercludamus,ne ad vrbem possit accedere:qd' sperabamus fieri posse,delectus.n.magnos hēbamus,putabamusq; illū metuere,si ad vrbem ire cœpisset,ne Gallias amitteret,quas ambas habet inimicissimas,p̄ter trāspadanos.Ex Hyspaniaq; sex legiōes,& magna auxilia Afranio,& Petreio ducibus habet a tergo.videtur,si insaniet,posse opprimi,mō vt vrbe salua.Maximam aūt plaga accepit,qd is,q sūmā authoritatem in illius exercitu habebat,T.Labienus,socius sceleris esse noluit:reliquit illū,& nobiscū est:multiq; idem facturi esse dr̄r.Ego adhuc oræ maritimæ pręsum a Formiis.Nullum maius negociū suscipere volui,quo plus apud illū meæ lr̄æ,cohortationesq; ad pacē valerent.Sin āt erit bellū,video me castris,& certis legionibus p̄futurū.Hēo ēt illam molestiā,q Dolabella nr̄ apud Cęsarē est.Hæc tibi nota eē volui:q̄ caue te pturbēt,& ipediāt valetudinē tuā.Ego A.Varroni,quē tū amātissimū mei cognoui,tū ēt valde tui studiosū,diligentissime te cōmēdaui,vt & valetudis tuæ rōnē hr̄et,& nauigatiōis,& totū te susciperet,ac tueret:quē oīa facturū cōfido:recepit.n.& mecū locut⁹ ē suauissime.Tu qm̄ eo tpe mecū eē n̄ potuisti,quo ego maxie operā,& fidelitatē desyderaui tuā,caue festines,aut cōmittas,vt aut ęger,aut hyeme nauiges.Nūq̄ ego sero te venisse putabo,si saluus veneris.Adhuc neminē viderā,q te postea vidisset,q̄ M.Volusius,a quo tuas lr̄as accepi:qd nō mirabar.neq;.n.meas puto ad te lr̄as tāta hyeme p̄ferri.Sed da opam,vt valeas:& si valebis,cū recte nauigari poterit,tū nauiges.Cicero me⁹ i Formiano erat:Terētia,& TulliaRōę.Cura vt valeas.IIII.Cal.Fe.Capua.

ASCEN, ❡VT itercludamus eū.i.ei facultatē p̄ripiamus:ne possit accedere ad vrbē:qd' sperabamus posse fieri:hēbamus.n.delectus magnos,& putabamus illū mutuere,si cepisset ire ad vrbē.s.Romā:ne amitteret Gallias.i.vlteriorē & citeriorē:quas ambas hēt munitissimas.i.p̄sidiis suis:p̄ter transpadanos.s.eos Gallios,qui trās Padū incolūt.❡Et sex legiōes.s.Romanorū,& magna auxilia.s.sociorū:videntur hēri a tergo.s.Cęsaris.i.vt initēr illi a tergo ex Hispania.Afrāio & Petreio ducibus:quos tū Cæsar ad deditionē cōpulit,si sup.Cæsar isaniet.i.temere oia audebit sup.vr opprimi,mō.i.dūmō id fiat vrbe.s.salua.❡Aūt.i.sed Cæsar sup.accepit maximā plagā.i.maximū icōmodū,q is vz Tit⁹ Labien⁹,q hēbat sūma auctem i exercitu illi⁹:noluit eē soci⁹ sceleris ei⁹.s.i patriā icepti:sed sup.reliqt illū,& ē nobiscū & mlti.s.alii bōi viri:dr̄r facturi eē idē.i.relicturi illū.❡Ego p̄sum.i.p tectiōi sū adhuc oræ maritiæ.i.regiōi ad mare iacētira Formiis,nullū.i.nō vllū,nō volui suscipe vllū negociū ma⁹ quo.i.vt:lr̄ę & cohortatiōes meę ad pacē,valerēt pl⁹ apd illū.s.Cæ.❡Sin aūt.i.sed si.bellū erit:ego video me p̄futurū castris & certis.i.q̄busdā legiōib⁹.❡Ego hēo ēē illā molestiā.i.cruciatū ai,q Dolob.nr̄ q̄a gener Ci.ē apd Cę.Ego volui hæc eē nota tibi q̄ caue ne pturbēt te,& ipediāt valetudinē tuā.❡Ego cōmēdaui te diligētissime A.Varrōi.s.P̄tis agēti quē cognoui cū.s.ita sit q amātissimū mei.tū ētvalde studiosum tui.i.tibi optie volētē:vt hr̄et rōnē,&.i.sit valetudinis tuę,& nauigationis:& susciperet.i.in custodiā suā assumeret ac tuerer te totū:quē ego cōfido facturū oia.❡Enim.i.q̄arpse recepit.i.pmisit:& locutus est mecū suauissime.❡Tu qm̄.i.qm̄ nō potuisti eē mecū eo tpe:quo ego desyderaui maxie operā.i.diligentē laborē,& fidelitatē tuā:caue sup.ne festines:aut cōmittas vt nauiges aut æger:aut hyeme.❡Ego nunq̄ putabo te venisse sero.i.nimis tarde.si veneris saluus.❡Ego neminem viderā adhuc.s.cū hæc scriberē,q vidisset te posteaq̄ M.Volusius supp.vidit te,a quo accepi lr̄as tuas.qd' non mirabar.❡Neq; enim puto meas lr̄as pferri.i.ad finē viq; ferri ad te:tāta hyeme.i.tēpestate pcellosa durāte.❡Sed da operam vt valeas,& si valebis.i.sanus eris,nauiges tum.i.tunc,cum.i.qm̄ poterit nauigari recte.i.sine periculo.C.meus.s.filius erat.s.cum has scriberem in Formiano.s.villa nr̄a Formiana.Terentia.s.vxor:& Tullia.s.filia sup.erant Romæ.❡Cura vt valeas.Datum sup.e Capua.iiii.Cal.Fe.

HVBER. EGo vero.Scripserat Tiro se venturū ad Ci.si ipse vellet:itaq; rescribit Ci.se cupidū eē:vt Tiro ad se veniat:sed timet ne ex via piclitet:q̄a oia,q̄ malo regimie fiūt ab iis,q grauiter ęgrotauerūt,piculosa sunt deide facit eū certiore se fore in Formiano:dicitq; se Pōpeio dixisse oia sua muta eē sine Tirōe.❡Vero.pōt eē & expletiua & affirmatiua p̄ticula.❡Viā.piculū viæ.❡Grauissime.vehemētissime:piculosissime.❡Consumptus.deliberatus.❡Inedia.fame:sed fames semper est cum appetitu edendi.Inedia vero etiam sine appetitu,vt in ægrotis:vnde melius inedia dicetur abstin. n̄ia vel impotentia comedendi.i.non comestio.❡Purgationibus.quæ medicinis fiunt.❡Vi magnitudine.❡Offensiones.nocumenta.

Vero
Grauissime
Inedia
Fames

M.T.C.Tironi.S.P.D. 12

EGo vero cupio te ad me venire:sed viā timeo.grauissime ægrotasti,inedia,& purgationibus,& vi ipsius morbi consumptus es.graues solent offensiones esse ex grauibus morbis.

ASCEN. EGo &c.Scripserat Tiro se venturum,modo Ci.id cuperet,ad quod rńdet.❡Ego vero.i.veraciter cupio te venire ad me,sed timeo viam.i.onera viæ:tu ægrotasti grauissime consumptus.i.exhaustus es inedia.i.abstinentia a cibo:& purgationibus & vi ipsius morbi:offensiones ex grauibus morbis:id'est post graues morbos,solent esse graues.

❡Si qua

HVBER. ❡ Siqua culpa cõmissa ẽ, siq̃d est factũ pter ordinẽ & regulã medicorũ. ❡ Iam ad id. ex his verbis itelligimus Tironẽ fuisse iã in Italia, cũ hæc epl'a scripta est. ❡ Biduũ. spatiũ duorũ dierũ. ❡ Accedent. q. d. ad. re. puto hoc velle dicere qđ qa iit debilitatus: qnq3 dies cõsumet in redeũdo. ❡ Inter. qđ inueniẽdo duobus diebus ɔfecerit. ❡ In cu. ad me. ❡ Offendi. i. inueniã. ❡ Sine nfæ. correctio: qa hẽbat Ci. Tironẽ adiutorẽ studiorũ suorũ. ❡ Oblãguerunt. debilitatæ sunt: sumptũ ab ægrotãtibus: q languere dñr. ❡ Sustulerũt oculos pleuerauit in trãslatione, nã solẽt ægrotãtes oculos multũ tenere demissos vł clausos. dicit igit̃ lr̃as suas recreatas epl'a Tironis ab Acasto allata eleuasse aliquãtulũ oculos, & quodãmodo respirasse.

Biduum

Oblãguet

siqua culpa cõmissa est. Iam ad id biduũ, qđ fueris in uia, dum ĩ Cumanũ venis, accedent cõtinuo ad reditũ dies qnq3. Ego in Formiano ad III. Cal. esse volo. ibi te vt firmũ offendã, mi Tiro effice. Literulæ meę siue nr̃ę tui desyderio oblanguerunt. Hac tñ epl'a, quã Acastus attulit, oculos paululũ sustulerũt. Pompeius erat apud me, cũ hæc scribebã. hilare, & libẽter ei cupiẽti audire nr̃a, dixi, sine te oĩa mea muta eẽ. Tu musis nr̃is para vt operas reddas. nr̃a ad diẽ dictã fient. docui. n. te, fides ετοιμον quod habetet. Fac plane vt valeas, nos ad summum. Vale. IX. Cal. Ian.

❡ Apud me. domi meæ. ❡ Nostra. res nostras. ❡ Muta. eẽ. tacita. i. me nescire loq, & aliq̃d dicere sine te. ❡ Reddas operas. restituas opas intermissas. i. vt reuertaris ad musas nostras. ❡ Nr̃a di. nr̃a pmissa. ❡ Ad diẽ. quam cõstitui. quæ aũt essent hæc pmissa, nõ facile intelligi põt, qđã dicũt fuisse pmissiones libertatis, sed puto eũ iã fuisse liberũ, cũ hæc scripta sunt licet ĩferius sit epl'a Q. fratris ad Ciceronẽ gratulatoria de libertate Tironis, hæc aũt pmissa puto fuiss̃e de aliqua pecunia ei donanda pro emptione fundi, quem infra a Tirone emptum videbim⁹. ❡ Ετοιμον promptum. ❡ Nos ad summũ. s. valemus: id est optime, vt nõ possemus melius valere.

ASCEN. ❡ Siqua. i. aliq̃ culpa cõmissa ẽ. s. post morbũ. Dies qnq3 accedẽt iã ɔtinuo ad reditũ. i. pnusq̃ redieris, ad id biduũ qđ fueris in via dũ. i. donec veneris. i. potueris venire in Cumanũ. i. villã Cumanã. ❡ Ego volo eẽ in Formiano sup. vsq3 ad III. Calẽ. s. sequentis mensis: effice o mi Tiro, vt offendã. i. inueniã te ibi firmũ. i. valentẽ. ❡ Literulæ meæ siue nr̃ę. i. cõta studia oblãguerũt desyderio tui: tñ sustulerũt. i. erexerũt paululũ oculos hac epl'a, quã Acastus attulit. Põpeius erat apđ me cũ scribebã hæc: ego dixi ei cupienti hilare & libẽter audire nr̃a. i. scripta, oĩa mea esse muta sine te: para vt reddas musis nr̃is opas. i. solitas lucubrationes. ❡ Nr̃a dicta. i. pmissa: fient ad diẽ. s. statutã. docui. n. te qđ ετοιμον. i. interpretamẽtũ veræ signationis hr̃et fides, qa vt pmo offi. dr̃ qđ fiat dictũ. nõ ergo legẽdũ ετυμον. Fac vt valeas plane. i. pene. ❡ Nos sup. valemus ad summũ. i. optimam valetudinẽ. Vale.

M. T. C. Tironi S. P. D. 13

Aegypta ad me vẽit pri. Id. Apr. Is etsi mihi nũtiauit te plane febri carere, & belle hr̃e: tñ ꝙ negauit te potuisse ad me scribere, curã mihi attulit, & eo magis, ꝙ Hermia, quẽ eodem die venire oportuerat, nõ venerat. Incredibili sum solicitudine de tua valetudĩe, q̃ si me liberaris, ego te oĩ cura liberabo. Plura scriberẽ si iã putarẽ libẽter te legerẽ posse. Ingeniũ tuũ, qđ ego maximĩ facio, confer ad te mihi, tibiq3 ɔseruãdũ. cura te ẽt atq3 ẽt diligẽter. Vale

Scripta iã epl'a, Hermia vẽit, Accepi tuã epl'am vacillãtibus literulis: nec mirũ, tam graui morbo. Ego ad te Aegyptã misi, ꝙ nec ĩhuman⁹ ẽ, & te visus ẽ mihi diligere, vt is tecũ eẽt: & cũ eo cocũ, quo vterere. Iterũ vale.

HVB. AEgypta. Dicit Ci. ꝙ licet ab Aegypta intellexerit Tironem carere febri: tñ qa ĩtellexit eũ non potuisse scribere, fuit vehemẽter solicitus de eius valetudine: hortatur aũt eũ: vt ingeniũ suũ totũ cõferat ad se ɔfirmandum, deinde dicit se accepisse ab eo epistolã lr̃is vacillantibus scriptam, qđ nõ mirat̃ qa scit eũ nõdum posse hr̃e manũ firmam pp morbũ. ❡ Aegypta. ppriũ nomen serui. ❡ Plane. omnino. ❡ Quod. qa. ❡ Hermia. pprium nomẽ serui. ❡ Quẽ op. ve. quĩ debuerat venire. ❡ Eodẽ die. quo Aegypta venit. quẽ existimabam nõ venisse. quia pp aliquẽ casum tuũ esset retardatus. Qua soli. si me liberaris: vt te firmum reddas. ❡ Oĩ cura. de eo quod tibi promisit. ❡ Libenter. ægrotis. n. aut morbo debilitatis multitudo verborum solet esse molesta. ❡ Scripta. hæc particula addita est post finẽ epistolæ, vt patet, qa his scriptis venerat Hermia: qui attulerat lr̃as a Tirone, sed male scriptas manu pp debilitatẽ morbi vacillãre. ❡ Vacillãtibus. non firmiter neq3 æqualiter scriptis. ❡ Nec mi. literas tuas fuisse vacillantes. ❡ Inhumanus. durus in seruiendo. ❡ Quo vterere. quem haberes ad vsum tuum.

Plane

ASCĒ. AEgypta &c. Dicit se intellexisse Tironẽ ɔualuisse, sed qa nihil scripsit, deterius suspicari. Ordo est. Aegypta ppriũ est serui: venit ad me pridie. i. die pcedẽte Idus Apul. Is & si nũtiauit mihi te carere. i. liberũ eẽ. plane. i. oĩno febri: & hr̃e belle. i. meliuscule tñ attulit mihi curã. i. solicitudinẽ ꝙ negauit te potuisse scribere ad me, & eo. i. tãto magis. s. attulit curam, ꝙ Hermia nõ venerat, quẽ oportuerat venire eodẽ die. ❡ Ego sum incredibili solicitudine de valetudine tua, qua si liberaris p liberaueris me, ego liberabo te oĩ cura. ❡ Ego scribere plura: si putarẽ te posse legere libẽter. ❡ Confer. i. applica ingeniũ tuũ: qđ ego facio, i. existimo maximi: ad te cõseruãdũ mihi & tibi. Cura te ẽt atq3 ẽt diligẽter. Vale. ❡ Epistola iam scripta Hermia venit. accepi. s. ab eo epl'am tuam literulis vacillantibus. i. more vacillantis extra tramitẽ rectum scriptis, nec mirũ sup. scripsisse correptũ tã graui morbo. ❡ Ego misi ad te Aegyptã, s. seruum ꝙ. i. qa ipse nec est inhumanus, & visus est mihi diligere te, vt is esset, tecũ, & misi sup. cũ eo cocũ, quo vterere. i. vti posses. Vale.

M. T. C. Tironi S. P. D. 14

Andricus postridie ad me venit, q̃ expectarã. Itaq3 habui noctẽ plenam timoribus, ac miseriis. Tuis literis nihilo sum factus certior, quo mõ te haberes: sed tñ sum recreatus. Ego oĩ delectatione, literisq3 omnibus careo quas ante, q̃ te videro, attingere non possum. Medico mercedis quã tũ poscet, pmitti iubeto. id scripsi ad Mumiũ. Audio te animo angi, & medicum dicere ex eo te laborare.

HVB. ANdricus. Quicq̃d hac epl'a dicit Ci. significat solicitudinẽ suã de valetudine Tironis: quẽ hortat̃ vt curet valere, & retineat Acastum seruũ apud se. ❡ Andricus. seruus. ❡ Venit. a te. ❡ Nocte. qa timui eum retardatũ esse pp. aliquem morbum tuum. ❡ Miseriæ. solicitudinis. ❡ Nihilo p nihil. ❡ Quas. literas. ❡ Poscet postulabit. ❡ Ex eo quod animo angeris. ❡ Laborare. ægrotare.

Nihilo

ASCĒ. ANdricus &c. Amatorie scribit solicitudinẽ suã de Tirone dicens. Andricus nõmen est serui forte ex Andro vt Aegypta ex Aegypto venit ad me postridie. i. die posteriore q̃ expectaram. i. expectaueram. Itaq3 habui noctem plenã timoribus ac miseriis. Tũ. i. insuper nihilo. i. in nullo factus sum certior lr̃is. s. q̃s attulit: qũo hr̃es te, sed tñ sum recreatus. Ego careo oĩ delectatione & lr̃is oĩbus, quas nõ possum attingere anteq̃ videro te iubeto. s. tñ mercedis pmitti. s. ab amicis nr̃is: medico quãtũ poscit. ❡ Ego scripsi ad Mumiũ, id. i. vt id faciat. Audio te angi. i. torqueri aĩo: & medicũ dicere te laborare. i. ꝙ labores ex eo. s. ꝙ angeris aĩo.

HVBER. Humani/tas ¶ Excita ex so.li.tu.i.fac vt literæ tuæ,quæ sopitæ fuerunt hactenus propter morbum,iam excitentur tanq̃ a somno. ¶ Humanitatē.doctrinam. ¶ Vt co.po.s.valere. ¶ Animo vale.i.lætum esse, & nulla cura affici. ¶ Ministretur. inseruiatur. ¶ Promissorum,quæ tibi feci. ¶ Quem.diem. ¶ Repræsentabo.effecto ostendam.quia præstabo promissa.

ASCEN ¶ Si diligis me,excita literas tuas.i.præcepta philosophica de tolerãdis aduersis ex somno.i.sopore obliuionis,& hu/manitatem.s.tuam propter quam tu es charissimus mihi.Opus est nunc te valere animo,vt possis.s.valere corpore.Peto a te facias id.i.vt valeas animo,cum.s.ita sit,ꝙ tua causa.tum.i.multo magis mea .s. causa . Retine Acastum.s.seruum: quo.i.vt: ministretur .i. ministerium fiat tibi commodius: id est magis commode. Conserua te mihi, dies promissos tum.s.de pecunia pro fundo emendo danda: adest quem repræsentabo.i.exhibebo , aut sint duæ particulæ , quem præsentabo etiam re.i.effectu ipso,si adueneris.Vale etiam atque etiam. Tertio Idus Aprilis.

HVBer. O Mnia Hortatur Cic. Tironem,vt det operamvalere, & cum fuerit bene confirmatus ad se veniat. ¶ Menandrum.seruum.

ASCen. O Mnia.Idem fere facit dicens. Ego putabo omnia da/ta mihi a te si videro te valentem. Ego expectabam summa cura aduentum Menandri quem miseram ad te.Cura si diligis me,vt valeas,& venias ad nos,cum:id est postquam confirmaris:id est confirmaueris te. Vale &c.

HVBer. D E Tirone.Qu.Cice.frater Cice.ei gratias agit.gratu/latur ꝙ Tironem manumisisset:cuius Tironis fideli/tatem laudat & doctrinam . Postremo dicit se omnia promisisse,præstaturumq; pueris Sabini, quos Cice. ei cō/mendauerat . ¶ Ita vi.iurantis est. ¶ Indignum il.fo.se.non dignum qui esset seruus. ¶ Nobis amicum. nam seruorum amicitia nunquam dicitur. ¶ Illius. Tironis,quibus nuncia/uit mihi illam liberalitatem tuam. ¶ Exilui.exultaui . ¶ Sta/tii,liberti mei. ¶ In.i.Tironi. ¶ Hæc eadem bona. ευφατικως plurali numero est vsus pro singulari: cum enim dixisset so/lam fidelitatem,subiunxit hæc eadem bona . ¶ Additis. ad fidelitatem . ¶ Literis . quibus valet plurimum. ¶ Quæ sunt his:id est doctrina vel suauitate sermonis. ¶ Potiora. maio/ra. ¶ De.propter. ¶ Propter hanc.de Tirone. ¶ Pueris.seruis. ¶ Et faciam . intelligimus huius Sabini seruos a Cicerone fratri fuisse commendatos.

ASCen. D E Tirone &c.Gratulatur Qu.frater Ciceroni ꝙ Ti/ronem manumiserit dicens . Ō mi Marce . scilicet fra/ter ita:id est sit, & est precantis vtraque particula: vi/deam:id est Dii dent,vt videam: scilicet incolumes. Te Ci/ceronem meum:scilicet nepotem ex te fratre, & Tulliolam meam:scilicet neptem ex eodem, & pro id est filium tuum: nisi forte dicamus vtrique Ciceronem & Tulliolam liberos fuisse. sed quia te præmisit,mallem de Marci liberis intelli/gere,vt fecisti mihi gratissimum de Tirone:id est de manumissione eius,cum maluisti eum indignum illa fortuna: id est conditione seruili,esse amicum nobis qua seruum.crede mihi ego exilui:id est extra me quasi salui gaudio:id est prę gau/dio literis tuis & illius:scilicet Tironis perlectis & ago gratias tibi, & gratulor:scilicet etiã tibi. ¶ Si enim fidelitas Sta/tii:scilicet liberti mei,est mihi tantæ voluptati:quantæ sup.voluptati hæc eadem bona : scilicet fidelitas debent esse in isto:scilicet tuo liberto Tirone. ¶ Additis literis,sermonibus,humanitate.quę sunt potiora:id est eligibiliora his ipsis cō/modis,quæ scilicet assequimur ex bonis seruis. ¶ Ego amo te,equidem pro quidem,de omnibus maximis causis: id est p/ter maximas causas,vbi omnes cum superlatiuo: verumetiam propter hanc vel:id est ꝙ nuntiasti mihi sic vt debuisti. Ego vidi:id est cognoui te totum in literis. ¶ Ego & promisi & faciam pueris:id est serui Sabini omnia. Vale.

Si me diligis,excita ex somno tuas literas,humanitatemq;, propter quam mihi es charissimus.Nūc opus est te animo valere,vt corpore possis,Id cū tua, tum mea causa facias,a te peto.Acastum retine, quo commodius tibi ministretur.Conserua te mihi.dies promissorum adest:quæ etiam repræsentabo,si adueneris,Etiam atq; etiam. Vale.III.id.Apr.

M.T.C.Tironi S.P.D. 15

O Mnia a te data mihi putabo,si te valentem videro.Summa cura expectabam aduen/tum Menãdri,quem ad te miseram.Cura, si me diligis, vt valeas:& cum te bene con firmaris,ad nos venias. Vale.IIII.Id.Apr.

Q.C.M.Ciceroni Fratri S.P.D. 16

D E Tirone mi Marce, ita te, meũq; Cicero/nem, & meã Tulliolam , tuũq; filiũ videã, vt mihi gratissimum fecisti,cum eum indi gnum illa fortuna,nobis amicũ, q̃ seruum esse maluisti.mihi crede,tuis,& illius literis perlectis, exilui gaudio, & tibi ago gratias, & gratulor. Si enim mihi Statii fidelitas est tantæ voluptati: quanti esse in isto hæc eadem bona debent,additis literis, sermoni/bus,humanitate,quæ sunt his ipsis commodis potio/ra: Amo te omnibus equidem maximis de causis,verum etiam propter hanc, vel ꝙ mihi sic, vt debuisti, nuntiasti, Te totum in literis vidi. Sabini pueris & p/misi omnia,& faciam. Vale.

HVBer. V Ideo.Primum Cice.arguit Tironem impropriet atis cuiusdam verbi translati: & ostendit qualis debeat eē translatio.deinde scribit de quodam Demetrio , quē dicit fore cras apud se,ibiq; posse videri a Tirone . Postre/mo hortatur eum ad valetudinem curandam, & dicit sibi gratum esse,ꝙ Tiro operam suam Cuspio præstiterit. ¶ Vi/deo quid agas. familiariter iocatur cum Tirone . ¶ Vis. cu/pis:non autem legendum est vix , sed intelligimus Tironē fortasse petiisse a Cicerone,vt epistolas,quas ad eum scri/psisset,seruaret:ideo Cic.dicit video quid agas,vis tuas epistolas referri in volumina. ¶ Quoq;.etiam sicut meas, & alio/rum doctorum. ¶ Sed heus tu.familiaris appellatio & reprehensio. κανων regula,corrector. ¶ Vnde.ex qua ratione,ex qua causa.s.est tibi illud tam ακυρον non autenticũ. ¶ Valetudine fideliter in seruiendo,hoc est quo improprie vsus fuerat Ti/ro.dixerat enim seruiendo fideliter valetudini:cum fidelitatis hoibus tantum conueniat. ¶ Fideliter. hæc dictio fidel...

ASCen. V Ideo &c.Iocatur cum Tirone super improprietate vocabuli fideliter. dicens . ¶ Ego video : id est intelligo quid agas:id est prætendas:tu vis sup.vt referam:id est colligam in volumina:id est libellos quoq;.i.etiã epistolas tuas, sed heus tu,q soles esse κανων.i.regula scriptorum meorum:vnde illud tam ακυρον: id est improprium, valetudini fideliter inseruiendo:sic enim scripserat Tiro.

M.T.C.Tironi S.P.D. 17

V Ideo quid agas.tuas quoq; epistolas vis re feram in volumina . Sed heus tu, q κανων esse meorum scriptorum soles , vnde illud tã ακυρον, valetudini fideliter inseruiẽdo?

¶ Vnde

HVBER.

¶VNDE. ex qua causa, ex q̃ ratione. ¶Venit. in istũ locum conuenit isti loco, vt dicas inseruiendo fideliter valetudini, quasi valetudo sit domina, cui a seruis vel famulis hẽat fideliter iseruiri: dicit̃ aũt q̃si sit animal rationale: cui fides debeatur. ¶Cui ve. inuoluitur hic locus ita ab omnibus, quorũ scripta vidi: vt neq; ab ipsis: neq; ab aliis itelligatur, dicũt enim cui verbo. s. fideliter, domiciliũ est proprium. i. familia est propria in officio, quia ꝓprie fidelitas dicatur in familia, sed puto hanc esse mentem Cice. verbum, quod habet propriam sedem in significato suo, habet multas transitiones in alienum significatum per transitionem. & hic est ordo, migrationes multę in alienum sunt verbum, cui domicilium est proprium in officio.

vnde in istum locum fideliter venit? cui verbo domicilium est proprium in officio: migrationes in alienum multæ. Nã & doctrina, et domus, & ars, & ager etiam fidelis dici potest: vt sit, quomõ Theophrasto placet verecunda tralatio. Sed hæc coram, Demetrius venit ad me: quo quidẽ comitatu ἀφωμίλησα satis scis. Tu eum videlicet non potuisti videre: cras aderit: videbis igitur. nã ego hinc perendie mane cogito. Valetudo tua me valde solicitat: sed inserui, & fac omnia. tum te mecum esse, tum mihi cumulatissime satisfacere putato. Cuspio quod operam dedisti, mihi gratum est. valde enim eius causa volo. Vale.

¶Domicilium. sedes in of. in significatione sua, quam habet ex propria positione, vtputa habena in officio suo propriam habet sedem, cum de equo dicitur, transit tamen metaphorice in aliena. Virg. in. vi. Sic fatur lachrymans, classiq; immittit habenas, ecce hic de naue dixit habenas. Idem lib. xii. Et totas iratum effundit habenas, hic ad animum transtulit, quod & de freno frequenter legimus. ¶Migrationes. transitiones per translationem. ¶In alienum. absolute dixit: id est in alienam significationem. ¶Nam & doctrina. subdit exempla ad probationem dicti sui, doctrina, & ars fideliter dicitur. quia nunq̃ deserit hominem. ¶Et domus. vel familia, vel certe ipsa domus fidelis dicitur ꝙ in ea tuti sumus. ¶Ager fidelis. dicitur, quia reddat acceptum. ¶Verecunda. modesta, non nimium licentiosa, quali vsus sit interdum Ennius, vt iratum quadrigas, vt montes pacis & similia. ¶Sed hæc coram. dicemus. ¶Quo comitatu: id est quo Demetrio & eius comitatu, intelligimus. n. eum adduxisse secum alios vsus: ἀφωμίλησα sum in loquendo & sermocinando cum eo. ¶Cogito nunc. s. discedere. ¶Perendie. post cras. ¶Et mecum esse. putato, si inseruieris valetudini. ¶Operam dedisti. id est inseruisti: & auxilium præstitisti. ¶Valde. multum.

Domicilium

Habena

Migrationes

Perendie

Valde

ASCEN.

¶VNDE fideliter. i. istud aduerbium fideliter venit in istum locum, cui verbo. i. parti orationis: domicilium ꝓprium: id est proprius vsus, est in officio. i. vt quis dicatur fideliter officio functus, nõ inseruisse valetudini, multæ migrationes. i. translationes sup. in alienum. ¶Nam & doctrina, & domus, & ars, & ager potest ẽt dici fidelis: vt sit quomodo placet Theophrasto translatio. s. a proprio ad improprium, verecunda. ¶Sed sup. disputabimus hæc coram, id est quando coram erimus. Demetrius venit ad me. quo quidem comitatu, id est quo comite: ἀφωμίλησα, id est vsus sum, tu scis satis, & tu non potuisti, vt scripserat, videre eum, ipse aderit cras, vt igitur videbis sup. eum. ¶Nam ego cogito. s. proficisci, hinc perendie, id est peracto crastino die mane. Valetudo tua solicitat me valde, sed inserui sup. ei & fac omnia, scilicet illi cõducibilia: & putato te tum esse mecum, tum satisfacere cumulatissime. Gratum est mihi ꝙ dedisti operam Cuspio, ego enim. s. te ei operam dedisse, valde causa eius volo. Vale.

M. T. Cicero Tironi S. P. D. 18

QVid igitur? nõ sic oportet? equidem censeo sic addendum, etiam, suo. sed, si placet, inuidia vitetur, quam quidem ego sæpe contẽpsi. Tibi διαφόρησιν gaudeo profuisse. si vero etiam Tusculanum, Dii boni, quanto mihi illud erit amabilius. Sed si me amas, quod quidem aut facis, aut perbelle simulas, quod tamen in modum procedit, sed, vt est, indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deseruis, seruisti non satis. ea quid postulet, non ignoras, πέψιν, ἀλυπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας. fac bellus reuertare: non modo te, sed etiam Tusculanum nostrum plus amem.

HVB.

QVid igitur. Primo Cice. reprobat quandam sniam Tironis de quadam dictione, quam ille negabat ponendam in oratione. Deĩde eum hortatur ad curam valetudinis, & exponit quędã, q̃ ad eam pertineant. Postea vero scribit quædam de quodam iocando. Postremo se ei missurum horologium & libros, si fuerit serenum, & reddit eum certiorem de morte cuiusdam Cæsaris familiaris sui. habet hæc epistola multum obscuritatis. ¶Quid igitur. sub audi dicis. legitur ẽt quid agit sed idem est sensus. ¶Non sic oportet. quidam existimant controuersiam fuisse de hac dictione sic, quam Tiro dicebat, a Cicerone male collocatã, vt Cice. non dicat. ¶Se. i. hanc dictionem sic non oportet. s. poni. ¶Equidem censeo. puto. ¶Sic ad. id est hanc dictionem ponendam esse. ¶Etiam su. id est ligo, & ita in suo & affigo, vt nullo pacto remoueri debeat. hic est fere communis sensus. sed puto non de sic dictione, sed alia vel clausula, vel oratione intelligendum, vt Cicero dicat. ¶Non sic oportet. s. vt dixi. ¶Sic addendum. scilicet vt addidi. ¶Etiam suo. i. etiam hanc dictionem suo, censeo addendam, quam fortasse Tiro volebat tollere ex oratione alicuius. ¶Vitetur inuidia. fugiatur inuidia, quam contrahemus, si volumus omnia fastidiose emendare. ¶Sæpe. dum malui veritatem dicere quam blandiri. ¶διαφόρησιν. declamationem. ¶Etiam tu. s. profuit. Tiro. n. se Tusculanum contulerat, curandæ valetudinis causa. ¶Dii boni. exclamatio præ lętitia. ¶Perbelle. bene. ¶Quod tamen: tuum simulare: vt ẽt quomodo cũq; est vel quod me ames, vel simules. ¶Ea. valetudo. ¶πέψιν digestionẽ. πέσσω enim digero: ἀλυπίαν quietem. περίπατον deambulationem σύμμετρον mensuram moderatam. ne fit ad nimiam defatigationem τέρψιν iucunditatem εὐλυσίαν purgationem κοιλίας ventris. ¶Tusculanum in quo fueris confirmatus.

ASCE.

QVid igitur. Ridet opinionem Tironis de quadã forma loquendi adhortans rursus eum ad curam valetudinis, ac dicens. ¶Quid igitur sup. ais. ¶Non oportet sup. scribere, aut loqui sic. s. vt locutus sum. ¶Eqdẽ. i. ego censeo sup. loquendũ esse: addendũ sup. esse ẽt suo. i. illud ꝓnomen quod Tiro negarat. ¶Sed si placet inuidia. i. offensa aliorũ vitetur: quã. s. inuidiã ego qdẽ contẽpsi. i. vilipendi sæpe gaudeo διαφόρησιν. i. declamationem profuisse tibi. i. sospitati tuæ. ¶Si vero ẽt Tusculanum sup. nostrum, ꝓfuerit tibi Dii boni quanto illud. s. te ex Tusculano nostro cõualescere. erit mihi amabilius. ¶Sed, si amas me, quod quidem aut facis, aut simulas perbelle: quod. s. simulare procedit in modum. i. valde prospere: sed vt. i. qualitercũq; est: indulge. i. vsq; ad indulgentiam da operam valetudini tuæ, cui tu quidem adhuc. i. hactenus dum deseruis mihi, non seruuisti satis, tu non ignoras quæ ea. s. valetudo postulet postulat enim πέψιν. i. digestionem, ἀλυπίαν. i. carentiam tristitiæ. περίπατον. i. deambulationem, σύμμετρον. i. moderatam, & commensuratam, τέρψιν. i. delectationem, εὐλυσίαν. i. bonam euacuationẽ κοιλίας. i. ventris aut alui. Fac sup. vt reuertare bellus. i. bellatule te habens, quia plus amem non modo te, sed etiam Tusculanum nostrum, in quo. s. conualueris.

Parhedrum excita,vt hortum ipse cõducat:sic olitorẽ ipsum cõmouebis.Heluo nequissimus HS CC dabat nullo aprico horto,nullo emissario,nulla maceria,nulla casa.Is ne nos tanta impẽsa derideat,calface hominem,vt ego Mothonem.Itaq; abutor coronis.De Crabra quid agatur,& si nunc quidem etiam nimium est aquæ,tamẽ velim scire.Horologium mittam,& libros,si erit sudum.Sed tu nullos ne tecum libellos:an pangis aliquid Sophocleum:fac opus appareat.A.Ligurius Cæsaris familiaris mortuus est,bonus homo,& nobis amicus.Te quando expectemus,fac vt sciam. Cura te diligenter. Vale.

HVBER. Elico. Heluo. Aprica. Apricari. Emissari⁹. Maceria. Maceries. Horologium. Solarium. Clepsidra. Sudum. Pango.

HVBER. ℭ Excita.instiga quantum intelligere possumus habebat Cice.hortum locandum in Tusculano & olitor. qui ante illũ conduxerat,videbatur eum deridere,vnde scribit Cice.ad Tironem,vt excitet Parhedrum quẽdam ad illum conducendum:vt ille olitor cõmoueatur,cum intelligat alium esse qui velit conducere,quem nullum credebat. ℱ Olitorem hortulanum ab olere olitor dr. ℱ Elico nequissimus.stomachat̃ Cice.q; qui dabat ducenta sestertia pro horto non clauso,nõ aprico,neq; cõmodo:nunc derideat eum,q tantam impensam in ipsum hortum contulerit. Elico:aut nomen proprium est: aut iniuriose fictum quasi inuersor & inuolutor rerũ:nam ἑλίσσω verto,& ἕλιξις reuolutionẽ significat non absurde tamẽ fortasse legeretur heluo:id est gulosus liguritor. ℱ Dabat ducenta sestertia.pro pensione. ℱ Nullo aprico horto. id est cum non haberet hortum apricum.i.soli expositum, vel vmbratum nam aprica loca dicuntur soli exposita,& sole gaudentia:vt Virg. Duceret apricas in collibus vna colorẽ.Idẽ & apricis statio gratissima mergis Persi⁹.nostra vt flotaria possint Aprici meminisse senes.Inde apricari est sole gaudere vel solem captare. ℱ Nullo emissario.hic videnẽ somniare qui de equo ad generandum reseruato intelligi volũt, cum hic sensus huic loco non possit accõmodari,licet emissarius id significet,sicut & conciliatorẽ quoq; furtorũ:quę a magistratibus,vel a dominis cõmittuntur,ſm Asconium Pædianum.& Sueto.in vita Domitiani,Aretinũ Clementẽ virũ ↄsularẽ a familiaribus emissariis suis,sed puto nullum nomẽ poni ꝓ aduerbio:vt sit horto nullo aprico pro non aprico. ℱ Nullo emissario pro non emissario.i.ex quo nõ multi fructus emitterent̃. ℱ Nulla maceria.i.qui nullam hẽet maceriã.est aũt maceria & maceries paries siue murus ex lapidibus. Ter.in Adel.Iube hanc maceriẽ dirui. ℱ Nulla casa.i.q nullã hẽt casam sicut hẽt noster. ℱ Tanta impensa.quã fecimus in horto nostro. ℱ Derideat.dum simulat se nolle conducere. ℱ Calefacе.incende cupiditate cõducendi:qđ feceris,si excitaueris Parhedrũ,vt conducat. ℱ Vt ego Motonẽ.s.calefacio. Motho aũt nomen ꝓpriũ. ℱ Abutor co.vsurpo coronas non satis intelligo quorsum hoc dicat. ℱ De crabra.miror vnde tanta incõsyderatio,ne dicam ignorantia:sit quibusdã dicẽtibus abutor coronis de crabra.i verbis asperis & pungentibus:primũ qđ corona cũ verbis hẽt: deinde quæ ↄstructio eẽt hæc,qñ liceret dicere vtor aculeis de vespis & nõ potius vespaꝝ:ita dixisset Ci.coronis crabræ & non de crabra: est ãt vt puto nomen aut viri aut loci:ordo est,velim scire qđ agat̃ de Crabra etsi &c. ℱ Nimiũ aq.nimiũ pluuię. ℱ Horologiũ est instrũm,quo horæ designant̃:dicebat̃ olim solariũ:q; tm in sole horarũ rõ perspiceret̃.Sed excogitatum est,vt ẽt sine sole vel ipso sonitu denuncient̃ horę,erat & horologiũ ex aq̃ q; Clepsydra dr̃. ℱ Sudum.serenũ post pluuias, quasi subudum ſm Ser.Vir.lib.viii.Arma inter nubes cœli in regione serena Per sudũ rutilare vidẽt.Festus dicit sudũ qsi sedudũ.i.sine vdo.Nõius Mar.dicit qsi seminudũ. ℱ Nullos ne te.li.subaudi attulisti vel hẽs. ℱ Pãgis.cõponis. ℱ Sophocleũ vel tragicũ.sicut Sophocles q scripsit tragœdias,vel certe egregiũ q̃le scripsit Sophocles.Vir.in Buc.Sola sophocleo tua carmina digna cothurno. ℱ Opus.qđ pangis.a liguribus,nõ possum nõ ridere stultitiã eoꝝ:q dicunt mortuus est a liguribus.i.interfectus est a liguribus:qsi liceret dicere morior a te: itaq; sic intelligũt. ℱ Aliguribus.i.qui erat liguri vt.n.supra notauimus,vsitatissima ẽ hęc oratio.Virg.Quoꝝ alter acarnaũ,alter ab Arcadia.i.Arcadic⁹:& hic ẽ ab Athenis.i.Atheniẽsis.

ASCen. ℭ EXcita Parhedrũ.i.assessorẽ & ꝓximũ,vt ipse cõducat hortũ:tu cõmouebis sic olitorẽ,qui nõ vult iusto ꝑtio cõducere.Parhedus ille heluo.i.gulosus,aut potius Elico.i.inuersor reꝝ nequissimus.i.pditissimus dabat ducẽta sestertia:nullo horto apricũ.i.soli exposito sup.habito nullo.i.non emissario.s.alicuius rei:aut dicam⁹ patrones interdũ cũ possessiõibus locant̃ boues aratorios,& emissarios equos.i.ad generationẽ aptos,licet reclamẽt cõmẽtarii,nulla maceria.i.clausura firma,nulla casa.i.tugurio. ℱ Ne is derideat nos tãta ipensa.s.i villã collata, calefacе.i. cõmoue vsq; ad calorẽ hoiem,vt ego sup.calefacio Mothonẽ virũ illũ.Itaq; abutor coronis,q̃ virtuti nõ cauillatiõi debent̃. ℱ Et si nunc qdem nimiũ aq.s.pluuialis ẽst,tñ velim scire qđ agat̃ de Crabra.s.lixa. ℱ Ego mittã horologiũ & libros,si erit sudũ.i.serenum tp̃s. ℱ Sed tu nullos ne sup apportasti libellos tecũ,an pãgis aliqd suphocleũ.i.alti cothurni,fac sup. vt opus appareat Aligurius familiaris Cęsaris mortuus est,hõ bonus & amicus nobis. Fac vt sciam qñ expectemus te. Cura diligẽter te:sup.& Vale. Reliquę duę ep̃lę patent. ℱ Noie.i.debito aufidinao.olitore conductore hortoꝝ.Gladiatores,ludos gladiatorios &c.

M.T.C. Tironi S.P.D. 19

EXpecto tuas lr̃as de multis rebus. teipsum, multo magis. Demetriũ redde nr̃m, & aliđ siquid potes boni. De Aufidiano nomine nihil te hortor scio tibi curæ esse, sed conficе. Et si ob eam rem moraris, accipio causam, si te id non tenet,aduola.Literas tuas valde expecto. Vale.

Morari. Causa. Aduola.

HVBer. EXpecto. Hortat̃ Ci. Tironẽ. vt ad se scribat:sed mlto magis ipse veniat nisi forte detinet̃ cã Aufidii. ℱ Redde.restitue,fac ad nos reuertat̃. ℱ Noie debito. vt sup⁹ diximus.q̃tum.n.cõiicimus debebat hic Aufidius Ci. ℱ Cõfice.perfice,vt exigas quod debet. ℱ Ob eam rem. vt conficias cum Aufidio. ℱ Moraris.differs tuum ad vos aduentũ. ℱ Cãm.excusatiõnem tuæ moræ. ℱ Id. hæc res vt conficias cum Aufidio. ℱ Aduola. celeriter veni.

M.T.C.Tironi S.P.D. 20

SOlicitat,ita viuam,me tua mi Tiro valetudo:sed confido, si diligentiam, quam instituisti,adhibueris,cito te firmum fore. libros compone, indicem , cum Metrodoto lubebit, qñ eius arbitratu viuendum est . Cum olitore,vt videtur. Tu potes Cal.spectare gladiatores, postridie redire:& ita cẽseo.verum,vt videbitur. Cura te,si me amas,diligenter. Vale.

Cõponet. Videlicet.

ASCen. SOlicitat. Affirmat Cic. se valde angi valetudine Tironis.Deinde ei multa mandata breuiter dat. ℱ Ita viuã.i.ita mihi viuere ↄtingat,ita deus det mihi vitam, iurantis est. ℱ Instituisti cœpisti. ℱ Compone.collige,simul pone, non autem intelligendum est compone,fac ex ingenio tuo. ℱ Videlicet. certe. ℱ Cum. qñ. ℱ Metrodoto. puto esse nomen medici,vt dicat collige , & para libros tuos, cum placuerit medico vt venias. ℱ Quando.quoniam. ℱ Arbitratu eius.id est iudicio eius & voluntate , quia ægroti medicorum arbitratu viuere debent. ℱ Cum olitore, qui est conducturus hortum , subaudi fac de quo olitore supra visum est in epistola,quæ incipit.Quid igitur. ℱ Spectare. in vrbem. ℱ Gladiatores,ludos gladiatorios. ℱ Vt vide.s.facito.

CVm vehementer: Cum esset Ci. filius a patre Athenas missus, vt sub. Cratippo philosopho, ætatis suæ præstantissimo philosophiæ operā daret, mutasset q; aliquantulū mores, qui ante luxuriosissime vixerat, & pſertim: vt scribit Pli. in fine lib. xiiii. ebrietati deditus, scripserat Tiro se ei gratulari: quod grati optatiq; rumores de eo Romam afferent, & hortatus fuerat, vt reliquū vitæ pergeret honeste & studiose agere: se. n. fore præconem eius laudum. quare re scribit Cicero. adolescens se enixurum, & affectuꝝ: vt fama, q̄ de eo nata est, quotidie magis augeatur, & hortatur Tironem: vt non dubitet eū laudare, se. n. ita mutasse propositum: vt sine magno dolore non possit: aut audire, aut meminisse q̄ antea egit: deinde laudat humanitatem & familiaritatē Cratippi erga se: postea vero scribit de aliis pceptoribus: quomō eis vtatur, & se dimisisse Gorgiā rhetorem licet vtilem in declamationibus: vt patris sui voluntati pareret, qa ita præceperat. Postremo & gaudet & gratulatur Tironi, q agrum emisset. polliceturq; se eum subleuaturum, si modo fortuna eum subleuauerit: petit aūt ab eo. vt mittatur ad se librarius, q scribat interpretationes suoꝝ magistroꝝ. ⸿Aliqn̄. tandem. ⸿Cumulum: plenitudinem vt nihil addi posit. ⸿Intercapedinem: interuallum: intermissionem. ⸿Ex si. meæ: ex eo, qa nihil ad te scribebā, qa postea plura scripsisti. ⸿Optatos, iucundos: quales semp optasti. ⸿Rumores, nuncios, famam. ⸿Non du. qa scio me a te amari. ⸿Pręstabo: efficiam. ⸿Nascens: incipiēs noua. ⸿Dupl. augeatur. Virgi. in buco. Et sol decedēs crescentes duplicat vmbras. ⸿Opinio, fama, expectatio. ⸿Buccinatorē: tubicinē: pconē, a buccina buccinator dr. ⸿Existiationis: authoritatis: opiniōis: ⸿Licet: fas est. ⸿Firmo: interpido, vt nō dubites, q faciā te mendacem. ⸿Errata. pęccata: q̄ male feci. ⸿Meæ ętatis, adolescentiæ meæ ante actæ. ⸿Animus a factis abhor. i. fugiat eā amplius facere. ⸿Abhorreant, alienæ sint. ⸿A cōmemoratione. i. nō possit audire ea cōmemorari. ⸿Solicitudinis meæ: quam capiebam de erratis meis. ⸿Participē: sociū: qa dolebas, sicut ego, pp tuū erga me amorē. ⸿Successa. i. successiue: his. n. participiis vtebanť: antiq vt cupio Virg. aduētū p aduenisse. ⸿Tua: causa. ⸿Sociū meoꝝ. i. volui semp te hēre patrem oīum meaꝝ vtilitatum. ⸿Tū: cum videbas me multū errare. ⸿Vt: tanq̄. ⸿Amplector: assumo cum delectatiōe. ⸿Totos integ. sine intermissiōe. ⸿Partem no. vsq; ad multā noctem cū eo sum. ⸿Exoro: impetro ab eo. ⸿Hac cō. vt mecū sæpe cœnet. ⸿Obrepet: tacite & latenter aduenit. Iuuena. Obrepit nō intellecta senectus, tractū ab aialibus, q̄ pedibus careāt: q̄ incessu tacito gradiunť. ⸿Inscientibus no. qd̄ est signū magnæ familiaritatis. ⸿Sublata. amota. ⸿Grauitate: tanq̄. n. non sit philosophus: cuius pprīū est esse seuer: ita nobiscum iocať. ⸿Talem: tam suauem.

HVBER

Aliquādo

Intercapedo

Bucciator

Existimatio

Errata

Successa

Amplector

Obrepo

Ci. Fil. Tironi Suo Dulciss. S.P.D. 21

CVm vehementer tabellarios expectarem quotidie, aliqn̄ venerūt post diē XL. & VI, q̄ a vobis discesserāt: quoꝝ mihi fuit aduentus optatissimus. Nam cum maximā cepissem lętitiam ex humanissimi, & charissimi patris epistola: tum vero iucundissimæ tuæ lrāæ cumulum mihi gaudii attulerūt. Itaq; me iā nō pœnitebat, intercapedinē scribēdi fecisse: sed potius lætabar. fructū. n. magnū humanitatis tuæ capiebā ex silentio meaꝝ literaꝝ. Vehementer igiť gaudeo te meā sine dubitatione accepisse excusationē, gratos tibi, optatosq; esse, q de me rumores afferuntur, nō dubito mi dulcissime Tiro: pstaboq;, & enitar, vt in dies magis, magisq; hæc nascens de me duplicetur opinio. Quare qd̄ polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ, firmo id, constantiq; animo facias licet. tm̄. n. mihi dolorē, cruciatumq; attulerunt errata ętatis meę, vt nō solū animus a factis, sed aures quoq; a cōmemoratiōe abhorreāt. cuius te solicitudinis, & doloris participē fuisse, notū, exploratumq; est mihi: nec id mirū. nā cum oīa mea cā velles mihi successa, tum ēt tua. sociū. n. te meorum cōmodoꝝ semp esse volui. Q ñ igitur tū ex me doluisti, nūc vt duplice tur tui ex me gaudiū, præstabo. Cratippo me scito nō vt discipulum, sed vt filium esse coniunctissimum. Nā cum & audio illum libenter, tum ēt eius propriam suauitatē vehementer amplector. sum totos dies cum eo, noctisq; sæpenumero partem. exoro enim, vt mecum quam sæpissime cœnet. Hac introducta consuetudine, sæpe inscientibus nobis, & cœnantibus obrepit, sublataq; seueritate philosophiæ, humanissime nobiscum iocatur. Quare da operam, vt hunc talem, tam iucundum, tam excellentem virum videas quamprimum

CVm esset, &c. Cicero filius a patre athenas missus vt sub Cratippo philosopharetur: q mores paulū emendasse dicebať, nā ebrietati deditus antea fuerat, vnde ad eum scripserat Tiro se gratulari famæ de eo sparsæ, & hortari vt pergat, quibus respondens dicit se eius consilio pariturū, & alia, q̄ ad studia pertineant, declarat. dicens. ⸿Cum expectarem vehementer quotidie tabellarios. i. tabellarum seu lrārum gerulos, ipsi venerunt aliqn̄. i. tandem post diem quadragesimum & sextum q̄ discesserant a nobis, qa miserat eos, aut lege a vobis, quoꝝ aduentus fuit mihi optatissimus. ⸿Nam cū cœpissem. i. accepissem maximam lætitiam ex epistola humanissimi & charissimi pris sup. mei Marci Tullii: tum vero. i. tum multo magis quasi ad verum literæ tuæ iucūdissimæ: attulerunt mihi cumulum gaudii. ⸿Itaq; non penitebat iam me fecisse intercapedinem. i. intermissionem scribēdi, sed letabar potius. ⸿Ego enim capiebam magnum fructum. i. magnam vtilitatem ex silentio. i. intermissione literaꝝ mearum. Igitur vt nunc rideam ego: ego gaudeo vehementer te accepisse. i. approbasse meam excusationem sine dubitatione: o mi Tiro dulcissime. Ego non dubito rumores qui afferuntur de me. i. de moribus meis emendatis esse tibi gratos & optatos, præstaboq;. i. efficiam & nitar, vt hæc opinio nascens de me duplicetur in dies magis magisq;: Quare quod polliceris te fore. i. futuꝝ: buccinatorem. i. præconem ingentem & diuulgatorem: existimationis. i. famæ & reputationis meæ: licet. i. licitum est & tuum vt facias id animo firmo & constanti. ⸿Enim. i. qa errata ætatis meæ. s. transactæ, quia vinosus semper fuit & vecors, attulerunt mihi tantum. i. tam magnum dolorem & cruciatum: vt non solum animus abhorreret. i. alienus sit & abominaretur, a factis, sed aures quoq;. i. ēt abhorrent a cōmemoratione. i. recitatione. s. ætatis ante actæ. ⸿Cuius solicitudinis & doloris notum & exploratum est mihi te fuisse participem. ⸿Nec id mirum sup. est Nam cum. s. ita esset q velles cā mea. i. propter bonum meum, omnia successa. i. prospere euenisse mihi: tum etiam sup. volebas, causa tua. i. propter vtilitatem tuam. ⸿Volui enim semper te esse socium commodorum meorum. Igitur q. i. quia tu doluisti tum. i. tunc cum perditus essem ex me. i. propter me, ego præstabo. i. efficiam: vt gaudium tuum duplicetur ex me. Scito me esse coniunctissimum Cratippo. s. philosopho. de quo in principio officiorum meminit Cicero, non vt discipulum, sed vt filium. ⸿Nam cum. s. ita sit: q & audio libenter illum, tum etiam amplector vehementer suauitatem, ego sum totos dies cum eo, & sæpenumero partem noctis: exoro enim. i. impetro præcibus: vt cœnet q̄ sæpissime mecum. Hac consuetudine introducta. i. postq̄ est introducta ipse obrepit. i. clanculum interuenit nobis inscientibus & cœnantibus, & iocatur. i. confabulatus nobiscum humanissime, seueritate philosophiæ sublata. ⸿Quare da opam: vt videas q̄ primum. i. statim: hunc talem virum. s. Cratippum, tam iucundum. s. in te familiari, & tam excellentem in philosophia.

ASCEN.

HVB. Frugi Cōiūctio Philologia Declamitate Conuictores

¶NVN qd: laudat ēt Brutū a quo magr̄o vtebať. ¶ Patior. fino: pmitto. ¶ Frugi: modestia vtilis. ¶ Cōiūctio: ɔuersatio mr̄.i.n. ita sunt seueri: vt eoꝝ ɔiūctio nullā hēat iucūditatē. ¶ Aphilologia.i.a studio dicēdi. ¶ συζητησει.i. ɔqsitōe: ζητησιs ingro.i. iocus ñ est ɔtra studiū dicēdi, & ɔtra ingsitionē quotidianā, qm post iocū recētiores efficiunť ad labores. ¶ Huic Bruto. ¶ In pxi.in vicinia vbi ego habito. ¶ Ex me.an. ex pauca pecūia mea. ¶ Tenuitatē: pauptatē, itelligimus hūc Brutū pauperē fuisse. ¶ Cōduxi.mea pecūia. ¶ Vt pos.p viribus meis. ¶ Declamitare: exerceri: declamatiōibus.i.thematibus fictis: qd sit declamare & declamatio alio loco supra. ¶ Vtor: dicit nūc se hēre in ɔuictu suo quotidiano quosdā quos Cratipp⁹ Mytilēis adduxerat Athenas hoies doctos: & quos Cratippus valde pbabat. ¶ Cōuictoribus: sodalibus & sociis victus. ¶ Mitylenis. Lesbo: est.n. Mitylenæ vrbs Lesbi. ¶ Multū ēt: dicit Cic. se hēre ēt cōsuetudinē cum pmatibus Atheniēsibus: & ex qb⁹ tm̄ duos noiat. ¶ Siles: hoꝝ & princeps et optimi. ¶ τα μεν ουν, hic qdā igiť κατ' ημας p κατα ημας.i. fm nos vel de nobis.f. dicta sint. ¶ De Gor. rhetore, de hoc scribebat Tiro. Ci. vt eū dimitteret: qa ita placebat pri eius. Itaqȝ scribit Ci. se eū dimisisse: licet eet vtilis, ne aduersaret volūtati pēnç. ¶ Oia: oēm vtilitatē: quā ab eo ɔseq potuissem. ¶ διαρρηδην.i. apte: plane. ¶ Tergiuersari: dictū mutare: aduersari: q̄ḋ tergū vertere: tractū a fugiētibus, licet alii aliter exponāt. Ne mea nimia σπουδη.i. meū nimiū studiū sequendi ipm Gorgiā. ¶ Afferret suspicio. pa. qd seqret ipm pp aliđ q̄ pp doctrinā: qd faciūt plerūqȝ dissoluti adolescētes, q q̄rūt magr̄os nō tā pp doctrinā q̄ pp voluptatē, & qd eoꝝ moribus obsequanť fm illud diui Pauli, Veniet .n. tps cū sanā doctrinā ñ audiēt, sed q̄rent sibi magr̄os prurientes auribus. ¶ De iudicio pris, q merito & ętate & vsu reꝝ melius nosse debet qd mihi sit vtile: q̄ ego ipse. ¶ Cōsilium: qđ mihi dedisti de hoc Gorgia. ¶ Angustiaꝝ, breuitatis. scripserat. n. Tiro se hēre angustū.i. paruū tps ad scribendū ipsi Ci. q rñdet se accipe eius excusationē: i qa sit ipm eē occupatissimū in aliis reb⁹. ¶ Prędiū. possessione. ¶ Noli mi. me gaudere. ¶ Eodē lo. ectlipsis est. q.d. quo loco scis mihi eē gratissimū: aliqđ.n. erat, pp qđ hic Ci. optauerat Tironē emere pdiū in eo loco: sed subiicit & dicit. ¶ Habes. q.d. scis cām: fortasse.n. hēbat Cic. filius illic amicā, aut aliqd tale. ¶ Deponēdę: omittēdę. ¶ Vrbāitates: ciuitates: mos vrbis: nā q ruri viuit, necesse ē, vt rustica tractet. ¶ Q̄ūo: iocať Ci. cū Tirone, & dicit videri se hēre eū in cōspectu suo & videt emētē res rusticas, & denîqȝ agētē q̄ ruri fieri solēt. ¶ Q̄ūo admiratiue. q.d. cū magna delectatione ai. ¶ Res rusticas. oua, pullo, lac, & caseum & filia, vel plaustrū. vomerē &c. ¶ Villico, rustico cultore agri. Hora. Villice syluaꝝ & mihi me reddētis agelli. ¶ Lacinia: puto esse nomē loci, alii p veste intelligi malūt, vt sit videor videre te in Lacinia.i. indutum Lacinia: q̄ est vestis vilis. ¶ Et se. me. secūda mensa erat apud Ro. pomoꝝ. Martia. li. v. Mēsæ munera, si voles secūdæ, Marcentes tibi porrigent vuæ: Et nomē pira q̄ serunt Syroꝝ. ¶ Tum, cū emisti pdium. ¶ Defuisse: nō potuisse tibi cōmodare pecuniā. ¶ Aeqȝ ac. tm̄ q̄tū tu. ¶ Subleuaturus, adiumento futurus. ¶ Si for. me subleuauerit. ¶ Cōem: ita me sicut pro te. ¶ De mandatis, q̄ tibi dederā: scripserat enim Tiro se ea curare, q̄ Cic. ei mandauerat. ¶ Librarius: scriptor librorum. ¶ Graecus, qui græce sciat scribere. ¶ Operę, tpis, laboris. ¶ Eripiť. ¶ Consumiť. ¶ Hypomnematis.i. cōmentariis & interpretamentis υπομνημα, commentarium συμφιλολογειν commentari conferre, in dicendi studio versari.

Tergiuersari Prædium Vrbanitates Villicus Lacinia Seconda Mensa Subleuaturus Librarius Hipomnematis

Nā qd ego de Bruto dicā? quem nullo tpe a me patior discedere: cuius cū frugi, seueraqȝ est vita, tū ēt iucundissima cōiūctio. nō est.n. seiūctus iocus a philologia, & quotidiana συζητησει. Huic ego locum in pximo cōduxi, &, vt possum, ex meis angustiis illius sustento tenuitatē. Præterea declamitare græce apud Cassium institui: latine aūt apud Brutū exerceri volo. Vtor familiaribus, & quotidianis cōuictoribus, quos secū Mytilenis Cratippus adduxit, hoibus & doctis, & illi pbatissimis. Multū ēt mecū est Epicrates princeps Atheniensiū, & Leonides, & horū cęteri similes. τα μεν ουν καθ' ημας, ταδε. De Gorgia aūt qđ mihi scribis, erat qdem ille i quotidiana declamatiōe vtilis, sed oia postposui dūmō pceptis patris parerē. διαρρηδην .n. scripserat, vt eū dimitterē stati. tergiuersari nolui, ne mea nimia σπουδη suspicionē ei aliq̄ iportaret. dei de illud ēt mihi succurrebat, graue esse, me de indicio patris iudicare. Tuū tñ studiū, & cōsiliū gratū, acceptumqȝ ē mihi. Excusationē angustiarū tui tēporis accipio. scio.n. q̄ soleas eē occupatus. Emisse te pdiū, vehementer gaudeo. feliciterqȝ tibi rem istā euenire cupio. Hoc loco me tibi gratulari, noli mirari. Eodē.n. fere loco, tu quoqȝ emisse te, fecisti me certiorē, habes, vbi deponendę tibi sint vrbanitates. rusticus romanus factus es. Cū ego mihi nūc ante oculos tuū iucūdissimū cōspectū ppono, videor videre emētem te rusticas res, cū villio loq̄ntem, in lacinia seruantē ex mensa secūda semina. Sed qđ ad rem ptinet, me tū tibi defuisse: æque, ac tu doleo. Sed noli dubitare mi. Tiro, quin te subleuaturus sim, si mō fortuna me: p̄sertim cū sciā cōem nobis emptū eē istū fundū, de mādatis qđ tibi curę fuit, est mihi gratū. Sed peto a te, vt q̄celerrime mihi librarius mittať, maxīe qdē Gręcus. Multū.n. mihi eripiť opę i exscribēdis hypomnematis. Tu veli in primis cures, vt valeas, vt vna συμφιλολογειν possimus. Antherū tibi cōmēdo. Vale.

ASCEN. ¶NAM quid ego dicam de Bruto.f. Marco stoicæ sectæ studioso, quē nullo tpe patior discedere a me. ¶ Cuius cum.f. ita sit φ vita est frugi.i. parca & vtilitati inseruiens, & seuera.i. rigida in sequēdo vero & iusto. tū cōiunctio est ēe iucundissima. Enim.i. qa locus.f. noster nō est seiunctus.i. separatus a philologia.i. amore studii vel sermonis & συζητησει.i. cōqsitione quotidiana.f. veri. q.d. non est scurralis aut dissolutus iocus nobis. ¶ Ego cōduxi huic.f. Bruto: locū.i. habitationis, in pximo, & sustento tennitatē.i. pauptatem illius.f. Bruti, ex angustiis.i. modicis rebus: meis vt possum. ¶ Præterea ego institui.i. incepi aut pposui: declamitare.i. frequēter declamare, hoc est in themate ficto, & eā nō vera, me in oratoria exercere apud Cassium, ēt ciuem Ro. volo aūt exerceri latine.i. in lingua latina apud Brutū. ¶ Ego vtor conuictoribus.i. sodalibus & cōmensalibus quotidianis & familiaribus sup. iis, quos Cratippus adduxit secū Mitylenis.i. cū rediret ex ea vrbe in Lesbo nobili appositorie hoibus & doctis & pbatissimis.i. maxīe approbatis & cōmēdatis illi.f. Cratippo. Epicrates princeps Atheniē. est ēt multū mecū & Leonides: & cæteri similes horū.i. viri apprime nobiles & spectatis moribus: τα.i. hæc μεν.i. qdē καθ.i. secundū ημας.i. nos.i. de nobis sup. dicta sint. ¶ De Gorgia aūt quod scribis mihi, erat qdē ille vtilis in quotidiana declamatione.f. faciēda, quia egregius est rhetor, sed postposui sup. eū, dūmō parerem pceptis pris enim.i. qa pr̄ scripserat: διαρρηδην.i. palam seu apte, vt dimitterē eū statim nolui tergiuersari.i. dissimulāter agere, & ad tps illud: & tē cām hoc est mandatū pris ne σπουδη.i. studiū & diligentia mea nimia.f. in Gorgiā, aut eius pfessionē iportaret ei.f. pri aliquā suspicionē f. leuitatis. ¶ Deinde illud ēt succurrebat.i. in mentem veniebat mihi graue esse me iudicare de iudicio pris, tñ studiū, & iudiciū tuū est mihi gratum & acceptum, vt consueuisse vt Gorgiam audiret. Accipio.i. probo excusationē angustiaꝝ tui tpis.f. ad scribendū. Scio enim quam.f. quantum soleas esse occupatus. ¶ Gaudeo vehementer te emisse pdiū.i. possessionem in agro: & cupio istam rem.i. hanc emptionem euenire tibi feliciter.

¶ Noli.

¶Noli mirari me gratulari tibi: hoc loco.i.i hac re, tu.n.fecisti me certiorē.i.significasti emisse te.i. qđ emeris te ipm eodē fere loco.q.d.vitā tibi nouā aut lōgiorē emisti emēdo pdiū illđ. Tu.n.hēs vbi vrbanitates.s.tuę sine deponēdę.i.ad tps exuēdæ, vt indulgētius viuas. Tu Romanus, factus es rusticus. ¶Cū ego ppono nūc mihi ante oculos conspectū tuum iucundissimū videor videre te ementem res rusticas: loquentē cū villico.i.custode villæ: seruantē in Lacinia.i.veste laxa & linea more rusticano semina.i.religas ex secunda mensa, q pomorum erat, vñ semina forte ad satsonem seruabant. Sed quod ptinet ad tē ego doleo æq̄.i.æqliter actu me defuisse tū.s.cū emeres. tibi sup.o mi Tiro noli dubitare, q sum subleuaturus te.s.ab onere, æris alieni, si mō fortuna me sup. subleuarit, aut cōseruarit, psertim cū sciā istū fundū esse emptum cōem nobis.i.vt tecū illic diuersater. Quod fuit tibi curæ de mandatis.s.obeundis: est gratum mihi. Sed peto, vt librarius.i.scriptor librorū: mittat mihi q̄celerrime qdem.i.certe, maxime græcus: multū enim opæ.i. laboris phiæ impēdendæ: eripit mihi in hypomnematis.i.cōmentariis seu dictatis exscribendis. Tu velim cures in primis vt valeas, vt possimus συμφιλολογεῖν.i.commētari vna.i.pariter ego commendo tibi Antherum.s.vt opinor tabellarium.

M. T. Cicero Tironi. S. P. D. 22

SPero ex tuis lr̄is tibi melius eē: cupio qdem certe, cui qdem rei oī ratione cura vt inseruias: & caue suspiceris cōtra voluntatē meā te facerē, q nō sis mecū. mecū es, si te curas. quare malo te valetudini tuæ seruire, q̄ meis oculis, & auribus. etsi.n.& audio te, & video libenter: tñ hoc multo erit, si valebis, iucundius. Ego hic cesso, qa ipse nihil scribo, lego aūt libentissime. Tu istic, siquid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. vna omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse qdē facile legere soleo, de q̄drimo Catōe. De triclinio cura, vt facis. Tertia aderit, mō ne Publius rogatus sit. Demetrius iste nunq̄ oīno Phalereus fuit: sed nunc plane Bilienus est. Itaq; te do vicariū. tu eū obseruabis. Etsi verūtamen de illis: nosti cætera. sed tñ siquem cū eo sermonem habueris, scribes ad me, vt mihi nascatur epistolę argumentum, & vt tuas q̄ longissimas literas legam. Cura mi Tiro, vt valeas. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

HVBER. SPero. Hortat̄ Cic. Tironē: vt curet valetudinē, nec suspicet̄ se facere cōtra eius voluntatē: qđ non sit cū eo: se enim. licet eū videre cupiat cupidiorem tñ eē eius valetudinis bonæ. q̄ pñtiæ. Deinde dat ei q̄dā mandata, & de librariis, q transcribebāt q̄ Cicer. sua manu scripserat: & de Demetrio, de quo petit se certiorem fieri, cū Tiro cum eo locutus fuerit. ¶Ex t.l.ut mihi scripsisti. ¶Cupio tibi: meli? esse. ¶Cui rei: vt melius tibi sit. ¶Meis ocu. & au.i. q̄ a me vīderi & audiri: ille enim seruit oculis alicuius: q se vidēdū pbet. ¶Cesso: sum ociosus. ¶Scribo cōpono. ¶Lego, aliena scripta. ¶Librarii: trāscriptores. ¶Aliqd me ma.i.scriptum. ¶Vna in. dicit quare debeat mōstrare librariis, qa Ci.i scriptis q̄ manu sua fecerat in ordine versiculorū, siue linearū faceret quādā interpositionē: quam ēt a se ipso difficile legi solere dicit. ¶Difficilior: ipsi librariis ad intelligendū. ¶Ne ip.q.i.ne ego qdem, q scripsi. ¶De quadrimo Catone hæc erat illa interpositio: quā difficilē esse dixit: & qa tantūmō est pricipiū clausulę nō pfectę, nullus sensus inde elici pōt. ¶De triclinio. dederat Ci. curā cuiusdā triclinii Tironi: quod se curare scripserat. ¶Tricliniū aūt dr̄ discubitoriū.i. locus vbi discūbebāt, & cœnabāt a tribus lectis, quos sternebant. Iuue. Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto. τρεῖς tres κλίνιον lectus & mensa. A. Ci. ēt dr̄ hic locus cōclaue. ¶Tertia. puto esse nomen proprium. ¶Phalereus.i. ex secta Demetri Phalerei, de quo in officiis mentionem facit. Phalerius autem tribus erat Athenis, ex qua cognominatus ille Demetrius, φαληρεύς Bilienus: siue a loco: quod adhuc non memini legere siue a persona dicatur: Bilienus constat hoc loco ad vituperium dictum esse. ¶Te do vicarium.i.do te ei loco mei: qui meas vices geras. & pro me sis apud eum. ¶De il. ecclipsis. Deest verbum.s.est vel aliud tale. ¶Quem: aliquem. ¶Nascatur: detur, eueniat tanq̄ ante non inuentum. ¶Virgi. lib. viii. Maior rerum mihi nascitur ordo. ¶Argumentum: materia.

Tricliniū. Phalerus. Argumentum.

ASCEN. SPero &c. Hortat̄ rursus vt valetudinē curet dicēs. Spero.i. spē capio ex lr̄is tuis: melius esse tibi: certe.i. haud dubie cupio cui rei.s. vt melius tibi sit: cura: verbū est vt inseruias, & caue sup. vt aut ne suspiceris: te facere cōtra voluntatē meā q nō sis mecum, tu es mecū, si curas te.i. sanitatē tuā. ¶Quare malo te seruire valetudini tuę q̄ oculis, & auribus meis enim.i. qa & si & audio & video te libēter. tñ si valebis hoc erit mihi multo iucūdius. ¶Ego cesso.i. vacuus sum labore: qa ipse nihil scribo, lego aūt libētissime. ¶Si librarii.i. librorū trāscriptores, q.l.i. aliqd sup. scriptū mea manu nō intelligent.i. nescient legere, tu monstrabis istic.s. vbi es, vna oino interpositione.s. clausulæ aut partis prius omissæ, est difficilior oino.s. q̄ vt legat̄ ab eis. quam ne qdem ipse.i. non ēt egomet soleo legere facile: interpositio aūt est, de q̄ ptimo Cato. ¶Cura de Triclinio.s. parādo, vt facis. Tertia ppriū est sed nescias viri an mulieris: aderit mō Publius.s. eius, inimicus nō sit togatus.s. ad cōuiuiū. ¶Iste Demetrius.s. cuius meministi. fuit Demetrius.i. Demetrii similis: sed est nūc plane.i. oino Bilienus.i. Bilieni similis, hoc est ineptus. ¶Itaq; do.i. cōstituo te vicariū: vt obseruabis eum.s. neqd auferat. ¶Etsi verūtamē de illis. Aposiopesis.i. reticētia est alicuius clausulæ. quā dicere incepit, perducere tñ noluit, addens pro causa. ¶Nostri cętera.i. q̄ restant, sed tñ si habueris quē.i. aliquē sermonē cū eo.s. Bilieno scribes ad me: vt argumentū.i. fertago & materia, eplæ.s. scribendæ ad te: nascatur mihi. & vt legam literas tuas quālongissimas.i. valde longas. O mi Tiro Cura vt valeas ¶Tu nihil potes facere gratius, mihi hoc.i. quam hoc.s. vt valeas. Vale.

M. T. Cicero Tironi S. P. D 23

TV uero cōfice pfessionē, si potes. Etsi hæc pecunia ex eo genere ē, vt pfessionē nō egeat: verūtamē Balbus ad me scripsit tanta se

HVBER. TV vero. Q đ supra scripsit Cic. de Aufidiano nomine nihil te hortor. videt̄ signare intelligi de pecunia, de qua in hac eplā loqtur: de qua scribit Ci. ad Tironē, vt pfessionē faciat. Deide signat Antoniū q̄dam ɔtra se decreuisse, se aūt contra oia pñdiis phiæ munitū esse. velle. tñ Antonii amicitiā retinere, seq; ad eū scripturū. ¶Tu vero: cū hęc dictio vero in pricipio orōnis ponit̄, aut ironiā cōtinet, aut responsionem. vt hic & supra lib. iiii. ad Seruium Sulpitium. Ego vero Serui vellem, vt scribis, in meo grauissimo casu affuisses & paulo supra in hoc libro ad Tironem: ego vero cupio te ad me venire. ¶Professionem: confessionem. Ser. dicit profiteri ex voluntate, confiteri ex necessitate.

Professio. Profiteri. Confiteri.

ASCEN. TV vero &c. Q đ supra scripsit Ci. de Aufidiano noīe nihil te hortor, noīn p debito accipi solet. Hortat̄ nūc vt pfessionē i. liberā ɔfessionē ɔficiat. q.d. vt corā testib? id eū pfiteri faciat, deide signat Ant. e? aicitiā retinere velit, qđā cōtra se decreuisse, vt eū ordine aperiet̄, q talis est. ¶Tu vero.i. qđ dicūt p vero & certo, & non opin inter tñ: confice.i. pfice & effice vt habeas, si potes, pfessionem.i. manifestā cōfessionē debiti. ¶Etsi.i. tametsi hæc pecunia.i. hoc debitum est ex eo genere.i. forma, aut ratione, vt non egeat pfessione, verūtamen Balbus scripsit ad me: se oppressum tanta.

HVB. Epiphora

EPIPHORA. ophthalmia: morbo oculorum. Plinius sæpe hoc verbo vtitur pro morbo oculorum: dicit enim epiphoris oculorum medetur, ex quo cognoscimus morbum esse oculorum, non autem gutturis: vt quiddam male interpretatur, significat etiam interdum græce καταφορα condemnationem. Oppressum grauatum. Vt loqui: cõiungendus est totus hic textus sic. Verumtamẽ Balbus ad me scripsit tanta se epiphora oppressum: vt loqui non possit, quid Antonius de lege egerit. Liceat: concedatur: permittatur. Modo tantummodo: quasi dicat mihi aliud quæro. Quæ autem esset hæc lex. non facile scitur. Tu videris. i. tu videto. Atticus: Pompe. πανικοῖς. repentinis rumoribus. Idem semper putat: id est putat me semper moueri. Nec videt: nec intelligit. Quibus qualibus. q̃ magnis. Præsidus. tractum a militibus. Septus: munitus: quia philosophia docet me, quomodo debeam omnia mihi improuiso euenientia contemnere θορυβοποιεῖ. i. tumultuatur: rumorẽ facit, θορυβεῖν καὶ ποιεῖν. Inueteratam: iam multis annis inceptam. Antonii. C. Antonium intelligi puto, cuius fuit collega in consulatu. Sine vlla offensione: sine vlla iniuria. Ad eũ i. Antonium. Ante citius. Auoco. amoueo. A syngrapha. s. facienda pro confessione pecuniæ. i. non tamen volo discedas antequam facias syngrapham vel accipias syngrapham qua possis pecuniam habere: est enim ꝓprie syngrapha conscriptio: maxime de re pecuniaria: vt lib. vii. ad Trebatium epistola. quæ incipit. Et tuis literis: tanq̃ enim syngrapham ad imperatorem attulisses, non epistolam, sic pecunia ablata domum redire properabas i vulgo dicuntur literæ, campsoriæ vel promutatoriæ: legendum est autem auoco a syngrapha: non autem auoco ad syngrapha, Ad cuius. Leptæ. Rutam: id est amaritudinem. Est vtendum pulegio tui sermonis: id est ad cuius sermonis amaritudinem vel acerbitatem est vtendum suauitate tui sermonis: erat enim, quantum coniicimus, Lepta aliquantulum acerbus. Tiro vero suauis: quas proprietates significauit per rutam & pulegium.

Auoco Syngrapha

epiphora oppressum, vt loqui nõ possit. Antonius de lege qd egerit, liceat mõ rusticari, ad Bithynicũ scripsi. de Seruilio tu videris, q senectutẽ non contemnis. Etsi Atticus noster, quia quõdam me commoueri πανικοῖς intellexit, idem semper putet, nec videt quibus præsidiis philosophiæ septus sim. & hercle, q timidus ipse est θορυβοποιεῖ. Ego tamen Antonii inueteratam sine vlla offensione amicitiam retinere sane volo: scribamque ad eum, sed non ante, q̃ te videro: nec tamen te auoco a syngrapha. γόνυ κνήμης. Cras expecto Leptã: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis vtendum est. Vale.

ASCEN. EPIPHORA. i. morbo oculorum: vt non possit loqui. i. explicare quid Antonius egerit de lege. s. ferenda aut antiquanda: incertum est. q̃ sit lex, & quid de ea constituere pararit Antonius: quia de ea scripserat Tiro: rescribens ergo vt de re nota breuior est q̃ vt possit intelligi ab iis, quibus res alioqui non constet. Neq; id vitium est scribentis. Non enim scripsit hanc epistolam, vt ab oĩbus, sed vt ab vno Tirone legeretur. Tiro aũt vt patroni sui amorem in se patefaceret, id genus omnes ad se datas collegit: atq; emisit: Liceat. i. permittatur modo. i. solũmodo rusticari: quasi dicat non curem qd Antonius egerit de lege. Ego scripsi ad Bitinicũ de Seruilio: tu videris. i. concedo aut moneo, vt videas. Est enim cõiunctiui modi futuri tẽporis, media breui pronunciandũ, tu inquam qui non contemnis: immo veneraris senectutem. Etsi. i. tametsi. Atticus. s. Pomponius: qui intellexit quõdam me commoueri panichis seu panicis. i. rumoribus repentinis: putat semper idem. i. me semper eodem modo commouendum, nec videt. i. & non considerat: quibus p̃sidiis. i. munimentis: philosophiæ ego septus. i. vndiq; munitus sim, & Hercule q. i. quia ipse timidus est, thorybopii. i. tumultum facit, seu tumultuatur. Ego tamen volo sane. i. omnino, retinere sine vlla offensione, amicitiam Antonii: inueteratam. i. vetustate corroboratam. Et scribam ad eum, sed non antequam videro te, nec tñ auoco. i. auerto te a syngrapha. i. manuscripto sup. accipiendo ab eo. Ego expecto cras Leptam: etenim: id est sed tamen eum ad cuius rutam i id est amaritudinem sermonis vtendum est mihi pulegio: id est dulciore sermonis tui. Vale.

M. T. Cicero Tironi S. P. D. 24

ETsi mane Harpalum miseram, tamẽ cũ haberẽ, cui recte darẽ lr̃as, etsi noui nihil erat, iisdem de rebus volui ad te sæpius scriberẽ nõ qn cõfiderẽ diligẽtiæ tuæ, sed rei me magnitudo mouebat. Mihi pra, & puppis, vt Græcoꝝ ꝓuerbiũ est, fuit a me tui dimittendi, vt rationes nostras explicares. Offilio, & Aurelio vtiq; satisfiat. a Famma si nõ potes omnem, partem aliquã velim extorqueas, in primisq; vt expedita sit pensio Cal. Ian. De attributione conficies. de repræsentationes videbis. De domesticis rebus hactenus. de publicis omnia mihi certa, qd Octauius, quid Antonius i quæ hominum opinio: qd futurum putes. Ego vix teneor, quin accurram. sed. s. literas tuas expecto: & scito Balbum tum fuisse, Aqui, cum tibi est dictum, & postridie Hircium. puto vtrũq; ad aquas Semas. qd egerint, Dolabellæ procuratores fac vt admoneant. appellabis ẽt Appiam. Vale.

HVB. ETsi mane. Primum Cicero ostendit necessitate a se dimisisse Tironem: vt eius negocia explicaret, & expediret. Deinde summatim dicit quid ab eo agi velit. Postremo admonet eum Balbum fuisse Aquini & Hircium. Harpalum: seruum. Iisdem de rebus, de quibus alias ad te scripsi. Quin. quod non. Prora & puppis. i. plena necessitatis, & rationis atq; vrgentissima causa. Vt græcorum: cum enim græci dicere volunt, totum est mihi in hoc, vt ita faciam. dicunt prora, & puppis mihi est, quia ex prora & puppi tota nauis significatur. Tui dimittendi a me. i. vt tu a me dimitteris. Explicares: expedires Romæ. Satisfiat. soluatur id pecuniæ qd debet. A flamma. ab incendio. i. a periculo, puerbialiter dictũ. Si non potes. s. retorquere. Extorqueas: eripias, liberes. debebant. n. esse in periculo ad aliqua bona Cice. Pensio. nostræ domus. Attributionem: quam tibi mandaui: de q̃ non facile est intelligere hactenus. s. dictũ sit: hæc enim q̃ dixit domestica erãt. De publicis: subaudi fac. Omnia mihi certa. sint. Quid Octa. s. faciat. i. Cæ. Octauianus. Opinio, extimatio. Accurram: celeriter veniã. Aquini: oppidum est Apuliæ. Cum, qñ. Postridie: q̃ Balbus fuerat. Ad quas semas, locus non longe ad Aquino a balneis ita dictus. Quod egerint. Ordo est: fac vt admoneantur. s. Hircius & Balbus: quod egerint procuratores Dolabellæ.

Quin.

ASCEN. ETsi mane &c. Primũ dicit se necessitate quadam dimisisse Tironem, vt negocia sua explicaret: deinde docet qd ab eo fieri velit. Postremo dicit. Balbum fuisse Aquini & ẽt Hirciũ. Ordo est. Etsi. i. q̃q̃: ego miseram mane Harpalum. s. s. ruũ nostrũ ad te: tñ: cũ haberem. s. tabellariũ, cui darem recte. i. tute lr̃as. s. ad te, etsi nihil erat noui i volui scribere sæpius ad te de iisdem rebus non quin. i. qui non confiderem diligentiæ tuæ, sed magnitudo rei mouebat me. Prora & puppis. i. principium & finis nauis: hoc est tota ratio nauandæ operæ: vt vtar prouerbio græcorum: fuit mihi, tui dimittendi

mittendi a me:vt explicares.i.ab oi intricatione absolueres rationes nostras.s.debitorum nostrorum. Vtiq.i.oino aut saltem satisfiat Offilio & Aurelio. ſ Si non potes sup.extorquere.i.vi eripere a flamma.i.a perditione & consumptione, manifesta est translatio ab incendio domus.oēm partem.i.supellectilis domesticæ,hoc est rei ɔseruandæ, velim supp.vt extorqueas.i.serues sup.saltem,aliq̄.s.partē. ſ Et sup.velim,in primis.i.pcipue eo ꝙ quæ pcipue volumus,prima occurrunt,vt pēsio.s.domus nrē.i.pecunia quā quot annis pēdimus p ea,sit expedita.i.absoluta & euacuata, Cal.Ian. ſ Vt cōficies.i.absolues totū negociū de attributione.i.de eo,qd attribuēdū scis,videbis.i.deliberabis & consyderabis:de re pmutatione.s.a nobis,aut nobis facta qd vtilitatis hēat. Hactenus sup.scripsi de rebus domesticis. ſ De publicis sup.reb⁹: sup.fac vt sint oia certa mihi.Quid Octauius,qd Anto.quæ sup.sit opinio hoium,qd putes futuꝝ. ſ Ego teneor vix.i. difficulter qn accurrā.s.ad vrbē:erat.n.cū hæc scriberet Cic.abns,& Tiro in vrbe. ſ Sed expecto lrās tuas.s.quibus oia sciam,& scito Balbū fuisse Aquini.i.in eo oppido Apuliæ est.i.qn dictum est tibi:& hircium sup.fuisse Aquini postridie .i.die sequenti,ego puto vtrūq; sup.nunc esse ad aquas Senas.vbi balnea sunt nō longe ab Agno,fac sup.ipsi admoneātur quid procuratores Dolobellæ egerint:tu appellabis etiam.s.ad consilii consortium Puppiam. Vale.

Cicero Filius Tironi.S.P.D. 25

ET si iusta,& idonea visus es excusatiōe intermissionis literaꝝ tuaꝝ,tn̄ id ne sæpius facias,rogo.Nā etsi de R.P.rumoribus, & nūciis certior fio,& de sua in me volūtate sp ad me pscribit,pr:tn̄ de quauis minima re scripta a te ad me epl'a semp fuit gratissima.Quare cū in primis tuas desyderē lras,noli,cōmittere,vt excusatione potius expleas officium scribendi,q̄ assiduitate literarum. Vale.

HVBER. ET si iusta.Excusauerat se Tiro apud Ci.filiū qui Athenis erat,se propter angustiā temporꝫ, & magnitudinē negociorum intermissione ad eum scribere, quare Cic. primum dicit eius excusationem iustam & idoneam, sed tn̄ eum rogat, vt posthac malit satisfacere officio suo scribēdo sæpe quam se excusando. ſ Idonea, apta non absurda. ſ Id vt vtaris excusatione. ſ Rumoribus.fama. ſ Et nunciis.qui Roma hue veniunt. ſ De volūtate sua. qd velit a me fieri. ſ In primis.præcipue. ſ Expleas.pficias. ſ Officium,tuum erga me. ſ Quam assiduitate epistolarum.i.quam assidue ad me scribendo.

Idonea

ASCEN. ET si iusta &c.Excusauerat se Tiro apud Ciceronem filium,qui Athenis erat,se propter angustiam temporū & magnitudinem negociorum intermisisse ad eum scribere:quare Cic.primū dicit eius excusationem iustam & idoneā, sed rogat vt malit satisfacere officio suo scribendo q̄ se excusando.Ordo est. Etsi.i.q̄q̄ visus es iusta & idonea excusatione intermissionis.i.ꝙ ad tp̄s omiseris dationē lraꝝ tuaꝝ rogo ne facias id sæpius. ſ Nā etsi.i.q̄q̄ fio certior de resp.rumoribus.i.incerto authore sermonibus & nunciis, & pr.s.M.Tullius perscribit semper ad me de voluntate.i.beneuolētia sua in me,tn̄ epistola scripta a te ad me,de quauis re minima.i.q̄uis res esset minima,fuit mihi semper gratissima. ſ Quare cū desyderem in primis literas tuas,noli cōmittere.i.efficere vt expleas.i.perficias & absoluas potius officium scribēdi excusatione q̄ adsiduitate literarum. Vale.

Q.C.Tironi.S.D. 26

VErberaui te,cogitatiōis tacito duntaxat cōuitio,qd fasciculus alter ad me iā sine tuis lrīs plat⁹ ē. Nō potes effugere hui⁹ culpæ pœnā,te patrono,Marc⁹ ē adhibēdus:isq; diu,& multis lucubrationibus cōmentata ōrone, vide vt pbare possit,te nō peccasse. Plane te rogo, sicut olim matrē nrām facer̄ memini,q̄ lagenas ēt inanes obsignabat, ne dicerent̄ inanes aliq̄ fuisse,q̄ furtim essent exsiccatæ:sic tu ēt,siqd scribas,nō hēbis,scribito tn̄, ne furtū cessatōis q̄siuisse videaris. Valde.n.mihi semp & vera & dulcia tuis eplīs nunciantur. Ama nos, & Vale.

HVBER. VErberaui.Accusat Ci.Tironem negligētiæ, quod in fasciculo lrarum,qui Roma ad se allatus fuerat nulla erat oino epl'a Tironis,qua re dicit eum nullam posse adhibere excusationem,aut defensionem, vixq; eum defendi posse a M.C.patre suo. Itaq; eum hortatur, vt etiam si non hēt quod scribat,tn̄ aliqd scribat, quia & vera & iucūda ab eo semp nūciari soleant. ſ Verberaui. sensus est, percussi te tantummodo tacita contumelia meæ cogitationis, hoc est mecū male de te cogitaui,& in aīo meo dixi te negligentem. ſ Tacito,secreto intra me retēto. ſ Dūtaxat tm̄mō .q.d.non ēt conuitio verborum:sed tm̄ cogitationis. ſ Cōuitio,contumelia:nam mecum cogitaui o negligens Tiro. ſ Fasciculus,lraꝝ multitudo lrarum. ſ Non potes.i.non potes facere,qn puniaris pro hac culpa,si te ipse solus defenderis,qa nunquā poteris vincere, & psuadere te nō peccasse:si aūt volueris vincere,oportet adhibere te pronū & defensorē tuū prem meū oratorē acerrimū,q in difficillimis ēt causis vincere cōsueuit,q ēt si orōnē multum cogitatā ad defensionem tuā afferat,tn̄ ēt ipse vix pbare poterit non te peccasse. Te patrono,te cām tuam agente. ſ Adhibendus:assumendus.s.patronus. ſ Marcus,pater meus, q pp vim eloquētiæ in causis & iudiciis regnare dr̄. ſ Cōmentata,meditata,præparata. ſ Lucubrationibus,vigiliis. ſ Probare, vincere,rōnib⁹ obtinere. ſ Te non peccasse,ꝙ nihil ad me scripseris. Plane te rogo.sensus est,te rogo vt & si non habes quod scribas,tn̄ aliqd scribas,sicut mater mea olim non solum solebat signare lagœnas plenas,sed ēt vacuas,ne illæ quæ furtim fuissent ebibitæ,viderent̄ fuisse vacuæ:mos fuit apud antiquos signare lagœnas,in quibus vinum ponebat,ne possent euacuari quin cognoscerent̄ signo illo amoto,vn̄ illud satyricum. Et signo læsæ non insanite lagœnæ. ſ Matrē.Terentiā. ſ Olī, cum eram puer. Etiam inanes,ēt vacuas:nō solum plenas. ſ Furtim.occulte. ſ Exsiccatæ,ebibitæ,exhaustæ. Iuuena. Tu beneuentani sutoris nomen hn̄tem siccabis calicem. ſ Sic,adaptat similitudinem. ſ Furtum,latebras,sed perseuerat in similitudine,qa dixerat,quæ furtim essent exsiccatæ,ideo dicit furtum cessationis. ſ Dulcia,iucunda.

Conuicii

ASCEN. VErberaui &c.Accusat Tironem negligentiæ, ꝙ inter multas epistolas a Tirone nullam acceperat,quam culpā io cose dicit vix a patre posse orando purgari. ſ Ordo est. Verberaui.i.adfeci te duntaxat tacito.i.mentali,conuitio .i.exprobatione,cognitionis.s.meæ, ꝙ alter fasciculus.s.literaꝝ ab aliis missarum:perlatus est iam sine literis tuis. ſ Tu non potes effugere pœnam huius culpæ.s.negligentiæ,te patrono.i.defensore & purgatore. ſ Marcus.s.pr meus, est adhibendus.s.ad defensionem tantæ culpæ, & is.s.Marcus pater, etiam in summo periculo reis auxiliari solitus sup. adhibendus est oratione commentata.i.habens orationem commentatam & præmeditatam multis lucubrationibus, vide.i.consydera vt.i.quomodo sup.Marcus pater possit probare te nō peccasse. ſ Ego rogo te plane,sicut memini matrem nostram facere olim:quæ obsignabat lagenas.i.vascula vinaria. ſ Etiam inanes.i.in quibus nihil erat vini,ne aliq̄ .s.lagœnæ dicerentur fuisse inanes,quę essent exsiccatæ.i.exhaustæ furtiuæ,sic etiam si non habebis quid scribas,tamen .i.nihilominus scribito,ne videaris quæsiuisse furtim.i.ficticiam, & quasi furtiuam excusationem cessationis.s.amissione literarum. ſ Enim.i.quia & vera & dulcia nunciantur mihi semper epistolis tuis. Ama nos, & Vale.

HVBER. MIrificã. Cũ Decius Brutus Mutinæ obsideret a M. Anto. creati sunt authore Appiano lib. iii. Cõsules anniuersarii Hyrcius & Pansa in principio anni: quantũ autem ex hac epistola conicere possumus. Cic. tunc aberat ab vrbe: licet Appia. videatur significare eum fuisse Romæ: de eorum igitur designatione cum Tiro ad Cic. scripsisset, C. rescribẽns se de eis male sentire ostendit: verenſq; ne a M. Anto. alliciantur in societatem sceleris contra remp. quos osten dit vilissimos esse. Postremo dicit quantum Tironem ipsum videre, desideret. ¶ Mirificam: magnam. ¶ Verberationem, percussionem: animi. ¶ Parcius breuius. ¶ Verecundia: timore; vel quia eum pudebat scribere quæ tu scripsisti. ¶ Videlicet .s. certe. ¶ Sine assen. non assentando, sed dicendo verum. ¶ De consu. Hirtiũ & Pansam intelligimus: nisi fortasse agitatum esset absente Ci. de designatione aliorum cõsulum q̃ Hircii & Pansæ: de quibus fortasse intelligit nunc Cic. quorum tñ creatio non valuerit, vt sæpe fit: sed tñ facta sit mentio de eis creandis, quod satis est verisimile: cum Ci. eos nõ nomine: licet mẽtionem aliorum consulum illo tempore nõ inueniam nisi ꝙ post eruptionem Bruti ex Mutina facta est mentio de creandis consulibus, D. Bruto: & Octauio Cæ. loco Hircii. & Pansæ: sed de iis non est verisimile Ci. intelligere, cũ essent amicissimi sui, & ab eo vbiq; maxime & laudati & adiuti, ergo vel Hircium & Pansam intelligamus: vel, vt diximus, de aliis, quos licet Tiro scripsisset creatos consules: tñ non ita esset. Langoris dissidiæ. ¶ Effœminatissimi: mollissimi: timidissimi: qualẽ habent fœminæ. ¶ A gubernaculis, ab administratione reip. & ꝯsulatus. ¶ Ab vniuerso nau. pro vniuersi naufragii. i. submersionis vniuersorũ, sed vsus est verbis similitudinis: quia dixit gubernaculis: q̃ sunt nauis: subdit naufragii: quod a naue fracta dr. ¶ Oppositis gal. ca. i. cum oppugnarent aduersus Gallos & haberẽt eos oppositos. ¶ Ille la. Mar. Anto. quem etiam supra multis in locis latronem appellauit. ¶ Aliquid fir. cum eis. i. nisi electi fuerint cum eis aliqui firmiores: q non ita facile a rep. alienẽtur. ¶ Deliniat: demulceat: alliciat ad se. ¶ Societate vi. q. laborabunt iisdẽ vitiis, quibus ipse Anto. & similia similibus gaudent. ¶ Res est. sensus est: eligendi sunt ad hanc prouinciã aut tribuni: aut aliqui priuati: qui consiliis suis prouideãt, ne ii nos in naufragium deducant. ¶ Res: creatio istorum consulum, & prouincia eis data. ¶ Est munienda, est firmanda, quia supra dixit nisi aliquid firmius fuerit. ¶ Consiliis tri. authoritate tribunorum. ¶ Istic, ad contemptum dixit. ¶ Cęsenam: paruã & desertam vrbem in Italia in Gallia togata. ¶ Tabernarum: vt alio loco diximus: taberna dr omne vile ad habitandũ ædificiũ, qđ tabulis claudať: tabernas igiť cossutianas locũ aliquẽ ad habitaculũ vitæ intelligit: cossutianas a Cossutio vel authore vel dño earum ita appellauit. ¶ Fero oculis: habeo in oculis, & in conspectu. ¶ Dissuauiabor: deosculabor: licet aliqui dicant dissuauiari libidinis esse, qđ Cicero hic contra sentire vť. ¶ In medio foro, quasi dicat in cõspectu oium, palam. In hoc ostenditur nimium desyderium Ciceronis videndi Tironem. Finis.

[Margin notes:] Parcius — Videlicet, — Naufragiũ — Deliniet — Cesena — Taberna — Dissuauiabor

Q. Cicero Tironi S.P.D.

MIrificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti. Nam quæ parcius frater p scripserat, verecundia videlicet, & properatione, ea tu sine assentatione, vt erãt, ad me scripsisti, & maxime de Coss. dess. quos ego penitus noui libidinũ, & langoris effœminatissimi animi plenos. qui nisi a gubernaculis recesserint, maximum ab vniuerso naufragio periculũ est. Incredibile est, quæ ego illos scio oppositis Gallorum castris in æstiuis fecisse: quos ille latro, nisi aliquid firmius fuerit, societate vitiorum deliniet. Res est aut tribunitiis, aut priuatis consiliis munienda. Nam isti duo vix sunt digni, qbus alteri Cæsenam, alteri Cossutianarum tabernarũ fundamenta credas. Te, vt dixi, fero oculis. Ego vos ad. IIII. Cal. videbo, tuosq; oculos, etiam si te veniẽs in medio foro videro, dissuauiabor. Me ama. Vale.

M.T.C. Epistolarum Familiarium. Finis.

ASCEN. MIrificam mihi &c. Dicit se mirifice concussum ex literis Tironis, quibus qui consules creati essent, significabat. loquens secundum commentarios de Hircio & Pansa, de quorum fide & virtute tunc dubitabat, cum tamen vterq; fortissime pro rep. casurus sit, cæsus ab Antonio, Mutinæ cum D. Brutum obsideret. Hanc autem epistolam misisse vť. Tiro, vt significet, quã fidẽ sibi habuerit frater patroni sui. Ordo est. Tu dedisti mihi mirificam verberationẽ. i. incussionem verecundiæ cessationis. i. propter cessationem meam: epistola. s. tua. ¶ Nam tu scripsisti ad me ea, quæ frater .s. M. Tullius Cicero perscripserat ad me parcius. i. nimis sobrie, videlicet verecundia & properatione. i. pp verecundiã & properationem suam, tu scripsisti inquam ea sine adsentatione, vt erant, & maxime de cõsulibus designatis. i. declaratis in proximũ annum, videlicet Hircio & Pansa, quos ego noui penitus plenos libidinũ, & languoris. i. corruptionis animi effœminatissimi, qui. s. cõsules nisi recesserint a gubernaculis. s. reipu. maximum periculũ est ab vniuerso naufragio .i. totius reip. Incredibile est quæ ego scio illos fecisse in æstiuis, castris Gallorũ oppositis. s. nr̃is, quos ille latro. s. M. Antonius detinet. i. blande attrahit societate vitiorũ, nisi aliquid firmius fuerit. s. eis obsistens. Res est munienda. s. a periclitatione cõsiliis tribunitiis, aut priuatis. i. alicuius viri authoritate pditi, licet sit priuatus. i. extra oẽm magistratũ posit⁹. ¶ Nam isti duo. s. consules designati vix sunt digni qbus credas. i. sub fide cõmittas, alteri Cęsenã. i. oppidulum illud desertum in Gallia togata, alteri fundamenta Tabernarum Cossutianorũ. i. domiciliorũ vilissimi cuiusq; cerdonis. Ego fero oculis. i. imaginor videre, te, vt dixi. ¶ Ego videbo vos ad quartum Calendas. s. huius mensis, & dissuauiabor. i. adsestanter osculabor oculos tuos, etiamsi ego veniens. s. tibi obuiam: videro te in medio foro, Ama me & Vale. Finis.

SERIES LITERARVM.

ab ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ &ꝯꝶ
AA BB CC DD EE FF GG HH II.

Omnes sunt quaterniones præter b qui est ternio.

Quinterni, XXVIIII. Cart. II.

VENETIIS, In ædibus Ioannis Patauini, & Venturini Rossinelli, Anno M. D. XXXVII.
mense Martio.